22 - a - 4 -
- 1 -
Nº

del Colegio de la Comp.ª de Jesus de Granada R-9555

# CONCIONES QVADRAGESIMALES QVADRV-PLICES, VNA CVM ADVENTV, SEPTVAGESIMA, Sexageſ.& Quinquageſ.

Ex varijs Authoribus tum antiquiſsimis, tum recentioribus exceptæ, ab admodum Reuerendo Patre Fratre Thoma de Truxillo, Sacræ Theologiæ Præſentato, & Prędicatore generali Ordinis Prædicatorum, nec non Sacræ Scripturæ Lectore in Eccleſia Cathedrali Barcinonenſi.

*AD ILLVSTRISSIMVM, ET REVERENDISSImum Dominũ D. Ioannẽ Dimam Loris Barcinonenſem Epiſcopum, & de Conſilio S. C. R. M.*

CVM VARIIS ET COPIOSISSIMIS INDICIBVS, ADDITA Tabula quadam aurea, ad Conciones breuiter conſtruendas, & memoriæ infigendas, Cum Elencho ad Dominicas, & feſtiuitates præcipuas vtiliſsimo, per totum annum.




Impreſſæ in Conuentu Barcinonenſi ſanctæ Catherinę Martyris, ordinis Prædicatorũ, Typis Pauli Mali, & Sebaſtiani Cormellas. Anno domini 1591.

# QVID CENSORES INFRA SCRIPTI DE hoc opere iudicauerint.

PErlegimus diligenter & attente ex commiſsione nobis facta ab Illuſtriſ. & Reuerendiſsimo Epiſ. Barcinonenſi: hoc opus Concionum Quadrageſimalium Quadruplicium in duos tomos diſtributum nilq. in eo inuenimus quod fidei& bonis moribus cõtradicat: quin potius affirmamus opus eſſe mira eruditione, pietate, atq. vtilitate refertum, ac denique tali autore dignum. Quem nouimus in concionando peritiſsimum, & in alijs libris quos Typis mãdauit fuiſſe omnibus longe gratiſsimum. Ac propterea cenſemus digniſsimum eſſe hoc opus vt prelo mãdetur, & in omnium manus perueniat, ac preſertim Concionatorum, cum vtiliſsimum valde ſit omnibus futurum. In cuius rei fidem, noſtra hic nomina ſubſcripſimus.

F. Gaſpar de Saona Magiſt. Auguſtinianus

F. Ioannes a Pedrolo Magi. Carmelitanus.

F. Petrus Soler. Franciſcanus.

Petrus Egidius ſocietatis Ieſu.

*VIſis approbationibus ex cõmiſsione noſtra Reuerendorum patrum Magiſtrorum huius operis, cuius titulus eſt, Conciones Quadrageſimales Quadruplices & quia etiam ſatis perſpecta nobis eſt eruditio ipſius Autoris, tum ex alijs libris quos impreſsit, tum etiam ex lectionibus quas legit in noſtra Cathedrali Eccleſia, damus licentiam imprimẽdi hoc opus in noſtra Diœceſi. Dat Barcinone in noſtro Palatio Epiſcopali. 15. Auguſti* 1590.

I. Epiſcõ. Barcinonẽ.

## QVID PATRES INFRA SCRIPTI CENSVERINT DE HOC LIBRO *ex commiſsione admodum Reuerendi patris fratris Ioannis Loazes, ſacræ Theologiæ Magiſtri, & Prouincialis ordinis Prædicatorũ in prouincia Aragoniæ.*

LEgimus, ac perlegimus hoc opus Concionum Quadrageſimalium, in duos tomos diſtributum, & inuenimus conſonum quidem eſſe ſanę doctrinę, & bonis moribus, exquiſitęque eruditionis eſſe, & materiarum ſelectiſsimarum, ex puriſsimis ac limpidiſsimis ſacrorum autorum, gręcorum, & latinorum fontibus exhauſtarum, & vt vno verbo dicamus, noſtra quidem ſententia opus hoc tanta eſt diligentia cõfectum, quod digniſsimũ eſt vt a quouis concionatore plurimi habeatur. Digniſsimus liber vt ab omnibus legatur, & ad vtilitatem publicam pręlo mandetur: Digniſsimus autor vt ei de tã pio & ſancto labore gratias ingentes habeamus.

F. Raymũdus Paſqual *Magiſter.* F. Raphael Riphos *Magiſt.*
F. Saluator Pons *Magiſter.* *F. Michael. Ferrer Magiſt.*

*CVm ex Reueren. patribus Magiſtris quibus hoc opus recognoſcendum commiſimus, acceperimus nil in eo contineri quod Catholicæ fidei, aut bonis moribus repugnet, imo potius dignum valde eſſe opus quod in omnium perueniat manus, ac præſertim ipſorum Concionatorum & prædicatorum quibus lõge vtiliſsimum eſt: & quia alia eiuſdem autoris volumina grata etiam omnibus fuerunt, idcirco damus ei facultatem dictum opus imprimendi, ſi modo prius licentiam habeat Ordinarij iuxta decreta ſacroſancti Concilij Lateranẽ. & Tridentini. Dat. Valentiæ in noſtro Cõuentu Prædicatorum die 6. Maij.* 1590.

F. Ioan Loazes *Magiſter* & Prior Prouincialis.

## ILLVSTRIS. ET REVERENDIS. D. D. IOANNI DISMAE LORIS EPISCOPO BARCInonen. vigilantiſsimo, & de Concilio S.C. R,M. Frater Thomas Trugillo ſacræ Theologiæ præſentatus ordinis Prædicatorum. S. P. D.

PRAECLARISSIMA Quidem illa humanitas, & clementia tua ſingularis, Antiſtes Illuſtriſsime, qua ſuperioribus annis reliqua volumina noſtra inclyto tuo nomini conſecrata, accepiſti, mihi profecto animum addidit, vt hoc concionum Quadrageſimalium opus in duos Tomos diſtributum, in tuo etiam nomine typis mandarem. Quamobrem accipies hoc noſtrum munuſculum, eadem vultus hilaritate atq. clementia, qua conſueuiſti clientulorum tuorum munera accipere. Fuerunt equidem volumina illa omnibus multo gratiſsima & iucundiſsima, beneuolis videlicet: nam inuidis ſatis ſcio omnia propemodum diſplicere & iniucunda, atque inſuauia eſſe, tametſi pulcherrima & formoſiſſima ſint. Cęterum non tam propter acumen ingenij noſtri grata extitiſſe mihi perſuadeo, quam quod ſub clariſsimo tuo nomine in vulgus prodierint. Quapropter eodẽ etiam fauore hos noſtros quamuis immaturos fortaſſe fructus, ſuſcipias oro atq. obteſtor. Quem Deus Optimus Maximus tum cæleſtibus, tum terrenis donis, in dies magis, magiſq. exornet & locupletet.

## AD LECTOREM.

CVM Sanctæ Eccleſiæ Cathedralis Barcinonenſis Lector eſſem, pie Lector & amantiſſime, atq. Deus Opt. Maximus hanc ciuitatem viſitare dignaretur, in qua pluſquam viginti mille, vt ferunt, graſſante peſte occubuerunt, nec poſſem primo quoq. tempore inde exire negotijs quibuſdam occupatus tum ex parte huius Cathedralis Eccleſiæ, tum etiam ex parte Ciuitatis, videns quod intra priuatam Cellam me continere deberem, cum nuſquam exeundi daretur facultas: decreui ex varijs autoribus has conciones excerpere, quibus ipſe dumtaxat ad meum vſum, commodumq. vterer. Atq ita Quadruplices conciones conſcripſi, in quarum prima litteram ipſius Euangelij declararem, cui rei Theſaurus quem antea conſcripſeram, magno mihi fuit adiumento, cum in eo multa ex varijs autoribus tum veteribus, tum neotericis congeſsiſſem: in alijs vero tria fere capita & inſtituta propono, atq. in ipſis varia hinc inde cōgero ex claſsicis etiam autoribus deprompta, quos hactenus videre licuit. Cum itaq. à multis requiſitus eſſem vt hæc Typis mandarem in omnium vtilitatem, nulla excuſatione quamuis diu reluctatus ſubterfugere potui, neque illa quidē quod omnia hinc inde ex varijs autoribus decerpſiſſem: ſiquidem dicebant, eos omnes hoc tempore plauſibiliores eſſe, qui ita ſcriberent, modo ſelectiora queq. ex autoribus eligerent, ſicut de me ipſi proculdubio ſperabant. Quod igitur ego præſtiti, pie lector, apertiſsime vides, adhibui ſiquidem ad vtiliora queq. & ſelectiora deligenda, maximam diligentiam, vt iam nihil neceſſe habeas immenſa euoluere volumina, ſed hunc in locum congeſta ſint omnia Accedit huc etiā alia vtilitas, quod nihil neceſſe habeas vulgari lingua conſcriptas Conciones euoluere, non quod aliquid ex ipſis huc deriuauerim, aut quod eas doctas eſſe negem, ſed ne poſthac à vetulis arguaris, quod quæ dixiſti, ipſæ iam legerint in ſuo codice vulgari. Hoc porro inſtitutum meum à beneuolis & pijs approbari ſatis ſcio; mordaces autem qui ſolent publice alijs detrahere, cum tamen ipſi in occulto ex alienis laboribus magnam ſibi laudem comparent, vt ait D. Hiero. parum curo. Hi enim vt ait Senec. ſua vtuntur mordendi & detrahendi conſuetudine. Quales ſunt qui de noſtris alijs libris, quos Theſauros inſcripſimus, obmurmurarunt, dicentes, quod ſi ex his vtilitatem aliquam vellemus depromere, bibliothecis opus eſſet Athenienſibus, Aegyptijs, Grę cis, & Alexandrinis, de quibus meminerunt Aulus Gel. Amia, Plutar. & Strabo. Sed fortaſſe id dicunt, quod eorum acies ingenij non valeat eorum librorum vtilitatem penetrare, ſicut penetrauit doctiſsimus ille vir M. Anto. Marſilius Columæ Bononien. C. Archiepiſ. Salernitanus, in opere illo ſuo miræ eruditionis, inſcripto Hydragiologia ſiue de aqua benedicta, Romæ impreſſo 1587. & in indice autorum. Penetrauit etiam eruditiſsimus vir, Cæſar Baronius Soranus, congregationis oratorij presbyter, in ſuo Romano Martyrologio, Venetijs impreſſo 1587. qui paſsim autorem Theſauri citat. Penetrauit etiam doctiſsimus pater Magiſter frater Gerardus Moſanus, Dominicanus, Germanus, in ſua bibliothecha homiliarum priſcorum Eccleſiæ patrum, in quatuor Tomos digeſta, & impreſſa Lugduni 1588. Penetrauit deniq. Reuerendus admodum pater Magiſter Frater Vincentius Iuſtinianus Valentinus ordinis prædicatorum, in ſuo illo libello eruditiſsimo de plagis ſanctę Catherinæ Senenſis, impreſſo Valentię, & Barcinone 1583, Penetrarunt etiam illi ad quorum petitionem tam varijs impreſsionibus dicti libri excuſsi ſunt, nempe impreſsione Colonienſi, Romana, Veneta anno 1586. & quidem ſępe, item Pariſienſi 1586. Lugdunenſi 1582. Meliora igitur nobis dent qui nos clanculum mordēt. Sed hęc hactenus. Ego interim omnes oro, vt ſi forte vſpiam offenderimus, nobis veniam dent, atque pro nobis apud Dominum precibus ſuis intercedant. Vale candide Lector.

### F. FRANCISCVS OLIVERA LVSITANVS
Ordinis Prædicatorum in laudem & encomia libri & eius Autoris Epigramma.

*QVID Præceps quæris, dic Lector candide? robur?*
*Quo regum vires vincere vbiq. queas:*
*Eſt ne Dei charitas nimium quod habere requiris?*
*Pœnæ an ſolamen, triſtitiæq. feræ?*
*Eſt ne in terrenis. ſuperi ſeu gloria cæli?*
*An ſunt victricis ſerta decora ducis?*
*Quid? ſunt diuitiæ ſuperantes tempus, & æuum?*
*An virtus, quæ ornat quicquid in orbe nitet?*
*Spes ne eſt: an mortis gelido medicina veneno?*
*Eſt errore carens candida & alma Fides?*
*En Robur, Charitas, Solamen, Gloria, Sertæ,*
*Diuitiæ, Virtus, Spes, Medicina. Fides.*

IN LAVDEM LIBRORVM REVERENDI Patris Fratris Thomæ Truſilij, Præſentati ordinis Prædicatorum, carmen ad Lectorem, Franciſco Calça Equite, & doctore clariſsimo Autore.

*Copia dicendi tibi ſi, fœcundaq. ſylua*
*Sermonum grata eſt: florida prata vides:*
*Quæ ſummo ſtudio Frater Truſilius aucta*
*Effecit varijs floribus, & violis.*
*Sunt congeſta inibi quæ Græci, queq. Latini*
*Perdocte varij compoſuere viri.*
*Sunt & peccanti percommoda pharmaca multa*
*Vitæ hunc vt prauæ pœnituiſſe iuuet.*
*Concionatorem, populo qui dicere curat*
*Optima verba, ſuis inſtruit iſte libris.*
*Et facit vt paruo ſimul adſint multa labore*
*Dicenti, auditor quæ cupide accipiat.*
*Quiſnam igitur ſtudium id tam multis vtile, ineptum*
*Dixerit, aut auſit ſpargere conuicijs?*
*Quin fuerit potius ter dignus ineptus haberi*
*Si quemquam facere id permouet inuidia.*
*Eſt labor haud modicus, doctorum euoluere libros:*
*Hinc violas, atq. hinc lilia colligere.*
*Id ſtudium fuerit ſi quando perutile multis:*
*Zoile cur auſis rodere dente tuo?.*
*Ille quidem vigilat cunctis percommodus: at tu*
*Obgannis, grunnis, rumperis inuidia.*
*Negligit is rhonchos, blaſphemaq. verba latrantum*
*Contentus ſtudijs vtilis eſſe ſuis.*
*Contentus placuiſſe Deo, placuiſſe viriſq.*
*Improba quos nunquam corripit inuidia.*

*Errata ſic corriges.*

Si aliqua forte errata in numeris marginum horum librorum quæ nobis exciderint, calente prælo, inueneris: perfacile quidem conſultis concordantijs illa emendabis: & ſubinde ad Indices ſacræ ſcripturæ accedes, qui tibi ea fideliſsime commonſtrabunt.



# A DOMINICA prima in Aduentu Domini.

## CONCIO PRIMA.

ERVNT *ſigna in Sole, & Luna, & Stellis.* *Clau. Gu.*
Luc. 21. Matth. 24 Marci. 13. Animaduerten *ſuper.*
dum quidem ſtatim initio cenſui fratres cha *Mat. 24.*
B riſsimi, vt inde potiſsimũ noſtra exordiatur
oratio, vnde Euangelica exorſa eſt hiſtoria:
quòd cum hic Chriſtus de futuris calamitatibus prophetet, ea etiam vtitur phraſi & locutione, qua prophetæ conſueuerunt affectum eorum qui inſigni aliqua calamitate percellũtur, graphicè deſcribere. Hũc enim per tenebras Solis ac Lunæ, necnon per moleſtiam ſtellarum delineant. Cuius quidem rei locupletiſsimum nobis teſtimonium exhibuit Euangelicus ille vates Iſaias, cũ de atrociſsima illa Babyloniæ deuaſtatione ita loquitur. Ecce inquit, dies domini ve
*Phraſes prophetarum.*
*Iſai. 13.*
C niet crudelis & indignationis plenus, & iræ, furoriſq; ad ponendam terram in ſolitudinem, & peccatores eius conterẽdos de ea: quoniam ſtellæ cęli & ſplendor earum, non expandent lumen ſuum. Obtenebratus eſt Sol in ortu ſuo, & Luna non ſplendebit in lumine ſuo, & viſitabo ſuper orbis mala, & contra impios iniquitatem eorum. Et quieſcere faciam ſuperbiam infidelium, & arrogantiam fortium humiliabo. Tum præterea ex Ezechielis vaticinio hoc ipſum planiſsimè conſtat: hic enim calamitates & miſerias Pharaoni & eius regno impendentes, denuntiare vo-
*Superbos quomodo humiliet Deus.*
*Ezech. 32 loc. 3.*
D lens, inter cætera ita intonuit, irrigabo inquit terram fætore ſanguinis tui, inſuper montes & valles implebuntur ex te. Et operiam cum extinctus fueris cælos, & nigreſcere faciã ſtellas eius. Solem nube tegam, & Luna non dabit lumen ſuum: omnia luminaria cæli mærere faciã ſuper te, & dabo tenebras ſuper terram tuam.

Porro diligentiſsimus ille vir & doctiſsimus Abulẽſis, de iſta obtenebratione loquens. Durabit inquit forte hæc ſolis obtenebratio maiori tempore quàm durare ſoleant eclipſes, vt aperte conſtet non factum eſſe naturaliter, ſed ex Dei ſolius operatione. Et tunc inquit non procedet inconueniens de luminis
*Abul. ſuper Mat. 24. q. 83.*

Solis & Lunæ accremento, quandoquidẽ ſignum iſtud erit ante
*Matth.* diem iudicij, & tunc Sol & Luna ad tempus patientur huiuſmo D
24. di obſcuritatem: at rurſus conſuetum remeabit lumen, vt fieri
moris eſt eclipſibus finitis: & in illo manebit lumine vſque in
diem iudicij & tũc augebitur lumẽ, ita vt ſit lux Lunæ ſicut lux
*Iſa.*30. Solis, & lux Solis ſeptempliciter, iuxta Iſaiam 30. cap. Nã vt pre
*Glo. ordi.* clarè ordinaria teſtatur Gloſſa, Sol & Luna, & ſtellæ, ad tempus
*in Matt.* ſuo lumine priuabuntur, vt vicinum indicent aduentum Domi-
ni: ſed peracto die iudicij mundo innouato, maius lumen re-
cipient, vel ſuperueniẽte claritate veri luminis, videbuntur obſ-
*Simile.* curari & nullius eſſe luminis: ſicut præſente ſole, nullius fere lu E
*Glo. Lyræ in Mattha 24.* minis eſſe videntur Luna & ſtellæ. Quin & Lyranus ait, quod
corpora cæleſtia tunc manebunt in ſua natura integra, ſed iſta
obſcuritas erit reſpectu noſtri per interpoſitionẽ alicuius corpo
ris opaci, quemadmodum fit in eclipſi. Stellæ autem cadent nõ
quantum ad earũ ſubſtãtiam cum ſint incorruptibiles, ſed ſecun-
dum apparentiam, quia veræ ſtellæ abſcondentur per nubiũ den
*Ab. ſup.* ſitatẽ, & de nubibus terram verſus deſcendent exhalationes
*Mat.* 24. ignitæ quæ dicuntur ſtellæ cadẽtes: vnde & Abulenſis ait quod
*q.* 85. 91. circa diem iudicij cadẽt multę de his exhalationibus ignitis, qua
*&* 92. les & in quanto numero nunquam ante hac ceciderant, ne exi- F
ſtimetur hoc naturaliter euenire, ſed ad aliquod magnũ ſignifi-
candũ Deus volet quod illa ſigna non ſolũ ſint magna, ſed etiam
ipſe ſint terribilia, & inducant hominibus timorem.

*Erunt ſigna in Sole & Luna.* In Sole vt Gorranus ait, ſignũ quõ-
*Gorra. in* dam legitur triplex fuiſſe: primò, ſtatio tẽpore Ioſue: ſecundò
*Luc.* 21. retroceſsio vel retrogradatio tempore Ezechię: tertiò, occulta-
tio vel obſcuratio tempore Paſsionis Chriſti: aliud inſuper ſig-
num etiam futurum, de quo hodiernum loquitur Euangelium.
Primum autem ſignum accidit pro peccato Aegyptiorum, vt G
*Exo.* 10. cõſtat Exo. 10. ſecundum vero pro incredulitate Ezechiæ, vt
*Iſa.* 38. conſtat Iſa. 38. Tertiũ pro peccatis Iudæorũ, vt conſtat Mat. 27.
ſignum tamen quod futurũ eſt in die iudicij, erit pro peccato
omnium tam Iudæorum quam gentium, vt habetur hic & hæc
*Mat.* 27. quidẽ obſcuratio vocatur hoc loco ſignũ in ſole. Explicans autẽ
Angelicus Doctor hunc locum, ita habet. Videtur obijci ad id
*D. Tho. in* quod dicitur quod Sol obſcurabitur, quia dicitur Eſai. 30. Et
*Mat.* 24. erit lux Lunæ ſicut lux Solis, & lux Solis ſeptẽpliciter: vnde ad
*Iſa.* 30. hoc vidẽdum debes diſtinguere tria tẽpora, tẽpus ante aduentũ,
tẽpus in aduentu, & poſt aduentum. Ante aduentũ Chriſti hu-
*Ioel.* 2. iuſmodi obſeruationes fient de quibus hic dicitur, & Ioe. 2.





A Sol conuertetur in tenebras, in Chriſti aduentu non mutabun-
tur ſecundum ſubſtantiam, ſed ſecundũ cõparationẽ, quia tanta
erit claritas Chriſti & ſanctorum, quod nec apparebit lux eorũ,
iuxta illud Eſa. 24. Erubeſcet Luna, & confundetur Sol: ſed poſt
diem iudicij augebitur claritas Lunæ & ſtellarum, & tunc erit
verum quod dicitur Eſa. 30, ſcilicet quod Solis Lumen erit ſep- *Iſa.* 24.
templiciter, ſicut Lumen ſeptem dierũ: vt igitur cum quis mo- *Iſa.* 30.
ritur, oculi amittũt ſuam lucem, concutiuntur membra, & fluit *Simile.*
aluus, ita oculi mundi, qui ſunt Sol, Luna, & ſtellæ, lumen per *Pau. de*
B dent, quatiẽtur eius oſſa, quæ ſunt cæli & fluet magno mugitu *pala. in*
mare, quod aluus mũdi eſt. Si autem cælum irã deſcendentis *Mat.* 24.
ferre nequit, ſed obtenebratur & defluxũ patitur ſtellarũ, quid
peccator ferre poterit? porro per angelos mediæ Hierarchiæ *Soarez.*
qui virtutes dicuntur, ad quos operationes miraculorum *Epiſco. in*
ſpectant, ignitæ quædam exhalationes figuram habentes *Mat.* 24.
ſtellarum cadent de cælo, & forte ab iſto igne decidente in
modum ſtellarum, aduretur terra, & elementa calore ſol-
uentur.

*Erunt ſigna in Sole & Luna, & ſtellis.* Domine quod quæſo pa- *Peccatũ*
C trarunt malum Sol & Luna, quod ita eos punias, & luce eos *quãtope-*
priues? ſed quamuis iſti planetæ non peccauerint, tamẽ puniẽ- *re oderit*
tur, quia peccatoribus ſeruierunt. Conſidera igitur, ò pecator, *Deus*
vigilanter & neruosè, quantopere Deus peccatũ oderit: ſiqui-
dem & peccatũ damnat, & inſtrumentũ etiam peccati: vnde præ-
cepit dominus Moſi, vt quando expugnarent filij Iſrael aliquam *Deu.* 20.
ciuitatem inimicorum, deſtruerent ligna, arbores, & Syluas.
Sic Sauli præcepit dominus vt deſtrueret boues, oues & omnia- 1. *Reg.* 15.
quæ erant Amalech, quæ quidẽ non peccauerunt, ſicut nec muri *Ioſue* 6.
Hiericho. Tum etiã Deus optimus maximus ſerpentem qui ho *Gene.* 3.
D minem decepit, puniuit dicens: ſuper pectus tuum gradieris
qui quidẽ ſerpẽs culpã nõ habebat, cũ diabolus loqueretur in eo:
ſed quia inſtrumentum fuit peccati punitur. Quare diligentiſſi- *Creaturæ*
me & excitatiſsime tecum ipſe pecator ruminare debes, quod *puniuntur*
luna ipſa quæ te noctu illuminat quando ad peccandum, vt po- *quia nõ in*
te adulterandum, aut furandum, te confers, & Sol qui te reficit *ſurrexerũt*
& recreat, quando inique agis, Luce orbantur, cum non inſurre *contra pec*
xerint contra te, quando Deum creatorem ſuum & tuum offen *cantes.*
debas. Quin & terra ipſa comburetur, quæ te peccatis indulgen
tem non abſorbuit. Atq; hæc quidem omnia præſtat Deus in
ipſorum peccatorum deteſtationem, & vt metum & formidinẽ
peccatori incutiat, præcaueatq; & meditetur quã atrox ſuppli-

cium ipſum maneat autorem videlicet ſcelerum, ſiquidem ſenſu E
carentes creaturas tātopere punit Deus, quòd peccanti deſer-
*Iudith. 2.* uierint. Cum olim Holophernes vaſtaſſet & ſubiugaſſet ter-
*Simile.* ram Madian, deſcendit in campos Damaſci in diebus meſsis, &
ſuccendit omnia ſata, omneſq; arbores & vineas fecit incendi,
& cecidit timor illius ſuper omnes habitantes terram. Sic planè
*Timor hor* vt totamente atq; omnibus artubus contremiſcant peccatores,
*ribilis in* ſicut Holophernes arbores, ita Deus ſuccendet terram, Solem
*die iudicij.* etiam, Lunam & Stellas obtenebrabit. Quod ſi cælum iudicis deſ
cendentis excandeſcentiam ferre nequit, ſed tenebris potius F
ſqualet & obſordeſcit, quid obſecro tunc miſero peccatore fiet?
*Exod. 20.* Filij quidem Iſrael metu perculſi, videntes tot, taliaq; tonitrua
& fulgura, dixerunt Moyſi, loquere tu nobis, ne loquatur nobis
Deus, quid igitur dicetq; facietq; peccator, tot, tantiſq; conſpe
ctis ſignis, prodigijs atq; portentis? Si reformidāt homines ſolis
*Similia* obſcuritatem inſolitam, ſi non conſuetas horreſcunt tenebras,
*pulchra.* ſicut Aegyptij de quibus in Exodo dicitur, quòd factæ ſunt tene
*Exod. 10.* bræ horribles in vniuerſa terra, & tribus diebus nemo vidit fra
trem ſuum, nec mouit ſe de loco in quo erat. Si pauent terremo
tum, ſi ventorum vehementiam, ſi fluctus maris, ſi nocturnos G
ſtrepitus, ſi leonum rugitus: quāto quæſo magis, & intimis qui-
dem ſenſibus, exanimantia illa ſigna timido ſanguine refugient
& perhorreſcent? ſed iam quid ſequatur audiamus.

*Et in terris preſſura gentiū, præconfuſione ſonitus maris & fluctuū.* Li
bet ſtatim hoc loco elegantem quandam & ſalutarem Gregorij
*Gregor. in* Magni parænesim ſubijcere. Redemptor noſter inquit, paratos
*Euan. ho-* nos inuenire deſiderans, ſeneſcentem mundum quę mala ſequā
*mil. 1.* tur denuntiat, vt nos ab eius amore compeſcat, vt ſi Deum me
tuere in tranquillitate non volumus, ſaltem vicinum eius iudi-
cium timeamus. Illum ergo diem fratres chariſsimi ante ocu-
los ponite & quidquid modo graue creditur, in eius compara- H
tione leue dicite: quia ab illa tribulatione vltima tāto ſunt iſtæ tri
bulationes diſsimiles, quantū à potentia iudicis perſona præ-
*Haym. ho* conis diſtat. Vnde & Haymō præclarè ait, quod præuidens do-
*mi. in do-* minus humanæ fragilitatis tribulationes & preſſuras quæ circa
*mi. 2. ad-* finem ſeculi vēturæ ſunt, longè ante eas prædicere voluit, vt tan
*uentus.* to facilius tolerarentur, quanto ab ipſo longius prædictæ reco-
luntur: iuſtū enim eſt vt inſenſati homines qui in cunctis peccaue
runt, per cuncta feriantur idest ſi peccauerunt per aeris ſerenita
tem, feriantur per tempeſtates, & ſic ab inſenſatis rebus alijs fe-
*Sapien. 5.* riantur, vt impleatur idquod ſcriptum eſt Sapi. 5. pugnabit cum
illo



A illo orbis terrarum. Immutatis enim cœlorum virtutibus, con-
ſequēs eſt vt omnia deinceps quæ ſub cælo ſunt & à cæleſti vir
tute dependent, immutentur. Hoc enim fere diuinæ prouiden-
tiæ munus eſt, vt inſignes rerum humanarū ſtrages, formidolo
ſis antea ſignis, aut prophetarum vocibus prænūciet. Sic enim
priuſquam Antiochus rex horrendam illam cladem iudæis intu *1. Mac. 1.*
lit, in qua octuaginta hominum millia Hieroſolymis trucidauit,
totidemq; captiuos duxit, & ſacratiſsimum templum ſacrilego
furore temerare & ſpoliare auſus eſt, quadraginta dierum ſpatio
armati exercitus in aere dimicantes, aliaq; horrenda ſigna viſa
ſunt. Merito igitur peccatores tot tantaq; à cęleſtibus creaturis *Rhud. Ar*
B patientur: quia enim claritate Solis, & Lunæ, & Stellarum, abu *dē. hom. 2.*
ſi ſunt, vidēdo per eam quid concupiſcerēt, & quid mali facerēt, *dom. adu.*
vertetur eis ſol in tenebras, quia vero pace temporali per ſtultā
ſecuritatem male vſi ſunt fiet confuſio maris & fluctuum.

*Areſcentibus hominibus prætimore, & expectatione, quæ ſuperuenient*
*vniuerſo orbi.* Areſcentibus ait Gorranus, præ timore malorum *Gorra. ſu-*
inſtantium, & expectatione futurorum adhuc diſtantium. Hæc *per Lu. 21.*
autem mala ſuperuenient, ideſt deſuper ſcilicet de cælo venient
vniuerſo orbi, & nullus erit locus refugij. Non eſt mirum ſi ho-
mines areſcent prætimore, nam virtutes cælorū ideſt angeli mo-
C uebūtur, ideſt ad modum trementium ſe habebunt. Illa quidem
tribulatio eſt vtcumq; tolerablis vt inquit Haymō, poſt cuius fi *Hay. ho.*
nem gaudium ſperatur: illa vero dura, aſpera & intolerabilis, quę *in dom. 2.*
cum ſua preſentia cruciet, in futuro etiam maiora commina- *aduen.*
tur. Vtrumq; autem reprobis illa tribulatione continget: quia &
prę\ſentia mala ſuſtinebūt, & in futuro maiora expectabunt, qui &
foris pœnam, & intus timorem habebūt, nec de præſentibus, nec
de futuris ſecuritatem habere poterunt. *Areſcentibus hominibus*, *Diony.*
ideſt cunctis hominibus præſertim iniuſtis, quia præ magnitudi- *Carthu. in*
D ne formidinis & mæroris, corporalis harmonia quandam deſic- *Luc. 21.*
cationē & extenuationem incurret in eis. Sed tamen quanuis
acerbiſsima ſint, quæ tunc homines patientur, magis tamen eos
futurorum præſagia quam præſentia malorum incōmoda cru-
ciabunt: idquod iuſto Dei iudicio fiet, vt qui futurorum ſem-
per obliti præſentia ſemper cogitabant, tunc & præſentibus tor
queantur, & futurorū metu multo magis excruciētur.

*Nam virtutes cælorum mouebuntur.* Omnes angeli, ad quos per-
tinet mouere cælos, & facere cætera quæ circa cælos ſunt, ha- *Abul. in*
bebunt tunc ſpeciales operationes, maiores quas nunquā ha- *Mat. 24.*
buerunt, ita vt in comparatione præcedētium, iſtæ eſſe operatio *q. 49.*

 nes

nes, & ad has moueri dicantur angeli, & priores dicañtur eſſe E
*Chryſoſto.* quies quædam, & otium Merito autem vt ait Chryſoſt. moue-
*in Matt.* buntur virtutes cælorum cum tantam mutationem rerum perſ-
*homi.77.* picient. Mirabuntur enim videntes vniuerſa commutari, conſer-
uos rationes vitæ referre, orbem omnem terribili aſsiſtentem tri
bunali ac omnes qui ab Adã ad aduẽtum vſq; illum facti ſunt,
*Autor Si* operum rationem reddere. Si enim mutatio Lunæ tantos acceſ-
*militudo.* ſus & defectus parit in mari: & ſi eius cum Mercurio coniũctio,
gignit tantas procellas: ſi coniunctio Iupitris & Saturni poteſt
tantas mutationes in terra imprimere: ſi propter mutuos plane F
tarum aſpectus tantæ fiunt mutationes, quid quæſo futurum eſt
cum aſtra omnia, planetæ & ſigna de ſua ſede dimouebũtur aut
perturbabuntur, & omnes deniq; cæli cardines cõmouebuntur?
perſpicuum ſanè eſt quoniam quidem hic adeò pendemus ex ſu
*Ariſtot. in* perioribus, vt teſtatur Ariſtoteles, & in illis tanta eſt futura per-
*lib. Mete.* turbatio, hic etiam perturbanda omnia fore.

*Et tunc videbunt filium hominis venientem in nube, cum poteſtate mag na & maieſtate.* Sicut in nube aſcendit in cælum ab Apoſtolis,
*Lyran. in* propterquod dicitur Acto. 1. hic Ieſus qui aſſumptus eſt à vobis
*Mat. 24* in cælum, ſic veniet. Cum poteſtate inquam veniet & vt domi- G
nus, qui primo venit vt ſeruus. Hũc etiam locum explicans ve
*Beda in* nerabilis ille Beda ait: in poteſtate & maieſtate viſuri ſunt, quẽ
*ſer. 2. adu.* in humilitate poſitum audere noluerunt, vt virtutẽ eius tanto
tunc diſtrictius ſentiant, quanto nunc ceruicem cordis, in eius
patientiam non inclinant. Poteſt autem eſſe quæſtio vt ait bea-
*D. Tho. in* tus Thomas vtrum tam boni quam mali ſint eum viſuri in ſpe-
*Mat. 24.* cie glorioſa: & dicẽdum quod ſic: & ratio aſsignatur Eſa. 26. vbi
*Eſai. 26.* diſputans dominus cum Propheta dicit, non videbis gloriam do
mini, & reſpondet Propheta, domine exaltetur manus tua vt nõ
*Simile.* videant. Cui reſpondit dominus, videant, & confundantur; vndè H
boni videbunt ad lætitiam, mali ad cruciatum & triſtitiam: quan
do enim aliquis timet puniri, quanto maior poteſtas iudicis
contra ipſum apparet, magis affligitur, ſic quanto Chriſtus ma-
gis apparebit glorioſus, tanto magis cruciabuntur mali. Porrò
qualis futura ſit hæc poteſtas, apertè in ſancto Euangelio declara
*Simile.* tur cũ dicitur, quòd erunt ſigna in Sole, Luna, & Stellis. Si enim
eclipſis naturalis quæ per horam durat, vſq; adeo homines ter-
ritat, quantus putas futurus eſt terror cum videbunt homines
tantam ſyderum obſcuritatem & obtenebrationem? Si exiguus
*Simile.* terræmotus omnes perterrefacere ſolet, quid tunc dicendũ cẽ-
ſes, quãdo conturbabuntur omnia? nam virtutes inquit cælorũ
moue-



A mouebũtur, ideſt exercitus angelici, qui colligẽt oſſa per varios
tumulos, variaq; orbis terrę loca lõgè latèq; diſperſa: omnes au *Virtutes*
tẽ homines prę timore prope exanimabũtur, etiã culpa carẽtes. *cælorũ quæ*
Sicut accidere ſolet in familia, cũ pater ipſe familias ira incanda *ſint.*
erit: itẽ virtutes cælorũ mouebũtur, ideſt ipſa ſydera & planetæ *Horribilis*
quodãmodo ceu horologiũ diſturbabũtur. Poteſt etiã intelligi *dies domi-*
quod cæli quãuis fortiſsimi & incorruptibiles, atq; perpetui, ni *ni.*
hilominus contremiſcent, & quodãmodo turbabũtur: tũ etiam *Similia.*
ipſa luminaria in cælo, & ſaxa immania in terra. Quemadmodũ *Cælorũ mu*
B enim quãdo iudex aliquis à rege mittitur propter atrocitatẽ ali *tationes.*
cuius criminis, etiã qui nulli culpæ ſunt addicti cõtremiſcũt, cũ *Simile.*
videant aliũ puniri quòd malè locutus ſit, alium vero quòd ta-
cuerit: ſic planè dies domini horrẽdus erit, in quo etiã elemẽta, *Mutatio-*
quæ quodãmodo peccatorem diſsimulaſſe vidẽtur, puniẽtur: ta *nes variæ*
le eſt enim ipſum peccatũ, vt mundum etiã ipſum in quo patra *in mundo.*
tũ eſt, cõturbet atq; diripiat. Tũc quidẽ creaturæ omnes cõtra ho *Sap. 5.*
minẽ armabũtur, vt dicitur Sap. 5. cũ videant creatorem ſuũ, qui
pro homine paſſus eſt, ab eodem impugnari. Quod ſi Paulus ait *Roma. 8.*
Ro. 8. Si Deus pro nobis, quis cõtra nos, optimè quidẽ etiã dice
C re poterimus, ſi Deus contra nos, quis non pugnabit aduerſum *Pſal. 106*
nos? Ac boni quidem hoc die lętabuntur, iuxta illud Pſal. 106. Vi
debũt recti, & lætabũtur: mali autẽ cõtra, conturbabũtur & per *Sapien. 5.*
terre fiẽt, iuxta ac dicitur Sap. 5. Vidẽtes turbabũtur timore hor
ribili. Iuſtũ etenim erit Dei iudiciũ, vt quoniã ſcelera tua in hac *Confeſſio-*
vita ſecreta aliqua correctione emendare nõ vis, vt pote infirmi *nẽ ſuſtine*
tate aliqua, vel calamitate quã neſcis vnde veniat, tunc quidẽ in *bunt mali*
publico theatro ſanctorũ omniũ, ignominia afficiaris & condẽ *in die iu-*
neris. Quam quidẽ ignominiam præcedent ſigna in ſyderibus ſi- *dicij.*
cut quando domus aliqua ruinã molitur, aut mors alicuius in-
D ſtat, ſigna aliqua præcedere ſolent. *Beda ſer.*

*His autẽ fieri incipiẽtibus reſpicite & leuate capita veſtra, quoniã appro pinquat redẽptio veſtra.* In ſcriptura Sacra vt ait Beda, ſæpe caput *1. dom. ad uen.*
pro mente ponitur, quia ſicut capite reguntur mẽbra, ita actio *Glo. ord. in*
nes à mẽte diſponũtur. Leuare itaq; capita eſt mentes noſtras ad *Luc. 21.*
gaudia patriæ cæleſtis erigere, quaſi dicat vt ait Gloſſa, exhilara *Greg. ho. 1*
te corda veſtra, quia dũ finitur mũdus cui amici nõ eſtis, prope *ſuper Euã*
eſt redẽptio quã quæſiuiſtis: qui ergo appropinquãte mũdi fine *gel.*
nõ gaudet, vt ait Greg. amicũ ſe eſſe illius teſtatur: ex mũdi enim *Ant. Bro.*
deſtructione lugere, eorum eſt, qui radices cordis in eius amore *in Eu. 1. p.*
plantauerũt, nos autẽ qui cæleſtis patriæ gaudia æterna cognoui *a. 113.*
mus, feſtinare ad eã citiſsimè debemus. Attollite capita veſtra, *Apoc. 21.*

 quoniã

quoniam in propinquo erit regnũ Dei (ait Deus bonis & iuſtis) E
*Apoc.21.* in quo nulla iam erit afflictio, ſed perpetua tranquillitas, iuxta
*Rhudol.* illud Apo.21. abſterget Deus omnem lachrymam ab oculis ſan-
*Arden.* ctorum. Quare penſate diligenter, vt ait Rhudol. Arden. quã in-
effabiliter gaudebunt electi, quando veniet ſpes ſua, deſiderium
ſuũ, Deus & Dominus ſuus: quãdo trãſferet eos à valle lachryma
rũ ad altitudinẽ gaudiorũ, ab exilio ad patriã, à miſeria ad beati-
tudinẽ. Leuate capita veſtra: vulgo enim dici ſolet cũ aliquis eſt
triſtis, quod demiſſo capite ambulet, cũ autem lætus eſt, quòd e-
recto incedat capite: tum etiam dicimus Petrum, vel Ioannem,
caput iam erexiſſe, vnde Iob. 10 dicitur, non leuabo caput. F
*D.Hie in Mar.13.* *Videte ficulneam & omnes arbores.* Hæc eſt Prophetia ait Hieronymus, folia nata ſunt verba præſentia, æſtas vero proxima dies eſt
iudicij, in quo vnaquæque arbor manifeſtabit quæ intus habuit,
an aridum ad comburendum, an viride ad plantandum.
*D.Tho.in Matt.24* *Scitis quoniam prope eſt æſtas.* Arbores in Hyeme vt ait Angelicus Doctor, vitam habent, tamen occultam, vnde nõ producunt fo-
lia, neque fructus, ſed in principio veris incipiunt pullulare & tũc
apparet vita, ſic etiam ſancti modo non apparent, vt habetur ad
Coloſ.3. mortui eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt cum Chriſto,
ſed tunc vita ſanctorum apparebit cum veniet æſtas, ideſt ęterna
retributio. Cõparat autem arbores humano generi, vt teſtatur G
*D.Bonauen. In Luc. 21.* Seraphicus ille Doctor Eccleſiæ ſanctus Bonauentura, quia ſicut
impoſsibile eſt arborẽ ſecus viam fructus ad maturitatem ſer-
uare, ſic difficile eſt hominem iuxta mundum viuentem, ætatem
immaculatam vſque ad finẽ tenere. Sicut etiam arbores fructi-
*Simile.* ficant abſente Hyeme, ſic homo fructum habet poſt tribulatio-
*Can.2.* nẽ, Canti. 2. iam Hyems tranſijt, & paulo poſt, ficus protulit
*Hebr.12.* groſſos ſuos, hic fructus eſt per tolerantiam tribulationis, ad
Heb.12. omnis diſciplina, in præſenti quidem videtur eſſe nõ gau-
dij ſed mæroris, poſtea autẽ fructũ paccatiſsimũ exercitatis per
*Eſa.25.* eam reddet iuſtitiæ: in hac æſtate ceſſabit pluuia lachrymarũ, Eſa.
*Tob.3.* 25. auferet Dominus Deus lachrymam ab omni facie & Tob.3. H
*Cypr.ad Demetrianum circa principiũ epiſto.* poſt tempeſtatem tranquillũ facies. Scire debemus ſenuiſſe iam
mundũ, ait Cyprianus, nõ illis viribus ſtare quibus prius ſteterat
nec vigore & robore eo valere, quo antea præualebat. Hoc etiã
nobis tacentibus, & nulla deſcripturis ſanctis, prædicationibuſ-
*Mundus iam ſeneſcit & debilitatur.* que diuinis, documenta promentibus, mundus ipſe iam loqui-
tur, & occaſũ ſui, rerũ labentiũ probatione teſtatur. Nõ Hyeme
nutriendis ſeminibus tanta imbrium copia eſt, nõ frugibus æſta-
te torrẽdis ſolita flagrantia eſt. Minus auri & argenti opus ſug-
gerunt



A gerunt exhauſta iam metalla, & pauperes venæ breuiantur in
dies ſingulos, & decreſcit in aruis agricola, in mari nauta, miles in
caſtris, innocentia in foro, iuſtitia in iudicio, in amicis cõcordia,
in moribus diſciplina. Putas ne tu tantã poſſe ſubſtãtiã rei ſene-
ſcẽtis exiſtere, quãta prius potuit nouella adhuc & vegeta iuuẽ- *Virtutes iã refrigeſcũt in mũdo.*
ta pollere? Minuatur neceſſe eſt, quidquid fine iam proximo in
occidua & in extrema deuergit. Sic ſol in occaſu ſuo radios mi-
nus claros & ignei ſplendoris iaculatur. Sic declinante iã curſu,
exoletis cornibus Luna tenuatur, & arbor quæ fuerat ante viri-
dis & fertilis, areſcẽtibus ramis fit poſt modũ ſterilis & ſenectu-
B te deformis. Hæc ſententia mundo data eſt: hæc Dei lex eſt, vt
omnia orta occidant, & aucta ſeneſcant, vt infirmentur fortia &
magna minuantur. Olim vltra octingẽtos & nõgentos annos vi *Hominũ vita breuis.*
ta hominũ longęua procedebat, & vix nũc poteſt ad cẽtenarium
numerũ peruenire, canos videmus in pueris, capilli deficiũt ante
quã creſcãt, nec ætas in ſenectutẽ peruenit. Sed nullus mirari de- *Pueri ſtatim caneſcunt.*
bet ſingula in mundo cępiſſe deficere, quãdo totus ipſe iã mun-
dus in defectione ſit & in fine.
*Cælum & terra tranſibunt, verba autẽ mea non præteribunt.* Nihil in *Greg.Ho. 1.in Euãge. & glo. ordi. in Luc.21.*
corporũ natura, cælo, & terra durabile erit, ſed trãſibit velocius
quã ſermo meus: ait ergo cęlũ & terra trãſibũt, quaſi dicat, om-
C ne quod apud vos durabile & ſine mutatione eſt, ad ęternitatem
durabile non eſt: & omne quod apud me tranſire cernitis, fixũ &
ſine tranſitu tenetur, quia ſermo meus qui tranſit, ſentẽtias ma-
nentes exprimit. Itaque cũ verba mea ita abſque dubio ſint im-
plenda, videte ne contra prolationem verborum meorum ſitis *1.ad Theſ. 5.*
dediti crapulę & ebrietati & ſecularibus deſiderijs & curis, ſicut
quidã eorum tẽpore imminentis iudicij, de quibus dicitur, cũ di
xerint pax & ſecuritas, ſuperueniet repentinus interitus. Eſaias
dicit, cæli ſicut fumus liqueſcẽt, & terra ſicut veſtimẽtũ attere-
tur, & habitatores eius ſicut hæc interibunt, ſalus autem mea in
ſempiternum erit, & iuſtitia mea non deficiet. Cæterũ Deus op- *D. Hiero. in Iſa.lib. 14.& 51. 10.5.*
D timus maximus tanquã bonus venator, prædã ipſam ſuo loco &
tẽpore congruenti præſtolatur, videlicet in die iudicij nos expe-
ctat, & mortis tempore, omnibus enim nobis velimus nolimus
ſubeunda & experiunda mors eſt. Sic plane in die iudicij proba-
bitur apertè quis fuerit ſpica bonorũ operũ, & quis paleas tã-
tum igne cõſumendas habebit; ipſi enim ſuis operibus locuple-
tiſsimum de ſe teſtimonium exhibebunt. Cæterum quãtum cõ-
ducat ſæpe in memoriã reuocare quòd mortales ſimus, & mor-
tis iugum à nobis depellere nulla ratione poſsimus, teſtatus eſt

 ſanctus

ſanctus ille Patriarcha Ioſeph præcipiẽs Hebræis vt ſimul etiã quã E
*Gene.50.* do ouantes & glorioſi de Aegypto egrederētur, oſſa ipſius aſpor
tarent, vt mortalis cõditionis ſemper memores, nihil turpe vn-
quam cõmitterent. Quin & viri docti aſſerũt, quòd quãdo Noe
*Gene.7.* in greſſus eſt arcã, exhumauit oſſa protoparentis, quæ quidem
poſtquam egreſſus eſt de arca, filijs ſuis diſtribuenda cenſuit, vt
hoc pacto non tam protoparentis membra conſeruarent quam
mortis memoriam diu multumque apud ſe retinerent, & vitæ
ſuę honeſtam & laudabilem inirent rationem.

## DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

## CONCIO SECVNDA. F

*Autor Ioã.13.* *Runt ſigna in Sole, & Luna, & ſtellis.* Luc. 21. Matth. 24.
Mar. 13. Quid hoc noui, aut monſtri ſimile, agnus beni-
gne & manſuete? Contra hominẽ ipſum tãtis opus eſt
tonitruis, portentis atque prodigijs? Contra folium quod vẽto
rapitur oſtendis potentiam tuã, & ſtipulam ſiccã perſequeris?
aliquid mihi credite fratres, mirabile eſt in hac re, & aliquod ſa-
*Iſa.42.* lutare myſteriũ delitеſcit, vultis ſcire quid ſit, inquit Deus per
Iſaiã, tacui ſemper, ſilui, patiens fui, ſicut parturiens loquar, diſ-
ſipabo, & abſorbebo ſimul, deſertos faciam montes & colles, & G
*Peccata noſtra dei irã prouocant.* omne gramen eorum exiccabo, & ponam flumina in inſulas, &
ſtagna areſaciam. Exuberãt iã & inũdant peccata veſtra, ac pro-
pterea tantopere commoueor & incandeſco. Si iratus ſum, ve-
ſtra eſt culpa, vobis ipſis hoc aſsignate, non mihi: ego enim hoc
præſto quaſi inuitus & à vobis quaſi ad ſingulare certamen pro-
*Pſal.7.* uocatus. Nũquid non debeo iraſci? iudex enim iuſtus ſum, & for
tis. Quod ſi non quaſi inuitus, hoc facerem, certè neminem ſub-
monerem, at clamo ſemper, & præ tantis clamoribus, raucæ iã
propemodũ factæ ſunt fauces meæ. Non quidem vult te percu- H
tere aut lædere, qui ſemper clamando ſubmonet, caue tibi pec-
cator, obſerua, conſiderato. Si ego de veſtra punitione oble-
ctarer, nunquã tam ſæpè vos admonerem: non enim delector in
perditionibus veſtris. Deus enim mortem non fecit, nec delecta-
*Tob.3.* tur in perditione viuorũ: & Oſee 13. perditio tua Iſraęl ex te. Ex
*Sap.1.* vobis igitur prouenit tanti mali culpa & ſeges. Cęterum nequeo
*Oſee.13.* plane intelligere quam me cumque in partem cogitatione con-
uertam, quid nam ſibi proponant homines, aut in quo harundi-
neo baculo confidant, vt non pertimeſcere debeant horribilem
illum iudicij diem. Neque intelligo qua ratione tam deprauatã
viuentes vitam, poſsint ſperare in diuina miſericordia, nunquã
a peccatis



A a peccatis ceſſare volentes. Nã certe mihi ſacras literas vtriuſq;
teſtamenti nocturna diurnaq; manu volutanti, varia occurrunt
ſuppliciorum genera, hominibus à Deo optimo maximo etiam
pro minoribus delictis inflicta, ne dũ pro maioribus & atrocio-
ribus. Quis enim vnquam autumaſſet, pro delicto illo colligendi *Num.15.*
ligna in Sabbatho, vſque adeo hominem puniri, vt lapidibus o-
brutus interiret? Contemplare inſuper Mariam illam ſororem *Num.12.*
Aarõ, quæ licet eſſet ſũmę virtutis, quia tamẽ ob murmurauit
punitur. Vide Moyſi familiaritatẽ & intimã cũ Deo conſuetudi *Num.20.*
B nem ore ad os frequentatam, qui tamen in contradictionis aqua
ſeuere à Deo punitus eſt. finis plane non eſſet, ſi ſpatiari hac in
parte, & voluntati indulgere vellem. Si igitur cũ tanta aſperita-
te ſe gerit Deus in amicos, quid quæſo, magno peccatore fiet?
Si iuſtus vix ſaluabitur, impius & peccator vbi apparebunt? Ego *Pro.11.*
quidem vt verum ingenue profitear cum video Dei mandatum *1. Petri.*
vt offeratur aries ſine macula, vel vitulus pro eo qui per ignorã- *4. Leui.*
tiã deliquerit, & vt ſacerdos pro eo oret ad Dei irã leniendã: ta *4. & 5.*
citus mecũ ipſe Syllogizo; ſi ita Deus pro peccatis per ignorãtiã
C cõmiſsis placãdus eſt, & quæ obſecro expiatio pro ijs ſatis ido-
nea eſſe poterit qui per malitiã peccarint? ſane cum Oza vel ex- *2. Reg. 6.*
tremis tantũ digitis arcam attigit, repentino concidit interitu: *Act.5.*
& tu perfricta & impudẽti fronte tanquã lutulẽtus ſus in pecca
torũ omniũ cæno volutaris? Age iã quid tantũ admiſerant Ana- *Ioan.13.*
nias & Saphira, vt ambo accelerato mortis telo è veſtigio trãſ-
uerberati interirẽt? Quin etiã Chriſtũ audi interminãtẽ Petro in-
fernũ, ſi vel pedes ſibi lauari non permitteret. Et tu tãta propo-
ſita ſuppliciorũ nube & tenebricoſo ſpectaculo, totis adhuc præ
cordiis in vitiorum lecto ſtertis? Cæterũ de hoc argumẽto plura *D. Baſi.*
D tibi Baſilius de iudicio Dei in pręfatione tomo 3. ſuppeditabit.
Illud tenaci mẽte nunquã excidat, quod in hoc terribili & formi *D. Gre. 9*
dabili die, Deus ipſe non ſolũ iudex, ſed & teſtis futurus eſt: nam *Mora. c.*
per Hieremiã vatẽ dictum eſt. Ego ſum iudex & teſtis dicit Do- *17. Hie.*
min⁹. Arrige igitur aures, & cõſidera ſi quis hominũ inficiari que *29.*
at quod ipſe dicet, aut contradicere tanto teſti omni exceptio-
ne maiori. Hinc ergo proueniet quod erunt boni iuſte præmia-
ti, faciendo bona ſua in abſcondito, quandoquidem eadẽ videt,
& eorum futurus eſt remunerator & teſtis: & contra mali cõte-
rentur & ſeueriſsime punientur. Nam quemadmodum fulmina
fortiſsima, fortiores etiã oblatas res conterũt & funditus con-
ſumunt, atque vbi maiorem offendũt repugnantiã & luctã, ibi *Simile*
virtutem ſuã magis magiſque exerunt, tot taliaque cõburẽdo, *ſplẽdidũ.*
quæ

quæ autem minus reſiſtunt, illæſa relinquunt, vt experientia E
magiſtra didicimus, & Plinius affirmat: Sic vtiq; venturus adiudicandum Deus, ſuperbos quidem, elatos, tumidos proteruos, & arrogantes, ſua virtute proſternet, ac rigide puniet, humiles vero, & dicto parentes, non modo non puniet, verum ſe etiam illis pium & diſſuauiandum exhibebit.

*Plin. lib. 2. nat. hiſt.*

Timeo inquit beatus Cyrillus, mortẽ, quæ mihi eſt acerba, timeo infernum, quia æternus; timeo tenebras, quia nihil habent lucis. Timeo vermem illum venenoſum, quia nunquam interibit. Timeo quando cogito diem illum horrendum, qui non poteſt pretio immutari. Horreo ſedem illam & tribunal horrendum. Formido iudicem incorruptum, formido igneum quoddã F
flumen quod currit ante tribunal cum voraciſsima illa flamma. Formido crudeles illas pœnas, & ſupplicium ſine fine. Timeo catenas & carceres ſucceſos, ſtridorẽ dentium fletumq; ſine conſolatione. Non indigebit iudex ille accuſatoribus, teſtibus aut probationibus, quin potius quidquid cogitauimus, diximus, fecimus, ante oculos nobis ipſe proponet, tali modo vt nihil inficiari valeamus. Tunc nõ erit qui nobis faueat, aut nos defendat, non erit pater, nõ mater nõ filij, non cognati, non amici, nõ vicini, non pecunia, nõ poteſtas, omnia hæc peribũt, & tantum G
relinquetur reus ſolus comitatus ſuis delictis: quãto cũ terrore & pudore putas te eo die expugnandũ, cũ videris miniſtros illos tartareos tam crudeles tãq; immanes? Quorũ vel viſiones tantũ horrendæ excedũt tormẽta omnia humana. Ingemiſcent mali, & nullus eorũ miſerebitur: voces edent ex penetralibus illis, & abditis ac horrendis locis, & nõ erit qui exaudiat. Quid nam ibi faciet iactantia? quid tunc de vanagloria? quid de diuitijs? quid de delicijs & lautitijs? quid de mundanis apparatibus, de veſtitu, & nobilitate generis? Conſiderandum ergo fratres diligenter quales eſſe debeamus vt ſine timore accedamus H
ad illud iudicium, in quo minima quæq; non modo facta, ſed dicta etiam & cogitata numerabuntur. Nec ſolum hæc, ſed etiam otioſa dicta, neq; ſolum verba otioſa, ſed etiã cogitationes otioſæ. Conſidera præterea quanta futura eſt lætitia noſtra ſi Dei benignitate talia fuerint opera noſtra, vt mereamur collocari nõ in ſiniſtra, ſed in dextera iudicis ipſius, audireq; ſuauiſsimam illam vocem, venite benedicti patris mei, poſsidete paratum vobis regnum. Cõtemplemur autẽ vt adhoc perueniamus, ſupplicium æternum malorum, quanto pudore cõfuſi apparebunt ante iudicem, videndo ſe ſeparari ad ſiniſtram. Quid quæſo

*Cyril. ora. de exitu ani. & ſecun. aduẽ. iudiciũ vltimũ horribile.*

*Deſcriptio admirabilis quæ viuis coloribus extremum iudicium depingit.*

*Parati eſſe debemus ad reddendum rationem in iudicio.*

*Boni in iudicio læta buntur.*



A quæſo mente voluent, cum verba illa in ipſos proferẽtur? Ite maledicti in ignem æternum. Quidnam dicent, quando tradẽtur & reportabuntur in locum tam teterrimum & horrendũ, quẽ etiã dæmones viventes terrentur? Non erit tunc modica perturbatio inquit Chryſoſtomus, totius vniuerſi, cum ſit futura tam horrenda, vt propter tantam & regis maieſtatem, & vexilli ſuæ ſanctiſsimæ crucis, ſit obſcurandus Sol & Luna, & mouebuntur virtutes cęlorum, mirabunturq; cum videant tãtam rei mutationem. Non quidẽ obſcuraretur ſol, niſi ſplendor ille tantæ maieſtatis, & vexilli Crucis, ſplendorem ſyderum ſuperaret. Ca
B uendum igitur eſt ne propter minimas & breues delectationes, in voraciſsimam æternamq; flammã conijciamur: & ne cum recuſemus breui aliquo tempore ſuſtinere labores aliquos, nõ admittamur ad gaudia ſempiterna. Quod autẽ certò nos hic dies tremendus maneat, certum ſane ex eo eſt, quòd in mundo fieri videamus vt peccent multi, quorum etſi aliqui hic puniantur tũ per iudices temporarios, tum etiam per alia flagella à Deo inflicta, tamen complures alij peccatores forte peiores & nequiores, in hoc vita pro ſceleribus, nec à temporarijs plectuntur iudi
C cibus, nec à Deo ſed in ſummo potius honore & æſtimatione à mundo habentur. Quare hinc planè vel lippis & tonſoribus notũ eſt, quod cũ Deus nõ faciat acceptionẽ perſonarũ, tamq; amicus iuris ſui cuiq; reddendi ſit, vltimũ hunc diem conſtituere debeat & præfigere, in quo & illi plectantur qui pro commiſsis delictis hic non fuere puniti, atq; ſimul et ſemel totam penã exſoluant, tum etiam viri bene morati qui in hoc mundo tanquam omnium peripſema facti ſunt, debitis præmijs non defraudẽtur.

*Mali in iudicio triſtitia afficientur.*

*Chryſoſt. in Matt. hom. 77.*

*Crux Chriſti quantũ ſplendeat in iudicio*

*Iudicium generale cur fiat, quãuis præ ceſſerit particulare.*

Conſiderans porro iubar illud Eccleſiæ ſplendidum, Auguſtinus, hunc iudicij diem, ita ait: O fratres quam formidabilis erit dies ille, cum Dominus noſter Ieſus Chriſtus adiudicandum ve
D niet cum flamma voraciſsima comburente inimicos omnes. Ante quem vniuerſa contremiſcet terra, areſcet mare; defluent montes ſicut cera. In illa die trudentur mali in æternos carceres, vbi luctus erit ſine conſolatione. Væ illis qui ad tam tetra mittẽtur loca, in quibus infernalis ille & tartareus fumus in omnia perdurabit ſecula. Vbi nunquam ignis extinguetur, nec vermis. Nõ audietur tunc aliæ voces præter gemitus, non ſupererit aliud refrigerium niſi quod proueniet arapaciſsima illa flamma. Emẽda igitur frater vitã dum tempus datur: imploremus auxilium diuinum cum locus datur. Fleto nunc dũ lachrymis non intercluditur via. Noli pœnitentiam differre dum in hoc tẽpore viuis, in quo

*Aug. ad fra. in ere. ſer. 63. to. 10. & de ſan. ſer. 40. to. 10*

*Iſai. vlti.*

*Emendemus vitã dum licet*

quo tantum eius fructus commodiſsimus eſt & vtilis. Dum E
viuis conſule tuæ ſaluti, & antequam te mors ipſa inopinata
abripiat, præueni te ipſum ac prepara. Et quia deinde manus &
pedes ſunt colligandi ne poſsis opus aliquod exercere, nunc iam
te in bonis operibus exerceas cum datur anſa & occaſio. In hac
quidem die vt ait Chryſoſtomus, nullus alteri patrocinari pote-
rit. Tametſi enim iudicem deprecetur ſanctus Noe, vel patientiſ
ſimus Iob, aut iuſtus ille Daniel, vel Patriarcha Abrahã, aut ele-
ctus Iſaac, vel dilectus Iacob, aut omnes Patriarchæ & prophe-
tæ, aut omnes Apoſtoli, aut inuicti martyres, vel vt ſemel dicã, F
omnes ſimul Dei amiciſsimi, etiam matrem intercedentem ac
Dei genitricem ſecum adferentes, non poterunt veniam reis ip
ſis à iudice impetrare, neq; poterunt eundem placare ne malos
puniat & caſtiget. Dices, vbi nam ſunt indicia id oſtendentia, &
quomodo noſcam tunc ſanctorum preces ceſſaturas, atq; inter
cludendum omnino aditum ad diuinam miſericordiam? Id qui-
dem planum faciam ex ſacra Scriptura. Contemplare obſecro
illum in Euangelio non veſtitum veſte nuptiali tantopere repre
henſum, & à conuiuio eiectum, atque in perpetuum carcerem
coniectum, adeo vt neq; rex placatus fuerit conſideratione feſti G
ſolennis, nec etiam parcere voluerit tametſi eſſent nuptiæ filij,
nec quod mirabilius eſt, inter omnes cõuiuas vllus inuentus eſt,
qui pro eo intercederet. Vide quomodo animaduertit in eũ qui
talentum occultauit, nec fuit quiſquã inuentus qui eius cauſam
patrociniumq; ſuſciperet. Recole mente & cogitatione, quinq;
illas fatuas virgines, quæ quia oleum non habuerunt in lampadi
bus ſuis veniente ſponſo, repulſam paſſæ ſunt, & excluſæ fuerunt
à beatitudine, adeo vt nec profuerint clamores ad reſerandas ſe
mel occluſas valuas & obſeratas: nec inuentus fuerit, quod mi-
rabilius eſt, deprecator aliquis qui ſtomachabũdum ſponſum mi H
tigaret, aut verbis demulceret: Fac tibi præterea ante oculos
proponas auarum illum diuitem, qui cum peteret rem tam mi
nimam videlicet aquæ guttam, eam tamen nec pius Abrahã cõ
ceſsit, nec mẽdicus Lazarus poſtulare voluit, nec deniq; in toto
Abrahæ ſinu aliquis ſeſe obtulit ad eam rem patronum ac depre
catorem. Ita planiſsime res ſe habebit in tam horrendo & ſtupẽ
do iudicio videlicet vt ſecluſis ad lætã malis tanquã vitiorũ om
niũ ſentina, & capite dãnatis, nullus futurus ſit qui oret pro eis
iudicem, aut qui fautorẽ vel verbo tantum ſe ſe illis exhibeat.

*Chryſ. ho. 22. ad po. 10. 5.*

*In iudicio non admittentur deprecatores.*

*Matth. 2[2].*

*Mat. 25.*

*Luc. 19.*

*Mat. 25.*

*Luc. 16.*

*In iudicio nulla ſalutis ſpes relinquetur malis.*

*Timore cõcutietur mali nõſo*

*Erunt ſigna in ſole, & Luna, & ſtellis.* In mundo quidem vniuerſo
tam ſtupenda erunt ſigna vt vel ad cõſpectum eorum dumtaxat
tabeſcãt



A tabeſcant homines & areſcant præ expectatione futurorum.
Quaſi dicat, hæc quidẽ perexigua ſunt, ſi ad ea quæ futura ſunt
cõferantur. Si talia ſunt ſigna, qualia putas fore ſignata? Si tales
præcones, qualis putas futurus eſt iudex? Age obſecro, ſi Cicero
ni hæc enarrãda proponerẽtur, quãto ſentẽtiarũ pondere, & ver
borũ luce vteretur? quã viuos adhiberet colores, vt rẽ tã ſtupen-
dã & admirabilẽ perſuaderet? ſed ſacræ literæ ſola veritate cõ-
tentæ, huiuſmodi pigmẽtis & oratione non indigent. Quare tu
peccator ſic diligenter tecũ meditare atq; animo verſa, quòd tã
bonorũ præmia quã malorũ ſupplicia futura ſint ſempiterna. Vi
B de quomodo cõqueratur Deus per Hieremiã, audi inquit popu
le ſtulte qui nõ habes cor, qui habentes oculos non videtis, &
habẽtes aures nõ auditis. Et Amos 5. dicitur, leo rugiet quis nõ
timebit? Me non timebitis ait Deus, qui poſui arenam terminũ
maris, qui poſſum in ignẽ æternũ mittere, qui nullũ aliud ſtatui
remedium poſt condemnationẽ veſtrã, me inquã non timebitis?

*[ma]lum propter conſpicua ſigna, ſed etiam propter expectationem futurorũ malorũ.*

*Hiere. 5.*

*Amos. 3.*

*Hiere. 5.*

*Timeri vult Deus*

*Erunt ſigna.* Satis aperta inde nobis fit bonitas & miſericordia
Dei, qui ſigna prius vult mittere vt nos emẽdare poſsimus, ſicut
iudex aliquis qui venturus ad iudicandum, prius monet: & ſicut
pater familias, qui ne forte in ipſo facto deprehendat incom-
C poſitam & debacchantẽ familiã, prius ſtrepitũ pedum cõmouet.
Aduerte etiã quãtum doleat Deus deperditione noſtra, qui vult
creaturas ipſas propter hominis interitũ veſte lugubri amiciri,
& quod ſenſum quẽ expreſſerũt in morte ſui creatoris, nunc etiã
exprimãt in morte peccatoris, quod obſcuretur Sol, quod pate-
fiant monumenta, & alia multa contingant ſigna. Conſidera
etiam quod quãdoquidem ſeiratum aduerſus peccatores Deus
oſtendet, ſic etiam creaturæ armabuntur contra eoſdem. Quod
olim ſentiẽs Cain dicebat. Ecce ejicis me hodie a facie terræ, & à
facie tua abſcõdar, & ero vagus et profugus in terra: omnis igi
D tur qui inuenerit me, occidet me. Attende quam fœdum &
turpe ſit vt creaturæ vultum ſuum contegant ne videant ſcelera
tua, tu vero interim nõ erubeſcis, ſed procacior & petulãtior
in dies euadis, ſimilis vtiq; Phariſæis, qui in Paſsione Domini cũ
viderent turbam reuertentẽ & percutientẽ pectora ſua, ipſi inte-
rim non erubeſcebant, non confundebãtur ob tantũ perpetra-
tum crimen. Sed objicies, ſi tot ſigna precedere debent Aduentũ
Domini, cur ait Paulus, dies Domini ſicut fur in nocte ita ve-
niet? & Matthæus ait, quod ſicut fulgur exit ab oriente: vbi o-
biter obſerua quod non ait ſicut tonitru, quia ante hoc apparet
nobis fulgur. Ad quod reſpondemus quod pro malis præſertim
dicetur

*Dolet Deus de perditione noſtra.*

*Gene. 4.*

*Simile.*

*Luc. 21.*

*Mat. 24.*

*1. Theſ. 5.*

*Quomodo erit ſicut fur dies Domini ſi debẽt præcedere tot ſigna.*

dicetur dies Dominĩ ſicut fur, qui quidem ita in vitiorum cæno E
volutabuntur & inhæreſcent, vt quamuis tot & tanta præcedant ſigna nihilominus tamen eos dominus imparatos inueniet, & in fragrante crimine deprehendet. Nam quæ maiora obſecro ſigna, quam quæ acciderunt in Paſsione Chriſti? & tamen tantum abfuit vt conuerterentur Phariſæi & ſcribæ, quin potius
*Mat.* 27. Pilato dicerent, domine recordati ſumus quia ſeductor ille dixit adhuc viuẽs, poſt tres dies reſurgam: iube ergo cuſtodiri ſepulchrum vſque in diem tertiũ, ne forte veniãt diſcipuli eius & furentur eum.

*Erunt ſigna.* In obitu magnorum principũ videmus euenire in- F
terdum aliqua præcedentia ſigna, vt pote cometas aliquos vel aliqua eiuſcemodi portenta, quæ talem obitum prædicere videantur, ſic igitur non erit mirum ſi in hominum interitu, propter quos totus mundus conditus eſt, aliqua etiam appareant ſigna & prodigia. Adde quod ſicut quando eſt aliquis qui de rege ſuo obmurmurat, reperiuntur etiã qui pro eo reſpõdent: ſic planè cum modo peccator ſuis vitijs & ſceleribus de Deo ſuo immurmuret, tandem aliquando creaturæ etiam ſenſu carentes quę nunc quodammodo diſsimulant, pro rege ſuo & creatore reſpondebunt, ſeque ipſas contra peccatores armabũt. An G
non tibi videtur æquum vt ſi quis te pręſente, cui lumen præfers & quem in ſcribendo illuminas, ſcribit contra te, & multa tibi inurat infanda, ei lumen ipſum obſcures & extinguas? Sic plane ęquũ eſt vt Deus ea tibi luminaria obſcuret & obtenebret, quorum luce abuteris contra Deum factorem tuum qui te illuminat. Cæterum attente conſidera quantum peccatores perterreſient & exanimabuntur cum ſe derelictos & ſine Deo factore ſuo inuenient. Si enim filij Iſrael exiguam etiam & per modicã abſentiam Moyſi ferre non poterant, quin potius tãquam ſi ſine Deo eſſent ſtatim ſibi idolum confinxerunt, in cuius conſpectu ſibi H
viderentur aliquantulum acquieſcere: quid in iudicio facinoroſi homines ſentient cum ſe orbatos præſentia Dei ſui videbunt in ſempiternum? ſi quando Deus dixit ad Moyſen, vade, aſcende de loco iſto tu & populus tuus quem eduxiſti de terra Aegypti, & mittam præcurſorem tui Angelum, non enim aſcendã tecum: tantopere luxit populus, & nullus ex more indutus eſt cultu ſuo, quid tunc miſeris fiet cũ audient terribilem illam vocem, ite maledicti in ignem æternum? Sane ſicut cum Hebræus populus Deo ſuo ſeruiebat, omnes etiam creaturæ ipſi populo deſeruiebant, nam & mare eos libere tranſire permittebat, & cælum manna

*Simile.*
*Cometæ et alia ſigna aliquando apparẽt in morte principum.*
*Creaturæ quæ nunc quodãmodo diſsimulant peccata hominũ in iudicio contra peccatores inſurgunt.*
*Simile.*
*Simile.*
*Exo.32.*
*Abſentia Dei quantũ cruciabit damnatos.*
*Exodi.* 33
*Omnes creaturæ ſeruiunt pijs*



A mãna ſuppeditabat, & aer coturnices miniſtrabat, & Angeli miniſteria exhibebãt in columna ignis & nubis, & ſaxa denique ipſa limpidã aquam propinabant: cum autem populus à Deo ſuo auertebatur, etiam creaturæ contra ipſum inſurgebant. Sic plane pijs & ſanctis viris omnes creaturæ erunt fautrices, malis vero atque impijs inimicæ & aduerſatrices.

*Et in terris preſſura gentiũ.* Quaſi dicat, homines verſabuntur in maximis anguſtijs & perplexitate, alij alijs aſſociabuntur, & nullam inuenient conſolationem, imo magis affligentur, ſicut
B continget in inferno vt quanto plures illuc tendunt, tanto maior fit confuſio. Vnde diues ille Auarus tantopere expetebat ne fratres ſui illuc irent ac magis confunderetur. Aduerte igitur quod creaturæ ſine Deo nullam nobis exhibere poſſunt conſolationem, Deus tamen poteſt ſine ipſis. Vnde mali cum ſint ſine Deo, quem ipſimet derelinquere voluerunt, ideo requiem nullam inuenientes miſerabiliter affliguntur: vnde Pſalmiſta dicebat, timor & tremor venerunt ſuper me & contexerunt me tenebræ.

*Mali in iudicio quãtopere affligentur.*
*Luc.16.*
*Creaturæ ſine Deo nullam exhibent conſolationem.*
*Pſal.54.*

*Præ confuſione ſonitus maris.* Solet etiam mare ſuos edere ſoni-
C tus, & vehemẽter homines perterrere. Vnde nõ immerito dicebãt diſcipuli, dñe ſalua nos, perimus. Vide etiam quã terribiliter iactatus fuerit à mari Ionas Propheta, ſi igitur cõtra Dei amicos ita inſurgit mare, qualiter putas contra inimicos intumeſcet? ſi talia ſunt tempeſtatis initia, qualem putas fore ipſam tempeſtatem? Sanè cum Chriſtus Dñs venit in Ieruſalem, etiam ipſi pueri clamantes Chriſti benignitatem & manſuetudinẽ, atque humilitatem perſonabant: in iudicio autem vel ſenſu carẽtes creaturę eius iuſtitiam prędicabũt. Et ſane ſicut in corporali morte hæc cura vehementer vrit hominem, cum conſiderat
D quid de ſe futurum ſit & in quo ſtatu poſt mortẽ verſabitur: ſic plane in iudicio vehementer homines timebunt ſint ne futuri palea an triticum, oues an hædi: et an in fornacem miſsi exeant, tanquam ſelectum & probatũ aurũ, an vero denſa & rubiginoſa fęce ſint omnino obducendi.

*Præ timore & expectatione.* Hæc malorũ futurorũ expectatio vehementer diſtorquebit malos, ſicut ille qui capite damnatus eſt, vehementer cruciatur quando ſentit ad ſe venientem carnificẽ, qui de ipſo ſupplicium ſumpturus eſt. Erit igitur magnum diſcrimen in iudicio inter bonos & malos in ipſa expectatione: nã malis erit hæc expectatio tanquam initium quoddam pœnarum inferni, bonis verò erit tanquam initium quoddam lætitiæ & iucunditatis.

*Matt.8.*
*Ionæ.1.*
*Si ſigna malorũ in iudicio tã horrẽda erũt, qualia erũt ſigna ta?*
*Simile.*
*Mali in iudicio vehementer coanguſtabuntur.*
*Simile.*

cunditatis: vnde rubus ille qui ardebat & non comburebatur, E ſignificat huiuſmodi expectationem in bonis, qui tametſi eam ſentiant, non tamen conſumentur, nec ipſi ſuccũbent: Aegyptiacę autem plagæ denotant calamitates malorũ. Et certe ſicut eiſdem plagis triſtabantur Aegyptij & lætabãtur Hebręi, ſic erit de hac expectatione, & ſicut idem mare alios demerſit, & alijs iter præbuit, ſic erit in iudicio quando huiuſmodi mala eueniẽt. Vnde Chriſtus dixit viris pijs, reſpicite & leuate capita veſtra. Quod ſi beatus Hieronymus etiam in præſenti vita conſtitutus ſibi videbatur audire clangentem tubã ſurgite mortui, venite F ad iudicium, & maximopere commouebatur: quanto putas terrore concutientur mali, tot tantiſque vallati malorum generibus? Hoc etiam in hac vita vſu venire videmus, vt ſcilicet boni in morte tanquam in portu tranquilliſsimo maxime delectentur, & contrà mali, vehementiſsime crucientur: ſi quidẽ boni in hac vita ſentiunt ſe exules & in medio ſtruthionum ambulare, & ideo gaudent in diſceſsu: mali vero triſtantur quòd derelinquant delicias ſuas & voluptates quibus tantopere oblectabantur: boni delectantur quod venerit iam tempus colligẽdorum fructuum, nam quę ſeminauerit homo, hæc & metet, vt ait Apoſtolus Et Pſalmiſta ait, euntes ibant & flebant mitten- G tes ſemina ſua, venientes autem venient cum exultatione portantes manipulos ſuos.

*Tunc videbunt filium hominis.* In hoc quidem iudicij die apertiſſime Deus quam ſit iuſtus declarabit, & mali etiam hoc ipſum teſtificabuntur, cum ſe confuſos videbunt ante conſpectum filij hominis. ſi enim ante ipſum confeſſorem ſolum, erubeſcimus præ pudore & verecundia maximopere, & vix audemus peccatum vnum aut alterum aperire: quanta putas erit tunc verecundia & confuſio faciei peccatoribus, cum viderint pec- H cata ſua omnia Deo, Angelis & hominibus in publico Theatro manifeſtari? Non tamen erubeſcent boni quamuis in vita peccauerint, quandoquidem vulnera peccatorum ſuorum pœnitentiæ pharmaco curarunt & abſterſerunt: ſicut nec erubeſcit inuictus miles vulnera ſua patefacere, quæ ſibi pro regis ſui gloria inflicta ſunt: *tunc videbunt* conſidera peccator quod ſit nunc, & tunc: nunc quidem tuum eſt, tunc autem Dei: quando igitur magis nunc in delicijs verſaberis, tanto magis tunc in gemiſces & punieris. Tunc quidem abſcondita multa & ſecreta nobis manifeſta fient, quæ nunc nos latent, vt quomodo Iudas qui erat Apoſtolus damnatus ſit, & latro qui erat facinoroſus

ſaluus

*Exo. 3.*
*Exo. 7. 8, 9. & 10.*
*Exo. 14.*
*D. Hiero.*
*Si ſola iudicij cogitatio horribilis eſt, quãto horribilius ipſum iudiciũ futurum eſt.*
*Mors bonis grata, malis acerba.*
*Gal. 6.*
*Pſa. 125.*
*In iudicio Deus pro ſuo honore & iuſtitia reſpõdebit*
*Simile.*
*Erubeſcẽt vehementer in iudicio mali.*
*Simile.*
*hoc quidẽ temp⁹ eſt nũc malorũ, ſed iudiciũ erit tẽpus Dei.*



A ſaluus factus ſit: cur mali proſperentur & boni affligantur: cur facinoroſi homines ſæpe plus viuant quam boni, qui etiam in tenera ætate frequenter moriuntur. Vir malus nunc omnia ſibi putat licere, & in omnibus ſuperbe ſe gerit, neque Dei ſui recordatur: vnde pſalmiſta ait, dixit inſipiens in corde ſuo, non eſt Deus. Sed tamen caueat ſibi diligenter, quia quanto plus nunc Dei patientia abutitur, tanto magis tunc Dei vltionem experietur & ſubibit. Præclare quidem horribilem hunc diem præcauebat & præuidebat ſanctus Iob cum diceret, quis mihi hoc tribuat vt in inferno protegas me, & abſcõdas me donec per B tranſeat furor tuus? Quod ſi ante Chriſtum recens natum contremiſcũt reges in præſepio, ſi Herodes & omnis Hieroſolyma cum eo conturbatur: ſi in carne adhuc mortali poſitus, principes Synagogæ flagello de templo expellit, ſi ſolo verbo armatos cõtra ſe milites in horto proſternit: ſi in cruce ligatus, cælumque terramque ſonitu concutit, ſaxa cõſtringit, monumenta pandit, mortuos exſuſcitat, velum templi diſcindit: quid putas ſolutis manibus faciet, & in corpore glorificato conſtitutus? ſi in monte Thabor tres firmiſsimas columnas Eccleſiæ perterret et demolitur ſolo verbo, quid tunc futurum eſt cum dominus in ma- C ieſtate veniet, & cum nubes & caligo erunt in circuitu eius? ſane mea quidem ſententia ita res habet, quod ſicut ſatis pro ſua atrocitate peccatum ipſum nullus ponderare poteſt, & quanta ſit eius grauitas patefacere: ſic nullus ſatis prodignitate aperire poteſt quam horrendum futurum ſit ipſum Dei iudicium. Et ſicut nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quod præparauit Deus diligentibus ſe: ſic nullus ſatis debite æſtimare valet quantum futurum ſit malorum ſupplicium in illo tremendo die, & iræ ac calamitatis pleno.

*Leuate capita veſtra.* Dicent quidẽ mali bonis in vltimo die, cur D obſecro tanta ante oculos propoſita calamitatum mole, in lætia & gaudio verſamini? qui reſpondebunt malis quod reſpondebant olim filij Iſrael cum captiui in Babylonia detinerentur, tempore Cyri & Darij regis: nihil nos hæc mala premunt, quãdoquidem poſt ipſa ſtatim libertatem & quietem conſequemur. Vnde Pſalmiſta dicebat, De⁹ noſter refugiũ & virt⁹, ꝑpterea nõ timebimus. Porro in hoc vltimo die ſortes & vices cõmutabũtur nã mali tũc erũt in Hyeme, qui in hoc mũdo ſuã habuerũt æſtatẽ, & boni tũc iucundã habebũt æſtatẽ, qui hic ſæuã Hyemẽ perpeſsi ſunt: itẽ qui hic fuerunt in dextera deliciarũ & voluptatũ tũc erũt in ſiniſtra miſeriarũ & calamitatũ: & cõtra boni potiẽtur

*Multa quæ nunc ſũt occulta patebunt in iudicio.*
*Pſal. 52.*
*Iob. 14.*
*Matth. 2.*
*Ioan. 2.*
*Ioan. 18.*
*Mat. 27.*
*Luc. 23.*
*Mar. 17.*
*Mat. 9.*
*Pſal. 96.*
*Nul⁹ poteſt ſatis prodignitate horrorem diei vltimi aperire.*
*1. Cor. 2.*
*Simile.*
*Quid interrogabunt mali bonos in iudicio*
*2. Para. 36.*
*1. Eſdr. 1.*
*Pſal. 45.*
*Sortes cõmutabuntur malorũ & bonorum.*

 tunc

tunc amænitate illa & iucunditate ſempiterna, in dextera col- E
locati. Contingetigitur quod olim filijs Ioſeph contigiſſe ſacræ
*Gen.48.* teſtantur literæ. Nam cum Ioſeph exiſtimaret quod Manaſſe fi-
lius primogenitus qui hic dextram habebat, etiam in benedictio
ne patris ſui Iacob dexteram eſſet habiturus, & Ephrain ſini-
ſtram, commutans tamen manus Iacob, in dextera Ephrain
conſtituit, & in ſiniſtra Manaſſen, non valuit vnquam Ioſeph cō-
mutatas manus transferre, licet apprehenſam patris manum le
*Sentētia* uare conatus ſit de capite Ephrain, & apponere ſuper caput
*vltimi iu* Manaſſe. Sic profecto in die iudicij nullus poterit vllo pacto cō- F
*dicij irre-* mutatas manus transferre, ſed potius qui in hoc mundo dexte-
*uocabilis.* ram habuit, tunc habiturus eſt ſiniſtram: nec valebunt cælicolæ
aliqui, aut genitrix virgo (qui tamen non intercedent) aliqua
ratione tanquam Ioſeph huiuſmodi ſortes immutare, quin po-
tius in ſempiternum mali in ſiniſtra conſtituentur, qui hic in de-
liciis vixerunt, & boni in dextera conſidebunt, qui in hoc mun-
do pro Chriſto tot tantoſque labores ſuſtinuerunt, & perſecu-
tiones paſsi ſunt: atque ita illi rigidam Hyemem experientur,
hi vero ęſtate ſempiternæ beatitudinis perfruentur.

G

## DOMINICA PRIMA ADVENTVS.

## CONCIO TERTIA.

*Timeam' Deum qui tam horrifi cus veniet in iudicio.* E*Runt ſigna in Sole, & Luna, & ſtellis.* Luc.21. Matth.24.
Mar.13. Aequum plane eſſet vt propter amorem Dei
à peccatis ceſſaremus: ſed quando hæc nos cura non
tangit, ſaltem propter eius horribiles pænas metuamus, & vi-
tioſam vitam deponamus. Nam & poœta canebat, oderunt H
peccare boni, virtutis amore: Oderunt peccare mali formi-
dine pænæ. Multa quidem exempla de vtroque horum recen-
*Zacha.2.* ſeri poſſunt ex ſacris literis. Ad amorem enim nos facile mo-
*Pſal.90.* uere poteſt ſi conſideremus quantum Deus ſuos amet & dili-
*Pſal.36.* gat, vnde etiam dicit, qui vos tangit, tangit pupillam oculi mei.
Item Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te in om-
nibus vijs tuis: in manibus portabunt te, ne forte offendas
*Pſal.33.* ad lapidem pedem tuum. Et rurſum, ſi ceciderit non collide
tur quia dominus ſupponit manum ſuam. Item cuſtodit do-
*Luc.12.* minus omnia oſſa eorum, vnū ex his non conteretur. Et per
Lucam Dominus ait, omnes capilli capitis veſtri numerati
ſunt.



A Et Iſaias quidem dicit, cap. 66. ad vbera portabimini, & ſu- *Iſa.66.*
per genua blandientur vobis. Et alibi, antequam clamēt ad me *Iſa.65.*
exaudiam eos. vide etiā quā magnifice & perliberaliter exornet *4.Reg.4*
ſeruos ſuos, nam Eliſęus et multi alij Dei ſerui in nomine Do- *Amemus*
mini mortuos ſuſcitarūt. Quis igitur tā ferreus erit & excors *Deū qui*
qui Deū ex toto corde nō amet & diligat, cū tanto ipſe nos pro *tātopere*
ſequatur amore? Quod ſi præterea teſtimonia quæras propter *nos amat.*
quæ Deū timere debeas, quod quæſo teſtimoniū locupletius eſſe
poteſt quā hodiernū Euāgeliū, in quo fit mētio de horribili illo *Timeam'*
iudicij die? Si igitur te Dei amor à peccatis nō cohibet & coer- *æterna*
B cet, at certè te prohibeat, terreatq; timor iudicij, metus gehen- *ſupplicia.*
nę, terreant laquei mortis, dolores inferni, ignis vrens, vermis
rodēs, & tartarea flāma, ex taliū quidem cōſideratione Deū ti-
me, & hæc nō formidabis. Noueris proinde te, diſce quę peccā-
tibus Deus cōminetur: etiā eum timeas, quia initiū ſapiētiæ ti
mor Domini. Nā certe quēadmodum ex notitia tua venit in te *Eccl.1.*
timor Dei, atq; ex Dei notitia naſcitur amor: ſic è cōtrario de
ignorātia tui ſuperbia, ac de Dei ignorātia venit deſperatio. Eſt
plane iſte amor & timor Dei vt Clemens Alexandrinus ait, co- *Cle. Ale-*
lumna illa ignis atq; nubis, quæ filios Iſrael in deſerto præcede- *xan. Exo.*
C bat. Nubis enim inquit eſt refrigerare, ignis vero cōtra cōburere *14. Hie.1*
atque vaſtare. Quos ergo nubes non fouet, ignis vaſtat, & ideo *Amemus*
quiſquis reijcit vmbrā refrigerantē, ignē ſentiet cōburentē. Idē *& timea-*
etiā ſub alia Metaphora apud Hieremiā Prophetā Dominus ſi- *mus Deū.*
gnificauit, ait enim, quid tu vides Hieremia? Et ille, virgā vigilātē
ego video. Ab eodēq; rurſus interrogatus quid videret, ollam in
quit ſuccēſam ego video, & faciē eius à facie Aquilonis. Hoc ſa-
ne tāto virgæ nomine paternā diſciplinā Dei intelligimus, qua *Hebr.12.*
is flagellat omnē quē recipit filiū, nō vt euertat ſed vt corrigat. *Simile.*
Quēadmodū enim paſtor virga vtitur qua oues a deuijs itineri- *D. Chry.*
D bus adrecta deducat, nō qua oues lædat, ita Dominus facere cō- *Greg. lib.*
ſueuit. Quid autē ſignificet olla ſuccēſa, declarat D. Chryſoſt. di- *20. mor.*
cēs quod ei qui paternæ virgę caſtigationē nō recipit, olla ſuccē *c.3. Ser-*
ſa id eſt gehēna ignis parata eſt, porro electi vt ait Greg. quādiu *ui De*
in hac vita ſunt, ſecuritatis ſibi cōfidentiā nō promittunt. Horis *caute vi*
enim omnibus contra tenta mēta ſuſpecti, occulti hoſtis inſidias *uunt.*
metuūt, qui etiā tētatione ceſsāte, vel ſola grauiter ſuſpicione *In virtu-*
turbātur. Nā multis ſępe graue periculū incauta ſecuritas fuit, *tis officio*
vt callidi hoſtis inſidias nō tētati ſed iā proſtrati cognoſcerēt. Vi *ſēper cōti*
gilādū quippe ſēper eſt vt mens cōtinue ſolicita nūquā relaxetur *nere nos*
intentione ſuperna, ne laborioſa deſerēs in cogitationibus flu- *debemus.*

xis quaſi in quibuſdã mollibꝰ ſtramentis iacẽs, venienti corrupto E
ri diabolo mens ſereſoluta proſtituat: at vero eſt adcertamen
aduerſarij erigẽdus animus: ſemper cõtra occultas inſidias cau
*Abac. 2.* tela prouidenda. Hinc enim Abacuc Propheta ait, ſuper cuſto-
*Hie 3.* diam meam ſtabo. Hinc rurſum ſcriptũ eſt, ſtatue tibi ſpeculum,
*Pro.36.* pone tibi amaritudines, qui Euangelizas Siõ Hinc per Salomo-
*Can.3.* nẽ dicitur, beatꝰ vir qui ſẽper eſt pauidus. Hinc iterũ dicit, vniuſ
cuiuſq; enſis ſuper fœmur ſuũ propter timores nocturnos: no-
cturni quippe timores ſunt inſidiæ tentationis occultæ: enſis au
tẽ ſuper fœmur eſt cuſtodia vigilans carnis illecebras premens.
*Carnis ille* Ne ergo nocturnus timor id eſt occulta & repentina tẽtatio ſu- F
*cebræ fræ-* brepat ſẽper neceſſe eſt vt fœmur noſtrũ, ſuper poſitꝰ cuſtodię en
*nãdæ ſũt.* ſis præmat. Cęterũ quã magnificis quæſo verbis ſcriptores gẽtiũ
illã Mutij ſceuolę altitudinẽ & inuicti animi robur prędicãt, quo
*Mutii ſce* breui quodam tẽporis ſpatio extremũ brachiũ face ignis ſuppo
*uola exem* ſita, immotus retinuerit? Ego inquit ſeneca non dubito magis
*plum.* laudare trũcã & retorridã manũ Mutij, quã cuiuſcũq; viri fortiſ-
*Seneca.* ſimi ſaluã atq; illæſam. ſtetit inquit hoſtiũ flãmarũq; cõtẽptor, &
*Inferni* manũ ſuã in hoſtili foculo diſtillãtẽ ſpectauit, donec Porſẽna rex
*cruciatus* cuiꝰ fauebat, glorię inuidit, & inuito ignẽ eripi iuſsit. Si igitur G
*ſatis expli* immanẽ cuciatũ iudicamꝰ brachiũ ſolũ in igne ad breue tẽporis
*cari nõ po* ſpatiũ torrẽdũ deſtituere: Quis verbo exprimere aut mẽte cõſe-
*teſt quan* qui poterit, qualis ille cruciatꝰ futurus ſit, cũ nõ brachiũ ſolum,
*tus ſit.* ſed etiam corporis mẽbra, nõ ad tẽpꝰ, ſed in omni æternitate vl-
*Solus Deꝰ* tricibꝰ flãmis crucianda ſunt? Quæ igitur mens, quæ ratio, hoc
*cõprehẽde* tantũ ſuppliciũ ęqua lãce põderare quæat? Nõ dubium quin id
*re poteſt* quod nulla tẽporis menſura circũſcribitur, nulla etiã creata mẽ
*quãtꝰ ſit in* te cõprehẽdi poſsit. Sola igitur increata mens hoc eſt Dei filius,
*ferni cru-* qui huius tanti mali magnitudinẽ perfecte cõprehendit gemitu
*ciatus.* etiã ſuo eiꝰ magnitudinem declarauit & aperuit. Quare etiã atq; H
*Bern. ſup.* etiã cogita vt ait Bernardꝰ, cuiꝰ ſit formidinis & terroris, tuũ
*Cã. ſer.* atq; omniũ cõtẽpſiſſe factorẽ, & dñm maieſtatis, offendiſſe. Maje
*16.* ſtatis quidem eſt timeri, dñi eſt timeri, & maxime huiꝰ maieſtatis,
*Simile.* huiuſq; dñi. Quod ſi reũ Regiæ maieſtatis quamuis humanæ, hu
*effrõtes ſũt* manis legibus capite trũcari plectiq; ſancitum eſt, quis obſecro
*plane pec* finis cõtemnentium diuinam omnipotentiam eſſe poterit? Et
*catores.* qua tandẽ frõte tantam maieſtatem audebit irritare vilis pul-
*Lau. Iuſ.* uiculꝰ, vnico leui flatu mox diſpergẽdꝰ, & minime recolligẽdus?
*li. de ligno* Cum ergo tam magni põderis ſit timor dñi, ait Laurẽ. Iuſti. in
*vitæ c. 4.* telligamus quæ ſint illa quæ humano cordi poſsint incutere ti-
*de timo.* morem. Primo itaq; occurrit cõſideratio vehemẽtiſsimæ paſsio
nis Chri-



A nis Chriſti, ex qualitate ſiquidẽ pharmaci cognoſcit facile vehe
mẽtia languoris, cõſpui namq; Chriſtꝰ voluit, vt nos lauaret: ve *Timor dei*
lari voluit, vt velamen culpæ & ignorantiæ a cordibꝰ noſtris au *quibus cõſi*
ferret: in capite percuti vt caput noſtrũ ſcilicet Adam ſanitati re *derationi*
ſtitueret: colaphis cędi & verbis derideri, vt nos labijs & operibus *bꝰ nutria*
ipſũ laudaremꝰ: demũ occiditur, vt vulneribꝰ noſtris pręcioſo ſan *tur.*
guinis illiꝰ Balſamo medeatur: fuſus ſi quidẽ eſt cruor medici, & *prima cõſi*
factꝰ eſt medicamentũ phrenetici. Agnoſcamꝰ igitur iã tãdẽ quã *deratio.*
grauia ſint noſtra vulnera pro quibꝰ neceſſe fuit dñm Ieſũ vulnera
B ri. Secũdo adhibere debemꝰ cõſiderationẽ noſtræ culpæ. Si enim *ſecunda cõ*
tantum timet aliquis quidem vir criminoſus qui ſcit ſe reum *ſideratio.*
eſſe vnius criminis cũ eſt in cõſpectu terreni principis, quantũ
horrere debet qui multorũ reũ ſe eſſe agnoſcit delictorũ, de exa
mine regis æterni? & ſi tãta cura pertimeſcitur iudiciũ pulueris,
qua intentione cogitãdũ, & qua diligentia formidãdũ eſt iudiciũ
tantę maieſtatis? Ita ergo præſentis temporis eſt agenda lætitia,
vt nũquam amaritudo & timor ſequentis iudicij recedat a me-
moria. Tertio adhibere debemꝰ cõſiderationẽ miſericordię Dei *Tertia con*
quã nobis exhibet in præſenti, quæ eſt iudiciũ magnitudinis iu- *ſideratio.*
C ſtitię quã exhibebit in futuro, lento enim gradu ad vindictã Dei
procedit ira, tarditatemq; ſupplicij grauitate cõpenſat: Altiſsimus *Eccl. 5.*
etenim patiens eſt redditor: patiens vero redditor dicitur, quia
quos diu vt conuertantur tolerat, nõ cõuerſos duriꝰ damnat: &
quanto diutius expectat vt emendentur, tanto grauiꝰ iudicabit
ſi neglexerint. Quarto adhibere debemꝰ cõſiderationem operũ *Quarta cõ*
iuſtitię quæ a deo facta leguntur: ſi enim Angelis peccantibus *ſideratio.*
Deus non pepercit, quanto magis qui habitant domos luteas & *Simile.*
terrenũ habent fundamentũ cõſumentur velut a tinea, ſi Dei *Iob. 4.*
mandata prætererint? Recordare obſecro quantopere appa- *Gen. 7.*
D ruerit iuſtitia Dei in diluuio, in ſubuerſione Sodomę & alijs hu- *Gen. 19.*
iuſmodi naufragijs, & inde facile colliges quomodo cum vult ca
ſtiget Deus. Quinto adhibere debemus conſiderationem faci- *Quinta cõ*
litatis labendi tũ ſpiritualiter, tũ etiã corporaliter, quod quoti- *ſideratio.*
die in multis cernitur. Unde nimiũ præceps eſt qui tranſire cõ-
tendit, vbi cõſpexerit aliũ cecidiſſe, & vehemẽter effręnis ac pro
cax eſt, nõ timẽs ex alieno caſu: amator autem ſalutis ſuę eſt, qui
alienæ mortis incurſu, & cladibus cæterorum atque naufragijs
prouidus vitæ ſuæ factus eſt gubernator. Sexto habere debemꝰ *Sexta con*
conſiderationem omnipotentiæ Dei, cui reſiſtere nemo poteſt *ſideratio.*
& quẽ nullus põt effugere, de quo per Moyſẽ dicitur. videte quod *Deute. 32.*
ego ſum ſolus, & nõ ſit alius præter me, ego occidã & ego viuere *Eſa. 47.*

faciã: Et alibi legitur, vltionẽ capiã, & nõ reſiſtet mihi homo Sep- E
*Septima* timo adhibere debemus cõſiderationẽ ſapientiæ Dei per ſpicuè
*cõſi. Heb.* vidẽtis oĩa, quę nuda & aperta ſũt oculis eius. Magnaque proin
*4.* de demẽtia eſt ſi diſsimulare volumus & nõ timere, indicta nãq;
nobis eſt quędam probitatis neceſsitas, cũ agamus corã oculis iu
*Octaua cõ-* dicis cuncta cernentis. Octauo adhibere debemus conſideratio-
*ſide.* nẽ zeli diuinæ iuſtitiæ, qui ex hoc apparet, quod Deus pater po-
tius voluit vt vnigenitus ſuus pœnã quam debebat hominũ ge-
*Roma. 8.* nus, ſolueret, quã ſi eã ipſe gratis dimitteret, quod ſi nõ pepercit
proprio filio, nunquid parcet figmẽto? Nunquid parcet ſeruo ne- F
*Nona con-* quã? Nono adhibere debemus cõſiderationẽ extremi iudicij, cu-
*ſide.* ius mẽtio fit in ſancto Euãgelio hodierno, atq; vt exiſtimo quia
*Securita-* tã ſæpe illud prædicari auditis, eo breuiores & mobiliores radi-
*tẽ habem⁹* ces in veſtris animis agit ac propagatur. Olim quidẽ vt ſacra te-
*falſam o-* ſtatur pagina, miſit De⁹ duos Angelos ad Loth, prędicaturos ſub-
*bliuiſcẽtes* uerſionẽ Sodomæ & aliarũ ciuitatũ, qui hoc ipſũ generis ſuis de-
*hũc diem.* nũciauit, dicẽs ſurgite, egredimini de loco iſto, quia delebit Dñs
*Gen. 19.* ciuitatẽ hanc, viſus tamẽ eſt eis, vt ibidem dicit ſcriptura, quaſi
*Timeam⁹* ludẽs loqui. ſanctũ etiã Noe vniuerſale diluuiũ prædicãtẽ, omnes
*commina-* ſubſannabãt cũ diceret eis propter inũdantia peccata fore etiam G
*tiones dei.* aquarũ inũdatione delendũ orbẽ. Et tamẽ quid acciderit vide,
nam & illi igneq; ſulphureq; cõflagrarunt, & hi aquarum collu-
uione atque abyſſo perierunt. Quid igitur fratres velut alias res
agẽtes & oſcitabũdi hodiernam auditis doctrinã? Quid cuncta-
mini? Quorſum nõ arrigitis aures? Certe ſi iuſtam viueremus vi-
*Deũ obli-* tã, nõ eſſet quod metueremus huiuſmodi diẽ, imo vero illũ totis
*uiſcuntur* præcordijs anhelaremus expectantes cũ Apoſtolo beatã ſpẽ, &
*qui nõ ſpe-* aduẽtũ gloriæ magni Dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, cũ tamẽ
*rant eius* vitioſe viuamus, & tanquã meſſẽ nullã in illa ęſtate reportaturi,
*mercedẽ.* idcirco cunctamur, oſcitamus, negligimus: boni vero lætantur H
plurimũ conſiderantes huiuſmodi diẽ, in quo immarceſcibili co-
rona corpusq; animuſq; donabũtur: dicentq; cũ Paulo, bonũ cer-
*2. Timo. 4.* tamen certaui, curſum conſummaui, fidem ſeruaui: in reliquo
*Solet nos* repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ quam reddet mihi Dominus in
*Deus mo-* illa die iuſtus iudex, non ſolum autem mihi ſed & his qui dili-
*nere vt* gunt aduentum eius. Cæterum monet nos Chriſtus Domi-
*corriga-* nus in hodierno Euangelio, de hiſquæ contingere debent in
*mur.* iudicio, vt cum venerint, præmeditati accedamus: ſolet enim
*Hie. 4.* Deus multo antequam animaduertat in malos, eoſdem monere
*Gen. 6. &* vt caueant ſibi ne imparati inueniantur. Hinc monuit Hebręum
*7.* populum priuſquam ei calamitates infligeret dicens per Hiere.
Annun-



A Annuntiate in Iuda, & in Hieruſalem auditum facite: loquimini
& canite tuba in terra, clamate fortiter. Adde quod poſtquam
in diluuio comminatus fuit, adhuc per totos centum annos ad
pœnitentiam omnes expectauit, & plures adhuc expectaſſet an-
nos, niſi id illorum demerita præcluſiſſent. Quin & Aegyptios
pueros Hebræorum ſubmergentes & multa alia nefanda patrã-
tes, expectauit ad pęnitentiam octuaginta annos, & eos ſubinde
monuit de varijs calamitatibus impendentibus. Iudæos etiam *Præſtola-*
ipſum crucifigentes, ad pœnitentiam quadraginta annos præ- *tur Deus*
B ſtolatus eſt vt conuerterentur, atq; varias ipſis miſerias, variaq; *malos vt*
prodigia euentura ſæpe denuntiauit, adeo vt etiam in aere arma *pœniteãt.*
ti diſcurrentes apparerent ſuper Hieruſalem, & variæ horribi-
les voces audirentur. Hoc etiam præſtat in hodierno euangelio, *2. Mac. 5.*
certos nos reddens de futuris calamitatibus in iudicio: nec mi-
rũ planè, ſi enim Iudæos & alios populos de minoribus calami-
tatibus monuit, quid ni maiores iſtas & noſtram mentem ſupe-
rantes crudeliſsimas pęnas denuntiaſſet? Et certè quemadmodũ *Similitu-*
cum taurus aliquis furibundus curſu exagitandus eſt, præco- *do ſplen-*
nis voce monentur omnes vt ſibi diligenter attendant, & proui- *dida.*
C di parentes chariſsimos ſibi gnatos monent vt in feneſtras ali-
quas vel editiſsima tecta conſcendant, ne à tauro lædantur: ſic
planè hodierno euangelio tanquam præconis voce monemur
vt nobis diligenter proſpiciamus, ne fortè cum iratus Chriſtus
dominus in vltimo die veniet, eius terribili ſententia feriamur, *Maxima*
& in perpetuum condemnemur. Cæterum diligenter conſidera- *perfrue-*
re debemus quanto gaudio & lætitia perfruetur anima viri iuſti *tur lætitia*
in hoc die quando cum corpore coniungetur, vt in ipſum etiam *anima iu-*
gloriam ſuam refundat, & quoniam particeps fuit laborũ, etiã *ſti cũ cor-*
tanti pręmij tantæq; iucunditatis exors non ſit, habeatq; ſibi an- *pori coniũ-*
D gelum aſsiſtentem & miniſtrantem, ſibi datum ſtatim atq; in hãc *getur.*
prodijt lucem & vitales carpſit auras, quiquidem maxime læta- *Maxima*
bitur de ſui clientuli proſpero & terq; quaterq; felici ſucceſſu & *afficietur*
ſtatu. Contra vero viri mali anima in maximo erit luctu & ſqua- *triſtitia a-*
lore quando in corpus ſe remeaturam ſentiet, ipſumq; diris exe- *nima im-*
crationibus perſequetur maledicens horam in qua talem ſibi co- *pij quãdo*
mitem nacta eſt. O me infelicem dicet, quæ vt tibi placerem, & *corpori cõ-*
tuis voluptatibus atq; delicijs inſeruirem, in tantum miſeriarũ *iungetur.*
gurgitem demerſa ſum. Quare accede iam infeliciſsimũ corpus, *Dialogiſ-*
vt ſis etiam particeps tormentorum, cum fueris hortator malo- *mus ani-*
rum: maledicta lingua quæ tot tantaſq; blaſphemias & periuria *mæ impij*
protuliſti: maledictę manus quæ aliena diripuiſtis: maledicti ocu- *cũ corpore*


liqui

ſi qui carnis delicias cõcupiuiſtis: maledictæ aures quæ ad proxi E
morũ ignominias audiẽdas patefactæ eſtis: maledictũ denique cor
in quo tanquam in fornace tam horrẽda ſcelerum genera fabre
facta ſunt Quid porro dicet huius animæ cuſtodiæ præpoſitus?

*Quid dicat ange. præpoſitus cuſtodiæ viri impij.*

O te infelicẽ ait animã, quam imprudẽter meis ſalutaribus mo
nitis abuſa es. Quã ſæpe mihi reſtitiſti? quanta nefanda me præ-
ſente facere non erubuiſti? Secede, ſecede igitur iam à me, & dig
nãtuis ſceleribus recipe mercedem, tormenta videlicet ſempiter
na, atq; horrificos cruciatus. Qualis queſo tũc erit malorũ ſẽſus?
quam intimis ſenſibus ingemiſcent? Quare age iam peccator dũ F
hic viuis fac te anteactæ vitæ pœniteat, emenda quæ perperã cõ
miſiſti: pro foribus te expectat diuina benignitas & longanimi-
tas ad pœnitentiã. Angelũ nec minimũ ad pœnitẽtiam expectat,

*Angelos nõ expectauit Deus ad poenitentiam.*

ſed ſtatim punit, te vero per tot annos iampridẽ expectat vt reſi
piſcas: ne abutaris quæſo tanta Dei Opt. Max. patientia, nec tibi
perſuadeas eò quod ſtatim nõ puniaris, te eſſe in obliuione apud
Deũ: nec dicas illud Eccleſiaſtici, peccaui, & quid mihi accidet tri
ſte? altiſsimus enim eſt patiẽs redditor. Videas certè quoſdã Dei

*Eccle. 5.*

*Mali abutũtur Dei patiẽtia.*

benignitate abutẽtes, qui quoniã in primo ſtatim peccato non
puniũtur, nihil verẽtur aliud atq; aliud adijcere peccatũ, ignorã G
tes miſeri quod quanto plus diſsimulat, tanto grauius deinceps
puniet. Sicut arcus quo plus intẽditur, eò vehemẽtius ſagittã ip
ſam extorquere cõſueuit. Solẽt quidẽ aliqui in eo ſibi placere &
magnã ſibi ſecuritatẽ polliceri quod videãt ſe aliqua bona opera

*Leuit. 23*

admiſcere inter tot & tãta mala. Sed aliter in Leuitico figuratũ
videmus, nã qui totus leproſus erat, nõ ita immũdus cẽſeri vide
batur, atq; qui aliquã tantũ corporis partẽ leproſam habebat: vt
inde intelligamus difficiliorẽ videri curationẽ eius qui confidit
de quibuſdã bonis operibus à ſe factis inter multa malorũ gene
ra, quandoquidẽ iſte ſe iã in tuto eſſe arbitratur & ſibi falſam ſe H
curitatẽ omnino pollicetur. Nolite ait Hiere. cõfidere in verbis

*Mali ſe ſecuros arbitrãtur propter aliqua bona opera.*

mẽdacibus, dicẽtes tẽplum domini, tẽplum dñi eſt: putabãt enim
Iudæi omnia tuta vt Eſaias ait, eò quod offerrent multa ſacrifi-
cia, & celebrarẽt multas ſolẽnitates & dies feſtos Cõtra tamẽ di
cit Deus. Quo mihi multitudinẽ victimarũ veſtrarũ dicit dñs? ple

*Hier. 7.*

*Eſai. 1.*

nus ſum: incẽſum abominatio eſt mihi: Neomeniã, & Sabbathũ
& feſtiuitates alias nõ feram: manus enim veſtræ ſanguine plenæ
ſunt. Itaq; illi ſe ſecuros putabant ſi boues mactarẽt, Calendas,
& alias ſolennitates ſeruarent, manuſque ad cælos extenderẽt.
Sed quoniam manus fœdatas habebant innocentũ cruore, audie
runt omnia hæc odiſſe animam Dei. Sic igitur quibuſdam Chri-
ſticolis



A ſticolis videtur quod ſecuri iam ſint & omnia ſibi liceant,
propterea quod rem ſacram audierint, vel ieiunauerint, vel ro-
ſarij preces effuderint, vel eleemoſynam dederint, vel horas ca-
nonicas prenuntiauerint, ſtatim enim ſe putant cælum digito
contingere poſſe, ſibiq; propterea licere in omnium vitiorum
cœno volutari, abſq; vllo Dei timore & tremẽdi eius iudicij. Ta

*Aliqui procaciter multa cõmittũt mala confiſi de quibuſdam bonis operibus.*

les vtiq; ſimiles ſunt Simoni illi leproſo, qui de peccatrice iudi-
cabat, & ſuam lepram non agnoſcebat, ſed Chriſtum non Pro-
phetam declarabat, & cum ſe ſoluere arbitraretur nihil opor-

*Luc. 7.*

B tere, parabolam audiuit, quæ eum debitorem arguebat. Illos ve-
ro peccatores peccatrix illa adumbrabat, qui in ſe nihil præter
mala cognoſcunt, qui ſe intus erubeſcentes facile omnia ſua pec
cata omnipotenti medico oſtendere non verentur. Sic vtiq; fa-
cere debent qui in tam tremendo iudicio liberi euadere cupiũt,

*Mali aliorum explorant defectus, interim in ſuis cæcutiẽtes.*

in quo veniet Deus cum millibus ſanctis, vt bene longè ante po
pulo Hebræo ſanctus Moyſes prædixerat in vltima illa benedi-
ctione, qua longum vale ipſi dixit, vt alta mente repoſitũ ſem
per haberent huiuſmodi iudicij tremendum diem. Sed dic bone

*Accuſemus nos ante Deũ de ſceleribus commiſſis.*

Chriſte, cur obſecro cum tot millibus ſanctis adiudicandum ve-
C nies, quippe qui habeas tantas angelicas copias atq; exercitus?
Hoc quidẽ faciã ait, vt cõfundantur mali & peccatores, quorũ
alij ſe excuſando dicunt non poſſe ieiunare & abſtinẽter viuere:

*Deut. 33.*

quibus occurret cũ Baptiſta: alij dicent ſe non poſſe iniurias con
donare, quibus occurret cũ Stephano: alij deniq; circa alia virtu
tũ opera ſe excuſabunt, quibus occurret cum tanta virorum ſan
ctorum, & omni virtutum genere exercitatorum multitudine.
Quodquidem egregiè conſiderans beatus Auguſtinus dicebat,
tot iudicibus inops aſtabo, quot me preceſſerũt in opere bono.

*Cur veniet ad iudicãdum dominus in comitatu ſanctorũ.*

*D. Aug.*

D Tractans quidem de huiuſmodi tremendo die Chriſtus domi
nus dixit per Matthæũ: ibunt hi in ſupplicium æternum, iuſti au
tem in vitã æternã. O infeliciſsimos illos, iſtos vero feliciſsimos

*Matt. 25*

*Iudicij vltimi conſiderationes.*

& millies beatos, qui tanta gloria perfruẽtur, illi vero tanta cõ
fuſiõe & tali? Dicite obſecro, ſi quis reuelaret vos eſſe de nume
ro beatorum, ſicut Paulo reuelatum fuit, & latroni, quid quæſo
faceretis? Videmini ſtatim dicere, quod proſtraretis vos & im-
mortales Deo gratias ageretis pro tã ſingulari collato benefi-
cio: itẽ quod nil vobis accidere poſſet quantũuis acerbiſsimũ,
quod nõ facile toleraretis, omnia etiã contẽneretis mũdana, illa
ſola nixi cõſideratione, quòd poſt rapidũ & citiſsimũ hoc vitæ
curriculũ, ſtatim in æternã felicitatẽ ſemigrandũ vobis eſſet: neq;
vos labores moleſtarent, nec voluptates ineſcarent: nec fama
nec

*Quod vtique præſtaremus ſi nobis noſtra ſalus reuelaretur, iam nũc ſedulo præſtemus*

nec infamia conturbarent, aut diuinum vobis obſequium retar- E
darent Cur igitur manus non reſpondet linguæ? Aut cur aliud
in ore, & aliud in pectore geſtatis? Hoc quod dicitis facite viri
inſenſati, & viuetis, certiſsimi enim eſtis quod ſi hæc præſtiteri-
tis, vtiq; ſempiternam beatitudinem conſequemini. Verum mi
rabile illud profectò eſt, quod cum concionatores ipſi tantopere
nos moneant, & cęleſtia bona ex parte Dei nobis polliceantur,
nihilominus tamē exiguos referāt fructus atq; nos ſurdas aures
*Simile.* eis exhibeamus. Quod ſi in hoc ſeculo ad tēporale aliquod incō
modum vitandum, multam adhibemus ſolicitudinem, cur non F
*Conſiderationū bonarū inopes ſumus.* maiorem adhibebimus ad æternam pęnam euitandam? Sed reue
ra illud in cauſa eſt, quod parum conſideremus quę in alia vita
nos manent præmia ſiue ſupplicia. Etenim tametſi hic noſter ig
nis comburere ſoleat, nihilominus tamen ſi leuiter admodū &
obiter manum per flammam duxerimus, nō nos lædet, at ſi pau-
lo diutius ibi manum continuerimus, vehementiſsime commo-
*Simile* uebit: ſic plane & in re propoſita accidere nobis ſolet, quòd ſci-
licet cum parum, & frigidè admodum atq; oſcitanter cęleſtia cō
*Conſideramus frigide quæ ad ſalutē animę pertinent.* ſideremus, aut æternam gehennam, ita etiam nos leuiter aut ni-
hil afficiant hæc ſiue præmia ſiue ſupplicia. Cæterum criminoſi G
homines in hac vita vt iuſtitiam, iudiciumq; effugere queāt, mul
ta ſibi diffugia quæritant, multasque comminiſcuntur tergiuer-
ſationes, quibus poſsint libere euadere, & vitā ſuam diutius cō
ſeruare. Interdum enim ſubornatos producunt teſtes, nonnun-
*Simile.* quam fallacem expoſcunt procraſtinationem, quandoq; vero
mendicata ſuffragia quærunt: at vero in futuro iudicio his omni
bus locus nullus relinquetur, neq; etiam pecuniæ, qua ſæpe iudi
*Pſal. 48.* cia corrumpuntur. Vnde Propheta ait, ne timueris cum diues fa
ctus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius,
quoniam cum interierit, non ſumet omnia, neque deſcendet H
*Iob. 8.* cum eo gloria eius Item, Iob 8. dicitur de his qui confidunt in
rebus mundanis, ſicut tela aranearum fiducia eius. O mundano-
rum hominum ingēs miſeria, ò labores vanos, inaniterq; con-
ſumptos? ò cogitationes aëreas & caducas, quæ in medio ſpatio
ſæpe franguntur, & corruunt antequam ſalutis portum conſpi
*Orig. ho. 5. in Leuit.* cere potuerunt? Tantum ſi cauſa dicenda ſit apud iudicem ter-
renum, quæ aliquem metum ex legibus habere videatur, & om-
nibus vigilijs excubatur, & aduocato munera præparantur, etiā ſi
anceps periculum ſit, aut etiā ſolius notæ metus, vel domini ra-
tio: & nos hæſitamus, dormiturimus, negligimus, quos ſtare opor
tet ante tribunal domini noſtri Ieſu Chriſti, vt referat vnuſquiſ
que



A que prout geſsit in corpore ſuo ſiue bonum ſiue malum? Tunc
enim omnia manifeſta fient, nec erit methodus aliqua crimino
ſo viro, qua valeat facinora ſua, etiam vſq; ad minimā quamq;
culpam occultare. Nam certè quemadmodum qui maculas ha- *Similitudo ſplendida.*
bent in corpore, priuſquam veſte nudentur, eas opertas ac pluri
mis ignotas ferunt, ſæpe pretioſiſsima etiam ornati veſte, cum
fortè intrinſecus quoq; formoſi ac venuſti ex illo exteriore cul
tu iudicarentur, ſi tamen ad tunicam vſq; intimam denudentur,
& in balneo aliquo conſpiciantur, contra quàm putabantur ridi
B culi, & fœdiſsimis inſigniti maculis apparent, neq; iam obſcurū *Manifeſtabūtur in iudicio multaque hic occulta erant.*
eſſe poteſt nudato penitus ſub omnium oculis corpore, vbi nā,
qualis, quantaq; ſit macula, ſed ſimulatq; nudata eſt, omnium ſe
ſe oculis exhibet ſpectandam: ita & nos cum velamen carnis
exuerimus, animæ noſtræ maculas obducere, aut abſcondere nul
la ratione poterimus, ſed potius ſub omnium obtutibus nudi
atque conſpicui, quæ prius corpore quaſi veſte contecti minimè
habere putabamur, ea nudata ſe omnium oculis ingerent, nul-
luſque iam vel negationi vel defenſioni erit locus, quando ipſa
cernentur opera in ſuo autore conſpicua: Nō enim confuſè aut *In iudicio vltimo nō erit locus negationi vel defenſioni.*
C ſummatim & indigeſtè res ipſę cernentur, ſed ſingulæ per par-
tes & vt reuera ſe habent, tanquam in pictura aliqua tacitè quo
dammodo loquente, cognoſcētur. In hoc etiam die ſicut rege ad
ueniente in aliquam ciuitatem, hi qui honoribus & dignitatibus
præfulgent, cum ſumma confidentia & imperturbato vultu re- *Simile.*
gis ingreſſum expectant, longèq; ante portas ei occurrunt, adue
nientemq; excipiunt, rei autem & criminibus obligati, intra mu
ros, atque adeo in ipſo carcere continentur, regiam expectatu *Confidenter quidē in iudicio boni obuiā Chriſto procedent.*
ri ſententiam: ita profectò quando dominus maieſtatis adiu-
dicandum veniet, viri iuſti & omnium virtutum ornamento de
D corati, confidenter quidem ei obuiam procedent in aëra, impij
vero & ſcelerum contagione infecti, tanquam in angulo aliquo
deliteſcentes contabeſcent.

## DOMINICA PRIMA ADVENTVS.
## CONCIO QVARTA.

E*Runt ſigna in Sole, & Luna, & Stellis*, Luc. 21. Matt. 24. *D. Chryſ. in nō abſolu. ho. 52.*
Mar. 13. Apertè quidem in hodierno Euangelio ma-
nifeſtatur, vt ait beatus Chryſoſt. quod ita futurum
eſt terribile iudicium vltimum, vt nulla innocentia
ſibi confidat Et certè quis eſt homo natus de muliere, qui credit
iuſtum

iuſtum ſe eſſe inueniendum in conſpectu illius de quo beatiſsi- E
*Iob. 25.* mus Iob dicit, quod Stellæ in conſpectu eius non ſunt mundæ,
& cælum ſine crimine non eſt? Si ergo impeccabilis natura ſtella
*Simile.* rum & cæli quãtũ ad iuſtitiam Dei inuenitur eſſe peccatrix, quo
modo ante eum homo appareat iuſtus, qui ſi dixerit ſe pecca-
*Rom. 7.* tum non habere, mendax vtique habebitur? Vnde Apoſtolus di-
cebat, ego autem carnalis ſum, venumdatus ſub peccato, quod
operor non intelligo: non operor illud, ſed quod habitat in me
peccatum. Tantus ergo erit timor tunc omnium etiam ſancto
rum, vt vix quiſquam ſperet ſe iuſtum eſſe inueniendum, ſed F
*Timebunt* adhuc timeat ne fortè reus exiſtat. Quis enim poteſt ad perfe-
*etiam boni* ctum dijudicare conſcientiam ſuam & cognoſcere cor ſuum,
*in iudicio,* cum ſcriptum ſit quia de omni verbo otioſo reddituri ſumus ra-
*nedũ mali* tionem? Quomodo ergo pro peccatoribus tunc intercedant ſan
*Mat. 12.* cti, cum timeant ipſi de ſe? Nam ſicut tempus miſericordiæ, iudi
cium non ſuſcipit ſic & tempus iudicij miſericordiam non reci
*Luc. 9.* pit. Ideo in primo aduentu cum tempus eſſet miſericordiæ di-
centibus Apoſtolis cum viderent inhumanitatem quorundam,
vis dicamus vt deſcendat ignis de cælo? Reſpondit Ieſus, neſcitis
*Miſericor* cuius ſpiritus eſtis, non enim veni iudicare mundum, ſed ſalua- G
*diæ nõ erit* re: oſtendens videlicet quia cum venerit in ſecundo aduentu, iu-
*locus in iu* dicium illud locum miſericordiæ non habebit, nec interceſsio
*dicio, nec* vlla valebit. Illo in tempore inter anguſtias diuerſorum terro-
*depreca-* rum videntes ſe peccatores anxiabuntur, & current huc & il-
*toribus.* luc ad ſacerdotes, doctrinam & pænitentiam ſibi quærentes: alij
*Diligẽtia* autem interrogantes quid eos oporteat facere, ſed feſtinante iu-
*nihil pro-* dicio, & neceſsitatibus alijs ſuper alias concurſantibus cum non
*derit in iu* ſit docendi licentia, nec tempus faciendæ iuſtitiæ aut agẽdæ pæ-
*dicio.* nitentiæ, feſtinatio eorum vacua erit. Veniet quippe vt ait Gre-
*Gre. ſuper* gorius, ille qui tactu ſuo elementa concutit, in cuius conſpectu H
*Euang. ho* cælum et terra contremiſcit. Penſate fratres chariſsimi ante cõſ
*mi. 12.* pectũ tanti iudicis quiſnam in illo die terror erit, quando iam
*Sopho. 1.* in pæna remedium non erit. Quæ illa confuſio, cui reatu ſuo exi
*Magna fu* gente continget, in conuentu omnium angelorum hominumq;
*tura eſt ma* erubeſcere: qui pauor, eum quem & tranquillum mens humana
*lorũ triſti* capere non valet, cernere iratum? Quem diem bene propheta in
*tia in iudi* tuens ait, dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies
*cio, & bo-* calamitatis & miſeriæ. Penſate ergo fratres chariſsimi, extre-
*norũ læti-* mi diem iudicij ſuper corda reproborum qua aſperitate prophe
*tia.* ta viditia mareſcere, quem tot appellationibus non valet ex-
plicare.



A plicare. Quanta vero tunc erit electorum lætitia, qui de eius
merentur viſione gaudere de cuius conſpectu vident elementa
omnia contremiſcere, cum eo ſimul ad nuptias intrare, qui in
ſponſi nuptijs gaudent, & tamen ipſi ſunt ſponſa, cui in illo
æterni regis thalamo, viſioni noſtræ Deus coniungitur. Quæ
ſcilicet viſio nunquam in perpetuum ab amoris ſui complexi-
bus auelletur. Tunc regni ianua lugentibus claudetur, quæ mo-
do quotidie pœnitentibus aperitur. Erit namq; & tunc peni- *2. Cor. 6.*
tentia, ſed fructuoſa iam non erit, quia nequaquam tunc ve-
B niam inuenit, qui modo apertum veniæ tempus perdit. Hinc
etenim Paulus ait, Ecce nunc tempus acceptabile, ecce nunc *Iſa. 55.*
dies ſalutis. Hinc etiam Propheta ait, quærite dominum dum
inueniri poteſt, inuocate eum dum prope eſt Vnde & virgines *Matt. 25.*
fatuas inuocantes dominus non audit, quia interclusa regni
ianua, is qui nunc per exauditionem prope eſſe poterat, pro-
pe iam non erit. Et alibi idem Gregorius ait, quid ergo in *D. Grego.*
die illa acturus eſt qui à conſpectu iudicis rapitur, ab electorum *in Euang.*
ſocietate ſeparatur, qui tenebreſcit à lumine, cruciatur æter- *hom. 11.*
na combuſtione? Sic enim erit ait Chriſtus in conſummatio- *Matt. 13.*
C ne ſeculi, exibunt angeli & ſeparabunt malos de medio iuſto-
rum, & mittent eos in caminum ignis. Hoc iam fratres cha- *Monet*
riſsimi timendum eſt potius quam exponendum: aperta ete- *nos Deus*
nim voce tormenta peccantium dicta ſunt, nequis ad igno- *ne ignorã*
rantiæ ſuæ excuſationem recurreret ſi quid de æterno ſuppli- *tiã poſsi-*
cio obſcure diceretur. Hinc etiam Euangelium hodiernum *mus præte*
apertè ait quod erunt ſigna in Sole & Luna & Stellis, quaſi *dere.*
dicat, non fungentur iam poſt hæc ſolitis officijs & muneri-
bus quæ non erunt neceſſaria. Nam vt ait Chryſoſt. ſicut vi- *Chryſoſto.*
tes cum vuarum fructibus prægrauantur, foliorum auxilium *homil. ad*
D neceſſarium vt protegantur expoſcunt, cum autem depoſue- *Neophi.*
rint fructum, neceſſe eſt vt folijs denudentur, ſic ſe habet hoc
ſeculum quamdiu habuerit in ſe humanum genus, tenebit & *Simile.*
cœlum ſtellas ſicut & vitis folia: nam nocte pereunte ſine du-
bio ſtellarum vtilitas ſimul cum nocte deficiet, quemadmo-
dum corpus iam aduentante morte innumeris malis afficitur,
& domus prope caſum, in rimas fatiſcit, ita orbis terrarum
ad finem properans tantis malis conteritur. Cuncta qui- *Lau. Iuſ.*
dem hæc vt ait Lau. Iuſti. de diuinæ prodeunt theſauris iu- *lib. de ca-*
ſtitiæ, quæ vnicuique reddit ſecundum opera ſua. Quis *ſto connu.*
ad tantæ non paueat præſentiam maieſtatis? Quis non iudicis *verbi &*
huius formidet aſpectum? ipſe quidẽ ſine paſsione iudicat, ſine *ani. c. 16.*
cõmo-

commotione terret, abſque compaſsione damnat. Væ iuxta Pro E
phetæ vocem genti peccatrici, populo graui iniquitate, ſemini nequam, filijs ſceleratis, qui dereliquerunt dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, alienatiq; ſunt retrorſum, qui tanti iudicis, niſi pœnitentiam hic egerint, non effugient ſententiã. Obtenebreſcet lux in tabernaculo ipſorum, arctabuntur greſſus virtutis illorum, & omne eorum conſilium præcipitabitur. Vndiq; terrebunt eos formidines, deuorabitq; brachia illorum primogenita mors, calcabitque eos quaſi rex interitus. Rapit vtiq; iudex hic cum vult, nec eſt qui eripiat, aut eius valeat reſiſtere poteſta- F
ti, vnde Propheta ait, tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? Porro nemo ſalutis ſuæ præſidium in ſola extrema pœnitentia ponit, ante oculos enim illa beati Iob ſententia ſemper habenda eſt: ſi repente interroget, quis reſpondebit illi? repente autem dominus interrogat cum hominem in ea hora imparatum & multis ſceleribus irretitum inuenit. Quid ergo tunc tẽporis homo peccatis aſſuetus reſpondere æquiſsimo iudici poterit, qui toties etiam ab eo admonitus reſipiſcere noluit? in inferno ait Auguſt. erit fletus & gemitus, ſtridor et clamor, timor & dolor, labor, ardor, & fœtor, obſcuritas & anxietas, aſperitas & acerbitas, cala- G
mitas & egeſtas, anguſtia & triſtitia, torſiones & punctiones, amaritudines & terrores, fames, ſitis, frigus, ſulphur & ignis ardens. Et alibi ait, Mala autem inferni vt ſunt dicere vel cogitare nemo poteſt, peiora valde ſunt quam cogitantur. Locus inferni plenus eſt tenebrarum & diſcordiæ, odij, ſtultitiæ, turpitudinis, offenſionis, doloris, ſitis, famis, ignis inextinguibilis, triſtitiç & vindictæ perennis, ineffabilis mali, quod neque dici nec cogitari poteſt. In lacu miſeriæ perennis nil videtur, nil auditur, nil ſentitur, niſi quod diſplicet, niſi quod offẽdit, niſi quod cruciat. Porro quod Deus ſit caſtigaturus malos & bonos præmiaturus phi- H
loſophi etiam non ſine magna ratione confeſsi ſunt. Alexander enim Aphrodiſæus clarus in primis philoſophus in Epiſtola ad Antoninum Pium ita philoſophatur. Si Deus bonorum & malorum rationem non habet, id erit aut quia res humanas ignorat, aut quia non poteſt meritas pœnas & præmia bonis & malis perſoluere, aut certè quia cum ſciat & poſsit, nolit tamen. Si dixeris eum res noſtras ignorare, adimis ei ſapiẽtiam: ſi nõ poſſe præmijs aut pœnis bonos & malos afficere, tollis ab eo potentiam: ſi vero dixeris eum quamuis ſciat & poſsit, nolle tamen pro meritis cuique retribuere, ſpolias eum iuſtitia, gratitudine, bonitate, & prouidentia: inuidæ enim & iniquæ naturæ eſt, meliora cũ poſsis

*Varia prodigia in iudicio.*

*Pſalm. 75*

*Pœnitentiã non differamus.*

*Iob. 9.*

*D. Augu. lib. Medi.*

*Horrenda inferni tormenta.*

*Aug. libr. de tripli. habita. c. 1 tom. 9.*

*Lud. Gra.*

*Alexand. Aphro. in epiſtol. ad Anto. Piũ impera.*

*Iniuriam Deo infert maximã qui tollit ab eo præmia bonorũ & ſupplicia malorum.*



A poſsis facere, quod vtrumque à Deo eſt alieniſsimum. Denique quiſquis aliud ſtatuit, quod dictu quoque nefas eſt, Deũ facit aut lapidem aut lignum, vt nil magis referat Deum colere quam colere ipſum lapidem aut lignum, cum nil magis ab eo quam ab iſtis ſperare vel timere poſsis. Quare vehementer nos præparare & ſolicite debemus ad terribile iudicium ſubeundũ: Si enim parati & bonis operibus inſtructi reperiemur, & cæleſtis regni coronam conſequemur, & ſempiterna pœnarum incendia euademus. Contra vero ſi à cauſa cadamus & ſempiter-
B num illud regnum amittemus, & in ſempiterna ſupplicia nunquam inde extrahendi detrudemur. Quid aliud quæſo in vita agere, quid animo verſare, quid dies noctesque vigilantes atq; adeo dormientes tractare deberemus, quam vt in illo extremo & ſummo periculo parati inueniremur & expediti? Quis quæſo hoc non videat? Quis negare audeat? quę mens, quæ ratio, quod iudicium, hac firmiſsima ratione non commoueatur? Quis extremam hominum cæcitatem circa hoc argumentum non intelligat, qui hoc tantum quod impendet periculum nec vident, nec cogitant, nec ſe ad illud opportunè præparãt? Quid ergo fratres
C nos ita dementauit? Quis ſic excæcauit vt hanc tantam rem nec videamus nec curemus, nec vlla eius recordatione tangamur? Hoc vel vnum argumentum ſatis eſt vt intelligamus, in mundo eſſe principes tenebrarum, ſuggeſtores, incentoreſq; malorum, qui & præſtigijs ſuis horribiles tenebras mentibus noſtris ita inijciũt, vt in meridiana luce caligemus, hallucinemur, cæcutiamus: & ſuggeſtionibus ad malum ſic incitant, vt quę fortè iudicio & ratione damnauimus, amplectamur, proſequamur, perficiamus. Et certè ſeculum quotidie finiri videmus, & tanquam mali ſerui iam albeſcente aurora, adhuc dormimus: nam peccatores homi-
D mines nunquam putant ſeculi finem eſſe futurum: & quid mirũ ſi quod audiunt non credant, cum neque illud credant quod quotidie vident, nam quotidie manibus ſuis efferunt mortuos, & mortales ſe eſſe non putant. Iſtæ ſunt præſtigiæ & impoſturæ diaboli, quanto magis appropinquat mors & iudicium, tanto plus nobis imponere & maiora nobis pericula aſtruere molitur. Nam quemadmodum ſæpe nauigantibus cum prope portum ſunt, grauia imminent pericula, ita etiam mortis inſtante hora ſolẽt nos aduerſarij noſtri varijs tẽtationibus inuadere & impugnare. Ambitioſum tunc hoſtis vehemẽter tentat de honoribus ſeculi quos relinquit, auarum de diuitijs: tum etiam minima peccata grauiſsima illi repræſentat, Vt enim pictor adhibitis medijs coloribus

*Autor.*

*Parati accedere debemus ad iudiciũ.*

*Magnæ cæcitatis eſt non timere iudicium.*

*Dæmõ impoſtor conatur ſemper nobis illudere.*

*Mali vehementer obliuiſcuntur iudiciũ & mortem.*

*Simile.*

*Variæ tentationes inſtante morte.*

*Simile.*

*Tentator aſtutus dæmon.*

*Lud. Gra. poena dãnibis infinita.*

ſolet extremos colores apparentiores & illuſtriores reddere, ita E
callidiſsimus pictor & impoſtor dęmon inſtante morte ſolet ho-
minibus plurimum illudere ſuis fallacijs, technis & impoſturis.
Ceterũ inter pęnas dãnatorũ maximã eſſe cõſtat, illius ſummę &
infinitæ pulchritudinis cõſpectu perpetuo abdicari. Hæc enim
pęna bis infinita eſt, quod ea videlicet & infinito bono priuat, &
per infinita tempora, hoc eſt nunquam finiẽda ſpatia durat. Sed
hanc tantã pœnã ſcelerati homines minus formidant, quia quale
illud donũ ſit, nec cogitatione quidẽ attingere poſſunt: atvero cũ
ignis pęnam quotidie experiãtur, qui fieri poteſt vt ęternũ ignis
incendiũ nõ exhorreãt? Qualis vero hæc pœna ſit, hoc indicio cõ F
iecturã aliquã facere poteſtis. Adria. Imperator ira atque furore
ebrius, hoc crudeliſsimo martyrij genere beatũ Euſtachium, vt
Nicephorus refert, cruciari præcepit, iuſsit. n. & illũ & cõiugẽ, &
duos ſimul filios in tauro æneo includi, & igne ſuppoſito ibidem
cõcremari. Nunc expendite fratres cũ ſancti viri in exiguo illo cã
dentis ferri ſinu, in horrẽdis illis tenebris, in anguſtiſsimo ſpatio,
vbi nullũ eſſet corporibus voluẽdi atq; ſe gyrãdi locus, torquerẽ
tur, quãdo pius pater cõiugẽ & liberos, & hi rurſus parentẽ, hoc
crudeli mortis genere torqueri cernerẽt, quo dolore afficeren-
tur, quos gemitus, quos clamores in horrendo illo tauri vtero G
emitterẽt? Horret animus hæc meminiſſe, & cor ipſum dũ hæc
recolit pauet & cõtremiſcit: quid autẽ hic adeò formidabilis cru
ciatus & vmbra eſt? Nã illo ſanctorũ ſupplicio duo maxima illos
ſolatia ſuſtẽtabãt, alterũ quod breuiſsimo tẽporis ſpatio erat pę
na illa duratura, alterũ quod poſt breuẽ illã morulã, momẽtanea
pœna eſſet æterna fœlicitate cõmutanda. Neutrũ autẽ horũ eos
qui in gehẽna cruciãtur, neq; enim vlla aut præmij percipiendi,
aut doloris finiẽdi, eorũ tormẽta leuare aliqua ratione poteſt, cũ
& pęna ſit æterna, & fruſtra ſine vllo emolumẽto ſubeũda. Hæc H
qui cũ animo ſuo cogitat, etiãſi innocentiã colat, quia tamẽ dũ
in hac vita eſt, à via deflectere poteſt, nõ totus corde ac corpore
cõtremiſcat? Quod ſi innocẽtes hoc metu carere nõ debent, qui
ſanctiſsimos ſæpe viros ſolicitabat, quantũ quæſo hi formidare
debẽt qui in eo ſtatu manẽt, in quo ſecundũ diuinæ iuſtitiæ leges
ſi mors illos ſubito intercipiat, quod euenire nõ raro ſolet, fulmi
ne oci⁹ ad inferos exturbabũtur? Nullus autẽ ibi ſenſus, nulla vis
animę eſt, quę nõ peculiari aliquo cruciatu cõmiſſorũ pęnas luat.
Vt hoc autẽ ſaltẽ aliqua imagine intelligatis, fingite hominẽ adeo
vehemẽter podagræ morbo laborantẽ, vt nullũ ſit in toto eius
corpore membrũ, nullus in manibus pedibuſq; articulus, nullæ

*Adrianus imperator*

*Nicepho. in eccleſ. hyſtoria.*

*Crudelitas maxima cuiuſdã tyrãni.*

*Conſolatione aliquã habẽt tormẽta huius vitæ, nõ ita inferni tormenta.*

*Securus nullus viuat in hac vita.*

*Mors ſolet irrumpere repentina.*

*Simile.*





A in crurib⁹ brachijs, humeriſq; iũcturæ in quibus nõ acerbiſsimo
dolore crucietur, atq; hoc modo is in lecto decumbat tot veluti
ſpiculis vndiq; ſauciatus, voces & clamores miſerãdos in cœlum
tollens. Hac igitur imagine ſi præſentia mala futuris aſsimilari
licet, pœnarũ illarũ acerbitatẽ poteris vt cũq; animo contẽplari.
His autẽ adiũge atras illas tenebras & profundã noctẽ, cui nulla
ſuccedit aurora: horrẽdas dæmonũ laruas, edacẽ conſcientiæ ver
mẽ, ſcorpiones atq; ſerpentes, aliaque huiuſmodi.

*Tormenta inferni quomodo cognoſcantur.*

Hinc etiã vt refert beatus Auguſt. fiet illud quod dicit Iob, de
B aquis inquit niuiũ, trãſibunt ad calorẽ nimiũ. De quibus duobus
innumera pendẽt pœnarũ genera, videlicet ſitis intolerabilis, pę
na famis, pœna fætoris, pœna horroris, pœna timoris, pęna an-
guſtiæ, pœna tenebrarũ, ſeueritas tortoris, pręſentia dæmonum,
atrocitas beſtiarũ, crudelitas miniſtrãtiũ, dilaceratio immortaliũ
vermiũ, vermis conſciẽtiæ, ignitæ lachrymæ, ſuſpiria, miſerię, do
lor ſine remedio, vincula ſine ſolutione, mors æterna ſiue pœna
ſine fine, abſentia Chriſti quoad viſionẽ eius, quæ ſola omnia ſu
pradicta ſuperat, & omnibus pęnis intolerabilior. Væ igitur illis
C qui perẽne ſubire hæc omnia mala etiã ſine fine merẽtur, pro de
lectabilis horæ ſomnio: tãta enim & talis eſt omnis huius mũdi
gloria ad æternã cõparata gloriã. Melius erat eis quod dictũ eſt
de infelice Iuda, non naſci, quã malis ſuis meritis plagas inferni
ſuſtinere. Quid ſtultius, quid inſanius eſt, quã vmbra & imagine,
& ſimilitudine veræ gloriæ, verę delectationis, pulchritudinis, ve
ri decoris, honoris, more infantiũ decipi, ſuperari, & ipſam glo-
riã nõ quærere, nõ deſiderare? Quis imaginẽ auri in aqua, ipſo au
ro neglecto eligeret, & nõ ſtatim à cũctis fatuus & ſtultus crede
retur? Quis orbẽ ſolis in ſpeculo redditũ, vel in qualibet materia
formatũ, plus diligeret quã ipſum ſolẽ, & nõ ab omnibus deride
D retur? Duplex vero plaga eſt, æterno regno Dei ſeparari, & ſem
per inferno cũ diabolo dãnari, præſentiã amittere angelorũ, &
terribilẽ ſemper pati dæmonũ præſentiã. Quãtũ caueri, vitari, me
tui debeat, nullo modo dici poteſt. Quis cũ ſano ſenſu pro vni⁹
diei delicijs, centũ annorũ pęnã eligeret? Vnus enim dies aliqua
portio eſt in centũ annorũ ſpatio, quãuis modica valde: at vero
centum annorum ſpatia, nulla proportio eſt in illa æternitate.

*Aug. libr. de triplici habita. c. 2. & 3. to. 9.*

*Iob. 24.*

*Pœna dãnatorũ deſcribitur.*

*Mat. 26.*

*Mar. 14.*

*Magna eſt cæcitas noſtra relinquere æterna pro tẽporalibus.*

*Simile.*

*Simile.*

*Duplex pœna in inferno.*

*Magna eſt cæcitas noſtra.*

Sicut dies ille conſummationis generalis ſecretus eſt & nobis
incognitus, ſic planè dies conſummationis & mortis particula-
ris vniuſcuiuſq; noſtrũ eſt nobis incognitus & incertus. Si vero
dicere vultis ait D. Chryſ. quamobrẽ abſcõditus ſit dies ille, qua
re ſicut fur in nocte, ita & ipſe veniet. Ego queadmodũ res iſta

*D. Chryſ. in epiſt. 1. ad Theſ. 5 Homil. 9.*

mihi videtur habere dicam. Nemo ſanè virtutis vnquam curam E
quoad omnẽ vitã attinet habuiſſet, ſed cognito quiſq; cõſumma-
tionis ſuæ die, poſtquã innumera mala perpetraſſet, tũ demum

*Simile.*

baptiſmi lauacrum accepiſſet, atq; ita hinc migraſſet. Si enim
nunc timore incertitudinis cunctorũ animos turbante, omnes
vniuerſam anteactã vitam in malitia cõſumentes, ad extrema

*Confert nobis diẽ mortis ignorare.*

demũ ſuſpiria pœnitentiã differunt, ſi etiã eſſent admodũ de iſto
perſuaſi, quiſnã vllã quidẽ virtutis curã haberet? Cõplures ſine
illuminatione deceſſerunt, & ne ſic quidẽ timor iſte erudiuit, vt
dũ viuerẽt, quæ Deo probãtur curaſſent. Quod ſi etiã ſic metus F
ſublatus eſſet, quis vnquã reſipuiſſet? quis obtẽperaſſet? Nec vnus

*Multa inconuenientia ſequerentur ſi diẽ mortis ſciremus*

quidem. Rurſus vero accedit & alterũ, multos mortis metus &
vitæ amor nũc cohibet. Si vero cognouiſſet quiſquã omnino ſe
craſtino die moriturũ, nihil vtiq; audere ante illum diem veritus
fuiſſet, ſed quos voluiſſet occidiſſet, & inimicos vlciſcens, ſeip-
ſum recreaſſet, milleq; mala deſignaſſet.

*Triũphantes ingrediebantur Romã duces qui vicerant in bello.*

Apud Romanos in more poſitũ erat vt imperatores qui in bel-
lis ſtrenue fortiterq; ſegeſsiſſent, & prouincias bello ſubactas Ro-
mano Imperio addidiſſent, vrbẽ Romã ingrederẽtur circũfuſa cap-
tiuorũ turba quã pugnando ceperãt, cæteraq; geſtorũ ſuorũ in- G
ſignia ſecũ ad virtutis memoriã reportãtes. Hoc ergo modo pij
omnes cæleſtẽ Hieruſalẽ cũ ex hac vita decedũt, ingrediũtur, om-
nẽ ſecũ virtutũ atq; geſtorũ ſuorũ monumẽta clariſsima referẽ-

*Sancti ingrediũtur triũphantes in gloria.*

tes: itaq; ante ipſos præcedunt miſericordiæ opera quę fecerũt,
ieiunia quibus repugnantẽ carnis laſciuiã ſubegerunt, plagæ &
verbera quib⁹ corpus ſuũ attriuerũt, deniq; quidquid ab eis præ-
clarè in vita geſtũ eſt, quidquid propter Deũ largitũ eſt, vſq; ad
calicẽ aquæ frigidæ propter Deũ inopi porrectũ, illos ſubſeque-
tur: labor quippe virtutis abijt, decus vero, meritum & gloria nũ-

*Labores pro Deo tolerati felices habent ſucceſſus.*

quã abitura quidem ſunt. Nec minus etiã impios ſua opera cõſe- H
quẽtur, illoſq; indiuidua ſocietate comitabuntur, & ad tribunal
vſq; ſuperni iudicis, nõ tanquã comites aut defenſores, ſed tan-
quã teſtes & accuſatores procedẽt. Quale autẽ examẽ hoc futu-
rũ eſt, in his præſertim qui vitã omnẽ in flagitijs conſumpſerunt,

*Vitioſorũ quam infelix erit ſucceſſus.*

in quo tã multa ſcelera congerẽtur? Numera mihi ſi potes om-
nes concupiſcentias oculorum, numera omnia furta, mendacia,
odia, periuria, libidines omnes & vindictas, & numerum arenæ
maris ſuperabis. Contemplare quæſo demens quibus comitibus

*Anguſtiæ malorum in morte.*

ſtipatus ante ſupernum iudicem perges apud quem vt nihil la-
tere, ita nihil impunitum relinqui poteſt. Quid igitur extre-
mo ille vitæ agone facies? quo te vertes? quid conſilij capies?
cum



A cum tot vallatus criminibus ante hunc iudicem apparebis? ve-
rum enim eſt quod Apoſtolus ait, vnus quiſq; onus ſuum por- *Gal. 7.*
tabit. Item beatus Ioannes ait, opera enim illorum ſequuntur *Apo. 14.*
illos: vnde ſancti viri ibi colligent fructus laborum ſuorum,
ibi metent cum lætitia, quæ cum lachrymis ſeminarunt, ideoq;
lætabuntur coram domino, ſicut qui lætãtur in meſſe, ſicut exul- *Iſa. 9.*
tant victores capta præda quando diuidunt ſpolia: opera enim
illorũ ſequuntur illos: opera enim velut indiuidui comites ſunt,
quæ æterna ac indiuidua ſocietate hominem comitantur. Omni-
B bus autem laborantibus dulcis eſt finis, viator libenter interro-
gat vbi eſt manſio: mercenarius frequenter computat quando an-
nus completur, agricola ſemper tempus meſsis expectat. Sic er-

*Prouidi ſimus in his quæ pertinent ad noſtrã ſalutem.*

go & ſerui Dei libenter de die iudicij interrogant. Scriptum eſt
enim, vbi eſt theſaurus tuus, ibi eſt & cor tuum. Sic ſancti illum
diem reſpiciunt vbi repoſitam habent coronam. Vtile eſt tem-
pus conſummationis cognoſcere, quia & homo in itinere con-
ſtitutus quanto magis appropinquauerit in via manſioni, tanto
amplius incipit feſtinare. Hac ratione & Paulus exhortans dicit, *Matt. 6.*
nunc enim propior eſt noſtra ſalus quam cum credidimus, quia *Simile.*
C appropinquata ſpes, excitat magnanimitatis virtutem. *Rom. 13.*

## DOMINICA SECVNDA ADVENTVS.

### CONCIO PRIMA.

CVm *audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti.* Matt. 11. Luc 7.
Cum autem argueret Herodem Ioannes de inceſtu, &
de adulterio, dicens, non licet tibi habere vxorem
fratris tui ſcilicet Philippi, à quo eam abſtulerat: He-
D rodias ipſa quæ receſſerat à viro legitimo & adhæſerat Herodi, *Mar. 6.*
odio habens Ioannem & inſidiabatur ei, & quærebat occidere *Luc. 7.*
eum, & ideo fecit eum conijcere in vincula. Talibus namque *Matt. 14*
proceſsibus illorum malitia graditur, in quibus ſic ardet tam
funeſtus amor. Sed in hoc plus Herodis ipſius exceſsit ini-
quitas, præter id quod Ioannem dedit exitio. Nam etſi hone-

*D. Anton. 1. pa. hiſt. ti. 5. ca. 1. §. 13.*

*Simon de Caſſia, lib. 3. cap. 2.*

*Maxima impietas Herodis.*

ſtatis iuſtitiã vituperaret in alia muliere, zelare protinus debuit
in fratris vxore, & quamuis thoros omnium ex libidine reue-
laſſet, ſaltem fraterni debuit eſſe tutor. Apud quem commenda-
tio & cuſtodia fiet vxoris, ſi frater fratris dehoneſtat vxorem?
Apud quem talium rerũ fides, ſi frater decipit, ſi germanus reij-
cit fidem? Si vterinus honeſtum non ſeruat amorem? Et certè in

 omnes

E omnes ſceleratius ſubditos peccat, qui committit ex male agendi libidine, quod in alio punire debuiſſet ex autoritate iuſtitiæ. Herodes audita fama quidem, eum adſe accerſiri fecit, audiendi & videndi auiditate commotus, vt ait beatus Marcus. Adquē Ioannes non fruſtranter acceſsit, ſed ſuadens ei quæ iuſtæ vitæ ſunt, & maximè quæ ad principem Reipub. pertinebāt, diſſuadebat facinus quod non ſolum lex data, ſed ipſa etiā naturalis iuſtitia reprehendit, & conſuetudo ac mores hominum maximè deteſtantur. Sed quorſum his Ioannes Herodem arguebat, qui lege diuina carebat, & qui Romanus & paganus erat? F Quia ſcilicet præter hæc, ipſa etiam naturali ratione & iuſtitia hoc facinus omnibus hominibus inhibetur, & leges præterea Perſarum, Medorum, Græcorum, & Romanorum hoc magnis decretis cauerunt, nempe nequis alterius vxorem inuadat: ex quo etiam intelligimus verum eſſe quod in Eccleſiaſtico legitur, peccator adijciet ad peccandum. Frequenter enim cauſa peccandi peccatum eſt, quia peccatum quod per pœnitentiam non diluitur, mox ſuo veluti pondere ad aliud trahit. Hæc non in Herode ſolum, ſed etiam in Dauide animaduertere licet: vterque enim adulterij peccatum, homicidij peccato cumulauit. G

*Mar. 6.*

*Adulterium eſt contra legem naturalem & diuinā & humanam.*

*Autor. Eccle 3.*

*Ex vno peccato frequenter labimur in aliud.*

*Cum audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti.* Vinculis adligatur beatus Ioannes virtutis iubar, virtutis ſplendor & horrendum peccatoribus exemplum. Si enim tantus Ioannes carcere clauditur, & pro veritate quam prædicabat capite plectitur, qua pœna quæſo peccator aridus pro tot ſceleribus afficietur? Si illum in carcerem conijciunt qui tantum mel Syluestre & locuſtas edebat, quæ igitur erit pœna edentis & bibentis vſq; ad crapulam & ebrietatem? Ille induitur ſacco ex camelorum pilis contexto, & tamen ignominioſo carcere clauditur: peccator mollibus veſtitus, in quod ergaſtulum trudetur? H Ille qui eremum in tenera ætate iam petiuit, ne leui ſaltem maculare vitam famine poſſet, ita tractatur, heu quibus ſatellitibus tradetur peccator cruciandus, qui totum corpus ſubiecit delicijs? Si in viridiligno omni virtute prædito hæc fiunt, in arido omni virtute deſtituto quid fiet? O rerum vices inuerſas? Herodes adulteratur, & ſedet in throno regali, Ioannes vero tenetur in vinculis. Dauid rapit vxorē alienā, & vir eius pro rege adultero militās occiditur in prælio idq; nō caſu ſed data opera. Tu adulteriū facis Herodes, & in carcerē mittetur Ioannes? Siccine iudicare debet ſedens in loco iudicis? vbi iuſtitiæ facies & forma?

*Soarez epiſ. ſuper Mat. tractā 2.*

*Securitatē falſam habet mali.*

*Guti. Tre. in Euang. li. 4. c. 14*

*Chryſ. ex va. Matt. locis ho. 16*

Vbi





A Vbi tuus pudor, vbi fas, lex, & ipſius iura naturæ? Arguet te igitur tandem confuſio publica, quem corrigere nō valuit ſecreta correptio & priuata. Malos qui monet, eos offendit, incurrit odium qui arguit crimino ſos. Dicebat Ioannes non licet tibi, nō dixit ſceleſte, pollute, & præuaricator ac prophane, conculcaſti legem, contempſiſti quæ ſtatuta ſunt, potentiam tuam legem ſeciſti. Nihil inquam horum dixit, imo in reprehenſione apparuit omnis manſuetudo viri, dixit enim non licet, erat ſiquidem hoc magis verbum docentis quam reprehendentis, & quam punientis, corrigentis quam inſultantis. Sed furi lux inimica eſt, non B enim ferunt huius radios, ſicut nec ſolis iubar, qui oculorū morbo tenentur.

*Chryſ. ſuper. 2. ad Cor. 12. homi. 28.*

*prædicator ſit modeſtus in reprehēdēdo*

*Cum audiſſet Ioannes.* Sicut moriens Iacob commiſit filios ſuos ipſi Ioſeph, ſic videns Baptiſta ſe in carcerem coniectum & vicinum morti, curauit diſcipulos ſuos Chriſto commendandos.

*Simile.*

*Gen. vlti.*

*Cum audiſſet Ioannes in vinculis.* Si ſanctos etiam ipſos erudiunt carceres & tribulationes, vt feruentius Deum mente recolant: quanto plus conducent malis qui nunquam Dei ſui recordantur niſi calamitatibus aſsidue premantur? Manaſſes quidem in ſuis C proſperitatibus à Deo ſegregatus eſt, & tamē cum teneretur captiuus in Babylonia, conuerſus eſt ad Deum. 2. Para. 33.

*Calamitates homines excitant.*

*2. Par. 33.*

*Cum audiſſet Ioannes in vinculis.* In carcere poſito Ioanni nuntiauerunt diſcipuli ſui inuidioſam querelam, dicentes quod Chriſtus baptizaret multos. Non eſt autem hoc nouū eſſe æmulationes inter ipſos concionatores, atque etiam ipſos auditores. Moyſi quidem dixerunt, ecce prophetant in caſtris, ipſe vero reſpondit, quid æmularis pro me? Et Chriſto etiam ſimilem querelam propoſuerunt diſcipuli, & reſpondit ipſe, qui non eſt contra vos, pro vobis eſt. Optimum igitur D remedium dat Ioannes dicens illis, illum oportet creſcere, me autem minui. Item Moyſes cum dixit, vtinam prophetēt omnes. Qui res Dei tractat ſemper hoc curat vt in omnibus quæratur gloria Dei, & quod omnes Deum glorificent, quando enim hoc non procuratur, ſatis apertum eſt quod non agitur Dei cauſa ſed propria. Auditores ſunt qui pro perſona potius pugnant, & eius ducuntur amore quam doctrinæ amore, quæ quidem affectio periculoſa eſt, & ita curabat Baptiſta vt eos potius ſignificando ignorare quæ petebat, ad Chriſtum perduceret, & ſignificando quod vellet à Chriſto erudiri. Et aliquando dicebat quod non eſſet dignus ſoluere corrigiam

*Num. 11.*

*Mar. 9.*

*Ioann. 3.*

*Num. 11.*

*Bonus Dei gloriā quærit nō ſuā*

*Mar. 1.*

*Luc. 3.* *Ioan. 1.* *1. Cor. 1.*

rigiam calceamenti eius. Hoc ipſum Paulus præſtabat, videns E enim quod multi plus nimio ipſum diligerent, dicebat 1. Co. 1. nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? Atque hoc eſt contra multos, quibus videtur quod concionem non libenter ſint audituri niſi ſint talis concionatoris, nec volunt confiteri niſi cum tali confeſſario. Hoc igitur debent reprehendere concionatores apud ſuos auditores, & confeſſores apud ſuos pœnitentes, ſalutaribus conſilijs, cum ſit res adeo periculoſa. Hæc igitur erat affectio Herodiana in Ioannem, cuius concionem libenter audiebat, & audito eo multa faciebat, ſed cum F potius erga perſonam quam in doctrinam affectus eſſet, vide quid fecerit, mandans eum in carcerem conijci & caput eius amputari.

*Auditores non ſeminent æmulationes inter concionatores.* *Mar. 6.* *Mat. 14.*

*Curiæ principum periculoſæ.* *In aulis regum omnia abundant præter eos qui veritatem dicant.* *Heb. 11.*

*In vinculis.* Satis colligitur quid ſit curia, quandoquidem viuens Ioannes inter belluas in eremo, poſuit vitam pro Chriſto, Petrus vero in aula & curia negauit Chriſtum, cum tamen extra curiam eum ſæpe confeſſus eſſet. Vnde inter laudes Ioannis ea fuit non minima, quod non verſaretur in aulis regijs, nam in talibus magnatum aulis omnia redundanter ſuppeditantur, præter eos qui veritatem dicant, quorum magna G eſt penuria. Non ſine cauſa ſanctus Moyſes noluit ſequi curiam Pharaonis regis & negauit ſe filium eſſe filiæ Pharaonis magis eligens affligi cum populo Dei quam temporalis peccati habere iucunditatem vt ait Paulus, non debebant ei placere ea quæ viderat in curia. Nota autem quomodo Chriſtus reſpondet magis his diſcipulis operibus quam verbis, ita & nos facere debemus, ſiquidem hic modus docendi ſublimior & breuior & maioris efficaciæ.

*Operibus docere ſublimius eſt quã verbis.* *Mundus hic eſt tanquam repræſentatio alicuius comædiæ.*

*Cum audiſſet Ioannes in vinculis.* Quam glorioſè quidem Baptiſta repræſentauit in Theatro mundi officium ſibi commiſſum. H Eſt enim hæc vita tanquam Comædia aliqua quæ repręſentatur quãdoquidem præter id quod in ea manifeſtatur breuitas & duratio exigua rerum pręſentium, ſunt etiam alia multa conuenẽtia, nos debemus imitari eos qui egregie repreſentãt in Comędijs qui modo agunt perſonam regis & paulo poſt perſonam pauperis & omnia repræſentant debite prout quadrare videtur ſingulis perſonis ſibi cõmiſsis, & vt autor Comædiæ præſcripſerit. Ita & nos facere debemus repræſentantes perſonam noſtrã pro ratione noſtri ſtatus & ſicut Deus nos vocauit. Quod ſi perſona aliquando ſit mutanda atque ex multis diuitijs ad extremã paupertatem redigamur, vel contra, quoniam ita Comędiæ au-

tor



A tor ordinauerit ſingulas perſonas repręſentemus quam pręclare poterimus & cum hilaritate, ſiquidem ita faciũt optimi quique hiſtriones induentes ſe veſtibus pro ratione perſonarũ quas agunt. Optime quidem repræſentauit Iob tam cum diuitijs abundaret quam cum in pauperiem redactus eſt. Optime etiam Ioannes qui tam libertatem quam carcerem, tam famam quam infamiam hilari vultu ſuſtinebat & ab vtero vſque matris ſe exercere incæpit. Hoc ipſum Paulus faciebat cum diceret, magnificabitur Chriſtus in corpore meo ſiue per vitam ſiue per mortem.

*Repræſentet quiſq; optime eũ ſtatum in quo poſitus eſt.* *Phili. 1.*

B *Mittens duos de diſcipulis ſuis, ait illi: tu es qui venturus es, an alium expectamus?* Diſcipuli Ioannis etiam ei in vinculis aſsiſtebant & magiſtrum ſuum in aduerſis non dereliquerunt ſed ad paſsionem vſque & ſepulturam ei diligenter miniſtrauerunt. Hinc diſcamus & nos fratres magiſtris & amicis noſtris in omni aduerſitate conſtantiam exhibere fidelitatis: ſicut enim ignis aurum & curſus equum, ita aduerſitas probat amicum. Vnde Eccleſi. 12. non agnoſcetur in bonis amicus. Et Pro. 25. Dens putridus amicus deficiens in via. Vnde carceres & vinculorum moleſtia non prohibebãt Ioannem quo minus officio fungeretur ſuo. Hoc C proprium eſt eorum qui vere & ex animo ſeruiunt Deo, nullis afflictionibus deterreri ne ea & dicant & faciant, & tractent quę ad gloriam Dei pertineant. Sic Paulus in medijs vinculis ſcribebat Eccleſijs & eas confirmabat.

*Rhodul. Arden. domi. 3. aduẽ* *Amicitia vera.* *Simile.* *Prou. 25.* *Eccle. 12.* *Iſi Ciari⁹ in Luc. 7. Ora. 39.*

Habuit ſe Ioãnes hac in re ſicut parẽtes moribũdi ſe habẽt erga filios ſuos, qui læti & hilares diſcedunt manentibus filijs in honore & ſtatu: ſic enim glorioſus Baptiſta cum ſe in carcere recluſum & morti propinquum animaduerteret vehementer optabat ſuos relinquere diſcipulos in ſtatu pefectionis. Quare vult prius in agnitione veritatis eos remanere & miſit illos ad Ieſum vt D videntes eius doctrinam & miracula eum cognoſcerent. Sic legimus in 4. lib. Regum quod cum Prophetarum filij cuperent de Elia ſcire, miſit eos Eliſęus per mõtes & ardua ac peragrati ſunt tribus diebus & non repererunt eum: non dubitabat quidem Eliſæus Eliam raptum fuiſſe in cælum, ſed tamen ad tollendum dubium eorum miſit eos per montes. Noluit determinate Ioannes mittere diſcipulos ad Chriſtum dicens ita, ite ad illum qui eſt Meſsias, & ego non ſum, vel quia ipſe eſt melior me, quia crederent forte diſcipuli quod diceret hoc Ioannes ex humilitate & ire nollent: ideo expectauit tempus quo vſq; ipſi diſcipuli annuntiarent de Ieſu aliquid propter quod eſſet occaſio mittendi eos, & miſit duos quos nouerat fortaſſe alijs perſuaſibiliores. Quod

*Perſeueremus in virtute.* *Simile.* *Zelus maximus Baptiſtæ.* *Figura.* *4. Reg. 2.* *Abulen. in Matt. 11.*



autem

autem nõ dixit tu es Chriſtus, hoc vult intelligi quia etſi ope- E
*Ruſ. Al-* ra eius reuera eſſent opera Chriſti, inter ipſa tamen opera Chri-
*bas in* ſtũ eſſe ſe palam nõ dicebat, imo diſcipulos ſuos hoc dicere pro
*Matt.* 11. hibebat vt conſtat ex luca cũ præcepit diſcipulis ſuis ne cui dice
*lib.* 9. rent quod ipſe eſſet Chriſtus, & ideo Ioãnes nõ ita interrogauit.
*D. Thom.* *Tu es qui venturus es?* Ioannes Baptiſta de aduentu Chriſti incar-
22. *q.* 2. *a.* ne, ait beatus Thomas, non quęſiuit quaſi hoc ignoraret cum ip
7. *ad.* 2. ſe expreſſe id confeſſus fuerit dicens. Ego vidi & teſtimonium
*Ioann.* 1. per hibui quia hic eſt filius Dei, vnde non dixit tu es qui veniſti,
ſed tu es qui venturus es, quærens de futuro & non de pręterito. F
*Ioann.* 1. Similiter non eſt credendum quod ignorauerit eum ad paſsionẽ
venturum, ipſe enim dixerat, ecce agnus Dei, prænuntians eius
*Iſa.* 6. immolationem futuram, & hoc Prophetæ alij etiam non ignora
uerũt, ſed ante prædixerũt ſicut præcipue patet in Iſaia. Poteſt er
*D. Grego.* go dici ſicut Gregorius dicit quod inquiſiuit ignorans an in in-
*ho.* 6. *in* fernum eſſet in propria perſona deſcenſurus licet ſciret quod
*Euangel.* fructus paſsionis eius extẽdendus erat vſq; ad eos qui in limbo
detinebantur ſecundum illud Zacha. 9. Tu quoq; in ſanguine te
*Zacha.* 9. ſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu in quo non eſt aqua.
Nec hoc tenebatur explicite credere antequam eſſet impletum G
*Chryſ. in* quod per ſeipſum deberet deſcendere.
*non abſo.* *Euntes renunciate Ioanni quæ audiſtis & vidiſtis.* Sciens Dominus
*hom.* 27. quia venturi erant diſcipuli ab Ioanne ſicut Lucas dicit, in illa hó
*tom.* 2. ra ait Chryſoſt. bonis hoſpitibus digna conuiuia præparabat vt
etiam Chriſto tacente ipſa opera eius loquerentur de eo: nam
*Luc.* 7. & qui vocati fuerant gratias agebant, & quidam dicebant quia
*Mar.* 2. viſitauit Dominus plebem ſuam: alij autem dicebant quia nun-
*Clau. Gui* quam ſic vidimus, alij dicebant, gloria deo, qui talem poteſtatem
*in Matt.* dedit hominibus. Sic ergo diſcipuli Ioannis & oculis & auribus
*Ioann.* 10. paſcebantur mirabilia ſanitatum videntes, & gratias agentium H
*Chryſ. in* voces audientes *renunciate Ioanni* quaſi dicat nil opus eſt vt de me
*Matth.* quiſim pronunciem, quando opera quæ ego facio in nomine pa-
*hom.* 37. tris mei teſtimonium ſatis perhibent de me. Si non facio opera
*Ioann.* 8. patris mei, nolite credere mihi, ſi autem facio, & ſi mihi non vul
tis credere operibus credite. Si reſpondiſſet ait Chryſoſto. Ego
ſum, offendiſſet ipſos reſponſum hoc, & dixiſſent, aut certè cogi
*Hugo* taſſent id quod Iudæi crebro ſolebant dicere, tu de te ipſo teſti-
*Car. in* moniũ perhibes: id circo nõ ita dicit, ſed ſignis ipſos ad fidẽ addu
*Luc.* 7. cit, vt omni ſuſpicione doctrina eius careat & dilucidior ſit.
*Cant.* 5. *Cæci vident, claudi ambulant, leproſi mundãtur, ſurdi audiunt, mortui reſurgunt.* Cæci in temporalibus, vidẽt in ſpiritualibus Can. 5. Ego
dormio,



A dormio, & cor meum vigilat: claudi ad malum, ambulant ad bo-
num. Claudus eſt qui tãtũ vno pede innititur terræ & alterũ ſuſ- *Geneſ.* 32.
pendit a terra, duo autem pedes ſunt neceſsitas & voluptas. Ille *Eſaiæ.* 35.
bonus claudus eſt & bene ambulat qui pede neceſsitatis tãtũ ter- *Eſai.* 33.
ræ innititur & pedẽ voluptatis ſuſpenſum tenet. Hoc modo clau
dus effectus eſt Iacob percuſſus ab angelo. Iſa. 35. tũ ſaliet ſicut
ceruus claudus. Ite Iſa. 33. claudi diripiẽt rapinam. Vel ſic, cæci
id eſt qui reputant ſe cæcos vident: claudi qui reputant ſe clau-
dos, illi ambulant: leproſi ſua opinione ſeu reputatione mundan
B tur vel potius mundi ſunt: eo ipſo enim quod immundos ſe re-
putant, mũdi ſunt, Baſilius enim ait, tanto eris apud Deum pre- *D. Baſil.*
tioſior, quãto fueris apud oculos tuos deſpectior. Hinc publica-
nus mundatus eſt, quia leproſum ſe eſſe confeſſus eſt, Phariſæus
autẽ qui ſe mũdũ dicebat, receſsit leproſus: ſurdi ad detractiones *Iſaiæ.* 26.
& mũdi vanitates, audiũt legẽ Dei: vel pauperes clamãtes. Mor- 2. *Cor.* 15.
tui mũdo vel peccato, reſurgũt de bono in melius proficiẽdo Iſa. *Ioann.* 12.
26. viuẽt mortui tui, interfecti mei reſurgẽt. 1. Cor. 15. ꝙ ſeminas
non viuificatur niſi prius moriatur Ioann. 12. niſi granũ frumẽti.
*Cæci vident*. Quando cęci, claudi, leproſi in anima, non ſanantur, *Autor.*
C ſignũ eſt quod non venerit Chriſtus ad eos, ſed quãdo recuperãt
ad virtutem, oculos, & puritatem, ſignum eſt prædeſtinationis.
*Pauperes Euangelizantur.* Vel pauperes ſpiritu, vel operibus pau
peres vt ait Hieronymus, vt nulla inter nobiles & ignobiles, in- *D. Hier.*
ter diuites & egenos in prædicatione diſtantia ſit. Hæc magiſtri *lib.* 2. *in*
rigorẽ, hæc præceptoris cõprobant veritatẽ quando omnis apud *Matth.*
eũ æqualis eſt. In mũdano regno vt ait Doctor quidam eximius
cũ noua aliqua accidũt, prius regibus, deinde potẽtibus & nobili *Lud. Gra.*
bus nuntiantur, & cum tandem ad plebeiorum & paupe- *diſsimile.*
rum aures deferuntur, iam principibus vetera ſunt & detri-
D ta: ſed cæleſtia bona prius denuntiantur pauperibus, ex quibus
bona nuntia diuitibus aperiẽtur. Temporales quidem diuitiæ ex
diuitibus trahuntur ad pauperes, ſed ſpiritualia dona ex pau- *Diſcrimẽ*
peribus deteguntur diuitibus, & iſtis Euangelizantur hoc eſt da- *inter diui*
tur eis bonũ nuntium regni cæleſtis. At prædicatores noſtri po- *tias corpo*
tius diuitibus quam pauperibus Euangelium prædicare volunt, *rales &*
cum Chriſtus intueatur pauperem, de illo enim habetur, oculi *ſpirituales*
eius in pauperem reſpiciunt, imo Herode miracula videre cu-
piente, noluit facere, at apud pauperes multa miracula fecit. *Pſal.* 10.
Ionas etiam Propheta Niniuem miſſus prius cępit concionari *Luc.* 23.
pauperibus, vnde nuntia regi ſunt allata, ideo dicitur, peruenit *Ionæ.* 3.
verbum ad regem. Ionæ enim prędicatio de vno ad alterum cir-
cumfere-

cunferebatur, donec ad regis aures peruenit. Leproſi etiã qua- E
tuor nuntiauerunt in aula regis in Samaria, quod caſtra Syriæ
4. Reg. 7. eſſent plena cibis & diuitijs, & deſtituta hominibus, dixerunt
enim ad inuicem: hæc dies boni nuntij eſt, nuntiemus in aula
Luc. 2. regis. In natiuitate etiam ſaluatoris primo Angelus bona nun-
tia pauperibus paſtoribus reuelauit. Euangelium etiam prius à
Chriſto domino fuit piſcatoribus Apoſtolis reuelatum, vnde
1. Cor. 1. Paulus, non multi potentes, non multi nobiles &c. In primo re-
1. Reg. 30. gum habetur etiam quod ſeruus quidem Aegyptius debilis,
Iudic. 7. ægrotus ac famelicus, attulit nuntia Amalechitarum. Sic Deus F
pauperes Apoſtolos & diſcipulos pro nuntijs accepit. Et quem
admodum Gedeon cum comitibus inermibus & paucis ſubegit
potentem & magnum exercitum Madian, ſic etiam Chriſtus
paucis inermibuſque diſcipulis vniuerſum orbem euicit.

*Et beatus eſt qui non fuerit ſcandalizatus in me.* Nota quod in his
verbis ſatisfacit dubitationi Ioannis ſi eſſet deſcenſurus in perſo
na ad limbũ vt ſupra diximus ex mẽte Gregorij, vt poſſet ibi da
Euſ. Emi. re veram relationem, et ita reſpondet Chriſtus huic dubitationi
in domi. 3. dicens, beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me, ac ſi diceret vt
aduent. ait Euſebius Emiſſenus, qui enim non horrui virginis vterum & G
tali mori morte quæ erit Iudæis ſcandalum & gentibus ſtultitia,
Simile. non vtiq; horrebo ad inferna deſcendere, lux quidem ſtercore nõ
inquinatur & mundus tranſeo per immundum. Deſcende igitur
ſecure qui præcurſor mihi es. Vade, præcurre, nuntia gaudium
fidelibus meis, cito ſequar & liberabo eos. Conſidera frater mo
do quanta lætitia locus ille tenebrarum quantoq; gaudio exulta
uit, quando ibi beatus Ioannes hæc verba narrare cæpit. Poſſu-
Hieron. q. 1. ad Alga. & Hedibi. to. 3. mus etiam dicere quod hæc fuerit quædam correctio artificioſa
diſcipulorum Ioannis vt ſentit Hieronymus ita dicens: Quod
infert, beatus qui non fuerit ſcandalizatus in me, non Ioannem H
ſed diſcipulos eius percutit, qui prius acceſſerant ad eum dicen-
Matt. 9. tes, quare nos & phariſęi ieiunamus frequenter, diſcipuli autem
Ioann. 3. tui non ieiunant? Et ad Ioannem, magiſter, cui tu perhibuiſti teſti
monium iuxta Iordanem, ecce iam baptizat & omnes veniunt
Inuidia omnes inuadit. ad eum. Quo dicto liuorem ſignificant deſignorum magnitudi-
ne ex inuidiæ mordacitate venientem, cur ſcilicet baptizatus à
Ioanne ipſe audeat baptizare, & multo amplior ad eum turba
Caie. in Matth. concurrat quam prius venerat ad Ioannem. Item poſſumus in-
telligere vt ait grauiſsimus quidam doctor, quod ſubiunxit hoc
vt præberet occaſionem Ioanni erudiendi & præmuniendi diſci-
pulos ſuos ne ſcandalizarentur in Chriſti abiectione & paſsione.

Illis



A *Illis autem abeuntibus, cæpit Ieſus dicere ad turbas de Ioanne.* laudat Abu. in Matt. 11. Luc. 3.
Ioannem ait Abulenſis, ne opinio plebis circa illum deficeret.
Fuerat enim in maxima opinione in cordibus omnium quando
prædicabat, ita vt putaretur eſſe Meſsias. Tempore illo fruſtra
erat quod Chriſtus eum laudaret, nullius enim laudibus indige- Sodrez in Matth. trac. 2. & 3.
bat, cum maiora de eo populus crederet quam quiſquam verbis
poterat exprimere. Nunc vero cum iam à diebus multis ab He
rode viro ſcelerato incarcere teneretur & vinculis, nec Deus ſu
per hoc vltionem vllam oſtenderet, poterat infirmari opinio
eius in cordibus rudis plebeculæ. Optimum ſume ex hoc exem- Deus reſpõdet pro ſeruis ſuis
B plum vt cum videris famam alicuius periclitari, quas noueris
virtutes de illo coram detractoribus non erubeſcas referre. Sic Semper bona de proximis loquamur & pro eis reſpondeamus.
enim expoſtulat charitas quæ diligit proximum ſuum ſicut ſe.
Pro Ioanne deniq; reſpondit Deus, vt nouerint iuſti & qui pro
veritate occumbunt, Deum ſuarum virtutũ præmiatorẽ. Sciãtq;
illum eſſe protectorem. Laudat ſanctitatem Ioannis Chriſtus &
de illo publice bene loquitur, docẽs nos vt cum de proximo agi
tur, ſi volumus recte & ſecundum Euangelium agere, bona de eo
loquamur; non mala in mutuis confabulationibus, recte de omni Chryſo. in Matth. hom. 38.
C bus ſentiendo, & de omnibus bene merendo, cum quidem nullus
niſi infidelis ſit, hæreticus & ſchiſmaticus, viuat in mundo qui &
ſi aliquo obumbretur delicto, non aliqualem virtutem ſecum
retineat. Nullus vtiq; Chriſtianus eſt, de quo etſi iniquus ſit, ali
quid boni non poſsit hauriri.

*Quid exiſtis in deſertum videre? harundinem vento agitatam?* Pro Deſertæ fiebant ciuitates & frequentabantur deſerta loca vt viderẽt Baptiſtam
Ioanne reſpondet oſtendens non eſſe mutatum ab illa ſua priore
opinione. Hæc autem non ſtatim ſua ſentẽtia, ſed ab eorum prius
teſtimonio probat, oſtendens eos non verbis ſolum, ſed etiam fa
D ctis ſtabilitatem Ioannis teſtatos fuiſſe: dicit enim, quid exiſtis in
deſertũ videre? id eſt cur ommiſsis ciuitatibsu & domibus ve-
ſtris ad deſertum vna omnes concurriſtis? vt miſerum quẽdam
atq; mobilem hominem videretis? Non potuiſſetis certè tanto
ſtudio in deſertum impelli, & tantarum ciuitatum populi, neq; Dio. Car. in Lu. 7. a. 18.
ita facile omnes ex vniuerſa Iudæa effuſi in fluuium Iordanem ve
niſſetis, niſi magnum quẽdam & mirabilem virum Ioannem pu-
taſſetis, nec enim ad videndum harundinem vento agitatam exi-
ſtis, cui maxime ſunt ſimiles illi qui nunquam idem dicunt, ſed
huc atq; illuc facile pulſi, modo hæc modo illa ſoliciti ſunt aſſe- 1. Cor. 15.
rere. Inconſtantia vile & magnum eſt vitium: ad ſtabilitatem ve 2. The. 2.
ro mẽtis ſacra Scriptura præcipue nos hortatur, ait enim Apoſ. Heb. 13.
ſtabiles eſtote & immobiles, abundãtes in opere domini ſemper. Eccle. 5.

Et al bi

E Et alibi, non cito moueamini a veſtro ſenſu. Et rurſus, optimum eſt gra ia ſtabilire cor. Item in Eccle. 5. non te ventiles in omnem ventum, eſto firmus in via Domini & in veritate ſenſus tui.

Digni ſunt vt cum harundine conferantur, qui cum multa polliciti ſint, nũquam tamẽ ſtant pollicitis, & qui pollicitus eſt Deo ſe nunquam relapſurum in peccatum, & ſubito relabitur, leuior eſt harũdine. Tãta viget in hominibus incõſtãtia ait alius autor, vt vitia quæ ſunt deteſtati, nedum ſemel & iterum, verum & millies repetant. Quos taxillos heſterna die abhorruiſti, cur hodie iterum illis vacas? Qui die ab hinc tertia a peccatorum cęno F mundatus es, hodie cur impurus in hac ipſa delectaris peccatorum fęce? Non eſt harundo Ioannes ait Euſebius Emiſ. columna eſt potius, non mouetur vento, non quatitur timore, nõ flectitur adulatione, vno & eodẽ vultu reſpicit & illos qui eum laudant & eos qui vituperant, ſic inimicos vt amicos diligit: ſic potentes arguit.

*Harundinem vento agitatam*. Notat Chriſtus Baptiſtam conſtãtiæ in virtute, mali ſunt mutabiles, hoc ſignificabat tremor ille capitis in Cain poſtquã occidiſſet fratrem ſuum, vt graues autores tradunt: laudat etiam eum quod non veſtiatur mollibus, nam G mulieres ſunt quæ magis ſeornant veſtibus quam aliqua cathedralis eccleſia ornamentis, quæ ſolet pro varietate feſtiuitatum etiam variatis vti coloribus & coloratis veſtibus.

*Quid exiſtis in deſertum videre?* Periclitabatur quidem honor Ioãnis ne notaretur inconſtantiæ, & ita Chriſtus pro eo reſpondet, vt nos ita faciamus cum patitur detrimentum honor proximi. Sic Chriſtus ſegeſsit erga Magdalenam cum Phariſęus de ea murmurabat, Sic etiam pro diſcipulis reſpondit cum accuſarentur quod non lauarent manus. Si enim cum poſsimus, bona proximi defendere tenemur, multo magis honorem. H

*Sed quid exiſtis videre? hominem mollibus veſtitum? ecce qui mollibus veſtiuntur in domibus regum ſunt*. Non damnamus veſtes, ſed vitium veſtibus abutentium, ſcio enim ſub purpura plures Deo placuiſſe, & contra plures ſub ſacco Deo diſplicuiſſe. Sunt enim qui in purpura non efferuntur, & ſunt qui ſe veſtitos ſacco vel dolent vel gloriantur. Magnus vero eſt, quem ſaccus non deijcit & quẽ purpura non extollit. Talis erat Dauid, & talis Ioannes Baptiſta, quoniam nec ille ſub purpura, nec iſte ſub cilicio erat harundo vento agitata. In hac parte vehementer peccant homines qui à veſtibus ac rebus ſenſu carẽtibus quærunt honeſtari. Et certe ſi iudicamus de quopiam equo non ſolum non eſtimare ſolemus

pretioſas

*Albo. in Matth.*
*Theo.*
*Soarez. in Matth. Trac. 2.*
*perſeueremus in bona propoſito.*
*Euſ. Emi. Domi. 3. Aduent.*
*Cõſtantia magna Baptiſtæ.*
*Cain poſt quã occidit fratrẽ percuſſus eſt quodã capitis tremore.*
*Similitudo.*
*Pro honore proximi reſpondeamus.*
*Rhu. Ard. Domi. 3. Aduent.*
*Iſido. clarius in Luc. 7. ora. 39.*



A pretioſas veſtes ſi quibus obtecti ſunt, ſed iubẽmus etiam vt eas illi detrahant vt contẽplari nudũ animal liberius liceat. Vbi igitur de homine faciendũ iudiciũ eſt, quẽ ſolus rationis vſus & virtus a ratione profecta cõmẽdare atq; honeſtare debet, velle a veſtibus & pretioſo corporis cultu laudem atq; autoritatem illi cõparare, quis nõ videat rẽ eſſe nõ minus ridendã, quãſi cerneremus aſel'ũ onuſtũ auro ob illud aurũ laudari, & generoſo alicui equo anteferri? Nõ ne hoc faciũt hi qui cũ moribus & vitæ ratione nihil à mutis pecudibus differãt, ob ornatũ tamẽ veſtiũ præ B ferri volunt his qui frugaliore victu & cultu vtuntur, quamuis ſummis virtutibus prediti ſint, quæ ſolę ſunt in prætio habẽdę & quibus omnia iſta externa ſeruire debent? Hoc quidẽ ſancte ſcribit beatus Iacobus in hæc verba, fratres mei nolite in perſonarum acceptione habere fidem Domini noſtri Ieſu Chriſti glorię. Nam ſi ingrediatur in cætum veſtrum vir aureum geſtans annulum, &c. Vide quid acciderit Herodi induenti ſe pretioſa veſte per leuitatem & ambitionem. Præcipue quidem hac veſtimentorum corruptela mulieres peccant, quæ ſi cogitarent quam multis ex cauſis abſurdus ſit iſte mos, non tã eſſent in hac parte diſ- C ſolutæ. Nam ad impudicos amores multos prouocant, & veluti rete quoddam ſunt quo Diabolus vtitur ad capiendas illas animas pro quibus Chriſtus mortuus eſt. Deinde nimij illi ſumptus & qui nũquã finẽ habẽt, impediũt beneficẽtiã in pauperes, quod quã vehementer ſit abominandum, audite quid dicat Apoſtolus Iacobus. Agite nunc diuites, plorate vlulãtes in miſerijs veſtris quæ aduenient vobis, diuitiæ veſtræ putre factę ſunt, & veſtimenta veſtra à tineis comeſta ſunt &c. Nihil autem eſt humanũ corpus quam ſtercus inuolutum. Et quis veſtrum vas ſtercoris plenum pateretur ornari pretioſa veſte, auro & argento, quod vos D corporibus veſtris facitis? Pauones ſi quis tacitus ſpectet, recondunt pennas dum non laudantur, at vos non ſolum non laudatæ verum etiam reprehenſę ab his recedere neſcitis vanitatibus.

*Sed quid exiſtis videre? Prophetam? etiam dico vobis & plusquam Prophetam*. præcellit cunctis dicunt Ambroſius & Auguſtinus, eminet vniuerſis, antecedit Prophetas, ſupergreditur Patriarchas, & quiſquis de muliere natus eſt, Ioanne inferior eſt. Anteceſſores Prophetæ Chriſtum futurum præcinuerunt, quem Ioannes indice prodit, vt in eius hymno concinit Eccleſia ſanctiſsima dicens: Cæteri tantum cecinere vatum, corde præſago iubar affuturum: tu quidem

mundi

*Simile.*
*Gloriari de veſtib. & ornatu ridiculum eſt.*
*Simile.*
*De virtutibus potius gloriãdũ quã de rebus tẽporalibus.*
*Iacob. 2.*
*Act. 12.*
*Mulieres quæ ſe nimiũ ornãt quã pernicioſæ ſint in Repub.*
*Iacob. 5.*
*Diuitiæ tẽporales quo redigãtur.*
*Simile.*
*Pauonis proprietas*
*D. Amb. ſer. 64. in nati. S. Ioan. Bap. & Aug. ſer. S. Ioã. ſe. 2. to. 10*
*Ioã. Mai. ſup. Ma. & Luc. 7.*
*1. Reg. 17.*
*D. Hier.*

mundi ſcelus auferentem, indice prodis. A condito orbe nullum E
vitæ auſteritate ei æquiparandum dederis, non paſcebatur dimi-
diato pane ac carnibus cum Elia, & Paulo primo Eremita, non
caricis & Sylueſtribus pomis cum Hilarione, Antonio, & cęteris,
ſed auſterioribus alebatur.

*D. Grego. ſuper Euã gel. ho. 6.*

*Ecce ego mitto angelum meum, qui præparabit viam tuã ante te*, Quòd
græce angelus, hoc latine nuntius dicitur, ait Grego. Recte ergo
qui nuntiare ſupernum iudicem mittitur angelus vocatur, vt di
gnitatem ſeruaret nomine, quam explet in operatione. Ioannes
autem viam domino præparauit, non lapides tollendo, nec aſpe
ra coęquando, ſed mentes hominum inſtruendo, quando nuntia F
uit dicens, pænitentiam agite.

## DOMINICA SECVNDA IN ADVENTV.

## CONCIO SECVNDA.

*Calamitates & tentationes ſunt vtiles.*

CVM *audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti.* Matth. 11.
Luc. 7. vide etiam Matth. 14. & Marci. 6. Quoniam G
Chriſtus permittit vt præcurſor & Baptiſta ſuus ita
varijs calamitatibus afficiatur, procul dubio vtiles
ſunt & maximi pretij calamitates, quando quidem eas Deus cũ
ſuis amicis diſtribuit. Dominus in plagis inferendis quandoq;
*Hiere. 30.* ſe vt ſeuerum iudicem, quandoq; vt clementem patrem ſe exhi
bet, & aliquando quidem amici, aliquando inimici animum ge-
rit. Hunc enim ſe habere oſtendit cum apud Hieremiam ait, pla-
*1. Ma. 1.* ga inimici percuſsi te, caſtigatione crudeli. Quidquid gehennæ
*2. Ma. 5.* ſupplicium multi in hac etiam uita Domino puniente quodam-
*Math. 2.* modo auſpicãtur. Hoc enim modo ille impijſsimus Antiochus H
*Actor. 12.* Aſiæ rex, ac ciuitatis ſanctæ atq; templi vaſtator, & vterq; Hero
des, hoc eſt ille qui pueros infantes, & qui Iacobum Apoſtolum
occidit, puniti fuerunt, quorum grauiſsima ſupplicia in hac vita
cępta, & in altera cõſummata ſunt. Nec hoc tẽpore vt arbitror
multi hanc pænam effugiunt, ſed hac eadem pæna plectuntur, hi
*Malos in hac etiam vita incipit Deus caſtigare.* videlicet qui grauiſsimis morbis affecti, vel impatientia ſua, vel
vitæ prauitate Dominum offendere non ceſſant, quos videlicet
plagæ à Domino inflictæ, non ad pœnitentiam, ſed ad impatien
tiam & vitæ negligentiam inducunt. Eſt alius caſtigandi modus
paternus, ille quidem quo ad meliorem mentem Dominus per
flagella fideles reuocare intendit, de quo idem in pſalmo. 88. Si
inquit,



A inquit, dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis
non ambulauerint, viſitabo in virga iniquitates eorum, & in *Boni emẽdãtur punitione diuina.*
verberibus peccata eorum, miſericordiam autem meam
non diſpergam ab eo. Sic Hieremias, caſtigaſti ait me Domi-
ne, & eruditus ſum. Non igitur diffidamus, ſed intelliga-
mus, & nobis perſuadeamus afflictiones & labores qui nobis
contingunt, à Deo immitti vt vitam emendemus in melius. *Pſal. 88.*
Hoc igitur nobis ſupereſt fratres, vt quas modo patimur ca-
lamitates, ad ſalutem noſtram à deo immitti credamus. Qua *Hier. 31.*
lem etiam animum hoc tempore gerere debeamus, ſancta illa
B fœmina Iudith nos docet his verbis, cum dicit, reputantes pec *Labores immittit Deus vt emendemur.*
catis noſtris hæc ipſa ſupplicia eſſe minora quibus quaſi ſerui
corripimur, ad emendationem noſtram non ad perditionem
eueniſſe credamus. Si autem peccatorum caſtigatio pater-
nam erga nos Dei noſtri miſericordiam declarat, conſequens
eſt indignationis eius argumentum eſſe in ſcelere obſtinatis
parcere. Quod aperte pro magno ſupplicio per Prophetam *Iudith. 3.*
dominus peccanti populo comminatur his verbis, non viſita- *Quod Deus nos hic puniat, pignus eſt eius amoris*
bo ſuper filias veſtras cum fuerint fornicatæ, & ſuper vxores
cum fuerint adulteræ. Hinc D. Bernardus, Domine hic
C vre, hic ſeca, vt in æternum parcas. Et Pſalm. non audiuit
populus meus vocem meam, & Iſrael non intendit mihi, &
dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuen-
tionibus ſuis. Medici quoties in ęgro aliqua ſalutis ſpes eſt, *Oſee. 4.*
magna cura noxijs ei cibis interdicunt, cui tamen deſperata *D. Bern.*
ſalute, omnia quæ edere voluerit libere permittunt. Hierem. *Pſalm. 8.*
51. curauimus babylonem & non eſt ſanata, derelinquamus *Simile.*
eam & eamus vnuſquiſque in terram ſuam, quoniam perue- *Hiere. 51.*
nit vſque ad cælos iudicium eius, & leuatum eſt vſque ad nu- *Pſal. 34.*
bes. Et Pſal. diſsipati ſunt nec compuncti. dicamus igitur cum *Hiere. 3.*
D Hieremia, ſcrutemur vias noſtras, quæramuſq; & reuertamur
ad Dominum.

Reuera beatus eſt, vt ait Gregorius Nyſſenus, qui inimi- *Gre. Nyſ. li. de beatitu.*
co ad bonum vtitur adiutore, hoc tamen quod moleſtum
eſſe videtur, ſępe etiam fælicitatis per hanc vitam cauſa
multis exiſtit, quale de Ioſepho ſcriptura indicat. Idcirco ma-
gnus ille Stephanus gaudet lapidibus vndique petitus, ac *Geneſ. 4.*
veluti vernum quendam rorem crebros lapidum ictus in mo-
dum floccorum niuis incidentium, corpore cupide excipit, *Acto. 7.*
ac benedictionibus nefarios homicidas proſequitur, pro his
ipſis ne peccatum hoc eis imputaretur orans. Ita crucem Pe-

D trus

trus excepit, gladium Iacobus, & Ioannes, niſi ex terra pul- E
ſi fuerimus & eiecti, in terra prorſus manemus. Quod ſi
in terra male tractemur & contemnamur, in cælum traduce-
mur. Vides quo ducat beatitudo, per id quod triſte & acer-
bum videtur, tanti boni ſibi conciliatrix exiſtens. Quod cum
etiam Apoſtolus animaduertiſſet, omnis inquit diſciplina
in præſenti quidem non cum gaudio, his qui in ipſa fuerint
exercitati.

*Dei ſerui in delicijs ducũt per ſecutiones pro deo. Hebr. 12.*

Si igitur quæras quare promittat Chriſtus labores & tribu-
lationes pro eo tolerantibus tam magnifica præmia, & quare F
tantam laborum & calamitatum copiam ſoleat Deus nobis im
mittere. Reſpondeo id quidem ideo fieri quia nos Deus plu-
rimum diligit, & cum ita ordinauerit vt per labores beati-
tudinem conſequamur, idcirco multam & facile obuiam
laborum copiam videmus a deo vbicunque præparari. Ita enim
in Sacramentis nobis neceſſarijs feciſſe Chriſtum videmus, vt
ſcilicet res facile obuias & præſentes materiam Sacramento-
torum conſtituerit, videlicet baptiſmi aquam, Euchariſtiæ
panem & vinum. Ita igitur voluit frequenter nobis adeſſe
labores & afflictiones, vt cum in his tolerandis beatitudo ſi- G
ta ſit, facile & vbicunque promereri eam poſſimus. Quæ e-
nim quæſo domus eſt, quæ ciuitas, quod oppidum, qui vi-
tæ ſtatus & hominum conditio, quæ vacua ſit omnino om-
ni tribulatione & afflictione? Incitant nos etiam labores
& nobis calcar addunt vt ad Deum facile ſtatim concurra-
mus. Sunt enim hæ inuentiones & media quibus vtitur Deus
ad noſtram ſalutem. Sæpe etiam videas virum iuſtum cla-
mare ad dominum in ſua afflictione, quem tamen ſtatim
Deus non exaudit. Vnde inſtat iuſtus dicens, exurge, qua- H
re ob dormis Domine, quare faciem tuam auertis, obliuiſce-
ris inopiæ noſtræ & tribulationis noſtræ? Cæterum hanc dif-
ferentiam & diſcrimen ſtatuit inter Deum viuum & fictum
Deum, Propheta Elias, quod videlicet Deus verus tandem
exaudiat quod viderit ſuis expedire, etiam ſi interdum diſ-
ſimulare videatur, ficti autem dij nunquam audiunt, quia
cæci ſunt & ſurdi. Vnde ſacerdotes Baal voces ingentes emitte
bant, Deum ſuum vocantes & dicentes Baal exaudi nos,
quos irridens Elias dicebat, fortaſſe dormit Deus veſter, cla-
mate altius, forte aliquo profectus eſt. Cæterum quid mirum
eſt quod Deus interdum videatur quaſi dormire in medijs labo-
ribus & calamitatibus noſtris, qui vnigenito filio ſuo non pe-
percit.

*Magna præmia pollicetur Deus his qui pro ipſo labores ſuſtinent. Matth. 5. & Lucæ. 12. promittit.*

*Simile.*

*Inuentiones multæ Dei vt homines in cælũ ducat, dando eis merendi materiã. Pſal. 42. 3. Reg. 18.*

*Deus audit quidẽ clamores iuſtorũ, & ſi interdũ dormire videatur.*



A percit in tantis tormentis & tribulationibus? Sicut igitur Dei
filius intelligebat ſe non eſſe in perpetuum derelictum, vnde
& dixit, pater in manus tuas commendo ſpiritum meum. Ita
etiam nos debemus in medijs laboribus in diuina miſericordia,
patrocinioq; confidere.

*Roma. 8. Simile. Luc. 23.*

*Bonos permittit Deus affligi.*

CVm hodie nobis Ioannis virtus & Herodis feritas refer-
tur cõfunduntur plane viſcera, & corda tremunt. Ioãnes e-
B nim ſchola virtutum, magiſterium vitæ, ſanctitatis forma,
norma iuſtitiæ, virginitatis ſpeculum, pudicitiæ via, fidei diſci-
plina, Ioannes maior homine, par angelis, legis ſumma, Apo-
ſtolorum vox, ſilentium Prophetarum, lucerna mundi, præ-
curſor iudicis, domini teſtis, traditur adulteræ, & addicitur
ſaltatrici. Ecce autem ait beatus Gregorius, dum beati Iob
vulnera cruciatuſq; conſidero, repente mentis oculos ad Ioan-
nem reduco, & non ſine grauiſsima admiratione perpendo
quod ille Prophetiæ ſpiritu intra matris vterum impletus, atq;
vt ita dixerim priuſquam naſceretur renatus, ille amicus ſpon
C ſi, ille quo inter natos mulierum non ſurrexit maior, ille
ita Propheta, vt plus etiam quam Propheta, ab iniquis incar-
cerem mittatur, & pro puellæ ſaltatu capite truncetur, atq;
vir tantæ ſeueritatis pro riſu turpium moriatur. Nunquid cre-
demus aliquid fuiſſe turpe in eius vita, quod tam deſpecta mors
tegeret? Sed quando ille vel in cibo peccauit qui locuſtas ſo-
lummodo & mel Syluestre edebat? vel in qualitate ſui tegmi-
nis deliquit, qui camelorum pilis corpus operuit? Aut quando
conuerſatione ſua offendere potuit, qui de eremo non rece-
debat? aut quando loquacitatis reatus eum polluit, qui
diſiunctus longe ab hominibus fuit? Vel quando illum ſi-
D lentij culpa attigit, qui malos ad ſe venientes tam vehe-
menter increpauit, dicens, progenies viperarum, quis
demonſtrauit vobis fugere a ventura ira? Quid eſt ergo
quod vir tam ſanctiſsimus & omnibus Chriſti teſtimonio
prælatus, pro temulenti verbis, & in ſaltatricis præmium mo-
riatur? Quid eſt inquam quod Deus omnipotens tam vehe-
menter in hoc ſeculo deſpiciat, quos ſic ſublimiter ante ſecula
elegit? Hoc, hoc certe eſt quod idcirco eos premit in infi-
mis, vt velit remunerari in ſummis. Hinc ergo iam vnuſquiſq;
D 2 ſibi

*Chryſ. ex varijs in Matt. locis ho. 16.*

*Gre. li. 6. Mor. c. 4.*

*Ne deſperes in afflictionib⁹, ſiquidẽ vides à deo permitti vt ſuis cõtingant.*

*Puritas Ioannis.*

*Matth. 3. Luc. 3.*

*Mat. 14 Marc. 6.*

ſibi colligat. quid illi ſint tandem paſſuri quos reprobat, ſi hic E
*Mat.* 14. ſic cruciat quos amat: aut quo modo in iudicio ferientur qui ar
*Marc.* 6. guendi ſunt, ſi ſic eorum vita premitur, qui ipſo iudice teſte lau
*Male agi* dantur.
*tur cũ vi-* Duplex eſt captiuitas, & duo ſunt genera carcerum & vincu-
*ro impro-* lorum: alterum quidem animæ, alterum vero corporis, ſed ea
*lo quod* proprius captiuitas appellatur quæ animam ligat, quando ho-
*hic nõ pu-* mo in ſcelerum vinculis retinetur. Pro. 5. iniquitates ſuæ capiũt
*niatur.* impium & funibus peccatorum ſuorum conſtringitur. Vbi vi-
*Captiui-* des hominem maleficijs coinquinatum, eſſe in vincula conie- F
*tas duplex* ctum, impius & ſi regnet, ſeruus tamen eſt, non vnius hominis
*Pro.* 5. ſed quod peius eſt, tot dominorum quot ſunt vitia quibus ob-
*Vir malus* tẽperat. Quid prodeſt homini ſibi alios ſubijcere, ſi ſeipſum ſcele
*multis do* ribus ſubijcit? Hæc intuẽs Ezechiel de impio loquens, ille qui-
*minis ſub* dem inquit, in iniquitate ſua captus eſt. Et Chriſtus dixit, qui fa
*ijcitur.* cit peccatum, ſeruus eſt peccati. Et Apoſtolus ait de his vt re-
*Ezech.* 33. ſipiſcant à Diaboli laqueis, a quo captiui tenentur ad ipſius vo-
*Ioan.* 8. luntatem. Credo tamen multos viros iuſtos & pietate præſtan-
2. *Tim.* 2. tes, ſpiritualiter liberos eſſe, corporaliter captiuos & in ho-
minum impiorum carcerem coniectos. Ioſeph omni ſapientia G
*Gene.* 39. & charitate præſtans fuit in Aegypti vinculis retentus, de quo
dicitur in libro Sapientię, deſcenditq; cum illo in foueam, & in
*Sap.* 10. vinculis non dereliquit illum. Hieremias fuit in vinculis tradi-
*Hie.* 10. tus in Iudæa. Ezechiel ductus eſt captiuus in Chaldęam, Ioan-
*Ezech.* 1. nes Baptiſta fuit ab ipſo Herode in vincula coniectus, & infini-
*Hebr.* 11. ti alij de quibus Apoſ. ait in epiſtola ad Hebræos, alij vero ludi
*Boni per-* bria & verbera experti, inſuper vincula & carceres, quibus di-
*ſecutionẽ* gnus non erat mundus. Permittit aliquando Deus vt ſui inci-
*patiuntur* dant in ærumnas & doloribus premantur, vt eorum patientia
*vt nobis* & conſtantia ſit alijs perſpecta & explorata. Perpende quod li- H
*ſint exẽplo* cet Ioannes eſſet in vincula coniectus, liber erat, Herodes ve-
ro vinculis peccatorum aſtrictus. Ioannes non timebat He-
*Marc.* 6. rodem, Herodes vero vt Marcus ait, timebat Ioannem. Vi-
de quam contrarios effectus præſtent virtus & vitium. Vt
*Simile.* enim ſolers artifex Margaritarius facile patitur indicum ada-
mantem percuti, & grauibus ictibus contundi, quoniam ſcit
*Calamita* malleum potius & incudem eſſe vulnus accepturum, quam
*tes nõ op-* adamas conteratur: Sic ſapientiſsimus ille artifex Deus vi-
*primũt bo* ros virtutum ſplendore fulgentes, charitatis præſidio muni-
*nos penit⁹* tos, & firmitudine atque conſtantia ſeptos, in varias calami-
tates



A tates patitur incidere, quoniã videt eos quãuis grauibus dolo-
rum moleſtiarũq; ictibus feriantur, eſſe tamẽ in charitate permã *Ez.* 3.
ſuros. Eſſe autem viros iuſtos ſimiles adamãti, oſtendit Deus di- *Simile.*
cens Ezechieli, vt adamãtem & ſilicem dedi faciẽ tuã, ne timeas
eos. Noueris igitur viros charitate inſignes, firmos adamantes
eſſe, & ideo Deum permittere eos varijs calamitatibus agitari, *Roma.* 5.
vt illorum amplitudinem illuſtret, cum nihil magis conducat ad *Gal.* 5.
eximiæ virtutis gloriam magnificentius illuſtrandam, quam ca- 2. *Tim.* 2.
lamitas ipſas. Eã ob cauſam ad Romanos ſcribens D. Paulus, *Matt.* 5.
B gloriamur inquit in tribulationibus. Et ad Galatas, mihi in-
quit abſit gloriari niſi in cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti, vbi
per crucem Chriſti aflictiones intelligit. Et ſcribens ad Timo.
ait, qui pie volunt viuere in Chriſto, perſecutionem patien-
tur, vbi vides perſecutionem non eſſe infelicitatem, imo Chri-
ſtus eos beatos vocat qui perſecutionem patiuntur propter vir-
tutem. Et ita non eſt mirum ſi ab Herode in vinculis detineatur
Ioannes.
Salutare quidem conſilium eſt vt cum nobis accidunt cala- *Oleaſter*
mitates, nobis perſuadeamus propter culpas noſtras accide- *ſup Exo.*
C re. Nam quamuis eas Deus non immittat ſemper pro pecca- 20. *& ali*
tis commiſsis à nobis, nihilominus tamen benefacimus ſata- *bi.*
gentes ne forte ea de cauſa à Deo immittantur, cum ſępe pro
peccatis nobis contingant, vt inducitur Exodi. 20. Viſitans
iniquitatem patrum in filios. Sic filij Iacob quando in Aegy- *Exo.* 20.
pto in tot anguſtias coniecti fuere, dixerunt, merito hæc pati-
mur, quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes angu-
ſtias animæ illius dum deprecaretur nos, & non audiuimus. *Geneſ.* 42.
Sic putabant pro peccatis fuiſſe natum cęcum illum diſcipuli
cum dicerent, Magiſter quis peccauit, hic aut parentes eius, vt *Ioann.* 9.
D cæcus naſceretur? Vnde vt in Deutero. habetur, cauete ne for
te decipiatur cor veſtrum, & recedatis a Domino, iratuſq. Do- *Deut.* 11.
minus claudat cælum, & pluuiæ non deſcendant, neq. terra det
germen ſuum, pereatiſq; velociter; cum ergo videris hæc ne-
ceſſaria cęlum negare, & alias ſuccedere calamitates, arbitra-
re Deum noſtris offenſum peccatis. Aliqui putant Deum non
conſiderare labores quos patiuntur ipſi, & iniurias quibus affi-
ciuntur. Contra quos ſunt verba illa quæ dixit Deus conſide-
rans afflictiones populi ſui in Aegypto, vt dicitur in Exod. vi-
dendo inquit vidi afflictionem populi mei, Quod bene intelligẽs *Exod.* 3.
Dauid dicebat, ipſe vero labores & dolores conſiderat. Hæc *Pſalm.* 9.
igitur ſecum diligenter meditentur non ſolum qui affliguntur,
D 3 ſed

ſed etiam qui alios affligunt, hi quidem vt timeant, illi vero vt E
*Exod. 17.* conſolatione capiant. Vehementer iratus fuit Deus contra He-
bræos vt habetur in Exo. Ideo quod cum ipſis deeſſet aqua in
deſerto, dixerunt, eſt ne dominus in nobis, annon? Tale quid
*Præſens* piam videntur illi præſtare, qui cum ceſſant erga ipſos aliqua be
*ſemper eſt* neficia Dei, & inuadunt ipſos calamitates, dicunt ſe eſſe in
*Deus tā in* obliuione apud Deum: qui quidem maxime falluntur, quo-
*proſperis* niam Deus ſemper eſt onbis præſens vt beneficia conferat,
*quā aduer* ſiue calamitatibus afficiat: quemadmodum ægrefert dominus
*ſis.* ſi in alium eius beneficia referas, ita & ſi in alium referas eius
flagella & punitiones; dominus enim mortificat & viuificat, F
ducit ad inferos & reducit, vt dixit celebris illa Anna Samue-
lis mater in ſuo Cantico, addens quoque, dominus pauperem
*1. Reg. 2.* facit & ditat, humiliat & ſubleuat, ſuſcitat de puluere ege-
num. Sic intelligebat ſanctus Iob cum diceret, ſi bona ſuſcepi-
mus de manu domini &c. Plurimum enim conducit intellige-
*Iob. 2.* re calamitates nobis a Deo immitti, & ita qui victores eua-
dunt contra aliquos, non debent hoc aſcribere virtuti ſuæ, ſed
deo tribuere qui ipſis vſus eſt tanquam inſtrumentis quibuſ-
*Iſa. 10.* dam, quamuis ipſi quoq; punientur pro crudelitate & atrocita
te quam commiſerint, iuxta illud. Væ Aſſur virga furoris mei G
vt dicit Deus per Iſaiam. Poſtquam in Deute. multæ populi
*Deut. 32.* iniquitates commemoratæ fuerunt, ait textus, vidit domi-
nus, & ad iracundiam concitatus eſt, quia prouocauerunt eum
filij ſui & filiæ. Aliqui ſunt qui de minimis laboribus pluri-
*Num. 11.* mum conqueruntur, ſicut fecit populus Hebræus appetitui ſuo
deſeruiens, vt habetur in ſacro textu Numer. 11. Vbi dicitur
ortum eſt murmur populi quaſi dolentium præ labore contra
Dominum, quos vehementer Deus caſtigauit, Vnde colligas
*Puſillani* quam libenter ſuſtinere debeamus calamitates à deo immiſsas. H
*mes ſumus* Nos àdeo delicati ſumus vt ſtatim oneri ſuccumbamus, & di-
*Conqueri-* camus quod ſuſtinere non valemus labores à Deo immiſſos, re-
*mur facile* uera tamen ſi libenter eos & animoſe ſuſciperemus, etiam plu-
*de labori-* res pateremur quā nobis modo immittantur. Sicut igitur Deus
*bus.* te audit quando vera eſt tua querela & iuſta, ita ęgrefert quod
de minimis laboribus ita conquueraris. Item ſunt multi iuſti qui
ſtatim tentationes omnes volunt Deum ab eis auferre, non ad-
uertentes Deum ſępe permittere nos in minores incidere ne in
deteriores incidamus. Confidamus igitur quod Deus ita paula
*Deut. 7.* tim nos exercebit, & ad maiora promouebit, non enim ſtatim
omnia expedit nos accipere, nam vt in Deut. habetur, ipſe con
ſumet



A ſumet nationes has in cōſpectu tuo paulatim atq; per partes, nō
poteris eas delere pariter, ne forte multiplicentur contra te be
ſtiæ terræ. In quo datur intelligi, quod ſine tribulationibus in
maiori verſamur periculo.

*Opera bona faciamus vt de nobis bene teſtentur.*

ADuerte ſuper illud quod Chriſtus reſpōdit, cæci vidēt, clau
di ambulāt ꝙ in his poterāt diſcipuli Ioānis cognoſcere Ie *Hec. pin.*
ſum eſſe Chriſtū, ex operibus enim cognoſcitur homo. Vnde ſal- *in Eze. 1.*
B uator Iudæis diſceptantibus de eo, dixit, opera quæ ego facio te
ſtimoniū perhibēt de me. Nō ſatis eſt Chriſtū cognoſcere per fidē *Iacob. 2.*
niſi etiā fidei iūgatur actio, ſine qua, fides vt ait Iacobus mortua *Gala. 5.*
eſt. Fides enim quę valet apud Deū, ea eſt vt ait Paulus, quæ per *Iacob. 1.*
dilectionē operatur. Vnde etiā ait Iacobus, eſtote factores verbi, *Simile.*
& nō auditores tātū, fallētes voſmetipſos. Vt enim qui incidit in
fluuiū, ſi nec brachia mouet, neq; manus, nec crura, ſtatim obrui *Opera ſūt*
tur, & mortuus in profundū decidit, ſin autē natat, eripitur; Sic *cū fide con*
in ſola fide manēs, ſi virtutis actionē reliquerit, in profundiſsimū *iungenda.*
C barathri gurgitē mergitur, qui autē manus, pedeſq; agitauerit, il *Gen. ſ. 27.*
liſq; remorū loco vſus fuerit, & fidei cōiuxerit opera charitatis,
hic incolumis exibit in terrā, & portum ęternę ſecuritatis obti *Matt. 7.*
nebit. Opera dicēt quæ ſit arbor, hæc enim per fructū, homo ve- *Chryſ. in*
ro ex operibus cognoſcitur: operibus crede, nō verbis. Sic fecit *non abſo.*
Iſaac qui verbis fidē adhibere noluit, ſed manus Iacob tetigit ip *hom. 57.*
ſe Chriſtus itē de aliquibus multū loquacibus, pauca vero implē
tibus, dicit; multi dicēt mihi in illa die, domine, dñe nonne in no *Quare ho*
mine tuo Prophetauimus? Dicit Chryſ. Deus enim ideo homi- *mo crea-*
D minem fecit, vt benefaciat, & ad gloriam Dei pertineat, non ideo *tus ſit cor*
tantum vt nō peccet. Nam ſi non faciat bonū, nec eſt cauſa qua- *rup. ibilis*
re creatus eſt, nam ſine dubio & ſi creatus nō fuiſſet, peccatum *& infir-*
non fieret ſuper terram. Nam qui intelligit myſterium diuinæ *mus.*
diſpēſationis quare factus eſt homo, cognoſcet quia merito qua
ſi peccans condēnetur qui iuſtitiam non facit. Ideo Deus creauit
hominem corruptibilem & infirmum, quaſi ad certamē contra
Diabolum vt qui gloriabatur eſſe ſe similem Deo, per corrupti- *Luc. 16.*
bilē naturā euacuatus & victus, oſtendatur nō ſolū nō eſſe quaſi
Deus, ſed omni fragilitate fragilior. De villico quidē illo quem
Chriſtus apud Lucam laudat, ſcribitur quod dixerit, intra ſe,
quid faciam? Non dixit quid dicam, ſed quid faciam; apud
Deum enim plus valent opera virtutis, quam verba facunda, *1. Cor. 4.*

 iuxta

iuxta illud Apoſtoli, non in ſermone eſt regnum Dei, quaſi dice- E
*Luc.* 10. ret, regnum cęlorum non verbis ſed operibus emitur.
Acceſsit ad Chriſtum quidam legis doctor vt tentaret eum, vt
ait Lucas, & dixit ei quid faciendo vitam æternam poſsidebo?
Tametſi hic doctor eſſet malus, non tamen adeo vt peſsimi lu-
*Opera bona neceſſaria ad ſalutem.* therani qui dicunt opera nullo modo eſſe neceſſaria ad vitam
æternam conſequendam, & ſolam fidem ſufficere. Hic namq;
doctor bene intellexit vt in lege peritus, nos non poſſe reg-
num Dei conſequi otioſos, ignauos & pigros, ſed labore cu-
*Mat.* 25. ra & diligentia. Vnde non dixit quid credendo, ſed quid fa-
ciendo. Hinc etiam in Matth. legimus quod iuſtis dicit Deus, ve F
*Miſericordes ſimus.* nite benedicti patris mei, poſsidete regnũ quod vobis paratum
eſt ab origine mundi; & ſequitur ſtatim, eſuriui enim & dedi-
ſtis mihi manducare, ſitiui &c. Pręparatum eis dixit regnum ab
*2. Pe.* 1. æterno, ſed ſtatim addit quod fuit comparatum ab illis operi-
*Mat.* 19. bus miſericordiæ et actibus bonis. Aeterna prædeſtinatio ſine no
*Roma.* 2. bis eſt quãtum ad principium, quia Deus ſine nobis elegit nos,
*Pſal.* 102. ſed non eſt ſine nobis quantum ad finem, quia ſine nobis non glo
*Matt.* 20. rificamur, ideo Deus opera exigit. Vnde Petrus ait, ſatagite vt
per bona opera certã vocationẽ veſtrã & electionẽ faciatis. Cer
*Ioann.* 15. tã ergo facimus per bona opera futurã gloriã, ſicut ſaluator ait, G
ſi vis ad vitam ingredi ſerua mãdata, nõ enim auditores legis iu
*Iſai.* 1. ſti ſunt apud deũ, ſed factores legis iuſtificabuntur vt ait paulus.
De iuſtis etiã pſalmiſta ait, quod memores ſunt mandatorũ eius
ad faciẽdũ ea. Et ille pater familias non dedit denariũ per quem
*Luc.* 10. æterna retributio intelligitur, niſi illis qui in vinea Domini labo
rauerũt, ideoq; operarios cõducit nõ verboſos. Et apud Ioan. 15.
Chriſtus ait, omnẽ palmitẽ in me nõ ferẽtẽ fructũ tollet eũ pater
meus. Tollere autẽ eũ vt ipſemet ait infra, eſt mittere in ignẽ vt
ardeat, non tamẽ eodẽ mittit ob aliud niſi quia fructũ nõ facit. H
Et Eſaias inquit, diſcite benefacere, non dixit diſcite benedice-
re. Ex his & alijs infinitis ſcripturæ locis quæ omittimus bre-
uitatis cauſa, conſtat bona opera eſſe neceſſaria ad vitam æter-
nam conſequendam. Vlterius progrediendo dixit Chriſtus illi
*Vita æterna hic incipit per gratiam.* legis doctori de quo ſupra diximus, hoc fac, & viues, quaſi
dicat, non ſatis tibi eſſe putes quod quid ſit optimum præce-
ptum ſcias præ alijs, ſed hoc quod optime reſpondiſti e-
tiam opere adimpleto, & viues vita æterna, de qua quæ-
ſiuiſti, quæ hic quidem incipit per gratiam, & perficitur
per futuram gloriam. Non enim ſufficit ad vitam legis co-
gnitio, ſed obſeruatio, qui enim dixit, niſi quis renatus fuerit
ex



A ex aqua & Spiritu ſancto, non intrabit in regnum cælorum, idẽ *Ioan.* 3.
etiam dixit, & ſalutariter quidem pronũtiauit atq; diuine, quod
niſi abundauerit iuſtitia veſtra pluſquam ſcribarum & phariſæo
rum, non intrabitis in regnum cælorum. *Matt.* 6.

## DOMINICA SECVNDA IN ADVENTV.

## CONCIO TERTIA.

B *Carcerem, & multas alias afflictiones, permittit Deus ſeruos ſuos pati.*

C*Vm audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti.* Matthæi. 11.
Luc. 7. vide etiam Mat. 14. & Mar. 6. Præclarè quidem
hodierno die in glorioſo Baptiſta in carcerem conie-
cto, vera eſſe oſtenditur illa Apoſt. ſententia, per mul *Actor.* 14
tas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum. Deus
tribulationes irruere permittit, vt ad ipſum frequentius confu-
giamus. Tale aliquid faciunt amantiores filiorum parentes, cum *Simile.*
paruulos ſuos viderint à ſe quidem ſæpe diſcedere, æquæuorũ
autem ſuorum luſibus detineri. Præcipiunt quidem famulis ter *Inuẽtiones*
C ribilia multa ſimulare, vt exagitati metu paruuli ad maternum *quærit Deus*
pectus confugere feſtinent: ita Deus non modo ab alijs nos ſæ- *vt homi-*
pe tribulari ſinit, ſed nonnunquam per plagam etiam minatur *nes ad ip*
vt nos ad ſe adducat. Si prius oportuit Chriſtum mori vt ita in *ſum cõuer*
traret in gloriam ſuam, quomodo putamus nos ingreſſuros in *tantur.*
cęleſtem patriam delicijs affluentes ſine vllis laboribus & calami *Luc.* 24.
tatibus? Si Chriſtus tam multa paſſus eſt tormenta, & in hac vita *Ducit Deus*
etiam adduxit amicos ſuos & familiares, ſicut videmus adduxiſ *amicos*
ſe hunc glorioſum Baptiſtam, quomodo nos labores recuſamus *ſuos per ca*
& calamitates patienter ſuſtinere, ac virili animo pro Chriſto *lamitates.*
D pati, cum certiſsimam nobis in cælum viam commõſtrent? Quo *Deliciæ nõ*
modo nobis perſuademus delicijs affluentes poſſe beatitudinem *ducunt ho*
cęleſtem contingere? Cum hæc ſit veritas euangelica, niſi granũ *mines ad*
frumenti cadens in terram mortuum fuerit, ipſum ſolũ manet. *cælum.*
Non enim in hac peregrinatione ex qua emanauit peccatum, *Ioan.* 12.
& terra ex pœna delicti primorum parentum, ſpinas & tribulos *Lau. Iuſt.*
germinare inchoauit, & homo cæpit in ſudore vultus ſui corpo *de perfect.*
ralem alimoniam quæritare, iſta ſuppetunt commoda, ſed ali- *Gra. c.* 9.
bi ſemper abundant & tribuuntur. Hic inquam quandiu cor- *Gen.* 3.
ruptibili indumento tegitur homo, tẽtationes & calamitates ha
bet varias, quæ vniuerſa quanquã non ſimul, tamen alternatis vi
ciſsitudinibus & caſibus diſpẽſatione irrogantur diuina, ad exer

 cita-

*Multa bona oriũtur ex tentationibus.*

[E] citationem virtutum, rubiginemque vitiorum detergendam. Nam ſimul illata imbecillitatem humanam prorſus opprimerent, per interualla temporum Dei bonitate miſericorditer agẽte euenire permiſſa, æquo poſſunt animo ſuſtineri. Quod Apoſtolus inſinuare volens aiebat, fidelis Deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet cum tentatione prouentum vt poſsitis ſuſtinere,

*1. Cor. 10.*

tanquam pius pater erudit nos verberibus & flagellis, vt emendet, excitet, exerceat, cuſtodiat, compeſcat à malo.

*Simile.*

Et alibi idem doctor dicit, Hæc profecto [F] perfectorũ cõſummata virtus non ſolũ docet aduerſa multimode ac qualitercunque emergentia patienter ferre, ſed etiam cum gaudio & mentis exultatione, atque gratiarum actione, imperturbabiliter ſuſtinere, quod robuſtiſsimum militem, virumque ſanctiſsimum beatum Iob videlicet, feciſſe non ignoramus.

*Lau. Iuſ. in li. de humi. c. 7.*

*Exemplũ maximæ patientiæ dedit nobis Iob.*

Is quippe opulentiſsima à diabolo nudatus ſubſtantia, orbatus filijs, & à planta pedis vſque ad verticem capitis vlcere percuſſus peſsimo, ſciſſa veſte ac capite tonſus, pronus in terram corruens dominum adorauit, ac benedicens ait: Nudus egreſſus ſum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc: dominus dedit, dominus abſtulit, &c.

*Iob. 1.*

Saluberrima prorſus medicina diuinitus erogata ad animarum ſalutem & profectum eſt humiliatio, [G] ob quã licet peccatores & iniqui ex ignorantiæ atque impatientiæ vitio deteriores fiant, perfecti tamen ac Deum diligentes & amantes, dietim de virtute aſcẽdunt, meritorumque ſuorum non mediocriter aggregant cumulum.

*Humilitas cæleſtis animæ medicina.*

Beati ſunt illi ait Chryſoſt. & præclara operari ſolent, quibus Deus labores & calicem tribulationum immittit, & ipſi eundem propter Deum patienter bibunt.

*Chryſoſ. in epiſtol. ad Ro. hom. 9*

Cum Hebræi oppreſsi erant & calamitatibus affecti, atque captiuitatis iugo ſubiecti, magna animi humilitate pollebant, [H] cum vero libertatis nonnihil habere cæperunt, delyrare quoque grauiter incæperunt.

*Exod. 1.*

*D. Chryſ. in non abſo. hom. 9.*

Et alibi dicit idem Chryſoſtomus. Cum Chriſtus dixit apud Matthæum, beati qui perſecutionem patiuntur propter iuſtitiam, non dixit beati qui à gentibus perſecutionem patiuntur propter idola non colenda. Nam & Ioannes Baptiſta neque propter hoc quidem aliquid patitur, etſi à ſuis patitur, mercedẽ habet: ideo omnino nõ poſuit ſcriptura perſonas perſequentium ſed ſolam cauſam perſecutionis, vt tu non aſpicias quis te perſequitur, ſed vt quid te perſequatur. Põderate confuſionem terrenam cum gloria cæleſti, videte ſi non multo leuius eſt quod patimini ſuper terram, quamquod expectatis

*Matt. 5.*

*Perſecutiones vndecũque veniant ſunt nobis vtiliſsimæ pro Chriſto toleratæ.*



[A] pectatis in cælo. Sed fortè dicis, Quis poteſt blaſphematus mẽdaciter, non dicam gaudere, ſed vel magnanimiter ferre? Quis? qui vanagloria non delectatur. Qui enim concupiſcit quæ in cælo ſunt, opprobria non timet in terris, nec cogitat quid loquantur homines propter ipſum, ſed quidem quid iudicet Deus de ipſo.

*Virtus virile animũ poſcit.*

Solet Deus immittere hominibus famem, peſtem, & alias calamitates vt ſe emendent, iuxta illud Pſalm. 9. Contere brachium peccatoris & maligni, quæretur peccatum illius & non [B] inuenietur, quamuis aliqui quidem homines ſunt ita peſsimi, vt his calamitatibus deteriores euadant, iuxta illud Eſaiæ, ſuper quo percutiam vos vltra? Quid proſunt vobis medicamina, addentes præuaricationes?

*Pſal. 9.*

*Eſa. 1.*

Aqua quidem quæ quoſdam demerſit in diluuio, quoſdam etiam in arca ſubleuauit, & ita quod malis eſt in ruinam, vt ſunt labores, & interdum etiam fauores, bonis eſt ad commoditatem & profectum ſalutis.

*Simile.*

*Gen. 7.*

Idem ignis paleas comburit, & aurum abſtergit, lutum indurat, & cerã liquefacit: delectat ſanos oculos, & infeſtat infirmos.

*Simile.*

Scribitur in [C] Exodo quod Moyſes & Aaron, & alij multi de ſenioribus Iſrael, viderunt Deum Iſrael, & ſub pedibus eius quaſi opus lapidis ſaphyrini, vbi Pagninus legit, quod viderunt Deum Iſrael, & ſub pedibus eius ſicut opus lateris ſaphyri.

*Exod. 24.*

Fuerunt oppreſsi Hebræi in Aegypto lateres conficiendo terreos ſiue ex luto, nũc vero vidẽt lateres redditos ſaphyrinos ſub pedibus Dei, vt intelligamus quomodo ſoleat Deus conuertere labores & calamitates: etſi enim tibi videantur labores ignominioſi, Deus tamẽ eos conuertit & reddit pretioſos & ſplendidos, iuxta illud, viſi ſunt oculis inſipientium mori, illi autem ſunt in pace: & inſenſati vitam eorum æſtimant inſaniam, ſed illi in pace ſunt, [D] & labor illorum in ſaphyrum verſus eſt & margaritam.

*Labores propter Deum perpeſsi conuertuntur in quietẽ.*

*Sap. 3.*

Omnia humilitatis & abiectionis opera videntur eſſe nullius ponderis & momenti, ſed tamen apud Deum ſunt in maximo pretio.

*Sap. 5.*

Solent afflictiones & miſeriæ reuocare homines ad ſuæ infirmitatis cognitionem, quos proſperitates ipſæ in obliuionem Dei adduxerant. Sic videmus eueniſſe filio prodigo, de quo dicit textus quod in ſe reuerſus dixit, Quanti mercenarij, &c.

*Ignominiæ homines perducunt in Dei cognitionẽ & propriam.*

*Luc. 15.*

Expende conuerſionis ordinem, prius enim in ſe reuertitur, & deinde conuertitur ad Deum, & deniq; emendationem proponit, vt optimè intelliges diſcurrendo eius verba. Promittebat Deus populo Iſraelitico quod perduceret eos ad terram bonam & latam.

*Exod. 3.*

& latam: vnde colligitur quod in hac vita ſancti ſunt tanquam E in angulo aliquo concluſi, ſicut hodie conſtat ex Baptiſta. Quos videtur Deus conſolari, cum ait apud Lucam. Reſpicite, & leua te capita veſtra quoniam appropinquat redẽptio veſtra. Vnde colligitur quod tempus ſuccedet vbi erunt in latitudine & libertate, & delectatione, iuxta illud, Dominus ſoluit compeditos. Efficaciſsima igitur ſunt remedia & nuntij, calamitates, vt homo conuertatur ad Deum, iuxta illud Pſalm. dediſti ſignificationem, vt fugiant à facie arcus, vt liberentur dilecti tui.

*Luc.21.* *Pſal.145.* *Pſalm.59*

*Correctiones nolunt audire viri improbi.* F

QVid indignius quam ſummi atque diuini viri caput in gratiam ſaltatriculæ (cui pueri aliquo obſonio ſatisfieri poterat) amputandum tradere eo quod eius peccata corrigeret quæ iam omnibus nota erant? Sed aliud huic ſimile mundi facinus audiamus. Poſt mortem Ioiadæ cum rex & principes relicto Dei cultu idola gentium colere cœpiſſent, & Zacharias Ioiadæ filius & ſacerdos, diuino ſpiritu actus, regẽ & principes propter hoc nefarium ſcelus corripuiſſet, iuſſu eiuſdem regis à furente populo in eodem loco lapidibus obrutus eſt, in quo tam ingẽs G ab illius patre beneficium ingratus acceperat. An non igitur vel hæc duo exempla ſatis eſſe debent, quo lethalem mundi phreneſim agnoſcamus, quando phreneticorum more, his qui eum ſanare & à morte reuocare contendunt, adeò ingratus & infenſus eſt? Si talem conſtat eſſe mundum qualem hæc eius opera declarant, cur illi fratres tantopere fidimus? cur tam inſano eius amore tenemur? Si famulo tuo in furto aliquo aut mendacio deprehenſo, nil fidere, nec iurato etiam credere ſoles, imo ſi quid ex domo tua furto ſublatum eſt, illum ſurripuiſſe iudicas, quid mũdi iudicium & ſententiam magni facis, quem ſcis tot furta atq; H flagitia commiſiſſe?

*Lud. Gra.* *2. Par.24* *Exemplũ notabile ingratitudinis.* *Ne fidamus mũdo* *Simile.*

Quis quæſo eſt tam perditus vir, qui vitam auferri iubeat ei qui eam ſibi dat ſuis verbis monendo de ſuis defectibus? Antiochus quidem cum olim in venatione quadam ſtudio perſequendi feram ab amicis & ſeruis aberraſſet, in caſam pauperiorum hominum ignotus intrauit, ac inter cænandum cum de rege ſermonem ieciſſent, audiuit dicentes bonum eſſe regem, ſed amicis flagitioſis vtentem, plurima negligere, ſæpeq; ea quæ eſſent neceſſaria nil curare, quod venationis nimium eſſet ſtudioſus. Et quidem rex tacuit tunc, ac etiam poſtea quam ſatellites ſimul cum

*Guti. Tre. ſuper euã. li.4.c.14* *Exempla Antiochi regis.*



A cum die ad caſam illam venientes, allata purpura & diademate, omnibus eum nuntiarunt: imo addidit, ſane ex quo vos dimiſi, cœpi primum de me ipſo vera audire, nec propterea quenquam in vincula iuſsit detrudi ex his à quibus veritatẽ audiuit, vt fecit Herodes. Cæterum Ioannes non ignorabat quod veritas quam dicebat paritura eſſet ſibi mortem, nihilominus tamen palinodiam non cecinit, quia veritatis erat præco. Cur enim iſte nõ faceret quod Socrates etiam fecit? Nam cum delatione quorundam coniectus eſſet in vincula, & ſibi liceret permittente Atheniensium ſenatu vitam pecunia redimere, ab amicis liberaliter B eam conferentibus collata, noluit tamen, ſed mori prælegit, quia ſic iudicauerunt Athenienſes, Ne inquit dicatur in populo me tanquam reum vitam pecunia redemiſſe, quod eſſet turpiter viuere: quamobrem ait non admodum nobis curandum eſt quid iſti de nobis loquantur, ſed quid dicat is vnus qui intelligit iuſta & iniuſta atque ipſam veritatem. Nec magnifaciendum eſt viuere, ſed bene viuere. Et poſtmodum ait, ſcitote ſi me occideritis, non me lædi, ſed vos magis: nefas enim arbitror meliorem virum à deteriore lædi, interficere quidem eum poteſt, con C tumelia afficere, animam autem non poteſt. Hæc ille ad populũ, & tamen veneno perijt, quia veritatem dicebat, ita Ioannes fortunam vtranq; eodem modo, eodemq; vultu ferens, pariter amplexus eſt mortem, atq; Socrates venenum hauſit.

*Vix reperitur qui velit corrigere principes.* *Veritas odium parit.* *Socratis exemplũ.* *Nõ attendamus quid nobis dicant adulatores ſed quid ſẽtiat Deus.* *Gentiles etiam paſſi ſunt mortẽ pro virtute.*

Quamuis tyranni in hac vita laborioſa crudelitatibus vtantur, Deũ tamen habemus qui eos & ſciet & poterit bene punire, ſicut olim dixerunt ſancti Macchabæi crudeliſsimo regi Antiocho quando tanta adhibita tormentorum varietate ipſos cruciabat præſente eorum matre: Et vnus quidem dicebat. Tu quidem ſceleſtiſsime in præſenti vita nos perdis, ſed rex mundi de D functos nos pro ſuis legibus in æternæ vitæ reſurrectionem ſuſcitabit. Et alius dicebat, potius eſt ab hominibus morti datos ſpẽ expectare à Deo iterum ab ipſo reſuſcitandos, tibi enim reſurrectio ad vitam non erit. Et alius dixit, poteſtatem inter homines habens cum ſis corruptibilis facis quod vis, noli autem putare genus noſtrum à Deo eſſe derelictum, tu autem patienter ſuſtine & videbis magnam poteſtatem ipſius qualiter te & ſemen tuum torquebit. Et alius dixit, noli fruſtra errare, nos enim propter noſmetipſos hoc patimur peccantes in Deum noſtrum, tu autem ne exiſtimes tibi impunè futurum quod contra Deum pugnare tentaueris. Aliquando tamen Deus non reſeruat omnino puniendos tyrannos in alia vita, ſed incipit etiam in hac, vt homines

*Deus diſsimulat in hac vita & punit tyrãnos in alia.* *2. Mac.7.* *Exempla mira ſanctorũ Maccha.* *Maxima humilitas ſeruorum Dei.* *2. Pa.24.* *1. Mac.11*

homines eam punitionem hic etiam videant. Intuere ſiquidem E
*2.Par.13.* quam infelici exitu occubuit ille crudelis Ioas. Conſidera in
quem finem peruerſitas regis Demetrij deuenit tandem, quod
maximè extitiſſet ingratus Ionathæ, Attende quo fine crude-
*Eſther.7.* lis ille tyrannus Ieroboam conſumptus eſt. Superbus ille Aman
qui iniuſtè ſupplicium parauerat Mardochæo, eodem ipſo pu-
*Dani.13.* nitus fuit. Duo illi ſenes qui inique innoxiam Suſannam inte-
rimere voluerunt, ipſi interempti ſunt. Viri illi qui Danielem
*Dani.14.* intruſerunt in lacum leonum, iuſto iudicio ipſi intruſi fuerunt
in eum & deuorati. Iaſon qui interfectos multos inſepultoſque F
*2.Ma.5.* abiecerat, ipſe etiam illamentatus & inſepultus abijcitur. An-
tiochus ille ſceleratiſsimus homicida atque blaſphemus, fœdiſ-
*2.Ma.9.* ſimo morbo conſumptus fuit. Iuſtè fuit iudicatus Agag qui
*1.Reg.5.* abſque liberis fecerat matres, etenim ſimiliter ſine liberis inter
mulieres fuit mater eius. Iuſtè iudicatus fuit Adonibezec cui
*Iudi.1.* & amputatæ ſunt manuum ſummitates ſicut ipſe ſeptuaginta
regibus amputauerat. Crudelibus & tyrannis comminatur
*Amos.5.* Deus per prophetã Amos dicens, pro eo quod diripiebatis pau
perem & prædam electam tollebatis ab eo, domos quadro lapi-
de ædificabitis, & non habitabitis in eis, vineas amantiſsimas
plantabitis, & non bibetis vinum earum, quia cognoui multa G
*Iob.24.* ſcelera veſtra. Poſtquam ſanctus Iob numerauit multas tyran-
nides & crudelitates quas ſolet impius homo facere, dicit tan-
*Tyranni* quam dans illi mille maledictiones, maledicta ſit pars eius in
*& crude-* terra, nec ambulet per viam vinearum, ad nimium calorem
*les quã in* tranſiet ab aquis niuium, & vſque ad inferos peccatum illius,
*felices ha* obliuiſcatur eius miſericordia, dulcedo illius vermes: Et alibi
*bebũt exi* de malis ait eodem capite, & de tyrannis, eleuati ſunt admodi-
*tus.* cum & non ſubſiſtent, & humiliabuntur ſicut omnia, & au-
ferentur, & ſicut ſummitas ſpicarum conterentur. Morbos &
*Ioſeph.* exitum tandem miſerabilem Herodis Aſcalonitæ qui in carce- H
rem concluſit Baptiſtam & erat tetrarcha, videbis apud Ioſe-
phum de bello Iudaico lib. 1. cap. 21, & de Antiqui. lib. 17.c.8.
*Hiſt. Ec-* & 9. & 10. & Hiſtor. Eccle. lib. 1. cap. 8. & 9. Qui vos tangit
*cleſiaſt.* dicit Deus bonis, tangit pupillam oculi mei, non dicit qui vos
*Zacha.2.* perſequitur, ferit, vel occidit, ſed qui vos tangit: nec dicit
tangit me in veſtibus aut corpore, aut brachio, aut oculis,
ſed tangit pupillam oculi mei. Vnde colligas ſolicitudinem &
curam quam Deus habet vindicãdi iniurias & afflictiones quas
infligunt tyranni ſeruis Dei.

*Firmi-*



A *Firmitatem habeamus in virtute*

EX hâc quidem legatione & interrogatione quãm Baptiſta
miſit per diſcipulos ſuos ad Chriſtum, poterant ſuſpicari
qui aderant quod Ioannes eſſet leuis & incõſtans eo quod
dubitaret modo circa ea quæ tantopere antea affirmauerat. Sed
tamen Chriſtus cum probe noſſet eius animum & conſtantiam,
tollit hanc dubitationem à cordibus omnibus, dicens. Quid exi-
ſtis in deſertum videre? Harundinem vento agitatam? Fuit qui- *Simile.*
B dem Baptiſta & tales eſſe debent ſerui Dei, ſimilis quadratæ fi- *Ariſt.li.1*
guræ, nam corpus quidem quadratum quocunq; vertatur ſem- *Mora.*
per manet fixum. Quam ob cauſam Ariſtoteles aduerſus eos diſ- *Nicoma.*
putans qui hominis fœlicitatem in bonis externis incertis & in *Simile.*
caſu ſitis collocabant, ait non eſſe felicem eum qui inſtar Came- *Lib. 3.*
leontis ad ſpeciem rerum quibus admouetur mutat colorẽ, ſed *Rheto.*
qui virtute & cõſtantia munitus, quadratus eſt. Et alibi huius pro *Simile.*
uerbij mentionem facit, quemadmodum enim figura quadrata *Firmitatẽ*
in quamcunque partem voluatur, ſui ſimilis eſt. Sic vir virtute *habeamus*
C & ſapientia præſtanti, animum tenet immobilem, nec florenti re *in virtute*
rum ſtatu, nec aduerſarum rerum procella propoſitum mutat & *tã in proſ-*
à virtute detorquet, nec eſt quiſquam qui illum de fortitudinis *peris quã*
& conſtantiæ gradu deijciat. Et quoniam gentiles aiebant Mer- *aduerſis.*
curium Deum eſſe veritatis, eum ſuper lapidem quadratum pin- *Fortitudẽ*
gebant, ſignificantes veritatem eſſe firmam ſibiq; cohærere, men *nem & in*
dacium vero tanquam inſtabile ſuper globũ mobilem nunquam *conſtantiã*
firmiter conſiſtentẽ. Si conſtãtiam ipſam in virtute vndiq; perfe *quomodo*
ctã & abſolutam oculis cerneremus, admiraremur abſq; dubio *pingerent*
eius pulchritudinem & præſtantiam, ipſaq; mirabiles erga nos *antiqui.*
ſui ipſius amores excitaret.
D Chriſtus enim nunquã amiſit conſtantiã. Apud Ioannẽ cũ pa- *Ioann.17.*
tre loquens, opus inquit cõſummaui quod dediſti mihi vt faciã,
tu vero ne de gradu firmitudinis deijciaris, elige potius à loco di *Cõſtantiæ*
moueri quã à virtute, & vitã potius amittere quã conſtantiã. Eſt *diffinitio.*
enim cõſtantia animi firmitudo in propoſito perſeuerans, in hoc
à perſeuerãtia differens quod cõſtantia ſit in propoſito, perſeue
rãtia in opere, quã philoſophi appellãt, in ratione bene cõſidera
ta ſtabilẽ & perpetuã permanſionẽ, ſed pro eodem ſæpe numero
accipiũtur. Vide quemadmodũ D. Paul. nos ad conſtantiã adhor *Epheſ.4.*
tetur, Ne ſimus inquit paruuli fluctuãtes, & circunferamur omni *1.Cor.7.*
vento doctrinæ. Ad Corinthios, vnuſquiſque ſicut vocauit *1.Cor.9.*
Deus ita ambulet. Rurſus, ſic currite vt comprehendatis.

Ad

2.Tim.4. Ad Timo.bonũ certamen certaui,curſum conſummaui, fidem E
Heb.12. ſeruaui. Ad Hebræos,in diſciplina perſeuerate. Et Chriſtus Deus
Matt.10. noſter apud Matthæum,Qui perſeuerauerit inquit vſque in fi-
Plato in nẽ, hic ſaluus erit. In rebus arduis aggrediendis diuini opera eſt
Hippama vt difficultas vi conſtantiæ ſuperetur,nam vt Plato ait, difficilia
iore & in quæ pulchra,quod ita peruulgatum eſt vt iam prouerbij locum
Cratylo & habeat.Nec quidquam tritius eo quod ait Ariſtot. Ars & virtus
libr.4. de in difficilibus verſantur. Huc alludit quod ait Chriſtus,arcta eſt
repub. via quæ ducit ad vitam,quæ conſtantia perficitur. Vt ingentes
Ariſt.lib. fluctus in rupem firmiſsimam impetum facientes,volentes eam
mora.2. frangere,franguntur,ipſa immobili permanente:ſic moleſta im F
Matt.7. pedimenta virum ſtabilem tentantia, in eumq; incurſionibus
& Luc.13 grauiſsimis irruentia,comminuuntur cum ille in propoſita fir-
Simile. mitudine alijs aduerſantibus perſeueret conſtãter.Id animo per
Exemplũ cipiens princeps quidam Italus conſtantia roboratus,pro inſigni
ferebat ingentem petram fluctibus concuſſam cum litera hac,
Greg.Na Conſtantia frangere frangit.Et Grego.Nazian.pro conſtantia ſa-
ziã. lamandram ponit,quæ in medio igne omnia domante non ſo-
Simile. lum viuit & lætatur,ſed illum penitus extinguit. Daniel & eius
Dani.1. ſocij decreuerunt abſtinentiã ſeruare,ſed obtulit ſe illis impedi-
Exemplũ mentum,at in ſancti propoſiti conſtantia manentes,obtinuerũt G
perſeuerã id quo nihil erat illis tunc antiquius, nimirum ne illos ad regis
tiæ. epulas compellerẽt.Vere pueri erant iſti propter innocentiam,
ſed viri erant propter animi fortitudinem,vnde & viriliter age
re,eſt forti & recto animo incumbere in virtutem, vt Apoſto.
ait,vigilate,ſtate in fide,viriliter agite.

1.Cor.6. Sunt multi qui libenter & ardenti voluntate ſequuntur Chri
ſtum,ſed qualibet cauſa etiam leuiſsima deſiſtunt ab incæpto,ſi-
miles canibus venaticis ſed ignobilibus,abiectaq; ortis & obſcu
ra ſtirpe,qui quamuis vehemente impetu aggrediuntur prędam
Simile. eam tamen inuento cadauere ſtatim relinquunt,ſic illi alacri & H
prompto animo incipiunt dare operam virtuti & Chriſtum ſe-
qui,ſed interpoſito quocunque impedimẽto etiam futiliſsimo,
de ſententia diſcedunt,non permanent in propoſito,ſuſceptoq;
Inconſtã- conſilio,niſi quandiu proſpero vtuntur flatu,in virtutis curſu,à
tes quas ha quo quacunq; tentatione deflectunt , nam blandis voluptatibus
beant con ducuntur,terrore calamitatum debilitantur. At Eccleſiaſticus,
ditiones. eſto inquit firmus in via domini,& in veritate ſenſus tui & ſcien
Eccle.5. tia.Et D.Paul.ad Gal.Currebatis bene, quis vos impediuit ve-
Gal.5. ritati non obedire?At viri iuſti conſtantia muniti, veluti venati
ci & generoſi canes currunt ad prædam vſque ad finem,& chari
tate



A tatem inflammati,cœleſtem in terris vitam imitantur. Et ſicut
dicit beatus Ioan.in Apocalyp. Sequuntur agnum quocunque Apo.14.
ierit.

Quemadmodum remora in mari procellis agitato non ſinit
moueri nauem,ſic conſtantia in mari calamitatum non patitur Simile.
animum à rationis gradu dimoueri. Eſt autem remora exiguus Remora
piſcis à remorando dictus,quod nauem cui affixus fuerit remo piſcis plin.
retur.Autor eſt Plinius,quanquam ruant venti,ſæuiantq; procel lib.31.
læ tamen cogit ſtare nauigia,atq; tempeſtatum vires compeſ-
B cit.Eſt quidem conſtantia veluti anchora firma,quam nullum fer Simile.
rum poteſt præcidere inuito viro conſtante,nulla tempeſtas labe
factare.Hanc oportet complecti & nunquam derelinquere. Nã
vt Eccleſiaſticus ait,væ his qui perdiderunt ſuſtinentiã.Et Apoſt. Eccle.2.
itaq; inquit fratres mei dilecti ſtabiles eſtote & immobiles, abun 1.Cor.15.
dantes in omni opere domini ſemper.

## DOMINICA SECVNDA ADVENTVS.

## CONCIO QVARTA.

C

*Concionatores aliqui non ſatis ſuo muneri reſpondent.*

CVm audiſſet Ioannes in vinculis opera Chriſti. Matt.11.Luc.7. Concionatores vitia publica corrigere debent.
vide etiam Matt.14.& Mar.6,Quænam eſt tuorum vin
culorum cauſa glorioſe Baptiſta? Eſt ne fortaſſe , quia
antra deſerti teneris ſub annis,ciuium turmas fugiens petiſti,ne
leui ſaltem maculare vitam famine poſſes?Aut quia ventris ob
truſo poſitus cubili,ſenſeras regem thalamo manentem? Non
certè ea de cauſa in carcerem coniectus eſt, ſed quia optimi con
D cionatoris partes agebat,quia publica vitia corrigebat,ſicut de
cet optimum concionatorem.Sed heu deplorandũ ſanè eſt quod Prædicatores in quibus ſoleãt deficere.
noſtris temporibus tanta negligentia circa munus ſuum explen
dum inuaſerit concionatores.In multis enim aliqui deficere ſo
lent.Primum quidem ingerendo ſe tanto muneri abſq; vlla ex-
perientia & partibus requiſitis ad tantum munus, quod temera Exod.3. & 2.
rium planè eſt.Non ita ſe gerebat ſanctus ille Moyſes,ſed potius
recuſabat tantum munus inſtruendi & informandi populum,a- Aliqui ante tempus oppor unũ concionari anhelant.
deo vt ſemper reſtiterit donec vidit Deum contra ſe iraſci.Non
ita aliqui modo ſe gerunt,quia potius vix vale dixerunt ſtudijs,
cum iam prædicandi deſiderio exardeſcunt.Optimè quidem no
uerat Regius pſaltes difficultatem huius muneris,quamq; longo
E tempore

tempore accincti quidem antea & parati accedere ad illud de- E
beamus, cũ diceret, Cor mundũ crea in me Deus, & ſpiritũ rectũ
innoua in viſceribus meis. Ne proijcias me à facie tua &c. Cur
obſecro ſancte vates tam præclara à Deo inſtanter poſtulas? Cur
tantam animi præparationem expetis? id quidem ait facio vt cõ
modius prędicare valeam, ita enim ornatus, docebo iniquos vias
*Pſal. 50.* tuas, & impij ad te conuertentur. Ad exenterandos vrſos & leo
nes, & ad pugnandum contra Philiſtæum, non tanta poſtulabat,
quanta petit vt poſſit concionatoris munus explere, & progreſ
ſus aliquos facere. Multi tamen temere & abſque præparatione F
aliqua non verentur hoc munus exercere, vndè fit vt conciones
ſint infrugiferę. Vtinam omnes concionatores ſe ita diſponerent
& præpararent, vt auditores ſibi perſuaderent ſe Deum potius
quam hominem audire. Sed ideo exiguos referunt fructus, quia
debitam diligentiam non apponunt & curam, atq; ſolicitudinẽ:
neq; iacimus rete in nomine domini, neque vt par eſt de domini
benignitate confidimus ſed potius noſtras attendimus vires, ſciẽ
tiam, ſtudium, ingenium & linguam. Si enim charitas nos vrge-
ret, & in domino confideremus, atq; ſalutem animarum nobis
ante oculos proponeremus, & Dei præceptum, vberiores pro- G
fecto referremus fructus.

*Multis diuinis adiumẽtis eget cõcionator ad munus ſuũ probe exequẽdũ.*

*Cur inter dũ cõciones exiguos referant fructus.*

*Cõcionator nõ debet de ſua facultate ingenioq; confidere.*

Secundo deficiunt aliqui concionatores in eo quod ea non fa
ciant quæ proponunt alijs facienda. Si Deus Optimus Maximus
linguam ſolum nobis conceſſiſſet ad loquendum, non etiam ma
nus ad operandum, non eſſet mirum, ſed tamen cũ dederit Deus
vnicam tantum linguam & eam exiguam, ad docendum, duas ve
ro longe maiores manus ad operandum, & varijs digitis orna-
tas, nihilominus tamen plus loquimur quam operemur. Imo
aliqui ſunt qui non ſolum non operantur bene, ſed etiam mala
faciunt, & ſcelera multa committunt. Vnde malis concionato- H
*Hier. 23.* ribus loquitur Deus per Hiere. dicens, ſi ſtetiſſent in conſilio
meo & nota feciſſent verba mea populo meo, auertiſſem vtique
eos à via ſua mala, & à cogitationibus ſuis peſſimis. Quaſi dicat
ſi concionatores viuerent circunſpectè, deuotè & ſtudioſè, acci-
perent diuinitus ſpiritum ad conuerſionem malorum. Hoc inſi-
*Eccle. 11.* nuans Eccleſias. Ait, verba ſapientium ſicut ſtimuli, & quaſi cla-
ui in altum defixi, hoc eſt corda penetrant, & verba recondunt in
*2. Cor. 6.* interioribus animæ penetralibus. Vnde Apoſt. aiebat, nemini dã
tes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium quidem
noſtrum, ſed in omnibus exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei mi-
niſtros. Hæc quidem ſunt cũ diligentia executioni mandanda, iux

*Concionator curet operari quod docet.*

ta.



A ta illud Pauli, ſolicitè autẽ cura te ipſum probabilẽ exhibere Deo
operariũ inconfuſibilem. Quemadmodũ enim nutrix puerulum *2. Tim. 2.*
educans, vt poſſit ſaluberrimum lac influere, ſelectis veſci debet *Simile.*
cibis, & ea ſumere pharmaca quæ non poteſt infans, vt poſſit cõ
mode eundẽ alere: ita planè concionatores qui ſunt tanquam nu
trices quædam, tales eſſe debẽt in vita, vt exemplo ſint ſingulari
vniuerſo populo. Gabellus quidẽ dixit filio Tobiæ, benedicat te *Tob. 9.*
Deus Iſrael, quia filius es optimi viri & iuſti, & timẽtis Deũ. Sig
nificans à patre ſuo virtutẽ ſibi quaſi hęreditario iure traditam.
B Vtinã ita auditores inſtrueremus, vt eorũ conſpectis præclaris
operibus, intelligeremus quales fuerimus magiſtri, qui tales diſci
pulos informauerimus. Hoc quidẽ præſtabimus, ſi opere cõplea-
mus quod prædicamus, hæc enim fuit Chriſti mens cũ ait, roga-
te dominum meſſis vt mittat operarios in meſſem ſuã, nõ dixit
garrulos, loquaces aut verboſos. Vna ex plagis Aegypti fuit illa
ranarũ, quæ maximã moleſtiã exhibebãt propter ſuã loquacita-
tẽ, ſic & modo ſunt aliqui concionatores ſtudioſi ſolũ verborũ, *Matt. 9.*
quæ citiſsime auolare ſolẽt. Quod autẽ maximè formidandũ eſt, *Luc. 10.*
C illud ſanè eſt, quia ſcilicet beatus Paulus ſuo tempore vnum *Exod. 8.*
dumtaxat optimum concionatorem inueniebat, videlicet Ti-
motheum, ſiquidem de cæteris ait Philip. 2. omnes quæ ſua ſunt *Phili. 2.*
quærũt, nõ quæ Ieſu Chriſti: neſcio quid dicẽdũ ſit noſtro tẽpore.

*Patres iuſti & probi etiam fere bonos habere ſolẽt & educare liberos.*

Tertio deficiunt aliqui cõcionatores in eo quod nõ prædicent
ea quæ ſuis auditoribus vident eſſe neceſſaria, nã hoc tẽpore iam
ferè fit vt loquamur ſolũ placẽtia & pruriẽtia auribus, cũ interim
anima in obliuione maneat eorũ quę ſibi forẽt neceſſaria. In Apo
ca. dicitur, deuoraui librũ, & erat in ore meo tãquã mel dulcis,
& cũ deuoraſſẽ illũ, amaricatus eſt venter meus: legẽ domini lo-
quenti & vano, dulce eſt prædicare, illam autẽ deuorare & opere *Apo. 10.*
D cõplere plurimis amarum eſt, atq; ideo pauci eã deuorant. Solũ
quærũt dulcedinẽ verborũ, & curioſitates, non autẽ quę doctrinã
ſapiẽtiæ, hæc enim eſt eis amara & ideo talibus auditoribus ſatisfa
cere ſolent cõcionatores in ſuis cõcionibus vt libentius audiãtur
ab his, qui ſaluti ſuæ parum proſpiciũt. Qui quando de vitio ali-
quo reprehẽdũtur, ſurdas ſolẽt exhibere aures. O quã multi ſunt
quibus durũ eſt veritatẽ ipſam audire! Quod probe intelligens
Apoſtolus dicebat, corã Deo in Chriſto loquimur, omnia autẽ cha
riſsimi propter ædificationẽ veſtrã, timeo enim ne forte cũ vene
ro, nõ quales volo inueniã vos. Hi quidẽ nõ ſatis libẽti animo fe
rebãt & audiebãt veritatẽ ipſã, & ſuos defectus: & aduerte ꝙ quã
uis omnia quæ eos docebat eſſẽt à Deo, vt ipſe dicerę ſolebat, *2. Cor. 12.*

*Concionator ſuã doctrinã pro neceſſitate audiẽtium effundat.*

*Auditores pendẽt ex verbis dulcibus & phaleratis.*

*Auditores obſurdeſcunt cũ aliquid ipſos tangit.*

 tamen

*Eccle. 4.* tamen non audiebant libenter. Sed idcirco tamen non debemus vitiorum reprehenſionem prætermittere, iuxta illud Eccleſi. Ne retineas verbum tempore ſalutis, ego ſum qui loquor tecum. *Simile.* Similis vtique mihi videtur hic mundus pyramidularum ludo, in quo videas interdum quod quandiu durat ludus, vna ex pyramidulis pro decem computatur, & alia pro viginti, finito tamen ludo, omnes ſimul in angulum reijciuntur, abſque diſcrimine illius quæ decem, aut illius quæ viginti valebat. Has quidem pyramidulas deijcit dæmon varijs tentationibus tanquam globo aliquo in hac vita. Sicut igitur in tali ludo poſtquam aliqua ex pyramidulis decidit, debet aliquis eſſe paratus ad eam ſtatim erigendam: Sic vtique neceſſarij ſunt prædicatores vt erigant & hortentur quos viderint fore deiectos, aut deijciendos in flagitia & ſcelera. Vnde Iacobus ait, fratres mei, ſi quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum, ſcire debet quod ſaluabit animam ſuam. Quaſi dicat, qui fecerit quod in ſe eſt ad conuertendum aliquem præmiabitur à Deo. Cæterum quanuis hæc ita ſint, debet tamen concionator modeſtus eſſe in reprehendendo. Sic videmus in Apocalypſi maximam modeſtiam in reprehendendo cum dicitur, ſcio opera tua, & laborem, & patientiam tuam, & quia non potes ſuſtinere malos, habeo tamen aduerſum te pauca. Quemadmodum prouidus chirurgus vt ait Caſsianus ſuper hunc locum Apoc. ita curat vlcus ipſum reſecando ea quæ putrida ſunt, vt tamen ea quæ incolumia ſunt conſeruet & foueat, ſic optimus concionator ita debet corrigere vitium, vt tamen delinquentis fama nec conſcientia lædantur. Vt igitur commode prædicet concionator, debet prædicare & indignationem, & miſericordiam Dei. In cuius rei typum vidit Ioannes in Apoca. Angelos cantantes inſtrumentis muſicis canticum agni, dicentes, magna & mirabilia ſunt opera tua domine Deus omnipotens, tu ſolus pius es. Quo cantico abſoluto, dicit textus ſibi fuiſſe data vaſa iræ Dei, vt effunderent ſuper vniuerſam terram. Per hos angelos intelliguntur prædicatores & miniſtri Dei, qui poſtquam prædicauerint bonitatem & clementiam Dei hominibus, & viderint nihil proficere, poſtea prædicent etiam iram & indignationem Dei, vt ſaltem hac via conuertantur. Hæc quidem omnia cum multa patientia & tolerantia ſunt præſtanda. Mirum planè fuit quod Noe per centum annos prædicauerit fabricando arcã, vt omnes à diluuio liberarẽtur, & nõ defatigabatur, vt optimè Petrus in ſua Canonica inſinuauit: credibile ſanè eſt quod

tam

*Hæc vita ſimilis eſt pyramidularum ludo varijs de cauſis.*
*Iaco. 5.*
*Prædicator ſit modeſtus in corrigẽdo*
*Apoca. 2.*
*Simile.*
*Caſsia.*
*Quomodo doctrinam ſuam concionator diſponere debeat.*
*Apoca. 15 & 16.*
*Concionator prædicet timorẽ & amorẽ.*
*Gen. 5. 6. & 7. 2. Pet. 2.*

E F G H



A tam longo annorũ ſpatio multas ſuſtinuit moleſtias, & iniurias; vnde meruit vocari præco iuſtitiæ ſicut vocat Petrus ipſũ. Hac etiam præditus patientia & fortitudine prædicabat Ioannes, & propterea eſt in vinculis, & propter hanc etiam mirifice à Chriſto commendatur, vt conſtat ex hodierno euangelio. D. Hieron. refert in vita ſancti Hilarionis quod cum aliquando Alexander Magnus acceſsiſſet ad ſepulchrum Achillis, dixit: O fortunate, qui tuarum laudum præconem Homerum nactus fueris: quãto igitur fortunatior fuit Baptiſta, qui Chriſtũ dominũ habet præconem ſuarum virtutũ? cum ait: Quid exiſtis in deſertũ videre? B

*Noe inſignis prædicator.*
*D. Hiero. in vita Hilario.*
*Exemplũ Alexãd. Magni.*

### *Labores & calamitates contingunt ſeruis Dei.*

STatim certè quærat aliquis cauſam propter quã Deus Optimus Maximus permiſerit ſeruum ſuum Baptiſtam, tantæ ſanctitatis virum, ſic tractari, & in carcerem conijci, tãtiſq; afflictionibus vexari: & idem etiam percontabitur de cæteris ſeruis Dei, quos tantis laboribus videt oppreſſos. Cui quidem interrogationi ſapientiſsimus Seneca etſi gentilis ſatisfacere videtur pulcher- C rimè dicens, ſolitum eſſe Demetrium dicere non poſſe homini accidere maius malum in hac vita, quam ei non contingere labores & calamitates. Hic enim minima quadam occaſione turpiter labetur tanquam parum exercitatus. Non ſolet fortuna quãta ipſa vires habeat manifeſtare in viris debilibus & puſillanimis, qui ſtatim animo cadũt & proſtrantur. Pudet enim congredi cum homine vinci parato, Huius autem naturæ & conditionis illi ſunt qui non experiuntur labores & calamitates, ideo non vult fortuna contra eos pugnare, ſiquidem valentiſsimus aliquis vir & Herculeus ſibi dedecori eſſe ducit manũ conſerere D cum debili viro & puſilli animi, quãuis ſciat certo ſe breui victoriam eſſe conſecuturum. Et in ſequenti cap. idem Seneca ait, Miſerum te iudico propterea quod non fuiſti miſer, in tempeſtate ſiquidem nautæ prudentia manifeſtatur, & in ipſa militia miles dignoſcitur, veteranis quidẽ militibus negotia magni ponderis committi ſolent, qui ea de re etiam imperatori gratias agunt. Quid enim viro inexercitato magni ponderis committi poteſt? ita etiam Deus viros magnanimos eligit, quos calamitatibus laboribuſq; afficit. Lacedæmonij quidem filios ſuos magnis & aſsiduis laboribus aſſuefaciebant, & quanuis culpæ eſſent exortes, eos tamen verberibus cædebant, vt ita aſſuefacti venientes calamitates patientiſsime tolerarẽt, & opprobria ſuſtinerẽt.

*Seneca li. de diuin. proui. c. 3. & 4.*
*Sententia Demetrij*
*Simile.*
*Simile.*
*Calamitates quam ſint vtiles.*
*Exemplũ Lacedæmoniorũ.*



Facies

Facies eorum quæ non eſt aſſuefacta ventis & alijs cæli iniu- E
*Simile.* rijs, ſtatim læditur & afficitur, ſi vel leuiſsimam quãdam eiuſce-
modi rem ſuſtinuerit: & delicatæ manus leuiuſculo quodam æſtu
aduruntur, non autem manus ruſtici alicuius aſſuefactæ labori.
Item qui nauigationi aſſuefacti non ſunt, illico mare ingredien
tes nauſeare ſolent, nõ autem nautæ qui crebris nauigationibus
æquora ſulcarunt. Tum etiam qui itineribus obeundis inexerci
*Simile.* tati ſunt, ſtatim pedum tumorem & dolorem contrahunt, non
autem qui aſsidui viatores.

Sicut granum ſinapis vt eius virtus oſtendatur, confringendũ F
*Simile.* prius eſt, & conterendum, ita etiam virtus ipſa maximè cum la-
*Lau. Iuſt.* boribus & calamitatibus conteritur, quanta ſit ſignificatur, neq;
ex ea præmium & fructum reportamus, niſi prius in afflictioni-
*Virtus in* bus & laboribus fuerit manifeſtata. Quis enim quæſo vnquam
*laboribus* manipulos colliget, niſi prius ſeminauerit? Præcedit certè in
*manifeſta* cunctis labor mercedem: proinde pati non formidet qui ſpiri-
*tur.* tualibus ditari vult, nam & in bello pugnantis virtus oſtendi-
*Labores* tur, omnes pacis tempore victores ſunt, cum non ſit qui repug-
*præcedere* net, cum autem tubæ inſonuerit vox, cum dimicandi ſu-
*debẽt præ* peruenerit hora, & armorum fragor ingruerit, qualis quiſque G
*mia.* maneat apud ſe notum fiet. Commendata eſt Abrahæ obedien-
*Simile.* tia poſt tentationem, Ioſeph caſtitas poſt adulteræ inſolentiam,
*Gen. 22.* Iob tolerantia poſt ſobolis reſtitutionem, nemo tamen de ſe cõ-
*Gen. 40.* fidat, nullus de proprijs viribus in hoc ſpirituali certamine præ-
*Iob. 1.* ſumat, totum aſcribat Deo, totum ſe illi committat. Non in vir
*Pſal. 17.* tute mea inquit propheta, ſed in Deo meo trãſgrediar murum.
*Diſsimile* Sicut enim in corporali pugna audacia vires, ita in ſpirituali, ſui
*Diffidam⁹* diffidentia victoriam ſubminiſtrat. Non abſque ſpinis redolens
*nobis &* naſcitur roſa, neque ſine tentationibus perficitur virtus. Vir-
*confidam⁹* tus enim languet niſi exerceatur, laceſsita autem creſcit, ig- H
*Deo.* nis quo plus agitatur, plus ſerpit. Quis ſufficienter narrabit
*Simile.* ad quantum perfectionis culmen ſanctũ Iob euexerit tentatio?
*Tentatio-* Prius quidem ſoli Deo notus erat, prius menti inerat tan-
*nes qualis* quam nouella plantatio, poſt probationem vero veluti ingens
*quiſque ſit* arbor proficiens, & per humilitatem ad diuina, terræ radices
*declarant.* ſparſit, & in alto foras erecto culmine omnem viriditate ſua
lætificauit eccleſiam. Electorum ſiquidem virtus tentationum
*Pro. 27.* examinata incendio, & rubiginem vitij amittit, & in per-
fectione ſua rutilans eluceſcit. Vnde ſapiens ait, aurum pro-
bat fornax, & viros iuſtos examinatio tentationis.

Hinc planè colligitur quanta ſit Dei miſericordia erga iuſ-
tos



A tos & virtutis ſtudioſos, cum permittit tyrannos & peruerſos *Bonos qua*
homines ad cruciandos & affligendos bonos, vt magis eorum *re permit-*
virtus eluceat & innoteſcat, & Chriſti gloria illuſtrior reddatur *tit Deus*
nobis. Ceterum inter omnes labores quos vetuſtas tribuit Her *affligi.*
culi, nullus fuit maior illo quem ſubiuit aduerſus Hydram. Erat *Herculem*
enim Hydra vt antiqui ſcriptores fictis fabulis prodiderunt, ſer *cũ Hydra*
pens quidam multorum capitum, in lerna palude viuens, qui ob *pugnare*
id inuictus dicebatur, quia pro vno capite exciſo, multa ei ca- *quid ſigni*
pita continuo renaſcebantur. Per Herculem igitur Idæam vir- *ficet.*
B tutis intelligebant, quam ob cauſam aiebant eum magnos ſu-
biſſe labores & terribilibus certaminibus expoſitũ fuiſſe, quia
virtus magnas habet in hac vita ab impijs aduerſus ſeipſam cõ- *Virt⁹ mag*
tradictiones, accumulant namq; omnes impij contra eam ſuarũ *nas habet*
detractionum aceruos, & in illam inuehuntur. Sed præcipua ad- *contradi-*
uerſus virtutem contradictio eſt inuidia per Hydram ſignificata, *ctiones.*
quæ ideo fingitur paluſtris & è cœno ſordido pullulare, quod nõ *Inuidorũ*
niſi in abiecto & polluto animo reperiatur, & quoniam inuidus *qualitates.*
ſi eum in vno conuincas & rebus addicas neceſſarijs, iterum in-
uidet, & ex victoria quam de illo reportaſti, alia atq; alia illi ori-
C tur inuidia, dixerunt ideò veteres parum prodeſſe capita Hydræ
ſecare, cum ei confeſtim alia orirentur. Veruntamen qui in virtu
tis ſtudiũ toto pectore incũbunt, non debent cadere animo cum
ſe viderint inuidorum pondere premi. Si enim Chriſtus contra-
dictionẽ ſuſtinuit, & vt de eo dicit iuſtus Simeõ, poſitus eſt in rui
nam, & reſurrectionem multorum, & in ſignũ cui cõtradicetur, *Luc. 2.*
quid mirũ eſt eos qui ei adhærent, à mũdo cõtradictiones ſubire?

Sæpe quidem nos purgat Deus laboribus & calamitatibus, vt
magis in virtute proficiamus. Sic enim Nabuchodonoſor cũ be- *Calamita*
ſtijs ſeptẽ annos verſatus eſt, vt ſuperbiã ſuã frænaret, & in virtu *tes vtiles.*
D tis ſtudio etiã proficeret. Quis pręterea ſuperbiã cõtriuit ipſius
Antiochi, niſi tribulatio? adeo vt dicat, bonũ eſt ſubditũ eſſe Deo *Dan. 4.*
& mortalẽ nõ paria Deo ſentire. Quis domuit Manaſſẽ niſi affli
ctio ipſa & captiuitas qua adeò opprimebatur vt vix oculos ad *2. Mac. 9.*
cælũ leuare auderet? Naamã etiã Syrus ſalutẽ quærens corporis *4. Reg. 5.*
lepræ, qua vexabatur, etiã ſalutẽ animę meruit inuenire. Sũt qui
dẽ calamitates & labores inſtar pharmaci alicuius amariſsimi, ꝙ *Simile.*
quidem quamuis amaritudinẽ pręſeferre videatur, nihilominus
tamẽ ſanitatẽ inducit & bonã efficit valetudinẽ: ita tribulatio ſa
lutẽ animæ inducit, & ceu ignis aurũ nos probare ſolet & purifi
care. Quod ſi inde non proficimus, non id quidem tribuen-
dum eſt ipſi calamitati, ſed potius tibi qui ex ea non proficis.

E 4 Aroma-

*Simile.* Aromatici quidem odores quo magis confricantur, vel ardentibus prunis admouentur, eo etiam magis ſolent redolere & odorem ex ſe effundere: ita ſancti & viri iuſti quo pluribus vexantur tribulationibus, eo etiam magis virtutum opera exercere conſueuerunt. *D. Bern. Simile.* Virum quidem iuſtum comparat D. Bernardus cælo, quod quidem tametſi ſemper præclariſsimum ſit atq; pulcherrimum, nocte tamen eius pulchritudo & ſtellarum ornamentum magis demonſtrari videtur: ita etiam in tribulationis nocte & tempeſtate, virtus noſtra magis ſplendere videtur. *Simile.* Sumus quidem nos inſtar quercuum vel aliarum id genus arborum, quæ fructum ſuum non niſi varijs ictibus concuſſæ reddere ſolent: F *Simile.* inſtar etiam vitis, quæ niſi amputetur & circuncidatur, non ſolet accuratum fructum effundere.

### *Prælatus qualis eſſe debeat.*

MAxima certè conſideratione dignum eſt quod in tantis laboribus conſtitutus Ioannes, nihil ſolicitus ſit de ſe & libertate ſua, ſed potius totus occupetur in inſtructione diſcipulorum ſuorum, & in diuino obſequio. Tale quiddam olim feciſſe G *Exo. 27.* ſanctum Moyſen legimus in Exo. c. 27. Nam cũ dixiſſet tria Deus *Tribulationũ amariſsimũ calicẽ ſolet Deus ſeruis ſuis interdũ propinare.* ipſi Moyſi, quæ ſanè videbantur aſpera, videlicet quod breui eſſet moriturus, & quod ſibi in officio non deberet aliquis ſuccedere filius vel propinquus, ſed quem ipſe nunquam cogitaſſet, & deniq; quod non ingrederetur terram promiſsionis quã tantopere expetebat, & circa cuius acquiſitionem tantopere laborauerat. Nihilominus tamen ſanctus Moyſes nihil indignatus eſt neque obmurmurauit, neq; etiam pro aliquo horum recuperãdo ſupplicauit, ſed potius communis boni ſolicitus, & proprij *Exod. 27.* oblitus, ait: prouideat dominus Deus ſpirituum omnis carnis, *Prælati quo zelo duci debeant.* hominem qui ſit ſuper multitudinem hanc, & poſsit exire & in- H trare ante eos, & educere eos vel introducere, ne ſit populus domini ſicut oues abſq; paſtore. O virum admirabilem! vide quõ tempore de his ſit ſolicitus. *Exemplũ* Tale quiddam præſtat modo glorioſus Baptiſta, nam cum potius videretur debere ſupplicare Herodi pro ſua libertate, mittit tamen duos diſcipulos ad Chriſtum, *Prælatus & princeps ſui eſſe nõ debet ſed ſubditorum.* vt interrogent, tu es qui venturus es, an alium expectamus? Optimi enim prælati propriorum commodorum obliuiſci debent, communi ſubditorum bono inuigilare. De Cæſare autem prophanæ hiſtoriæ tradunt, quod ſeipſe non habuit, poſtquam mundus eum principem habere cœpit. Aequum planè eſt vt prælati huiuſ-



huiuſmodi curam habeant, quandoquidem de ſubditorum peccatis reddituri ſunt rationem quæ committent propter ipſorum *Exod. 32.* negligentiã. Quod optime quidem ſanctus Moyſes declarauit quando dixit ad Aaron, quid tibi fecit populus iſte, vt induceres ſuper eum peccatum grande? Vide quomodo culpam transferat in Aaron, & totum onus, vt intelligamus quod qui negligenter præſident, ſunt cauſa peccatorum quæ a ſubditis committuntur, & ipſis ſunt aſcribenda.

Vide obſecro quam ſedulus eſſet glorioſus Baptiſta circa ſuum munus obeundum: ſic etiam ſe debent gerere ipſi prælati, ſemper conſulentes ouium ſuarum ſaluti: tum etiam ille qui Rempublicam regit, ſic erga ſubditos ſe gerat. *Exod. 28. Maxima ſolicitudinẽ gerat ſuarũ ouiũ.* Præcipit olim quidem Deus in Exo. dicens ſumes duos lapides onichinos, & ſculpes in eis nomina filiorum Iſrael, portabitq; Aaron nomina eorum coram domino ſuper vtrumq; humerum ad recordationem: in quo quidem aperte declarauit ſolicitudinem prælati erga ſuos ſcilicet vt habeat eos ſcriptos & geſtet ſuper humerum & pectus, & non quidem atramento ſcriptos ne facile obliuiſceretur, ſed potius ſtylo ferreo. *Paſtor quã curã gerere debeat ſuarũ ouiũ.* Probe nouerat Ioannes quam neceſſarium eſſet his duobus diſcipulis vt Chriſti eſſent ſtudioſi ſiquidem inuidia quadam ducebantur, videntes tot tantaq; miracula quæ à Chriſto fieri quotidie audiebant, & ideo ipſos mittit vt oculis proprijs videndo ipſa, ad Chriſti ſcholam confugerent poſtquam ſibi Herodes caput amputaſſet. *Acto. 20.* Vide igitur quantam gereret ouium ſuarum curam, vt & ipſas cognoſceret, & neceſsitatibus ipſarum prouideret. *Ioann. 10.* Sic ſe bonus paſtor gerere debet, iuxta illud Apoſ. cum longum vale ſuis diſcipulis dicebat attendite inquit vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiam Dei quam acquiſiuit ſanguine ſuo: *Geneſ. 2. Proprietas ſcorpionis.* vna inter alias cauſas quas Chriſtus aſsignabat cum diceret ſe bonum eſſe paſtorem, illa erat, quod ſcilicet cognoſceret oues ſuas. Vnde olim Deus ante protoparentem Adamum conſtituit omnia animalia, vt ea diligenter inſpiceret & cognoſceret, atq; ita conuenientius poſſet ſingulis accõmodata & propria indere nomina: quãto igitur plus velle ipſum putas vt animarum paſtor oues ſuas cognoſcat? *Simile.* De ſcorpione quidem legitur, quod ſolo aſpectu ſtruthionis oua in lucem edat atq; producat pullos; quæ tamen non aſpexerit, multa ex his peribunt. Oculus igitur prælati plurimum confert ipſis ſubditis. Vnde & vulgo dici ſolet, oculum domini impinguare equum: tum etiam puluerem pedum heri aptiorem ad agrum & ſegetes ſtercorandas

das. Hinc etiam ſacrum Concilium Tridentinum tam obnixe præcipit & commendat prælatis ipſam reſidentiam. Hoc quidem boni prælati munus tam diligenter adminiſtrabat & exercebat Ioannes, vt eum neq; carceres neq; vincula vlla ratione impedirent. ô felices diſcipulos, qui talem diuinitus nacti eſſent magiſtrum & paſtorem! id enim quanti ſit momenti & ponderis præclare quidem declarauit regina illa ſabba, quando videns prudentiſsimam illam regis Salomonis adminiſtrationem, exclamauit dicens, beati viri tui, & beati ſerui tui, hi qui aſsiſtunt coram te omni tempore, & audiunt ſapientiam tuam! Item paulo poſt ait, diligit Deus Iſrael, & vult ſeruare eum in æternum, id circo poſuit te ſuper eum regem. Præterea ex bona adminiſtratione Ioſue, etiam multos progreſſus in virtute faciebat populus, quandoquidem tam egregium paſtorem nactus fuerat. Vnde ſacer textus ait, ſeruiuit Iſrael Domino cunctis diebus Ioſue. E F

*Con. Tri. Seſ. 23.*

*Magnæ fælicitatis loco ducendũ eſt bonũ naſciſci paſtorem.*

*2. Para. 9.*

*Ioſue. 24.*

# DOMINICA TERTIA IN ADVENTV. CONCIO PRIMA.

MISERVNT *Iudæi ab Hieroſolymis, ſacerdotes & leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum, Tu quis es?* Ioann. 1. Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3. Generatio mala, adultera, & peruerſa ait Chryſoſt. poſt baptiſma Baptiſtam interrogas & percontaris? Quid hac ſtultitia ſtultius? Quomodo ad eum conueniſtis? Quomodo ipſum percontati eſtis quid foret agendum? Hæc plane omnia a vobis temere & ſine ratione facta ſunt, cum neq; principium neq; fundamentum intelligatis. Verum nil horum protulit aut obiecit Ioannes, neq; quidquam exprobrauit, ſed omni cum manſuetudine reſpondit, vt omnibus eorum manifeſta perſpicuaq; fieret malitia. Sæpenumero Ioannes Chriſto teſtimonium perhibuit, & cum Iudæos baptizaret frequenter de Chriſto meminit. Ego quidem inquit baptizo vos in aqua, qui autem poſt me venit, fortior me eſt, & baptizabit vos in Spiritu ſancto & igni: quibus verbis perturbatione quadam affecti ſunt: mundi namq; gloriam affectantes, & ſecundum faciem iudicantes, Ioannem Chriſto inferiorem eſſe indignum arbitrabantur. Multa enim Ioannis excellentiam oſtendebant, primum generis claritas, cum filius eſſet principis ſacerdotis, deinde vitæ aſperitate & rerum humanarum contemptu inſignis erat. Siquidem domo, menſa, lecto, victuq; & cultu contempto, eremum ab ineunte ætate incoluit. Contra Chriſtum dicebant obſcuro genere natum, quod ei ſæpe obie- G H

*Chryſ. in Matth. homi. 15.*

*Luca. 3.*

*Manſuetudo maxima Ioan.*

*Matt. 3. Luc. 3.*

*Excellentiæ baptiſtæ.*



A obiecerunt dicentes, nonne hic eſt filius fabri? Nonne mater eius dicitur Maria, & fratres eius Iacobus & Ioſeph? Patriam itẽ vnde originem ducere putabatur, ignominia quadam notabant, vt dixit Nathanael, à Nazareth poteſt eſſe aliquid boni? Tum conuerſatione omnibus communis erat Chriſtus, & veſtimenta eius nil à vulgo differebant. Non enim Zona pellicea cingebatur, nec piloſam veſtẽ induebat, nec melle & locuſtis veſcebatur, ſed cũ omnibus candẽ habebat conſuetudinem, infamium etiam hominum & publicanorũ cõuiuijs aderat, vt eos ad meliorẽ frugẽ reduceret. Quod intelligẽtes Iudæi, ei exprobrabãt, vt idẽ Chriſtus B ait, venit filius hominis mãducãs & bibẽs, & dicunt. Ecce homo vorax & potator vini, & publicanorũ & peccatorũ amic⁹. Cũ ergo Ioannes ab ſe Iudæos ad Chriſtũ longe eorũ opinione inferiorẽ dimitteret, ægre ipſi ferebant, & rubore perfundebantur, quippe qui Ioannem potius magiſtrũ habere quã Chriſtũ voluiſſent, palam tamen id dicere verebantur. Mittunt antẽ adeũ vt per adulationẽ & inuidiã ipſum alliciant ad cõfitendum ſe Chriſtũ eſſe. Mittũt ergo nõ abiectos & infimæ ſortis homines quemadmodum cum Chriſtum capere volebant in ſermone, tunc enim miſerunt diſcipulos & Herodianos: nunc ergo ſacerdotes & Leuitas C mittunt, nec vndecũq; ſed ab Hieroſolymis, hoc eſt maioris autoritatis & nominis, nõ enim temere hoc ſignificauit Euãgeliſta.

*Luc. 1.*

*Mar. 1.*

*Matt. 13.*

*Ioann. 1.*

*Matt. 13.*

*Ambitioſi quo dementia veniant.*

*Matt. 22.*

Ad Ioannem mittunt nõ ad Chriſtũ, quia offendebat eos humilitas Chriſti, & indignũ iudicabãt tãto honore eũ qui tã pauper eſſet, turpeq; eis videbatur tã pauperem habere Meſsiam & tã humilẽ. Ecce hoc eſt ingeniũ mundi, ſemper horret crucẽ, pudet eũ humilitatis & paupertatis, indecorũ putat cũ eis cõuerſari qui cruce premãtur, etiã ſi ſunt ſanctiſsimi, vt patet de diuite illo & Lazaro. Deniq; omni honore indignos arbitratur eos qui pauperes & humiles ſint etſi doctiſsimi. Omnes enim nos ſi D militer affecti ſumus, & eos certe cupimus prælatos, rectores & prædicatores, qui noſtris affectibus accommodi quidem videantur, nec ſi in poteſtate noſtra eſſet, quemquam pateremur qui obſiſteret affectibus noſtris, ne Deum quidem.

*Ferus ſup Ioann. 1.*

*Luc. 16.*

*Miſerũt Iudæi ab Hieroſolymis.* Grauiſsimũ plane onus ſibi impoſuerunt Iudæi reddendæ rationis in iudicio, quod cum tanti facerent Ioannem, vt ſi ſe Meſsiam confiteretur, eũ libentiſsime reciperẽt, nunc tamen cum hoc ipſum de Chriſto prædicet, non credãt, quod quidẽ Ioãnis locupletiſsimũ teſtimoniũ alienũ magis ab omni ſuſpicione erat, quod de Chriſto id prædicaret, quã de ſe ipſo. Verũtamẽ eius ſumus naturæ, vt quãdo quis loquitur nobis placentia

*Libenter audimus cũ quis nobis placentia loquitur.*

placentia, eundem laudibus & encomijs in cælum tollamus, & E ſanctum eſſe virum dicamus; ſin ſecus, longe aliter de eo ſentiamus & detrahamus. Mundus quidem in ſuis electionibus longe opinione fallitur, præſertim cum poſthabitis his qui bene meriti ſunt, eos eligat qui ditiores ſunt, vel claræ ſtirpis. Quis vnquam diceret Ioſeph idoneum fore ad Aegyptiorũ regimẽ, ado-

*Gen. 41.* leſcentem videlicet hebræum, ex odioſo genere, qui nuper ex carcere regio educebatur, vbi iam pridem vinctus erat? Nouum quidem eſt humanis ſenſibus videri id abſurdiſsimum, cum eſſet pauper, & captiuus & iuxta eorum ſententiam obſcuro genere; nihil F ominus tamen à Pharaone electus eſt, in quo aperte rex barbarus nobis inſinuauit quales eſſe debeant electiones noſtræ, vt ſcilicet virtutem magis quam cætera requiramus.

*Electiones quales eſſe debeant.*

Parum quidem profuit quod Saul procero & egregie compoſito eſſet corpore, adeo vt reliquos omnes ab humeris excederet, ſiquidem ita inique & imprudenter gubernauit.

*1. Reg. 9.* Nihil etiam obfuit Dauidi quod paſtor eſſet & exiguus, atque minimus fratrum, quandoquidem ita feliciſsime regnum ipſum adminiſtrauit. Vt eligeret Chriſtus beatum Petrum ſibi vicarium & caput Eccleſiẽ, nõ de literis aut

*Ioann. 21.* potentia periculum fecit, ſed de amore ipſo. G

*Interrogauerunt Ioannem, Tu quis es?* Hoc etiam vnicuiq; noſtrum poteſt interrogari de cognitione ſui ipſius, hoc eſt magna ſapientia & ſublimis philoſophia, cognoſcere ſe ipſum, eſſeq; ſibimet præſentem.

*Plurimũ prodeſt ſe ipſum cognoſcere, & magnæ eſt ſubtilitatis.*

Impij non ſolum ſe non intelligunt, ſed à ſe ipſis abſunt, & immenſo fere diſtant interuallo. Id intelligens Iſaias dicebat, redite præuaricatores ad cor. Redeamus igitur ad nos ipſos, ponamus nos ante nos, & coram facie noſtra gradiamur, ſicut animalia quæ vidit Ezechiel. Videamus & opera noſtra, &

*Iſa. 64.*
*Ezechi. 1.*

nos, & de nobis acſi eſſemus alij, ſententiam feramus. Hoc apophtegma cognoſce te ipſum, ait Plato fuiſſe quondam in foribus H templi delphici inſcriptum, veluti dignũ quod deo tribueretur.

*Platonis ſententia*

*amor proprius excæcat nos.*

Sed tamen amor proprius nos ita excæcat, vt exiſtimem de temporibus hiſce noſtris dixiſſe diuum Paulum: inſtabunt tempora periculoſa, et erunt homines ſe ipſos amantes. In quodam pſalmo loquens Deus cum impio aliorum crimina expiſcãte, ſuaq; non vidente, arguam inquit, & ſtatuam contra faciem tuam. Ac

*2. Tim. 3.*
*Pſalm. 4.*

ſi diceret, ego tecum diſceptabo, tua ſcelera tibi oſtendam, & ponam te coram te, vt teipſum plane aſpicias. Non ſe cognoſcit qui quid in ſe laudat aut diſsimulat, in alijs execratur, eoſq; ſuo nomine flagitioſos appellat. Hic contra Dei legem duobus vti-

*Leuit. 16.* tur ponderibus, altero ſibi, altero alijs, dicente Deo in Leui. Statera



A tera iuſta, & æqua ſint pondera. Et Salomon in Prouer. pondus & pondus, menſura & menſura, abominabile eſt apud Deum. *Prou. 20.*

Vnde hæc ponderum varietas, niſi ex ignoratione noſtri? In Creta proditum eſt memoriẽ, fuiſſe labyrinthum quendam a Dedalo factum, tot viarum ambagibus inflexum, tot curſibus & recurſibus inextricabilẽ, vt nemo in illum ingreſſus poſſet ad primum oſtium reuerti, quo efficiebatur vt omnes illuc introeuntes, perirent. Theſeum autem accepto fili glomere labyrinthum penetraſſe, & incolumem regreſſum eſſe ope fili quod manu tenebat,

*Simile. Labyrinthus dedali quid ſignificaret.*

B interfectoq; Minotauro victorem rediſſe. Ego exiſtimo hoc labyrintho ſignificari mundum, & filo hoc cognitionem ſui. Quid enim mundi negotijs implicatius? Quid ſuperbiæ, auaritiæ, libidinis & vanitatis laqueis inenodabilius? Ingreſsi mortales falſas & inexplicabiles huius ſeculi vias, irretiti eius fraudibus, negotijs, blanditijs, & voluptatibus, exitum ignorant huius labyrinthi, & exiſtimãtes irremeabiles eſſe errores in quibus verſantur, pereunt in mundo, tetras maculas ſibi ipſis inurentes, & Chriſtianæ dignitatis amplitudinem labefactantes. At qui ſecum

*Impij in labyrinthum maximũ cõiecti ſunt.*

C aſportat filum cognitionis ſui ipſius, exit è ſeculo, & de occiſo effrænato appetitu victoriam admirabilem reportat, quoniam ſe ipſum cognoſcens, & fragilitatem ſuam animo perſpiciens, non ſe extollit & inſolentem reddit, non vanitatibus fidit, non ſe vitijs contaminat, non in falſa gloria ſpem ponit rerum ſuarum. Qui huiuſmodi vitæ curſum conficiunt, cum glomere lini hoc eſt cum ſui cognitione inueniunt exitum. Agnoſcamus igitur nos ipſos, & expulſis erroribus atq; cupiditatum errore reſtincto, mundum contẽnamus, & ad cælum aſpiremus.

*Cognoſcamus noſtras miſerias ſi perire nolumus.*

*Et confeſſus eſt, & non negauit, & confeſſus eſt quia non ſum ego Chriſtus.* D Ideo autem Euãgeliſta vt ait beatus Thomas, ingeminat hoc quod dicit & confeſſus eſt & non negauit, vt oſtendat humilitatem Ioannis, quilicet eſſet tantæ autoritatis apud Iudẽos vt eum crederent Chriſtum, non tantum honorem ſibi non debitum non vſurpabat, ſed confeſſus eſt potius quia non ſum ego Chriſtus. Sed quid eſt hoc quod dicit confeſſus eſt & non negauit? Videtur enim quod negauit, quia dicit ſe non eſſe Chriſtum. Sed dicendum eſt quod ideo non negauit veritatem, quia dicit ſe non eſſe Chriſtum, alias negaſſet veritatem: non negauit veritatem, quia quantumcunq; haberetur magnus, non eſt elatus in ſuperbiam ſumens ſibi honorem alienum, imitando illud Iob, ſi vidi ſolem cum fulgeret, & lunam incedentem clare.

*D. Thom. lec. 12. in c. 1. Ioan.*

*Fidelitas Ioannis.*

*Iob. 31.*

Nemo vt ſtultus ſupra ſeipſum opinione hominum rapiatur, ſi no-

E ſi nouit ſibi omnino deeſſe quod creditur. Spectat enim ad mentis conſtātiā exiſtimatione magna hominum non extolli: & etiā ſi ineſſet quod fama vulgarium clamat, intra humilitatis & vilitatis clauſtra ſe famoſus includat. Ecce Ioannes diuina non rapit, & oblata reſpuit: quod nouit eſſe Chriſti, non arrogat ſibi. Suſpenduntur patibulis qui temporalia diripiunt, qui domino inuito aliena contrectant: quid ergo erit eis qui diuina rapiunt, qui diuinos honores vſurpant, & qui etiam impertinenter oblatos non reſpuunt?

*Simon. de Caſſ. in Euan. lib. 3. cap. 1.* *Similitu.*

*Qui ſibi Dei honorē vſurpāt quid merentur.*

F *Et interrogauerunt eum, quid ergo? Elias es tu?* Iam fruſtrati ad alia conuertuntur, intentumq; ſuum adumbrare volentes dicūt, quid ergo? Elias es tu? vt videantur ſimpliciter ac ſine malitia interrogare, ſiquidem expectabant etiam venturum Eliam, vt ſcribitur per Malachi. Ecce ego mittam vobis Eliam Prophetam antequam veniat dies Domini magnus & horribilis.

*Occu. in Ioann. 1.*

*Non ſum Elias.* Quid eſt hoc quod dicit Ioannes, non ſum ſcilicet Elias, ait beatus Thomas, cum Chriſtus dixerit ipſum eſſe Eliam? Hāc quæſtionē ſoluit Angelus dicens, ipſe præcedet ante eum ſpiritu & virtute Eliæ, in ſuis nēpe operibus. Non fuit ergo Elias in perſona, ſed in virtute & ſpiritu Eliæ. Poteſt autem attē- G di ſimilitudo quantum ad tria: primo quantum ad officium, quia ſicut Elias ſecundum Domini Aduentum præueniet, ita iſte præuenit primum. Secundo quantum ad viuendi modum, quia Elias in deſertis morabatur, parco vtebatur cibo & duris veſtibus operiebatur. Tertio quantum ad Zelum, quia Elias maximi Zeli fuit, vnde dicebat, zelo zelatus ſum.

*Mala. 4.* *D. Tho. in Ioann. 1. Lec. 12.* *Luc. 1.* *3. Reg. 19.* *4. Reg. 1.* *3. Reg. 19.*

*Propheta es tu? Non ſum.* Non rogarunt ait Chry. an eſſet vnus ex aliorum numero Prophetarum, ſed articulum addiderunt, ac ſi dicerent, Propheta ne ille es qui à Moyſe prædictus eſt? Propterea negauit non ſe Prophetam eſſe, ſed eſſe Prophetam illum de H quo intellexerat Moyſes.

*D. Chryſ. in Ioann. hom. 15.* *Deuter. 18*

*Ego vox clamantis in deſerto.* Quod autem dicit clamantis, poteſt intelligi dupliciter ait Thomas, vt ſcilicet ſit vel Ioannis in deſerto clamantis & prædicantis, vel Chriſti clamantis in ipſo, ſecundum illud, an experimentum quæritis eius qui in me loquitur Chriſtus? Ego vox clamantis, id eſt vox clamans ait grauis quidam doctor. Ioannes erat vox, quia quidquid erat in Ioanne vox erat, veſtis, manus, pedes, caput, lingua, totus deniq; erat vox clamans & dicens pænitentiam agite. Etiam ſi os non loqueretur, quidquid in ipſo erat prædicabat contemptum mundi, pœnitentiam & amorem diuinum: non illi

*D. Tho. in Ioann. 1. Lec. 12.* *2. Cor. vlt.* *Ludo. Gra.*

dicere



A dicere poterāt, medice cura te ipſum, bene omnia quidem vitia taxare poterat, cum exemplar totius virtutis & ſanctitatis eſſet. Mirabilis certè concionator, qui quaſi alter Orphæus duriſsima ſaxa, id eſt duriſsima corda, ex antiqua peccandi conſuetudine, diuinis verbis ſemolliebat, ita vt publicani & milites ad eum venirent toto corde pœnitentiam acturi.

*Luc. 4.* *Similitudo Orph.* *Luc. 3.*

*Clamantis in deſerto.* Contigit ſępe vt in aliqua domo multi ſint ſaltantes, gaudentes, & canentes, dum tamen aliquis tunc temporis oſtium pulſet & non exaudiatur, propter ma- B gnum tumultum ſiue ſtrepitum eorum qui intra domum ſunt: ita intra ipſam peccatoris animam ſunt multi tumultus & inordinati appetitus, vt diuitiarum, & vindictæ inimicorum, ſunt denique voluptates & blandimenta carnis, & hinc fit quod cum plena ſit anima inordinatorum appetituum, quando Deus vocat non exauditur. Quod autem animæ deſideria voces dici poſsint, ex eo conſtat, quod cum orans eſſet Moyſes, nec tamen aperiret os ipſe quidem ſuum, nec labia, dicit ei Dominus, quid cla- C mas ad me? Conturbant enim animam deſideria carnis & ſanguinis, cumque magnus ſit ſtrepitus, etiamſi Dominus ad oſtium pulſet, non exauditur. Et certè quamuis dederis tuis inordinatis appetitibus & deſiderijs quod petunt, nunquam tamen voces ceſſant emittere. Remedium autem vt Deum clamantem poſsis audire, eſt facere vt taceant omnes illi qui intus clamitant. Nunquam tuis appetitibus quod volunt concedas, quia neutiquam tacebunt. Hæc omnia mitigabis conſideratione breuitatis vitæ.

*Simile.* *Peccator in quanta degat miſeria.* *Exo. 14.* *Appetitꝰ ſenſitiui nos plurimum conturbant.*

*Rectas facite ſemitas eius.* Viæ domini ſunt præcepta, & ſemitæ D eius conſilia, rectum iter ille facit, qui ſicut natus eſt & moriturus eſt, ita viuit. In laboribus natus es plorans, pauper, nudus & humilis, & morieris mille doloribus, anguſtijs & calamitatibus circundatus: opus ergo eſt ſi rectum iter facere volueris, in lachrymis viuas, orationibus & gemitibus, humilis & pacificus. Sed cum natus fuiſti, paruum te cunabulū capiebat, in morte etiam conſtitutus parua ſepultura continebere: modo vero vix magnæ & ſuperbæ domus poſſunt te capere, imo forte eo peruenies inſaniæ vt tibi etiam mundus paruus videatur, quare tibi canito & conſulito.

*Lud. Gra.* *Conſiderationes ad vitā corrigendam.*

*Et qui miſſi fuerant erant ex Phariſæis.* Hoc obſeruabis inquit Orige. Duas Ioanni Baptiſtæ fieri legationes, vnam quidem ab

*Orige. in Ioan. to. 6. Paulo poſt prin.*

Hieroſo-

Hieroſolymis à Iudæis, qui ſacerdotes & leuitas mittũt vt eum E
quis es interrogent, alteram autem à Phariſæis qui mittuntur,
qui ad reſpõſum datum vrgent. Obſerua etiam quemadmodum
ea quæ primo dicuntur, cum mãſuetudine & ſtudio quodam diſ
cendi dicuntur, nempe hoc, Tu quis es? Tum illud. Quid ergo?
Elias es tu? Quis es vt reſponſum demus his qui miſerunt nos?
Quid dicis de te ipſo? Nil enim contumax, neq; audax in horum
videtur interrogatione, ſed omnia inſunt diligentibus Dei cul
toribus conuenientia. At qui Phariſæi miſsi erant, ſuo nomine
contumelioſis atq; inhumanioribus verbis aguntcum Baptiſta, F
hoc modo, quid ergo baptizas, ſi tu non es Chriſtus, neq; Elias,
neq; Propheta? Nec vero diſcendi ſtudio id dicunt, ſed animo ar
cendi eum à baptizandi munere, quod baptizare nullius niſi aut
Chriſti, aut Eliæ, aut Prophetæ illius pręcipui, opus & munus eſ-
ſe exiſtimarent. Quia non ſtudio cognoſcẽdæ veritatis, ait Gre.
Sed malitia exercendæ æmulationis accedebant, ideo Euangeli-
ſta non tacuit eos dicens. Et qui miſsi fuerant erant ex Phariſęis.
Ac ſi aperte dicat, illi Ioannem ſuis actibus requirunt, qui doctri
nam neſciunt quærere, ſed inuidere.

*Secundum Origenem duæ legationes fuũt Ioanni.*

*D. Greg. in Euang. hom. 7.*

*Et interrogauerunt eum, & dixerunt ei, quid ergo baptizas, ſi tu non es* G
*Chriſtus, neq; Elias, neq; Propheta?* Addidit Euangeliſta, & interro-
gauerunt eum, vt intelligeremus quod non excommiſsione mit
tentium ſed ex proprio ſenſu ſubiunctam interrogationem fece
runt. Commiſſum erat eis vt interrogarent eum, Tu quis es? Et
non vt arguerent eum de Baptiſmo. Vide igitur arrogantiam vel
inueteraram malitiam horum, quod arguant Ioannem inferen-
do eum non debere baptizare eo quod non eſt Chriſtus, neque
Elias, nec Propheta. Tantum propriæ tribuunt ſententiæ & au-
toritati, vt decernant nemini licere baptizare niſi alicui iſtorum
trium, nec ſolum id decernunt, ſed reprehendunt etiam Ioannẽ. H
Poſt quã per adulationem nõ potuerunt eum ad ſuas partes tra
here, atrocioribus & minacibus verbis terrent, vt tandem dice-
ret quotquot volebant, hoc eſt confiteretur ſe eſſe Chriſtum. Nõ
quærunt vt ſciant ait ſanctus Thomas, ſed vt impediant: quia
enim videbant populi multitudinem ad Ioannem currere, pro-
pter nouum ritum baptizandi, & extraneum a ritu Phariſęorum
& legis, inuidebant Ioanni, & conabantur propoſſe impedire
eius baptiſmum, & ideo ſe continere von valentes, nec ſuam in
uidiam, dicunt, quid ergo baptizas?

*Caiet. in Ioann. 1.*

*Malitia non poteſt diu celari.*

*Theoph. in Ioann. 1.*

*D. Tho. in Ioann. 1. Lec. 13.*

*Ego baptizo in aqua, medius autem veſtrum ſtetit quem vos neſcitis.*
Quaſi dicat vt ait beatus Thomas, non debetis mirari ſi ego qui
non

*D. Thom. vbi ſupra.*



A non ſum Chriſtus, neque Elias, nec Propheta, baptizo, quia
baptiſmus meus non eſt completiuus, ſed imperfectus. Nam
ad perfectionem baptiſmi exigitur lotio corporis & animæ; &
corpus quidem ſecundum naturam lauatur aqua, anima vero
non niſi ſpiritu, vnde ego baptizo in aqua hoc eſt corpore lauo
corpus, veniet autem alius qui perfecte baptizabit, ſcilicet in
aqua & Spiritu ſancto, Deus & homo, qui & corpus aqua, &
ſpiritũ lauabit. Hinc Gregor. ait, non in ſpiritu ſed in aqua
baptizat, quia peccata ſoluere non valebat. Corpora per aquã
lauat, ſed tamen mentem per veniam non ſanat. Cur ergo
B baptizat qui peccata per baptiſma non relaxat? Vt ſcilicet
præcurſionis ſuæ ordinem ſeruans, qui naſciturum naſcendo
præuenerat, baptizaturum etiam baptizando præueniat. Vn-
de baptizati baptiſmo Ioannis, ait Auguſtin. indigebant po-
ſtea baptizari baptiſmo Chriſti. Circa hoc dicit ſanctum Con-
cil. Tridenti. Si quis dixerit baptiſmum Ioannis habuiſſe ean-
dem vim cum baptiſmo Chriſti, anathema ſit.

*Baptiſmus quas habeat virtutes.*

*Gregor. in Euange. hom. 7.*

*Aug. tra. 5. in Ioan. & tra. 80*

*Conc. Tri. ſeſ. 7. de bapt. c. 1.*

*Cuius non ſum dignus vt ſoluam eius corrigiam calceamenti.* Quod ſi
Ioannes ait Chryſ. indignus qui corrigiam ſolueret, Ioannes in
C quam, quo maior inter natos mulierum non ſurrexit, quo tãdem
loco nos numerabimur? Caueamus de nobis ipſis dicere glorio
ſa, hoc enim nos & hominibus inuiſos, & deo abhominabiles fa
cit. Et id circo quanto maiora fecerimus bona, tanto de nobis
minus dicamus, hoc enim modo maximam & coram Deo &
coram hominibus gloriam conſequemur. Maxima nõ de ſe ſenti
re, tam magnum quidem eſt quam maximas res feciſſe, quod ſi
non adiit, nec res illæ poterunt eſſe laudabiles. Itaq; ſi bona tua
magna vis facere, noli ea magna putare, aliter enim magna eſſe
non poterunt.

*Chryſ. in Ioann. ho. 15. & in Matt. ho. 3. & ad popu. ho. 38.*

*Humilitatẽ quanti faciat Deus. Lu. Gra.*

D Huius exẽplo diſcãt ſacerdotes cum ad tremẽda altaris myſte
ria accedunt, quo timore & reuerentia illuc adire debeant, quan
do is qui ab vtero matris Spiritu ſancto plenus erat, indignũ ſe
eſſe fatetur qui ad pedes Domini procũbens, corrigiã ſoluat cal
ceamentorũ eius. Peccator quidem facile ſuã humilitatẽ agnoſ-
cere debet, qui tam abiectus eſt, cũ hi qui innocenti & immacula
ta vita vixerũt vt Ioãnes & alij ſancti, tantam humilitatẽ habeãt
ex conſideratione diuinæ prouidentiæ. Nam quæcunq; habent &
poſsident, omnia agnoſcunt à Deo ſibi tradita eſſe, nilq; boni
ſuis viribus comparaſſe.

*Cum magna reuerẽtia accedẽdum eſt ad ſacroſanctã Euchariſtiã.*

*4. Reg. 4.*

*Humilitas cõmendatur.*

Vidua illa iuſſu Eliſæi non fundebat oleum niſi in vacuis vaſis.
Si vis ergo vt Deus infundat tibi gratiam, neceſſum eſt humile
cor &

*Gene. 41.*

cor & ab omni ſuperbia longe ſummotum & vacuum ei oſtēdas? E

*Didimus.*

Somnia etiam Pharaonis non reuelauit Deus ſapientibus Aegyptiorum ſed humili Ioſepho. Quin legimus etiam Didimum quē-

*Simile.*

dam Philoſophum hæc verba Alexandro Magno dixiſſe, paratus quidē eſt Deus ad dandā tibi ſapientiā, ſed non habes vbi eam recipias, quia ſuperbus es. Oculi etiā nimiū eminentes imbecillem

*Rhadul. Arden. dom. 4. Aduen.*

habent virtutem ad videndum, oculi vero ſubmiſsi, melius, & magis vidēt. Sic etiam humiles melius diuina myſteria percipiūt. Erubeſcat tandem præſumptio & ſuperbia noſtra, Ioannes enim quo inter natos mulierum non ſurrexit maior, dicit ſe indignū F calceamento ſoluendo, & tu dicis te dignum ſacerdotio, & dignum pontificatu? Tu inquam carbo fumigans, dicis te dignum qui corpus Chriſti tractes?

*Glo. Ordi. ſup Ioan.*

*Hæc in Bethania facta ſunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizās.* Duæ ſunt Bethaniæ ait Gloſſa ipſa ordinaria ſuper Ioannem primo capite, vna trans Iordanem ſita eſt, altera vero citra Iordanem, non longe à Hieruſalem, vbi Lazarus quidem ipſe ſuſcitatus eſt.

## DOMINICA TERTIA IN ADVENTV. G

## CONCIO SECVNDA.

*Mundi gloriam contemnamus.*

*Gloriam mundi deſpicantur ſerui Dei & contemnunt.*

M*ISERVNT Iudæi ab Hieroſolymis Sacerdotes & Leuitas ad Ioannem, ut interrogarent eum, Tu quis es?* Ioann. 1. Matth. 3. Mar. 1. Luc. 3. Huic quidem interrogationi quam miſerunt ad Ioannem, Sacerdotes & Leuitæ, reſpondit non ſum ego Chriſtus. Quia mundi glo- H riam contempſit, magnam gloriam conſecutus eſt, cum fuerit a Chriſto mirifice laudatus. Qui quærit mundi gloriam, ipſam nō inuenit, qui vero contemnit, adipiſcitur illam. Cum minaretur

*Ezec. 6.*

Deus per Ezechielē populo Iſraelitico propter eorū idololatriā, ait, vrbes deſertæ erunt & excelſa demolientur. Quaſi diceret, vrbes veſtræ erunt a Babylonijs euerſæ & in ſolitudinem redactæ, & loca eminentia vbi dæmonibus immolatis, confringentur & deſolabuntur. Aſpice iuſta Dei iudicia: flagrabant Iudæi diuitiarum cupiditate & mundi gloria, in vanitate conſtituta, quas ob cauſas Deum verum reliquerunt, & gentium idola adorarunt: at coram ipſis idolis & Dæmonum ſimulachris amiſerunt

*Cupiditas rerum temporalium quanta inuehat detrimenta.*



A runt diuitias, & nominis amplitudinem. Contra vero qui propter deum diuitias & nominis claritatem deſpiciunt, eas ipſas res quas amittere vt Deum non amitterent, non dubitabāt, multo præſtantiores abſque dubio conſequuntur. Moyſes Pharaonis fauorem, Aegyptiq; opes & faſtum contempſit, & poſtea fuit ipſo Pharaone illuſtrior & potentior, nam Pharaoni parebant homines, Moyſi vero homines, maria, flumina, rupes, & aliæ creaturæ. Qui mundi gloriam ardenter quærit, ipſam non inuenit, qui vero eam contemnit, ipſam adipiſcitur, gloriam enim

*Exod. 1. Hebr. 1. Exod. 7. Exo. 14. Exo. 17. D. Chry.*

B contemnere, eſt illam obtinere. Hac ratione ductus aiebat D. Chryſoſt. contemne diuitias, & eris diues; contemne gloriam, & eris glorioſus. Cum olim pictor quidam inſignis equum pinxiſſet, velletq; illi iuxta os ſpumam depingere, nunquam potuit. Quo circa ſpongiam, in qua tergebat penicilla, quam manu tenebat, iratus in picturam proiecit, vt refert Plutarcus, vt illam liniret & macularet, & penitus euerteret. Sed multo aliter euenit, nam ſpongiæ varijs imbutæ coloribus, contactu ſpumam quam ſolers artis magiſter nequiuerat efficere, caſu expreſsit, vbi exiſtimauit picturam diſsipare, eam perfecit. Sic ſi

*Simile. Plutarc. Qui honorem fugit eum inueniet.*

C magno ingenti artificio mundi gloriam comparare volueris, id efficere non poteris, nam inanem gloriam illam appetere & inquirere ignominia eſt, ſin autem huiuſmodi gloriam ſpreueris inanem, & in temeritate multitudinis conſtitutam, in eamq; proieceris contemptionis ſpongiam, veram profecto gloriam conſequeris. Illa enim falſæ gloriæ abiectio, eſt veræ gloriæ conſecutio. Vt arbor quæ eſt altioribus defixa radicibus, excelſius fertur in ſublime, ſic homo quo profundi[9] per humilitatē abijcitur eo magis aſcendit, & ſurſum per virtutē eleuatur. Et quemadmodum arbor in vertice montis ſita, ventorum turbine concutitur,

*Gloria mundana ſe inſectātē fugit. Simile. Simile.*

D & facile conuellitur, ſic homo quanto in maiori dignitate cōſtitutus eſt, tāto & maiori periculo eſt obnoxius. Vnde ait ingenioſus poeta: ſumma petit liuor, perflant altiſsima venti: ſumma petunt, dextra, fulmina miſſa, Iouis. Hæc eſt vna ex cauſis ob quas in Euangelio homo cum arbore cōparatur. Cum igitur arbores ſimus, oportet vt fragilitatis noſtræ conſideratione radices profundæ humilitatis longius mittamus, & in valle cognitionis noſtræ miſeriæ, in ſtatu humili, ſed virtutibus florente conſiti ſimus, & nulla nos procella cōuellat, nulla vanitas diſperdat, nulla ambitio cōturbet, nulla auaritia cōtorqueat, nullū deniq; tēpus nos poſsit ab humilitate & animi abiectione, & mūdi cōtēptu, & ab honeſtatis laudibus & ornamētis abducere. Tāto ædificiū erit

*Dignitates mūdanæ periculoſæ & laborioſæ. Matt. 7. Marc. 8. Lucæ. 3. & 6. Humilitas tutiſsimus eſt locus.*

 firmius

firmius & validius, quanto eius fundamentũ fuerit profundius E
*Simile.* iactum. Cum autem philoſophiæ Chriſtianæ fundamentum ſit humilitas, quanto ea fuerit profundior, tanto religionis ædificium erit ſecurius & permanentius. Optimum ſane horum omnium exemplar nobis hodierno die exhibet Ioannes, renuncians præclariſsimæ omnium dignitati quæ ſibi à mundo poterat offerri.

*Eccl. 40.* Tractans Eccleſiaſticus de ambitioſis viris & arrogantibus, eorumq; potentiam & faſtum deridens ait, ſubſtantiæ iſtorum ſicut fluuius ſiccabuntur, & ſicut tonitruum magnum in pluuia F
perſonabunt. Comparat eos cum tonitruo magno quod terret mundum, ſed ſtatim conſumitur, nam illi ex alto dignitatis gradu præcipitati, ad exitium ruunt ſempiternum. Quemadmodum mare inſtabile ſemper eſt, quod motu inſtabilis lunæ moueatur, ita gloria eius qui eſt infallaci mundi felicitate conſtitutus, inconſtans ſemper eſt, quod inconſtantis mundi viciſsitudine agitetur & varietate. Luna nullam habet firmitudinẽ, mare nullam certitudinem, mundus nullam conſtantiam, impius felix nullam in felicitate perpetuitatẽ. Vnde Pſalmographus inimici domini inquit, mox vt honorificati fuerint & exaltati de- G
ficientes quemadmodum fumus deficient. Ac etiamſi toto vitæ curſu mundi gloria permaneat cum homine impio, in morte certe eum derelinquet, iuxta illud regij vatis, cum interierit, non ſumet omnia, nec deſcendet cum eo gloria eius.

*Humana potẽtia inſtar tonitrui eſt.*
*Similitudo.*
*Gloria mũdi mutabilis.*
*Pſal. 36.*
*Pſal. 48.*

*Danie. 4.* Mundana gloria & ambitio malorum figuratur in prodigioſa illa ſtatua Nabuchodonoſor, de qua ſcribitur apud Danielem, ex auro eam conflari iuſsit ſuperbiſsimus rex ad maiorem diuitiarum ſuarum oſtentationem, inanem gloriam, & inſolentem vanitatem. Fortaſſe ideo ipſe ita inſtituit, vt qui eum cole- H
re recuſarent, ſaltem colerent aurum ipſum. Aurum quo rex famulos ſuos alere deberet, pauperes reficere, templa vero deo conſtruere, & regnum ſuum in pace & iuſtitia continere & ſuſtentare, in fabricanda vaſta ſtatua ſuæ vanitatis demonſtratrice conſumebat. ô quam multi modo reperiuntur, qui ſimile quiddam patrant, vt ſcilicet cum deberent potius ea quæ in obligationem cadunt ſedulo curare, vanitati potius & oſtentationi diuitias ſuas exponunt. Quærebat ille gloriam, ſed falſam & inanem. Vera ac ſolida gloria eſt virtutis ſplendor, conſentiens laus bonorum, incorrupta vox bene iudicantium de excellente honeſtate. Huius gloriæ ſtudio pleri-

*Diuitiæ à mundanis adorãtur.*
*Mundanæ oſtentationes quãta inue- ctent damna.*

A pleriq; trahuntur mortales, nam etiam Philoſophi in libris quos de contẽnenda gloria ſcripſerunt, nomen ſuum literis conſignarunt. In eo ipſo in quo laudem nobilitatemq; deſpiciebant, ſe laudari deſiderabant: vera & grauis gloria in falſæ & leuis gloriæ contẽptione & deſpicientia conſiſtit. Quod cum præclare beatus Ioannes intelligeret, idcirco reſpondit quod ſupra diximus.

*Glorioſũ plane eſt mundanã gloriam deſpicari.*

*Miſerunt Iudæi.* Admiratione dignum eſt quod Iudæi relicto Chriſto ad Ioannem confugerent, qui eos aſperis inſectabatur verbis, Chriſtus vero manſuete agebat & miraculis coruſcabat.
B Sed inuidus vir & quem malitia excæcauit, in dæmonem potius quam in eum cuius liuore ducitur ſeſe regeret. Tales erant etiam iſti cum dicerent, non habemus regem niſi Cæſarem. Tanta ſiquidem eos malitia dementauerat, vt quod diceret Ioannes minime crederent, imo potius relicto Chriſto omnes ad Ioannem confugiebant, tanquam aues quæ ad dulce canentem fiſtulam conuolant, & tamen decipiuntur & irretiuntur: & ita homines falluntur præponentes creaturam creatori, ſicut olim Samuel relinquens Deum qui ipſum vocabat, ad hominem accedebat. Ita nos Deum relinquimus, & ad crea-
C turas conuolamus, etſi ab eiſdem perperam tractemur. In qua reuidetur Deus ſe nobiſcum gerere inſtar illius qui cum melitenſem aliquem canem ab aliquo acceperit, ne is ſtatim in antiquam remeet domum, ſed potius domi ſuæ contineatur, eundem cædi & verberari à priſtinis domeſticis ſubmonet & hortatur, vt ita nouis aſſueſcat conuiuere contubernalibus.

*Liuore excæcantur homines.*
*Ioann. 19.*
*Similitu.*
*1. Reg. 3.*
*Simile.*

*Humilitas commendatur.*

D INSTANTIBVS legatis miſsis à Iudæis, & vrgentibus Ioannem vt tandem reſponderet quiſnam eſſet, vt reſponſum darent his a quibus miſsi fuerant, reſpondit, Ego vox clamantis in deſerto, non dixit ſe ſanctificatum antequam natus eſſet, nec dixit ſe Prophetam & pluſquam Prophetam, & quod inter natos mulierum non ſurrexerat maior ipſo, nec denique alia multa dixit quæ ſibi præclare congruebant, ſed dumtaxat illud dixit quod humano quidem iudicio nullius videtur eſſe ponderis & momenti, videlicet nominans ſe ipſum vocem, quæ citiſsime ſtatim præteruolat. Res ſane eſt conſideratione digna, quod cum Baptiſta tanti fuerit apud omnes, & quando tanta ſibi

*Se ipſum laudare turpe.*
*Humilitas maxima Ioannis.*

aperiebatur feneſtra ad ampliſsimam omnium dignitatem, E
*Vir potēs* tunc ſe vſq; ad eo extenuet, vt vocem ſe eſſe dicat & ingenue
*& humi-* profiteatur, addatque ſe non eſſe dignum ſoluere corrigiam
*lis, rara* calceamenti Chriſti procumbendo etiam. Vbi tu interim aduer
*auis in ter* te & perpende quam difficile ſit in magna opum rerumq; proſ-
*ris.* perarum affluentia, humilitatem animi ſeruare, cæteraſque
virtutes retinere. Cum Nabuchodonoſor videret ſuam illam
*Danie.* 4. celebrem ciuitatem & potentiam ſuam, ſtatim fuit inflatus ſu-
perbia, qua ſeipſum maculauit, arroganter dicens: nonne hæc
*Mundani* eſt Babylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in domum re- F
*honores* gni, in robore fortitudinis meæ, & gloria decoris mei? In ex-
*multos in* celſis montibus Gelboe interfecti ſunt nobiles Iſraelitæ, & in
*ſolentes* excelſitate honorum & dignitatum mundi ſolent perire vir-
*reddunt.* tutes. Dauid in ſtatu abiecto pepercit perfido inimico, & in
diuitiarum abundantia, in regia dignitate collocatus, occi-
1. *Reg.* 31. dit innocentem amicum. Saul priuatus fuit humilis, & ob-
1. *Par.* 10. tento regno ſuperbus. Nabuchodonoſor ſuperbia elatus,
2. *Re.* 24. cum præterijſſet annus ab interpretatione Danielis, exiſti-
*&.* 25. mauit falſum eſſe quod ſibi prædixerat, & opinione infla-
2. *Re.* 11. tus dixit, quis me poterit à regno meo eijcere, cum præ- G
1. *Reg.* 9. ter alia ſim Dominus huius magnæ ciuitatis? Vide etiam
*&.* 10. quot diuitias Deus dederit Balthaſari, & quid detrimenti il-
1. *Reg.* 18. li attulerint. Si non fuiſſet diues, non tot haberet vxores
*Daniel.* 5. & concubinas, non tam ſplendidum & ſuperuacaneum con-
*Ex diui-* uiuium pararet, non ad illud vaſa diuino cultui dedicata ef-
*tijs impij* ferret, non denique tam infami morte ſuum diem obi-
*occaſionem* ret. Hinc colligas quod ex honoribus & mundana gloria,
*ſumũt ma-* vnde homines anſam ſumunt ſuperbiendi, glorioſus præ-
*la multa* curſor occaſionem ſumpſit humiliandi & exinaniendi ſe
*patrandi.* ipſum. H

*Vera hu-* Humilitas animi cum ſanctitate coniungatur, vera hu-
*militas* militas non debet eſſe fucata, nec ſimulationibus & falla-
*qualis eſſe* cijs ficta, ſed ex animo: non enim humilis oſtentatione ex-
*debeat.* teriore rumuſculos populi aucupante, ſed corde & ani-
mo approbatur. Vnde Chriſtus dicit, diſcite à me quia
mitis ſum & humilis corde. Simulata enim humilitas eſt
*Matt.* 11. duplex ſuperbia, ideo non poteſt eſſe diuturna. Debet qui-
*Pſal.* 44. dem humilitas in exterioribus ſplendere, ſed ex animo pro-
dire, vt omnis gloria filiæ regis ſit ab interiore, & foris
*Cant.* 4. etiam in fimbrijs aureis circumamicta varietate, vt Canti-
corum



A corum illud in illa compleatur, quam Pulchra es amica
mea! oculi tui columbarum, abſque eo quod intrinſecus la- *Exod* 25.
tet. Arca teſtamenti non ſolum foris ſed intus præcipue e-
rat inaurata, & diuinam legem, virgam Aaronis, & manna
cibum cæleſtem continebat. Tabernaculum Moſis in parte *Heb.* 9.
interiore erat ex cortinis & præſtantibus aulæis mirabili- *Exo.* 26.
liter ornatum, ex parte vero exteriore erat ſagis cilicinis
minoris pretij contectum, nam vt Apoſt. ait, gloria no-
ſtra hæc eſt teſtimonium conſcientiæ noſtræ. Vnde Dauid 1. *Cor.* 1.
B dicebat, Domine non eſt exaltatum cor meum. Ideo te abij-
ce & vilem reputa, & vt verbis vtar diuini vatis Nahum, *Pſal.* 130.
intra in lutum, & calca, ſubigens tene, ſiue tere laterem,
hoc eſt intra in temetipſum, & ſentiens te eſſe abiectum lu- *Nahum.* 3.
tum, conculca illud, & animi amplectere humilitatem. Fru-
ctum enim & emolumenta inde manantia, pulchre nobis
beatus Petrus deſcribit, dicens, humiliamini ſub potenti
manu Dei, vt vos exaltet in tempore viſitationis, id eſt 1. *Petri.* 5.
quando vobis contingent calamitates ſiue in vita ſiue inte-
ritu. Pulchre quidem imitatur beatus Ioannes hodierno die *Ioann.* 6.
C Chriſtum Redemptorem noſtrum, quando quidem vt ſcri-
bitur Ioann. ſexto Cum cognouiſſet Chriſtus quia venturi
eſſent vt raperent eum, & facerent eum regem, fugit iterum
in montem ipſe ſolus.

Vis ad veram aſcendere dignitatem? deſcende per animi
abiectionem: in excelſis ædificijs conſtruendis ſolent opifices *Simile.*
lapides elaboratos ſurſum ferre funibus volubili artificio in-
ſublimi conſtitutis, & vt quanto plus funis ex vna parte deſcen
dit, tanto altius ex altera parte extollitur cum lapide: ſic quan *Quãto plus*
D to ſe quis abiectius & demiſsius per animi humilitatem proſter *quis humi-*
nit, tanto amplius & ſublimius aſcendit per decus & ornamen *liatur, tã-*
tum. Conſiſtit enim verus honor in falſi honoris deſpicientia, & *to magis*
ſolet Deus eos quos mundus abijcit, ſi ipſi humilitatē amplectũ *a deo exal-*
tur, honore afficere, vt non ſolum non deliteſcant, ſed celebrē *tatur.*
obtineant nominis claritatē. Vt lignũ vi & impetu in gurgitem
proiectum, tametſi vergat ad profundũ, non poteſt tamē diu eſ
ſe ſub aquis quin ſurſum aſcendat & proferatur in lucem: ſic vir
pius virtute præditus tametſi ab improbis & inuidis ſit contē- *Similitu-*
ptus, eũq; in tumulo perpetuæ obliuionis ſepelire curēt, non ta *do.*
men ibi diu latebit, nã Deus eũ extollet, & in ſublimibus honorũ
gradibus collocabit. Id intuēs D. Amb. bona inquit humilitas, ni
hil appetēdo totum quod contēnit adipiſcitur. Nihil eſt inquit

 D. Hie.

D. Hieron. quod nos ita & hominibus gratos, & deo faciat, quam ſi vitæ merito magni, humilitate tamen infimi ſimus. Et D. Auguſt. cogitas magnam conſtituere fabricam celſitudinis, de fundamento prius cogita humilitatis. E

*D. Amb. ſuper Lucam.*

Cum ad cælum penetrare ſine veris virtutibus nullo modo valeamus, veras autem virtutes habere ſine humilitate non poſſimus, aperte concluditur, ſine humilitate non eſſe nobis aditum ad ſedes æternas reſeratum: Nunc vero quod ſine animi dolore dici non poteſt, ſunt multi qui non ſolum humilitatem non habent, ſed etiam, ſuperbia gloriantur. Videbis enim multos qui F ſuperbiam tanquam regium diadema illuſtremq; coronam in capite imponunt, de quibus dici poteſt illud Prophetæ, ideo tenuit eos ſuperbia, quaſi dicat vt vertit Sanctes pagninus, ideo coronauit eos ſuperbia. Vnde videmus quod cum Eſaias in ſuperbos Iudæos inueheretur, inquit, væ coronæ ſuperbiæ, Deus ornat vnumquemq; ſuorum gloria & honore ſecundum illud Pſalm. Gloria & honore coronaſti eum, mundus vero ſuos arrogantia & ſuperbia. Nolunt illud percipere quod ait Eccleſiaſticus, quid ſuperbis terra & cinis? Qui inflatur ſuperbia, etiam ſi legat diuinam ſcripturam, nullam tamen conſequitur veram & ſolidam ſapientiam, quia eſt cum humilitate G coniuncta. Id intelligens Propheta ait, teſtimonium Domini ſapientiam præſtans paruulis. Vnde ait Salomon, vbi humilitas, ibi ſapientia. Et Chriſtus dixit, confiteor tibi pater Domine cæli & terræ, quia abſcondiſti hæc à ſapientibus & prudentibus, & reuelaſti ea paruulis, hoc eſt humilitate munitis.

*D. Hiero. in epiſt. ad Celantiã. D. Augu. de verb. Domini. Sine humilitate ſalui eſſe nequimus. Superbia deteſtabile vitium. Pſal. 72. Eſa. 28. Pſalm. 8. Eccle. 10. Pſal. 18. Prouer. 11. Matt. 11.*

### *Proterui & obſtinati nolunt pœnitentiam agere.*

H

DICIT glorioſus præcurſor ſe eſſe vocem clamantis in deſerto, vt ſignificaret ſe prædicare ſurdis & indomitis, ac barbaris hominibus, quibus prædicare erat oleum & operam perdere, & tanquam in deſerto voces emittere. Tales ſunt hodie multi ex Chriſtianis, duri & obſtinati, quibus id recte accommodatur quod ait Zacharias Propheta, cor ſuum poſuerunt vt adamantem. De his etiam ait Eccleſiaſtic. cor durum male habebit in nouiſſimo. Duriores iſti omni re duriſsima ſunt vtpote etiam adamante, nam & adamas ſanguine hirci emollitur, cor autem adamantinum neque ſanguine Chriſti Domini liqueſit, nec conſideratione eorum

*Obſtinata corda quibus rebus cõparẽtur. Zacha. 7. Eccleſ. 3. Diſsimile.*



A corum quæ Chriſtus pro ipſo paſſus eſt, aut fecit. Hoc intuens D. Bernar. exclamat, ò duri & indurati filij Adam, quos nõ emollit tanta vis amoris! Per Iſaiam ait ita Deus, ſciui quia durus es tu, neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. Et per Hierem. indurauerunt facies ſupra petram, & noluerunt reuerti. Vtinam hoc de Iudæis tantum diceretur, & nullis Chriſtianis conueniret. Sed ita ſunt multi ſceleribus imbuti, libidinibus dediti, & cõtumacia indurati, vt veluti penitus indomiti & fere inſanabiles, ſint lachrymarum abundantia deplorandi. Illis accommodari po-B teſt idquod dixerat Hieremias, Peccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino ſuper latitudinem cordis eorum. O infelices illos, ò deplorandos, ò miſeros ſi ſe intelligũt, miſeriores ſi ſe intelligere nolunt, quorum peccata ſunt literis indelebilibus in duriſsimo eorum corde conſcripta! Narrat Pli. eſſe fluuium quendam Lucaniæ nomine ſilarum, tam admirabilis naturæ, vt virgulta & folia in illum immerſa lapideſcãt. Huius naturæ eſt etiam fons in Germania, inquem quicquid proijcitur dureſcit in lapidem. Idquod Albertus Magnus ait ſe experientia comprobaſſe. Nos ſumus folia vento rapta, in ſilarum con-C iecta, & flagitiorum conſuetudine in lapidẽ conuerſa, atq; ſcelerum duritia obſtinata. Cecidimus in fontẽ Germaniæ, vbi indurati ſumus. Hanc mortalium duritiem & immanitatem videntes hi qui à gentibus idolorum cultricibus docti habebantur, dixerunt hominum genus diluuio abſumptum, fuiſſe ex ſaxis à Deucalione, pyrrhaq; proiectis, inſtauratum, nõ quod ita fuiſſe crederent, ſed quod eos reprehenderent qui corde duro, ingenioque agreſti, immanitatem colunt, & duritia gloriantur. Eos etiam ex ſaxis natos prouerbialiter vocamus. Si Chriſtus reprehendit diſcipulos ſuos, & vt ait D. Marcus, exprobrauit duritiã D cordis eorum, cum reſpectu noſtri eſſent cera molliores, quid faciet noſtræ duritiæ? Quibus ſupplicijs noſtram obſtinationem caſtigabit? Quas pœnas illi noſtrorum facinorum dabimus, qui vt equi effrænati ferocitate exultantes, impetu voluntario ad omnia flagitia abſque vllo cęleſtis numinis metu incitamur?

*D. Bern. Iſa. 48. Hier. 5. Hier. 7. Pli. lib. 2. Albert. Magnus. Animi duritia cui rei comparetur. Ingenioſa fabula. Mar. 16. Obſtinatos & proteruos quo modo puniet Deus.*

Tu ò peccator, qui ob flagitia tua non Dei filius nominari mereris, ſume tibi laterem vt ait Ezechiel, ſume cor tuum durum, & pone illud iuxta te, nam longè à te diſtat, & deſcribes in eo ciuitatem Hieroſolymam cęleſtem: in quo oſtendit Deus peccatoris cordurum eſſe terram recoctam, & laterem in lapidem fere conuerſum. Vnde per Eſa. ait, audite me duro corde. Hi neſcientes quid agant, æternam ſibi perniciem moliuntur: ideo D. Paul.

*Ezech. 4. Duritia animi quo modo mollietur.*

F 5 ait,

*Eſa.* 46. ait, ſecundum duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas ti E
bi iram in die iræ, & reuelationis iuſti iudicij Dei. Quot ſunt ho
*Rom.* 2. die qui cor habent lapideum, rupibus multo durius? quorũ cor
*Luc.* 8. eſt petra illa, de qua ait Chriſtus, aliud ſemen cecidit ſuper petrã,
& natum aruit quia non habebat humorem. Vide petram illam
*Exod.* 7. de qua ait diuina ſcriptura, induratum eſt cor Pharaonis. Talis
*Iob.* 4. eſt homo impius & obſtinatus, de quo ait Iob, cor eius indurabi
*D. Bern. lib. de conſide.* tur quaſi lapis. D. Bernar. ait, Cor durum eſt quod contritione
non ſcinditur, precibus non flectitur, minis non cedit, flagellis
obduratur. Vt lapis tendit ad centrum, ita corde induratus deſ- F
*Exod.* 15. cendit ad infernum. Ita dicitur de obſtinatis Aegyptijs, deſcen-
derunt in profundum quaſi lapis, corpora deſcenderunt in pro-
*Eccl.* 3. fundum maris, animæ in profundum infernorum, ideò ait Ec-
*Exod.* 17. *& Nu.* 20 cleſi. cor durum malè habebit in nouiſsimo. Et diuina Scriptura
narrat fuiſſe à Moyſe petram percuſſam virga, & fluxiſſe aquarũ
abundantiam. Vtinam Deus virga crucis, & memoria paſsionis
ſuæ percutiat cor meum lapideum, conterat duram cordis mei
*Pſa.* 109. petram, vt fundantur lachrymarum flumina, & conuertat
petram in ſtagna aquarum, & rupem in fontes aquarum.

## DOMINICA TERTIA ADVENTVS. G

## CONCIO TERTIA.

*Finem rerum conſideremus, & in medijs non errabimus.*

MIſerunt *Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad Ioannẽ.*
Ioann. 1. Matth. 3. Marc. 1. Luc. 3. Recuſauit & reiecit
glorioſus Baptiſta tantam ſibi oblatam dignitatem à ſa
*Securitas nõ eſt in rebus huius ſeculi.* cerdotibus & leuitis nomine Synagogæ, conſiderans non ſo-
lum quantopere errarent legati ipſi & nuntij, ſed etiam quã mi H
nima conſtantia, firmitas, & duratio ſit in rebus his mundanis.
Contemplatus eſt etiam ipſum finem, id eſt quam multa abſur-
da inde naſcerentur, quantaque detrimẽta & infelicisſimi caſus
*Finẽ rerũ conſideremus.* non ſolum contra ipſam Synagogam, ſed etiam contra vniuer-
ſum terrarum orbem, ſi ipſe talem ac tantam ſibi oblatam dig-
nitatem non repudiaſſet. Multi videntes rerum humanarum
*Spem in Deo collocemus non in rebus mũdanis.* varietatem & imbecillitatem, non illi fidebant, quin potius
munientes ſe virtute atque conſilio, in Deo ſpem omnem col-
locabant. At poſtea obtinentes res proſperas & ad volunta-
tem fluentes, exiſtimantes ſe eſſe ſecuros, dediderunt ſe otio &
inertiæ, ex quo effectum eſt vt miſere perirent, & in grauiſsimã
cala-



A calamitatem & ignominiam incurrerent, ideo oportet vt in
proſperitate meminerimus aduerſitatis, ne turpiter excida-
mus: ait enim Eccleſi. in die bonorum ne immemor ſis malo- *Eccle.* 4.
rum. Hoc ſignificare volens Apoſt. dicebat, tanquã nõ gaudẽtes *1. Cor.* 7.
Videns Ieſus Hieroſolymam quiete & diuitiarum affluentia *Luc.* 19.
vtentem, & venturas illi miſerias ignorantem, eam deplora-
uit, & in illo magno triumpho lachrymas profudit. Nos igi-
tur non ita gaudeamus vt tutos nos eſſe exiſtimemus, quin po-
tius cogitemus fieri poſſe vt ex lætitia excidentes, ſubito in la- *Mutãtur ſæpe proſpera in aduerſa.*
B chrymis & mærore verſemur, & à potentia ad miſeriam recida-
mus. Id quod euenit Babylonijs, qui perpetuum principatum &
nominis celebritatem & propagationem, ſibi ipſis pollicentes, in
captiuitatem & perpetuam infamiam incurrerunt. *Iſai.* 47.

Ex ſupradictis perſpicuum eſt quam vtile ſit finem rerum me-
moria tenere, earumque imbecillitatem & interitum contem-
plari, ideo Eccleſi. memorare inquit nouiſsima, & in æter- *Eccl.* 7.
num non peccabis. Et Moyſes ait, gens abſque conſilio & ſi- *Deut.* 32.
ne prudentia, vtinã ſaperent & intelligerent, ac nouiſsima
C prouiderent, Hierem. in ſuis lamentis vbi euerſæ Hieroſoloymæ *Thre.* 1.
& peccatricis animæ miſeram captiuitatem deplorat, has vo- *Quod pars ſenſitiua imperet & nõ ratio, extremæ miſeriæ eſt.*
ces emittit, ſordes in pedibus eius, nec recordata eſt finis ſui, no-
mine pedum intelliguntur affectus quibus anima mouetur, qui
tunc dicuntur ſordibus contaminati, cum nõ ratio tenet impe-
rium, nec pro dignitate quæ ſunt pulchra & appetẽda, quæ vero
tetra & aufugienda præſcribit, ſed effrænatus appetitus cœco im
petu rationis arcem oppugnans, animam ducit, eiq; ſolum opes
& mundi voluptates proponens, ſine vlla mortis & finis contẽ- *Luc.* 21.
platione. Hoc ſentiens Hierem. & ſordes pedum animæ, & finis *Non nos decipiat præſẽs rerum quidẽ ſtatus ſed futurum proſpiciamus.*
obliuionem lamentabatur. Ideò Chriſtus cũ ei diſcipuli de mag-
D nifico Salomonis templo loquerentur, eius ſumptuoſi ædificij
pulchritudinem admirantes, reſpondit, hæc quæ videtis, venient
dies in quibus non relinquetur lapis ſuper lapidem qui non de-
ſtruatur: illi de re illa magna ante oculos poſita loquebãtur, Chri
ſtus vero eis illius rei finem & vaſtitatem in memoriam reuocat.
Voluit nos docere cæleſtis magiſter cum cogitauerimus rem ali
quam humanam inſignem & amplam, oportere eius finem in ani
mo verſare & memoria repetere. *Simile.*

Vt vinum iudicium turbat & perdit, at aqua tẽperatum non *Proſperitates humanæ nos inſolentes reddunt.*
nocet: ſic rerum humanarũ pulchritudo, generis nobilitas, nomi
nis claritas & amplitudo, proſperitas honorum & magiſtratuũ,
diuitiarum abundantia, & cætera huiuſmodi, ad quæ plerique
morta-

mortalium cęca auiditate inflammati rapiuntur, perſe intempe E
ranter ſumpta ſunt vinum, purum illud quidem quod humanum
iudicium lædit & perturbat, at ſi omnia hæc fuerint temperata
memoria finis, & conſideratione inconſtantiæ & imbecillitatis,
ita poſsunt ſumi vt nequaquam noceant, quin etiam in ipſorũ
affluentia poteris in tranquillitate viuere, cupiditatum ardore
*Vtiliſsima* ſedato. Eſt enim mortis memoria aqua ſalutaris, vini humanarũ
*eſt mortis* rerum moderatrix, quę non ſinit vt effrenati ac concitati motus
*memoria.* auerſi à ratione animum perturbent. Venit tibi in mentem res
quædam qua nimium oblectaris, ſed quæ te ſuis illecebris poteſt
à Deo abducere & ſeparare, cogita ſtatim quam cito res illa fi- F
nietur. Et conſidera quam ſtultum erit pro breui voluptate, pro
re caduca, incerta & mortali, velle amittere ſummam illam in
*Non com* enarrabilem ac æternam beatitudinem, vbi viri ſancti qui è cor-
*mutemus* porum vinculis tanquam ex carcere euolauerunt, ſummo illo
*æternũ tẽ-* ac ſempiterno bono fruuntur. Peritus gubernator nauis non in
*porali.* principio & in medio ambulat, ſed in fine, hoc eſt in puppi ſedet
ex quo loco totam nauem regit, eamque paruo clauo modera-
*Conſideratione* tur, & ita ad optatum portum tandem peruenit. Vis totam vi-
*tione mor* tam tuam ita gubernare vt ſalutis portum conſequaris? nõ quieſ G
*tis optime* cas in medijs ſolum conſiderandis, ſed reſpice finem, ſedebis
*guberna-* cogitatione in exitu & fine rerum humanarum, & ita tranſibis
*tur vita.* mundi mare, gubernans, ac moderans vitæ nauem clauo ratio-
*Pſal.* 118. nis, donec ad portum beatitudinis peruenias. Fortaſſe hoc vo-
luit ſignificare diuinus vates cum dicebat in Pſalm. Inclinaui cor
meum ad faciendas iuſtificationes tuas in æternũ propter retri-
butionem. Quaſi diceret, inclinaui cor meum ad implenda præ-
cepta tua in æternum propter finem. Ac ſi dicat, ego rerum finẽ
animo contemplans, mundi gloriam contempſi quam vidi fuga
cem eſſe & caducam, & tandem cõſumi & penitus interire, & te
ſolum Deum quæſiui, atq; ad legem tuam complendam animũ H
præparaui. Nos igitur finem humanarum rerum altamente per
*Eſa.* 47. pendamus, ne nobis dicatur idquod ſuperbæ Babyloniæ dixit
Deus per Eſai. neq; recordata es nouiſsimi tui, ſed dicebas, in
ſempiternum ero domina.
2. *Tim.* 4. *Miſerunt Iudæi.* Non miſerunt ad Chriſtum, quoniam fere fit vt
homines ad libitũ omnia velint. Vndè Paul. dicebat, venit enim
tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt. Vndè fit vt ami
*Pſal.* 113. cos quæramus qui nobis placentia loquantur, & qui nec videãt,
1. *Reg.* 8. nec audiant noſtros defectus, ſicut Iudæi Deos faciebant ſine
auribus. Quod homines idquod deterius eſt eligant, id quidem
proue-



A prouenit ex eo quod propriæ inſeruiant voluntati, hinc fit vt
Iudæi nollent ſibi regem Samuelem & ſi à Deo datum, ſed regẽ
poſtulabant, quales ipſi erant. Plurimum ægretulit Chriſtus quod
ad Ioannem talem legationem miſiſſent, & non adſe, quando- *Ioann.* 5.
quidem eis id aliquando obiecit dicens. Vos miſiſtis ad Ioãnem.
Magna erat ſanctitas Ioannis quando ex ea ſibi perſuadebant Iu
dæi ipſum eſſe Chriſtum. Vndè Luc. 5. dicitur, exiſtimante autem *Luc.* 5.
populo in corde ſuo de Ioanne, ſi fortè hic eſt Chriſtus: aut ſi nõ
erat Chriſtus, ſi fortè erat aliquis ex promiſsis in ſcriptura ad *Deut.* 18.
B liberandum & redimendum populum, ſecundum illud Deute. 18.
Prophetam de gente tua &c. Ad tantam euaſerat ſanctitatem
Ioannes vt Chriſtus putaretur, nos vero vix eo peruenimus vt
Chriſtiani dici poſsimus.
*Miſerunt Iudæi.* Nolunt ad Chriſtum ire à quo veritatem au- *Veritatem*
diebant, iam enim mundus in eo verſatur vt ſolum audire velit *iã non eſt*
comprobantes ſuas peſsimas negotiationes atque contractus, *qui velit*
& laudantes deprauatam vitæ conſuetudinem. Noluntautẽ au- *audire.*
dire ſalutaria dantes conſilia, ſed eos potius qui deteriora, ſicut
fecit Roboam, & ideo decem tribus amiſit. Quod homines ſint 3. *Reg.* 12.
C ſui amantes & proprium iudicium inſequentes, idcirco tot hæ- *Mala con*
reſes pullularunt. Nam fere fit vt cum aliquis deditus alicui vi- *ſuetudo*
tio, iam in eo callum contraxerit, tandem aliquando in mentis *difficile*
cæcitatem prolabatur. Vndè Paul. dicebat, ſol non occidat ſu- *eradica-*
per iracundiam veſtram: & quod de ira inſinuat, etiam de quoli- *tur.*
bet peccato intellectum vult. *Ephe.* 4.

*Adulatores quales ſint.*

D Dixerunt hi legati & nuntij ad Ioannẽ, Tu quis es? credibi *Adulato-*
le ſanè eſt quod cum tantopere deſiderarent vt Ioãnes reſ *res ſunt*
ponderet ſe eſſe Meſsiam, non ita frigide & inornate ſuam lega- *multi.*
tionem proponerent, ſed potius multis verborum ambagibus, lõ
gaque periphraſi vterentur, atq; adulatione, tandem ad inſtitu-
tum ſuum deuenientes, dicendo, Tu quis es? Hæc eſt enim adulã
tium natura, & hoc vtuntur artificio, vt tandem optato potian-
tur fine. Vndè ſapiens ait, homo qui blanditur proximo ſuo, fic- *Prou.* 29.
tiſq; ſermonibus loquitur amico ſuo, rete expandit greſsibus
eius. Quaſi dicat, officium adulatoris eſt dare operam vt blandi
ditijs ſuis homines capiat & vinctos teneat. Vnde ait D. Chryſ. *D. Chryſ.*
Quemadmodum oratoris finis eſt dictione perſuadere, & medi-
ci medicina ſanare, ita adulatoris finis eſt ſuaui eloquio decipere. *Simile.*
Et

*Seneca.* Et Seneca, malum inquit hominem blande loquentem, agnoſce tuum laqueum eſſe. E Multi ſunt adulationum amici, & dicunt, illud *Eſa.30.* Iſaiæ: loquimini nobis placentia, ac ſi dicerent, delinite nos illecebris & verbis blandis, audituiq; gratis. Nolumus veritatem audire, quæ nobis aſpera videtur. *Plato in phedro.* Vndè Plato adulatoré appellat feram humano generi peſtilentem, ſimilemque eſſe aſſerit impuro dæmoni, animos incautos funeſtis epulis fouenti, & ſordibus coinquinanti. *Plato in Exen.* Et alibi eum cum præſtigiatore comparat & venefico. Eſt quidem adulator omni latrone deterior & capitalior, quoniam non ſolum pecuniam, ſed rationis iudicium ſurripit F & aufert. Eam ob cauſam prohibebat Deus in lege vetere offerri *Leui.2.* mel in ſacrificijs, quia per illud dulcis adulatio ſignificatur: qui enim blandimentis & adulationum dulcedine perfunduntur, myſteriorum Dei dulcedinem non ſentiunt. Quamobrem paſcha *Exod.12.* comedebatur cum amaritudine, quod ſit auſtera diſtrictio veritatis. *D. Aug.* Duo ſunt genera perſecutorum inquit Auguſtinus, vituperantium, & adulantium, ſed plus perſequitur lingua adulatoris quam manus perſecutoris. *D. Hier.* D. Hiero. nil eſt inquit quod tã facile corrumpat mentes hominum quam adulatio. Et rurſum, nos ad patriam feſtinantes, mortiferos Syrenarum cantus ſurda G audire aure debemus, & tranſire. *Adulationes ſunt cantus Syrenarum.* Et rectè quidem, nulla enim eſt muſica auribus dulcior & ſuauior quam adulatio, ſed nulla pernicioſior & peſtilentior. Id intelligens Dauid aiebat, corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum. *Pſal.104.* *Simile.* Quemadmodũ oleum flammam ignis accendit, ſic adulatio erroribus fomentum adminiſtrat. Ne credas adulatori, quoniam ſub amici ſuauiſsimi perſona, eſt acerrimus inimicus. *Simile.* Vt ſpeculum quidquid obijcitur imitatur, & intuentium imagines repræſentat, ſiniſtrum vero dextrũ, & reſpicientem orientem verſus, refert ad occidentem: H *Adulatores quam ſint fallaces.* ſic adulator voce & geſtu te imitatur, ſi rides cachinnatur, ſi ploras, lachrymas fundit, ſi detrahis de aliquo, eundem mille vulnerat maledictis: ſi te laudas, mirificis te ipſum laudibus effert, verſatili ingenio ſuo huc atque illuc ſeipſum torquet & flectit. Si orientem intueris, te repræſentat, ſed occaſum intuenté: te præſentem laudat, abſentem irridet. Huic tali accommodari poteſt *Amianus.* tritum illud prouerbium natum ex Apologo Amiani, ex eodem ore calidum & frigidũ efflatur. *Iaco.3.* Et B. Iac. ait, ex ipſo ore procedit benedictio, & maledictio, non oportet fratres mei ita fieri: nũquid fons de eodẽ foramine emanat dulcẽ & amaram aquam? *Simile.*

Qui falſis laudibus ducuntur, adulatores ſuos muneribus fouent,



A illi vero eos ſpoliant & diripiunt. *Simile.* Quemadmodum ligna ignem nutriunt, ignis autem ea incendio deuorat: ſic adulati ſuſtẽtant adulatorem, adulator autem eos abſumit. Quando viri illi priſci qui eruditione habebantur inſignes, fictis fabulis memoriæ prodiderunt fuiſſe Actæonem à canibus ſuis quos alebat deuoratum, ſignificare voluerunt, vt ait Phauorinus philoſophus, *Phauorin.* eum qui laudum ſuarum illecebris & adulationum blanditijs delinitur, ab illis deuorari & conſumi, quos ipſe ſæpenumero educauit: *Adulatores ipſius adulati bona atque adeo ipſũ adulatum exedunt.* & non ſentiunt miſeri adulatores æternas eſſe pœnas quæ B eorum ſcelera ſequuntur. Cõtemnamus igitur adulationes, nec illis vnquam acquieſcamus. Nam vt vmbra quidquid facis imitatur, ſi ſtas, ſtat, ſi curris, currit, ſic adulator quocunq; te vertas ſequitur. Si taces, laudat tuum ſilentium: ſi loqueris, celebrat & admiratur tuam orationẽ, ſi gaudes, fingit ſe voluptate perfundi, ſi premeris dolore, mæſtum ſe eſſe oſtendit, *Simile.* in omnibus denique tibi reſpondet & te comitatur. Nullum enim decoris ſplendoré, nullam veram celebritatem adulationibus conſequuntur. *Adulatores aſtuti.* Nam vt accreſcente vmbra aut decreſcente, corpus ipſum nec augetur nec diminuitur, *Simile.* ſic nec laudibus meliores ſumus nec detra- C ctione amittimus de ſplendore veræ dignitatis. *Adulatores improbos laudãt, & bonos vituperant.* Quin potius cum ſæpe videamus homines impios, omnique ſcelerum genere profligatos, ab adulatoribus extolli, & à cæca atque temeraria multitudine celebrari, contrà vero viros excellenti ingenio præditos, virtute & ſapientia præſtantes, in ſilentio iacere, illuſtrius eſſe exiſtimandum eſt ab impuris hominibus nullis laudibus efferri. *Turpe eſt laudari ab improbis.* Hac ratione adductus Antiſthenes, vt eſt apud Laertium, cuidam dicenti, Multi te laudant, reſpondit, quid mali feci? Exiſtimabat inſignis Philoſophus, turpe eſſe à turpibus laudari.

D *Laertius.* *Simile.* Vt Syluestria ſemina quæ figura & magnitudine accedunt ad triticum, non facile in cribro purgantur, ſic adulator imitans amicum, vix cognoſcitur, eamque obcauſam difficile ab amicitia reijcitur. *Adulatores fallaces.* Reprehendit leue aliquid, vt tutius & libentius in grauibus aduletur, & ita molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, vt ait propheta, & ipſi ſunt iacula. *Pſal.54.* *Simile.* Quemadmodum vile vitrum imitatur pretioſum cryſtallum, ita vulgaris adulator videtur aliquando verus amicus. *Similitudo.* Vt oleum fictilia vaſa quamuis dura penetrat & inficit cum ipſum ſit blandum & lene, ſic adulatio corda eorum quibus blanditur quamuis dura corrumpit, & perfundit, cum ipſa ſit ſuauis & iucunda, *Simile.* & vt oleum præbet nutrimentũ flãmis, ita adulatio peccatis.

Vt

*Seneca.* Et Seneca, malum inquit hominem blande loquentem, agnoſce E tuum laqueum eſſe. Multi ſunt adulationum amici, & dicunt, illud Iſaiæ: *Eſa.30.* loquimini nobis placentia, ac ſi dicerent, delinite nos illecebris & verbis blandis, audituiq; gratis. Nolumus veritatem audire, quæ nobis aſpera videtur. *Plato in phedro* Vndè Plato adulatorē appellat feram humano generi peſtilentem, ſimilemque eſſe aſſerit impuro dæmoni, *Plato in Exen.* animos incautos funeſtis epulis fouenti, & ſordibus coinquinanti. Et alibi eum cum præſtigiatore comparat & veneſico. Eſt quidem adulator omni latrone deterior & capitalior, quoniam non ſolum pecuniam, ſed rationis iudicium ſurripit F & aufert. Eam ob cauſam prohibebat Deus in lege vetere offerri mel in ſacrificijs, *Leui.2.* quia per illud dulcis adulatio ſignificatur: qui enim blandimentis & adulationum dulcedine perfunduntur, myſteriorum Dei dulcedinem non ſentiunt. Quamobrem paſcha comedebatur cum amaritudine, *Exod.12.* quod ſit auſtera diſtrictio veritatis. *D. Aug.* Duo ſunt genera perſecutorum inquit Auguſtinus, vituperantium, & adulantium, ſed plus perſequitur lingua adulatoris quam manus perſecutoris. *D. Hier.* D. Hiero. nil eſt inquit quod tā facile corrumpat mentes hominum quam adulatio. Et rurſum, nos ad patriam feſtinantes, mortiferos Syrenarum cantus ſurda G audire aure debemus, & tranſire. *Adulationes ſunt cantus Syrenarum.* Et rectè quidem, nulla enim eſt muſica auribus dulcior & ſuauior quam adulatio, ſed nulla perniciosior & peſtilentior. Id intelligens Dauid aiebat, corripiet me iuſtus in miſericordia & increpabit me, oleum autem peccatoris non impinguabit caput meum. *Pſal.104.* Quemadmodū oleum flammam ignis accendit, *Simile.* ſic adulatio erroribus fomentum adminiſtrat. Ne credas adulatori, quoniam ſub amici ſuauiſsimi perſona, eſt acerrimus inimicus. *Simile.* Vt ſpeculum quidquid obijcitur imitatur, & intuentium imagines repræſentat, ſiniſtrum vero dextrū, & reſpicientem orientem verſus, refert ad occidentem: H ſic adulator voce & geſtu te imitatur, *Adulatores quam ſint fallaces.* ſi rides cachinnatur, ſi ploras, lachrymas fundit, ſi detrahis de aliquo, eundem mille vulnerat maledictis: ſi te laudas, mirificis te ipſum laudibus effert, verſatili ingenio ſuo huc atque illuc ſeipſum torquet & flectit. Si orientem intueris, te repræſentat, ſed occaſum intuentē: te præſentem laudat, abſentem irridet. Huic tali accommodari poteſt tritum illud prouerbium natum ex Apologo Amiani, *Amianus* ex eodem ore calidum & frigidū efflatur. *Iaco.3.* Et B. Iac. ait, ex ipſo ore procedit benedictio, & maledictio, non oportet fratres mei ita fieri: nū-quid fons de eodē foramine emanat dulcē & amaram aquam? *Simile.*

Qui falsis laudibus ducuntur, adulatores ſuos muneribus fo-

A uent, illi vero eos ſpoliant & diripiunt. *Simile.* Quemadmodum ligna ignem nutriunt, ignis autem ea incendio deuorat: ſic adulati ſuſtētant adulatorem, adulator autem eos abſumit. Quando viri illi priſci qui eruditione habebantur inſignes, fictis fabulis memoriæ prodiderunt fuiſſe Actæonem à canibus ſuis quos alebat deuoratum, ſignificare voluerunt, vt ait Phauorinus philoſophus, *Phauori.* eum qui laudum ſuarum illecebris & adulationum blanditijs delinitur, ab illis deuorari & conſumi, quos ipſe ſæpenumero educauit: *Adulatores ipſius adulati bona atque adeo ipſū adulatum exedunt.* & non ſentiunt miſeri adulatores æternas eſſe pœnas quæ B eorum ſcelera ſequuntur. Cōtemnamus igitur adulationes, nec illis vnquam acquieſcamus. Nam vt vmbra quidquid facis imitatur, ſi ſtas, ſtat, ſi curris, currit, ſic adulator quocunq; te vertas ſequitur. Si taces, laudat tuum ſilentium: ſi loqueris, celebrat & admiratur tuam orationē, ſi gaudes, fingit ſe voluptate perfundi, ſi premeris dolore, mæſtum ſe eſſe oſtendit, *Simile.* in omnibus denique tibi reſpondet & te comitatur. Nullum enim decoris ſplendorē, nullam veram celebritatem adulationibus conſequuntur. *Adulatores aſtuti.* Nam vt accreſcente vmbra aut decreſcente, corpus ipſum nec augetur nec diminuitur, *Simile.* ſic nec laudibus meliores ſumus nec detra-C ctione amittimus de ſplendore veræ dignitatis. *Adulatores improbos laudāt, & bonos vituperant.* Quin potius cum ſæpe videamus homines impios, omnique ſcelerum genere profligatos, ab adulatoribus extolli, & à cæca atque temeraria multitudine celebrari, contrà vero viros excellenti ingenio præditos, virtute & ſapientia præſtantes, in ſilentio iacere, illuſtrius eſſe exiſtimandum eſt ab impuris hominibus nullis laudibus efferri. *Turpe eſt laudari ab improbis.* Hac ratione adductus Antiſthenes, vt eſt apud Laertium, cuidam dicenti, Multi te laudant, reſpondit, quid mali feci? Exiſtimabat inſignis Philoſophus, turpe eſſe à turpibus laudari. *Laertius.*

D Vt Syluestria ſemina quæ figura & magnitudine accedunt ad triticum, *Simile.* non facile in cribro purgantur, ſic adulator imitans amicum, vix cognoſcitur, eamque obcauſam difficile ab amicitia reijcitur. Reprehendit leue aliquid, vt tutius & libentius in grauibus adduletur, *Adulatores fallaces.* & ita molliti ſunt ſermones eius ſuper oleum, vt ait propheta, & ipſi ſunt iacula. *Pſal.54.* Quemadmodum vile vitrum imitatur pretioſum cryſtallum, *Simile.* ita vulgaris adulator videtur aliquando verus amicus. Vt oleum fictilia vaſa quamuis dura penetrat & inficit cum ipſum ſit blandum & lene, *Similitudo.* ſic adulatio corda eorum quibus blanditur quamuis dura corrumpit, & perfundit, cum ipſa ſit ſuauis & iucunda, & vt oleum præbet nutrimentū flāmis, ita adulatio peccatis. *Simile.*

Vt

Vt apes in ore ferunt mel & in cauda aculeum, ſic adulatores E
*Simile.* in ore habent dulcedinem blanditiarum, retro vero fraudes &
dolos. Si peccant grauiter occultantes veritatem quam nō de
bent ſilentio præterire, quanto grauius qui fallunt blanditijs, &
obiurganda vitia laudibus efferunt? Vt Patroclus bellum illatu
rus, omnia Achillis arma ſibi vſurpauit præter haſtam, quod eſ-
ſet grauiſsima: ſic adulatores omnes amicorum qualitates imi-
*Simile.* tari videntur, præter reprehendendi libertatem. Conſuetudo
adulatorum apertè iudicatur in maximis lamentis & eiulatu
*Gen. 50.* Aepyptiorum in morte Patriarchæ Iacob: nam id præſtabant ad
beneuolentiam Ioſeph conciliandam, & vt ipſi placerent quo F
tantopere indigebant. Quod ita eſſe, & non propter veram ami
citiam, ex eo conſtat, quia quando Ioſeph mortuus eſt, propter
quem illi finxerant tunc eiulatum in morte patris, nullum inti-
*Gen. 50.* mum expreſſerunt ſenſum, cum ſibi iam videretur nullum ſuper
eſſe quem reuererentur, nec præterea ſe indigere adulationibus
vt inde præmia aliqua re portarent.

*Veritatem ſimper dicamus cum prudentia.*

HVic legationi reſpondit glorioſus Baptiſta fideliſsimè ipſam G
*Mēdaces* veritatem, abſq; aliquo mundano reſpectu, dicens ſe non eſ-
*non ſimus.* ſe Chriſtum, nec eſſe dignum ſoluere corrigiam calceamēti eius:
ita & nos facere debemus, videlicet amplecti veritatem, & nul-
lo modo mentiri pro quocunq; temporali commodo. Et quan-
uis veritas ipſa in ore omnium hominum reperiri debeat, præ-
*Prædicato* ſertim tamen inueniri debet in ore concionatoris, qui debet eā
*res cū pru* abſq; timore prædicare & humano reſpectu. Eſt tamen magno-
*dentia ve-* pere aduertendum ne ita dicatur veritas vt potius offendat quā
*ritatē pro* proſit. Vt enim perdix eſt optimus cibus, ſed non comeditur
*ferant.* cruda, nullus eſt enim ſtomachus qui eam poſsit digerere. Sic ve H
*Simile.* ritas excellentiſsimum pabulum, ſed non eſt proponenda cruda,
*Correctio-* ſed aſſa aut cocta, & ſale prudentiæ temperata. Nullus eſt ſtoma
*nes cū pru* chus qui velit crudam veritatem recipere. Quemadmodum di-
*dētia ex-* cenda eſt veritas docet D. Paulus ad Timot. ita ſcribens, prædica
*hibeātur.* verbum, inſta opportunè, importunè, argue, obſecra, increpa in
*2. Tim. 4.* omni patientia & doctrina. Aſpicis D. Paulum docentem eſſe cū
veritate patientiam & doctrinam coniungendam? Modum etiā
quem concionator ſeruare debet in concionando, docuit etiam
*Eſai. 58.* propheta Iſaias dicēs, clama, ne ceſſes, & quaſi tuba exalta vocē
tuam. Non dicit loquere, ſed clama, ac ſi dicat, non ſatis eſt veri-
tatem



A tatem dicere ſed neceſſe eſt vocem eleuare ad tantam peccato-
rum ſurditatem, ac ad tam profundum ſomnum opus eſt
magnis clamoribus. Et addit quaſi tuba, vbi vides verā prædica-
tionem cū tuba comparari. Vt enim in fine mundi ad ſonitū tu- *1. Cor. 15.*
bæ vt ait Apoſt. & apud Mat. ipſa veritas, mortui reſurgent, ſic *Mat. 24.*
multi ſpiritualiter mortui, audita concione reſurgunt. Compa- *Simile.*
rat etiam Deus concionem cum tuba, quoniam vt tuba ad bel-
lum vocat et excitat, ſic concio ſuadet fortiter cum mundo, car
ne, & diabolo pugnandum. Annuncia populo meo ſcelera eorū, *Prædica-*
B vbi vides concionatoris officium eſſe ſcelera reprehendere, etſi *tor vitia*
multi contradicant. Præclare hoc nouerat beatus Hieronymus, *corrigat.*
cum diceret, licet hydra ſibilet, victorq; Sinon incendia iactet, nū *D. Hier.*
quam meum adiuuante Chriſto ſilebit eloquium, etiam præci-
ſa lingua balbutiet. In Eccleſiaſ. ita ſcriptum legimus, verba ſa- *Eccl. 12.*
pientum quaſi ſtimuli, & quaſi claui in altū defixi, non enim de-
bent palpare, ſed pungere. Nonne verba D. Ioannis erant ſtimu- *Mar. 6.*
li & claui, cum regem Herodem audacter argueret & phariſeos *Matt. 3.*
genimina viperarum appellaret? lege concionem D. Stephani *Acto. 7.*
ad Iudæos, & videbis ſtimulos & clauos pungentes, ipſoſq. Iu-
C dæos duriter cruciantes. Tum etiam refert plurimum vt in ore
principum veritas inueniatur, prælatorum, Iudicum, & cætero
rum denique hominum. Simandius rex Aegypti ſepulchrum ſi- *Simādius*
bi fecit magnificum, in quo erant ſtatuæ eos repreſentantes qui *rex Aegy*
de rebus dubijs diſceptabant, & in iudicijs ſententias fere- *pti.*
bant, in quarum medio erat ſtatua principis, cuius à collo *Aenigma*
ſuſpenſa veritas pendebat in quam ipſe oculos, ad alia ſubclau-
ſos, conijciebat, librorum cumulo circunſtante. Hæ imagi- *Diodo. Si*
nes præſeferebant iudices integros eſſe oportere, ſed regem *culus li. 2*
præcipuè, qui ſolam deberet intueri veritatem, vt refert Dio *biblio.*
D do. Sicu. Sed quid dicam principes? imo oportet omnes homi- *veritas*
nes eſſe ſimplices & apertos, ſed & prudentes, veritatis culto- *digna a-*
res, mendacij & fraudis inimicos. Veteres cum veritatem ſigni- *mari.*
ficare volebant, verbaque ab animo non diſcrepare, pinge- *Aenigma*
bant pomum perſicum cum folio quodam adhæreſcente, nam
per pomum illud intelligebant cor, per folium vero linguam,
quæ debet eſſe cum corde coniuncta, ab eoque nullo modo
abhorrere nec diſſentire. Per ſolem etiam veritatem ſignifi-
cabant, & res apertam veritatem continentes, affirmabant eſ-
ſe luce meridiana clariores. Vndè Pythagoras monebat nemi-
nem debere loqui faciem habētem aduerſus ſolem, hoc eſt con-
tra veritatem, at hodie vt verbis vtar diuini vatis, diminutæ *Aenigma*
G ſunt

*Pythagor. D. Hiero. in epiſ. ad Celan. Simile.*

ſunt veritates à filijs hominum. Veritas ſummopere eſt diligenda, vndè D. Hieronymus, tantus inquit in te ſit veritatis amor, vt quicquid dixeris, iuratum putes. Vt ciuitas in ſeditione non poteſt eſſe beata, nec in diſcordia dominorum domus: ſic homo à ſeipſo diſsidens, qui aliud ſentit, aliud loquitur, in quo os & animus diſcordant, nullam guſtare partem tranquillitatis & huius vitę beatitudinis poterit. E

*Pſal. 30. Simile. Terētius. Pindarus. Matt. 10. Pythago. Aelia. li. 12. de var. hiſto. Demoſth. Maxim. ſer. 8.*

Veritatem quidem maximè diligit Deus iuxta illud Pſalm. quoniam veritatem requirit dominus, nam vita colentis veritatem eſt muſica aptæ lyræ, mendacium autem inter veritates eſt chorda inepta, concentum labefactans inter temperatas & æquales: nihilominus tamen videmus quod veritas odium parit. F Mirum quippe ex tam pulchra matre tam turpem filium oriri, & quod mirabilius videtur, ipſe filius cum mendacio copulatus, vult abſcondere matrem, eamque viuam ſepelire, ſed tempus eam in lucem profert. Vndè Pindarus ait, Tempus certam veritatem prodit, quodque latet in obſcuro, enarrat. Sed multo grauius hoc ait his verbis Chriſtus, cum dicit, Nihil opertum quod non reueletur, nihil occultum quod non ſciatur. Pythagoras vt refert Aelianus duas res longè pulcherrimas ait eſſe hominibus diuinitus datas, nimirum veritatem, G & beneficentiam, cum deorum immortalium operibus comparandas. Non diſcrepat ab eo Demoſthenes, qui autore Maximo, interrogatus quidnam Deo ſimile haberent homines, grauiſsime quidem atque elegantiſsime reſpondit, benigne quidem facere, ac veritatem ipſam diligere.

## DOMINICA TERTIA IN ADVENTV.

## CONCIO QVARTA.

H

*Conuertamus nos ad Deum & pœnitentiam agamus.*

*Matth. 3.*

*Miſerunt Iudæi ab Hieroſolymis ſacerdotes & leuitas ad Ioannem, vt interrogarent eum, Tu quis es?* Ioann. 1. Matt. 3. Marc. 1. Luc. 3. Apertè quidem intelligemus ſi ritè conſiderare volumus, quales voces redderet Ioannes, & quidnam hominibus prædicaret, ſi legamus Matthæum, qui ait eum dicere, pœnitentiam agite, & appropinquauit regnum cælorum, & quamuis de re tanti momenti eos moneret, tam pauci tamen proficiebant, vt eſſet planè prædicare in deſerto.

Vndè



*Luc. 3. Matt. 3. Luc. 3.*

A Vndè iraſcens contra ipſos glorioſus Ioannes, dicebat vt ſcribit Lucas, genimina viperarum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ. Tum etiam vt illis timorem incutiat, vt ad Deum conuertantur, minatur dicens, iam ſecuris ad radicem arboris poſita eſt, omnis enim arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Si conuertendo ſe tam multos huiuſmodi vocibus & minis vt ſcribit Lucas, interrogabant enim eũ turbæ dicentes, quid ergo faciemus? Reſpondens autem dicebat illis,

*Verbum Dei quantas habeat vires.*

B Qui habet duas tunicas, det non habenti, & qui habet eſcas, ſimiliter faciat; venerunt autem & publicani, vt baptizarentur, & dixerunt ad illum, Magiſter quid faciemus? at ille dixit ad eos, nihil amplius quamquod conſtitutum eſt vobis faciatis: interrogabant eum milites dicentes, Quid faciemus & nos? ipſis etiam ſuam dixit ſententiam: ſi inquam videndo tot pœnitentiæ ſigna, nihilominus ſibi videbatur quod in deſerto prædicaret, quid noſtri temporis concionatores dicent? Qui etſi prædicent extremum iudicium tam crebro, & ita per ſingula ſicut Chriſtus nos docuit & ſacri Euangeliſtæ, vix tamen eſt

*Dolẽdum eſt quod modo tam exiguos referat fructus verbum Dei. Ionæ. 3. Dan. 5. Zacha. 1.*

C aliquis qui etiam præ timore conuertatur, aut pœnitentiam agat, ſed planè eſt prædicare in deſerto. Ionas nuntiauit euerſionem Niniuitis, qui pœnitentia Deum placarunt, & incolumes euaſerunt. Rex Balthaſar noluit pœnitentiam agere, etſi Deus maximè ei comminaretur, & eadem nocte fuit interfectus. Si ad Deum verum toto animo confugiſſet, conſequeretur ſalutem, ſi non corporis, certè animi, iuxta illud, conuertimini ad me, & ego conuertar ad vos. Hæ quidem erant voces quas emittebat Baptiſta, pœnitentiam agite, appropinquauit enim regnum cælorum: ac ſi diceret, conuertimini per

*Conuertamus nos ad Deũ & ipſe nos cõplectetur. Iſai. 1. Perſeueremus in virtute. 2. Pet. 2. Prou. 26.*

D pœnitentiam ad Chriſtum, & ipſe qui eſt regnum cælorum, ſuſcipiet vos. Appropinquauit dixit de præterito, vt eius quod diceret ſignificaret certitudinem. Nonnulli codices habent appropinquabit, quaſi dicat, in propinquo eſt regnum cælorum. Hoc nobis Deus per Iſaiam commendare voluit cum ait, lauamini, mundi eſtote, Quaſi diceret, lauate animas veſtras lachrymis & pœnitentia, & mundi eſtote, hoc eſt in puritate perſeuerate. Date operam vt vos iterum non contaminetis. Multi ſe abluũt, ſed mũdi non ſunt, quia ſtatim eadẽ peccata admittũt, & poſt lachrymas quibus ſordiũ maculas delere debebãt, ea quæ deplorauerãt, iterũ repetũt. Hos appellat D. Petrus canes ad vomitũ reuertẽtes, idquod Salomõ in Prou. ſcriptum reliquerat.



Tanta

E Tanta eſt pœnitentiæ amplitudo, vis & excellentia, vt per eam peccatores teterrimi ad animi candorē & puritatem perueniāt, & ab omniū ſcelerum maculis expurgentur, iuxta illud Ezech. [*Ezech.18*] ſi impius egerit pœnitentiam &c.

Priuſquam caperetur Hieroſolyma, hortabatur diuinus vates [*Hier.6.*] ille Hieremias Iudæos, imo Deus per Hieremiam, vt agerent pœnitentiam, & gemitu ac planctu, indutique cilicio ad Deum clamarent, & preces ex animo funderent. At illi Deum contemnentes ſe veluti pecora ventri & epulis tradebant, & lætitia elati occidebant vitulos: Comedebant car- F nes, ingurgitabantur vino dicentes, comedamus & bibamus, cras enim moriemur; ac ſi dicerent, quoniam vita breuis eſt, [*Eſai.22.*] quæramus voluptates in hoc mundo, totoſque nos delicijs tra- [*Mali irridēt admonitiones Dei & ſermonū eius.*] damus. Vide impiorum peſtilentia verba, fortaſſe verba illi, cras enim moriemur, dicebant ironice & irriſorie. Cum enim Propheta Iudæorum excidium imminere prædiceret, illi verba eius deridebant, dicentes in eius contemptum, comedamus & bibamus, nam vt delyrus ille ait, cras moriemur. O quam [*Mali & Dei timorē & apud homines verecūdiā amiſerūt.*] quidem apte hæc quadrant hominibus noſtri ſeculi nequiſsi- G mis & improbis! Quandoquidem ita abſque Dei timore & hominum, ſe totos vitijs obruunt & ingurgitant. Emittebant diuini vates pias & queribundas voces, hortabantur Iudæos ad pœnitentiam, pietatem & religionem, ſed quemadmodum nō dulceſcit mare dulcibus fluminibus in illud quotidie introeun- [*Simile.*] tibus, ita neque nos vitam noſtram emendamus, etſi fluuij do- [*Parū ex concionibus profi-cimus.*] ctrina abundantes ipſorum concionatorum, in amaritudinem noſtrorum vitiorum influant. Quare hæc tibi in animo diligenter propone. Tu vero nolim exiſtimes ſolos Iudæos verba Dei contempſiſſe, nos enim Chriſtiani, nos ſumus illi quos Deus quo- [*Pſal.68.*] H tidie uocat, quique eorum voces & clamores deſpicimus, & pro [*Multis modis nos vocat Deꝰ*] nihilo putamus. Clamat adeo Chriſtus non ceſſans clamare, vt dicat in Pſalm. Raucæ factæ ſunt fauces meæ. Vocat nos per Prophetas, per Apoſtolos, per euangelium ſuum, per concionato- [*Simile.*] res, per inſpirationes, per aflictiones, per proſperitates, at nos [*1.Reg.3.*] veluti aſpides ſurdæ, aures obturamus. Vocabat Deus Samue- [*Res mundanæ nos cōturbant quo minus conuertamur.*] lē, & ille reſpondebat Hæli, qui eū hortabatur vt dormiret. Vocat nos Deus, & reſpondemus mundo nobis ſuadenti vt in peccatis dormiamus, nec vnquā mētis oculos aperiamus, & ad Deū leuemus. Nos autē mūdo potius quā Deo obtēperātes, in ſomno obliuionis permanemus. O deſidiā noſtrā & intolerabilē amētiā! reſpōdeamus Chriſto nos ad penitētiā vocāti, ſurgamus, ne falſa mundi



mundi ſuaſionē decepti, in perpetua ignominia & ſcelere vo- [*Diuinas inſpirationes nō ſpernamus.*] lutemur, atque videatur nobis prædicari quaſi in deſerto.

*Miſerunt Iudæi.* Conſidera inconſtantiam Iudæorum, qui cū inſtanter à Deo Meſsiam poſtularent, & veniſſet iam, nihilominus tamen vel cogitatione ſolum quod Chriſtus eſſet, ſtatim nauſeabant & moleſtiam maximam ſentiebant, atque alium quærebant. Sicut olim cum tantopere regem à Samuele poſtulaſſent, & ipſe Saulem eis conſtituiſſet, nihilominus tamen [*1.Reg.10.*] præ ſumma inconſtantia, antequam imperaret, iam alium ex poſtulabant. Incipiunt iam perſequi Baptiſtam & Chriſtum. Fere enim fit vt bonos mali perſequātur, cum tamen verum ſit non amplius duraturum mundum quam duret prædeſtinatorū [*Bonos mali pſequuntur.*] numerus: Si enim hoc mali conſiderarent, pluris certè facerēt bonos & ſanctos viros.

*Tu quis es?* Chriſtum odio habebant quòd eorum vitia reprehenderet, tum etiam Ioannem ideo quodam modo contemne- [*Mali amici ſunt diſcordiæ & diſſenſionis.*] bant, quod eis videretur paulo auſterior. Volunt vt dicat ſe eſſe Meſsiam, vt ſint ſchiſmata inter ipſos, & ita in tanta ſeditione concitato populo, neque vnum neque alterum admitteret, & amborum reprehenſiones effugerent, donec veniret alius qui cum eorum moribus conſentiret.

*Non ſum ego Chriſtus.* Noluit accipere & agnoſcere quod ſibi offe- [*Ioannes obtinet ſedem quā amiſit Lucifer.*] rebatur, ſed Dei honori inſeruiuit, non autem fecit vt Lucifer. Non abſque cauſa ait Berna. Quod Luciferi ſedem amiſſam, ſibi Ioannes vendicat. Fuit tanquam alter Ioſeph qui noluit cum domini ſui ignominia, à quo beneficia multa acceperat, condeſcendere voluntati dominæ ſuæ. [*Gen.39.*]

*Tu quis es?* Quando aliquis vult agere pœnitentiam, dicit ei [*Dæmō nobis impedire molitur pœnitentiam.*] dæmon, Tu quis es? Conſidera quam ſis debilis, non debes ieiunare, quia nimium extenuaberis, ne reſtituas, quia fies pauper, ne honorem detractum reddas, quia ignominioſus. Quando aliquis eſt peccator, interrogat Deus, Tu quis es? es ne rationis cō- [*Monet Deus homines.*] pos? Es ne Chriſtianus? num fortè amens factus es? Quare miſeriā tuam non conſideras, pericula, & damna?

*Medium tenere debent qui alios regunt.*

DIxit præterea glorioſus Ioannes his nuntijs, dirigens etiam verba ſua ad vniuerſos Iudæos, Medius autem veſtrum ſtetit, quem vos neſcitis. Vndè intelligas illud regij vatis, Deus autem rex noſter ante ſecula operatus eſt ſalutem in medio terræ: [*Pſal.73.*]

acſi diceret ; Dei filius vnigenitus, à cæleſti faſtigio ad terram E deſcendens, humanam induit formam, & in Iudæa natus eſt, ibi docuit, ibi fuit vulneribus affectus, ibi fuit mortuus & ſepultus, & redditus ad vitam. Et quoniam hæc omnium ſalus, hæc redemptio fuit in Iudæa, quæ eſt in medio mundi ſita, tanquam in theatro peracta ſpectantibus mortalibus, ait diuinus vates, eã à Deo fuiſſe in terræ medio effectam. Qui enim pro mundo paſſus eſt, pulchrum fuit vt in medio mundi pateretur. Sed moraliter loquẽdo, per hoc medium intelligitur illud medium, quod qui alios regunt ſeruare debẽt, ſiue corpora ſiue animas regant, ſiue vtrũq;. F Cum quidem Gymnoſophiſta nomine Calanus, iuiſſet quondã ad Magnum Alexandrum, attulit ſecum vt narrat Ioãnes Monachus, corium bouis, durum admodum & ſiccũ, quod in terrã proiecit: cum autem ſuper vnam eius extremitatem pedes poneret, erigebatur corium ex altera, & in omnibus extremis partibus ſimiliter eueniebat, cum autem ſe in medio illius collocaret & pedes figeret, conſtitit corium, & ex omni parte quieuit. Voluit hac re inſignis philoſophus perſuadere Alexandro, vt medium eligeret, ſi vellet regnum ſuum in tranquillitate ſeruare. Cor hominis eſt in medio corporis, ſol in medio aſtrorum errantium, centrum in medio ſpheræ, virtus in medio extremorũ: G ideò Ariſtot. quanto magis inquit aliquid accedit ad medium, tanto melius eſt. Hora. ita ait, eſt modus in rebus, ſunt certi denique fines, quos vltra, citraque, nequit conſiſtere rectum. Et Ouidius, Medio tutiſsimus ibis. Et D. Bern. Medium inquit tene, ſi non vis perdere modum. Quemadmodum motis elemẽtis ſola terra quieſcit, quia eſt in medio mundi conſtituta, ſic alijs perturbatione concitatis, nullaque firmitudine conſiſtentibus, tu firmus & conſtans permanebis, ſi medium tenueris, ab eoque non declinaueris. Aequo pondere & menſura res ſunt ponderandæ, H ideſt cum iuſtitia & ęquitate. Nam vt ait in pro. Salomon, ſtatera doloſa abominatio eſt apud Deum. Et iterum, pondus & pondus, menſura & menſura, vtrumque abominabile eſt apud Deum. Et in Leuit. ſcribitur, nolite facere iniquum aliquid in iudicio in regula, in pondere, in menſura: ſtatera iuſta, & æqua ſint pondera, iuſtus modius æquuſque ſextarius. Etſi hæc de ponderibus & menſuris intelligantur ad literam, tamen exiſtimo eſſe præcipuè ad iuſtitiam & æquitatem & animi iudicium referenda. Oportet iuſtitiam quæ in æqualitate conſiſtit ſeruare, & res omnes iuſta ſtatera metiri. Qui fluxa prȩeligunt, apud quos maioris põderis ſunt incerta & caduca, quam certa & immortalia,

falſam

*Iudæa in medio mũdi ſita eſt.*

*Principes prælati & iudices nõ debent eſſe factioſi ſed neutri.*

*Ioan. Mona. Exemplum.*

*Qui regũt mediũ tenere debent.*

*Similia.*

*Ari. li. 4 Poli.*

*Hora.*

*Ouid. 2. Metamo.*

*D. Bern. libr. 2. de conſide.*

*Simile.*

*Iuſtitia & æquitas in omnibus ſeruanda.*

*Prou. 11.*

*Prou. 20.*

*Leui. 19.*

*Falſo vtitur pondere qui an-*



falſam habent iudicij bilancem, & mendaces ſunt in ponderibus: Diuitiæ, magiſtratus, mundi honores & voluptates, & cætera huiuſmodi, quæ decepti mortales magnificant, in Salomonis mortalium ſapientiſsimi ſtatera, nullius ſunt ponderis, nullius, pretij, vana ſunt & ipſa vanitas. Vndè ipſe ait, vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Id dixerat antea his verbis eius pater in Pſalm. mẽdaces filij hominum in ſtateris. Quaſi diceret, tanta eſt mortalium vanitas, vt non ſolum ignobiles & plebeij, ſed etiam clari, & in hominum celebritate verſati, ſint vſque adeo futiles & leues, vt ſi omnes in vnum collecti cum ipſa vanitate ponantur in bilance, præponderet vanitas ipſa, & illi tanquam leuiores ſurſum efferantur. Hæc omnia ſequuntur incommoda ex eo quod non ſeruentur media in conſideratione rerum.

*teponit tẽporalia æternis.*

*Eccle. 1.*

*Pſal. 61.*

*Leuiores ſunt mũdani omni vanitate.*

Vtinam omnes quibus eſt regendi cura demandata, vterentur medio, pondere, & menſura, & regula certa & fideli in ſua gubernatione. At ſunt nonnulli qui eorum aduerſus quos odio flagrant, res geſtas magnas & illuſtres, parua quadam harundine metiuntur, volentes eorum gloriam minuere & extenuare, etſi poſſent penitus extinguere: eorum autem res paruas illas quidem & minime laudabiles, quos amore proſequuntur, longa virga metiuntur, eos laudibus efferentes & nimijs ſtudijs celebrantes. Duas habent virgas, vnam odij & inuidiæ, alteram deprauati amoris & affectionis. Itaque menſurant res non virga iuſtitiæ rectæ, ſed affectus corrupti. Non de illis loquor qui iuſtitiam colunt & pietatem, quorum multos eſſe non ignoro, ſed de his qui normam non habent rationem, ſed voluntatem, qui dicunt, ſic volo, ſic iubeo, ſit pro ratione voluntas. Dicens quidem glorioſus Baptiſta medius autem veſtrum ſtetit, vult ſignificare Chriſtum eſſe iuſtum iudicem, apud quem non eſt acceptatio perſonarum. Rectus iudex qui meritorum momenta perpendit, & munus ſuũ ad rectam iuſtitiæ in æqualitate conſiſtentis, normam dirigit, vnam tantum virgam habet rectam, bona ac mala metientem. Duabus enim rebus reſpub. continetur, præmio & pœna. Id voluit ſignificare Salomon in Prouerb. vt ſupradiximus, quando dixit, pondus & pondus, menſura & menſura, ac ſi diceret, eos deteſtatur Deus qui diuerſis vtũtur ponderibus & menſuris, qui idem factũ inimico vituperãt, in amico laudibus efferũt, qui nõ volũtatem ſuã iuxta leges, quin potius leges ipſas iuxta ſuã volũtatẽ metiũtur. Adducũt eas ad deprauatã affectionẽ

*Qui gubernant debent cæteros metiri æqua omnibus mẽſura.*

*Iudices mali vtũtur iniquo põdere & menſura.*

*Chriſtus non eſt perſonarũ acceptator.*

*Aequitas ſuſtentat rempub.*

*Prou. 20.*

*Mal. volunt vt leges cũ ipſis conformentur.*

 illaſq;

E illaſq; ita vertunt & euertunt, vt modo videantur lugere, modo lætitia geſtire & tripudiare. Duos homines idem delictum pariter committentes, ſeque pari culpa implicantes, vno atque eodẽ textu impariter iudicant: quem amplectuntur amicitia, aut à quo munera acceperunt, libere abſoluunt, alterum autem quem tali non proſequuntur amore & affectu, grauiter damnāt.

*Iudices iniqui leges ipſas ad libitũ cõtorquent.*

Cum lex deberet eſſe regula recta ad quam mores dirigerentur, efficiunt illi eā regulam lesbiam quæ ad eorum mores dirigatur. Ad quam alludit Ariſtot. Vt araneæ ex floribus ſalutaribus efficiunt venenum, ſic nonnulli iudices & iuris periti ex legibus iuſtis conflant & ſibi & alijs perniciem.

*Simile. Ariſto. 5. mora.*

F Ipſe Deus omnia menſura, numero, & pondere diſpoſuit, non ait in ponderibus, ſed in pondere, nec in menſuris, ſed in menſura quidem. Duas habet menſuras iudex qui reſpicit ad munera: nullum eſt iudici vitium tetrius cupiditate & auaritia. Scitum eſt illud Pontij ſamnitis, qui aiebat ſe velle tunc natum eſſe quando Romani munera accipere cæpiſſent, non enim paſſus eſſet eos diutius imperare. Intelligebat vir ſapiens, vix poſſe rempub. ſtare cum iudices & gubernatores accipiunt munera.

*Sapi. 2. & Iſa. 28. Iudex non debet recipere dona & munera.*

In Deute. ait ita Deus, non accipies perſonam nec munera, quia munera excæcant oculos G ſapientum, & mutant verba iuſtorum. Et Salomon inquit, munera deſinu impius accipit, vt peruertat ſemitas iudicij. Et Iſa. Væ qui iuſtificatis impiũ pro muneribus.

*Deut. 16. Prou. 17. Iſai. 5.*

Omnis enim præſul & quicunque eſt in dignitate conſtitutus, in medio ſuorum eſſe debet, omnibus conſulens, æqualitatem ſeruans, populum ad ſummam pacem perducens. Fieri nequaquam poteſt vt pax exiſtat, vbi inæqualitas regnat. Chriſtus Deus noſter ſuis apparens ſtetit in medio eorum, & dixit pax vobis. Qui in medio eſt omnibus prouidens, iuſtitiam quæ in æqualitate conſiſtit, amplectens, hic ſubditos quidem ſuos in pace conſeruabit.

*Ioann. 20. Iuſtitia in æqualitate conſiſtit.*

Hoc non H ſolum Chriſtiani, ſed etiam gentium philoſophi intellexerunt. Ex quo effectum eſt vt Mercurium per quem principem ſignificabant, caduceum manu tenentem depingerent. Eſt quidem caduceus virga quædam ſe inuicem ſerpentibus oſculantibus circundata, & ſupra alis ornata. Per virgam intelligitur recta iuſtitia, per ſerpentem ſignificatur prudentia, per oſculum ſerpentium pax, ideò princeps iuſtitiam colit & exercet, & prudentia munitur, vt reſpub. in pace & ſecuritate vitam degat. Qui autẽ ita rempub. rexerit, alas habebit ad volãdum in cælum, vbi æternam gloriæ coronam conſequetur.

*Principẽ & iudicẽ quomodo depingerent antiqui. Iudex rectus à Deo præmiabitur.*

Ambi-



A *Ambitio humana quanta ſit, & quibus comparetur.*

VOlens huiuſmodi nuntios ab errore omni reuocare Ioannes, & docere quantopere à Chriſto ipſe ſuperaretur, quẽ tamen nolebant verum meſsiam admittere, dixit ſe non eſſe dignum procumbendo ſoluere corrigiam calceamenti eius. Vnde colligas quanto odio proſequeretur ambitionem, præſumptionem, & iactantiam, quæ tantopere in mundo regnat, quæq; pulchre per ſtatuam Nabuchodonoſor ſignificatur.

*Humilitatẽ quanti faceret Baptiſta. Danie. 2.*

Hic eſt ſeculi ſtatus, B hæc eſt mundi conditio, nulla eſt in eo firmitas, nulla perpetuitas, nulla conſtantia. Intuere animo hanc ſtatuam amplam & eximiam, ex auro, argento, ære, & ferro conflatam, qua mundi regna, nominis celebritas, diuitiæ & dignitates ſignificatæ ſunt. Videbis eam fictilem in pedibus, fragilem & caducam, quæ ruit, fluxit, & euanuit, & fuit in minutiſsimas fauillas redacta, quæ raptæ a vento amplius non apparuerunt.

*Honores mundani quã debilia habeãt fũdamẽta.*

Huiuſmodi ſunt ea ad quæ inſipientes mortales deſiderio flagrantes rapiuntur. Cum ſe tibi ante oculos obtulerint mundi opes & honores, & magnum quidpiam atq; glorioſum tibi viſum fuerit harum rerum decus, C caue ne decipiaris. Quæ in ſummo à pretioſa incipiunt materia detrimentis curſum conficiunt & tandem in viliſsimam materiã finiuntur.

*Res mundanæ tanquã ſomnium reputandæ ſunt.*

Si huiuſmodi res tibi ante oculos principium propoſuerint, reſpice ad earum finem, videbis eas in luto finiri & terminari, incertaſq; eſſe, inſtabiles, & in caſu ſitas: earum fundamẽtum lutum eſt caducum, & finis interitus, quamquam in lætitia auri, exordiri videantur, in mærorem tamen terræ deſinunt & in nihilum rediguntur. Fluctus maris ſe in altum extollentes, ſonitum horribilem edentes, longe lateq; ſpumantes, cum attingunt terram littoris, ſtatim extenuantur & conſumũtur: eodem mo D do ſublimes mundi ſtatus ac ſplendidi tituli, qui in mare huius mundi multos rauco vanitatis ſonitu terrebant, cum attingunt terram ſepulchri, confeſtim deſinunt eſſe, & finem faciunt.

*Conſidera finẽ rerũ mundanarũ, & parui eas pendito. Simile. Potẽtiam humanã mors ipſa deſtruit.*

Infelix fructus bonorum huiuſmodi & potentatus. Dic mihi ſi maximam famẽ haberes, ſufficeret tibi tantum cibum videre, non comedendo illum? Sed magis appetitum excitaret. vide qui honores ambis & ſeculi dignitates, quod nõ de illis plus habes quam videre illas. Non enim ſatiant, non quietant appetitum, ſed magis accẽdunt voluntatem. Quid prodeſt poſſeſſori diuitiarum & honorum, niſi quod cernit diuitias & honores oculis ſuis? Non plus alijs eis vtitur, & quemadmodum Tantalus in medijs aquis ſitit. Tantalus à labijs ſitiens, fugientia captat flumina. Quid rides?

*Similitu. Honores mundani appetitũ non ſatiãt. Hora.*

des. Mutato de te nomine fabula narratur. Tu Tantalus es qui E in medio diuitiarũ & honorũ, ſiti peris. Si hoc diligenter conſideraremus, nõ tã caro mundanos honores cõpararemus. Hono res, diuitias, voluptates & quæcunq; mundus dare nobis poteſt, prius emimus quã videamus. Nã ſi prius videremus, nõ ita pate remur ꝓ acquiſitione tãtorũ laborũ. Verũ nos vt cæci in omnia mũdi oblectamẽta ruimus, nõ attendẽtes quid faciamus, nos me tipſos vẽdẽtes, libertatẽq; noſtrã ꝓpterea erogãtes. Diſce ergo ex hoc loco quę ſũt mũdi pri⁹ diligẽter aſpicere, q̃ emere. Sic ď quã dã anima ſapiẽte legitur in Pro. conſiderauit agrũ, & emit eum.

*Hora. Diuitiæ excitant appetitũ cupiditatis. Proſperitates humanas ſi recognoſceremus nõ tã caro emeremus.*

*Prou. 31.*

Mihi videtur accẽſæ ſtupæ ſimiles eſſe arrogãtes, nã & illa poſt F incẽdiũ, tumidũ quid eſſe, & in neſcio quid præcipui immutata videtur, modicũ vero paſſa cõtactũ, totũ amiſit, omni puluere vilior apparẽs. Tales ſunt illorũ animi: altitudo ſi quidẽ valida nõ eſt, ſed quemadmodũ aquaticæ ampullæ facile rũpũtur, ita & illi facile pereũt. Ambitioſi ima petũt vt ait Gregor. dum ſuperbiendo altiora appetũt, & quo magis extollẽdo ſe erigunt, eo magis ruẽdo inferius tendunt. Terrenã quippe gloriã quærũt, & infima ſunt quę proſpiciũt, dum ſuperbiendo alta ſequũtur. Vnde miro & diuerſo modo res agitur, vt humiles cælum petant, dum ſe in G ferius deijciant, ſuperbi infima appetant, dum deſpiciendo cæteros quaſi in altioribus extolluntur. Iſti ſe dũ deſpiciunt, cæleſtibus iunguntur, illi ſe eleuantes deprimunt. Vnde de talibus apte dicitur, humiliat autem peccatores, vſq; ad terram. Iſti ſimiles ſunt concharum marinarum, quæ in ipſo plenilunio ſeſe pandunt pleniſſimæ, at vero decreſcente luna etiam ipſę decreſcunt. Sic etiam elati & ambitioſi ſi adulationibus quibuſdam laudentur, inſoleſcunt, ſi autem nemo eos laudat, ſtatim ipſi mortui quidem ſibi eſſe videntur. Cæterum quam alte hæc honoris & principatus cupiditas viſceribus noſtris infixa ſit, vt alia præ- H tereamus exẽpla, declarat fratrũ Ioſeph inuidia, qui fratris ſomnium de principatu ſuo adeo indigne tulerũt, vt de indigniſſima eius nece peſſima conſilia inierint. Vſq; adeo enim ambitionis virus multorum pectora inficere ſolet, vt ne ſomniando quidem ſibi præferri aliquem ęquo animo patiantur.

*Simile. Similitu. D. Greg. li. 32. Mora. cap. 8. Humiles Deus extollit. Pſal. 146 Simile. Superbos humiliat Deus. Gene. 37. Ambitio deteſtabile vitium.*

## DOMINICA QVARTA IN ADVENTV.

## CONCIO PRIMA.

ANNO *quintodecimo imperij Tyberij Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudæam*, Luc. 3. Vide etiam Matth. 3. Marc. 1. Ioann. 3.

*Frater Lu. Gra.*

A Familiaris rerum geſtarum ſcriptoribus conſuetudo eſt, cum rem aliquam inſignem narrare volunt, tempus quo ea res contigit diligẽter adnotare, & regis nomen ſub cuius imperio ea res geſta ſit, & annum & mẽſem, interdũ etiã diẽ & horã commemorare. Sic in huius Euãgelicæ lectionis exordio diligentiſsime ſanctus Lucas tempus deſcripſit quo præcurſor cæpit Chriſtũ annũtiare. Poſſumus etiã dicere vt ait Grego. Quia illum prædicare veniebat, qui tum ex Iudæa, tum exgentibus multos electurus erat, per regem gẽtilium & principes Iudæorum prædicationis tempora deſignantur. *Imperij Tyberij Cæſaris*, Vide quã citiſsime B huiuſmodi imperium euanuerit. Gloriantur complures de maiorum ſuorum ſplendore, quaſi ſibi aureum quoddam caput affingentes, iactant diuitias & fortunas ſuas, aliaq; caduca & fluxa ſeculi bona: quæ certe gloria fortunæ vnico iactu mirum eſt quam cito aboleatur. Qua de cauſa quo ſecuriores in his videmur, cautius agere debemus, ne his tentationibus ſuccumbamus, à quibus grauiſsima nobis imminent pericula, ſed ſemper ſimus parati & in timore, iuxta illud ſapientis, beatus homo qui ſemper eſt pauidus. *Et Lyſania Abilinæ Tetrarcha*. Quis C fuerit Lyſanias iſte non ſatis inter veteres ſcriptores conſtat. Nicephor. namque, Theophy. & Beda, Hunc Herodis eſſe filium arbitrantur, quod tamen non vſque adeo veriſimile eſt, quandoquidem Aegeſippus vicinus Apoſtolorum temporibus, & Ioſephus, qui diligenter regni diuiſionem & nomina filiorum Herodis retulit, nullam huius Lyſaniæ mentionem facit Vnde videtur Tyberium Cæſarem hanc regni partem, quæ matri per mortem Salome teſtamento obuenerat, huic Lyſaniæ matris nomine gubernandam commiſiſſe.

*D. Grego. in Euan. hom. 20. Gloriari de generis nobilitate vanũ eſt. Prou. 28. Niceph. Theophy. Beda. Aegeſip. Ioſe. D. Greg.*

*Procurante Pontio Pilato Iudæam*. Dicit beatus Grego. quod cum D Ioannes veniſſet ad prædicandum Chriſtum eſſe regem & ſacerdotem, id circo mentionem facit Euangeliſta quiſnam eſſet tunc præpoſitus tam ſtatui Eccleſiaſtico, quam ſeculari. Notandũ ſane eſt quod Ioannes qui ſanctificatus antequam natus, qui nunquã lethaliter deliquit, qui à teneris annis ſe in deſertũ abdidit, multa ſentiebat & præclare intelligebat diuinam iuſtitiam, & eius extremum iudicium quale futurum ſit quandoquidem ita aſperam ducebat vitam & pœnitentiam agebat, Quid putas ſenſerat de delicijs mũdanis & reb⁹ hui⁹ ſeculi quãdo eas ita vilipẽdebat? credibile ſane eſt q̃ aurẽ vnã intẽtã haberet gemitib⁹ & vlulatib⁹ inferni ſẽpiternis, alterã vero Cãticis & hymnis cæleſtis beatitudinis atq; tãto ſanctorum gaudio & ſplẽdori atq; ita ne hęc amitteret

*Rigidum fut urũ eſt iudiciũ extremũ, id circo pœnitentiam agamus. Quas conſiderationes inire debeamus ne pereamus.*

Fami-

amitteret bona, & ne illa pateretur, tam rigidam agebat pœnitentiam atq; aſperrimam. E

*Ludo. Gra.* *Sub principibus ſacerdotum Anna & Caypha.* Satis aperte conſtat quanto rectius hoc tempore gentilitas gubernabatur quam Synagoga, quando gentilis populus cum adeo copioſus exiſteret, ab vno tantum capite regebatur, nempe ab vno Imperatore, populus autem Hebræus anguſtus & paruus, multa capita & moderatores habebat, vt patet ex ipſo contextu, quod certe erat indicium perditionis illius atq; ruinæ, cum ruinæ ſubiecta ſit omnis reſpub. à varijs capitibus gubernata, ſecundum illud, omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur. F Reſpub. varijs capitibus conſtas, recte gubernari non poteſt, neq; gubernatores ipſi diutius conſeruari poſſunt. Vnde triginta ſenatores qui tyrannice occupauere rempub. Athenienſem, ita perperam eam moderabantur, vt breui fere tota fuerit proſtrata, & ipſi gubernatores intra breue tempus fuerint per Thraſybulum impugnati & omnino deuicti, atq; ſuis honoribus ſpoliati, vt refert Iuſtinus. Quoniam Hebræi ambitioſi erant atq; dominãdi maxime cupidi quidẽ, ideo erant inter ipſos tot capita & tot Pontifices, non enim ſatis aduertebant quantorum malorum ſeminarium ſit ambitio. G Certe dominium atq; imperium vitæ præſentis vt multum ad mortem vſq; tantum oſtentatur. Nam quemadmodum in nemore aliquo dignoſcuntur quidem arbores aut ex proceritate, aut frõdibus, vel aliter, cæterum ſi præciſſæ comburantur & conuertantur in cinerem, non dignoſcitur quis cinis ſit huius vel illius. Sic quamuis in hac vita homines dignitatibus dignoſcantur ac differant alij ab alijs, morte tamen interueniente præciſsi & in cineres reuerſi, non dignoſcuntur, neq; cinis regis differt ab aliorum cineribus.

*A multis capitibus detrimentũ patitur Reſpub.* — *Luc. 11.* — *Autor.* — *Athenienſes cur ruinæ expoſiti ſint.* — *Iuſt. li. 5.* — *Autor.* — *Simile.*

*Dignitates humanæ quo redigantur.* *Simile.* Sicut domus ædificata ſuper arenam licet à nullo vento impellatur, ipſa ex ſeſe paulatim ſubruit, ita quamuis homo humanis plenus honoribus ſe ita prudenter habeat vt nullus fortunæ impulſus depellat eum à ſede ſua, nihilominus tamen quia homo eſt, hoc eſt ex humo, caſurus tandem perſe eſt atq; in ſepultura deponendus. H

*Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto.*

*Quæſtio.* Cur Deus quo tempore Iudæorum res adeo deiectæ erant, & reſpub. eorum tam varie diſsipata, ac in gentilium poteſtatem redacta, præcurſorem ſuum ad pœnitentiam hominibus prædicandam deſtinauit? *Reſpon.* Hoc certe eo conſilio factum videtur, vt non modo viri ſancti doctrina, ſed rerum etiam publicarum ruina, magiſtra



A magiſtra eis veritatis & pœnitentiæ foret, eademq; ſpes omnes quibus nitebantur, fallaces & inanes oſtenderet, idq; non aliunde quæſitis ſed domeſticis ac familiaribus exemplis & argumentis comprobaret. *Iſa. 28.* Non enim temere dictum eſt, ſola vexatio dabit intellectum auditui: & quos doctrina non erudit, certe calamitas ipſa ac malorum experimenta docent. *Fra. Lu. Gra.* Hoc autem medicamento Iudæi maxime indigebant, qui Dei præſidio neglecto, inania mundi præſidia conſectabantur. Cur Spiritus ſanctus qui huius ſancti viri ductor atq; magiſter erat, hoc tam rigidum vitæ B genus ei indixerit, hoc vel maxime in cauſa mihi fuiſſe videtur, quod illum ad prædicandum hominibus pœnitentiam deſtinarat vt eius verba teſtantur: ideoq; cum Dei opera perfecta ſint, non mirum ſi quem ad perſuadendum pœnitentiam delegerat, talem eſſe voluerit, qui non modo verbis, ſed factis etiam atq; toto corporis habitu pœnitentiam prædicaret. D. Hieron. in Epiſ. ad Nepotia. Sic ait, delicatus magiſter eſt qui pleno ventre diſputat de ieiunijs Sacerdotis lingua, mens, manuſq; concordent. Altera vero ratio fuit vt hoc modo dominus teſti ſuo autoritatem & magnam ſanctitatis opinionem conciliaret, quæ ad eius teſti C monij fidem comprobandam maxime faciebant. *Virtutes cũ nõ corporis oculis cernamus flocci facimus.* Homines enim qui corporis ſenſibus ducuntur, cum earum virtutum quæ intus in animo latẽt, ſplendorem minime videant, eas maxime mirantur quæ corpore exercentur, ideoq; laboribus & inedia corpus atterere, maximum quiddam eſſe arbitrantur, cum ipſi corporis obſequio perpetuo addicti ſint. His ergo de cauſis aſperrimũ vitæ inſtitutum Spiritu ſancto inſtigante delegit Ioannes. *Carnẽ abſtinentia maceremꝰ.* Adde his etiam quod hac ratione vir ſanctus magis magiſq; carnem ſpiritui ſubijciebat, quo enim magis caro noſtra fuerit inedia & laboribus fracta & debilitata, hoc minora aduerſus ſpiritum bel- D lorum incendia ſuſcitat. Quare Ioannes non tam vocis prædicatione quam carnis caſtigatione Dominum laudabat & populum inſtruebat. Hanc autem eius virtutem non poſtremo loco Angelus poſuit cum Zacharię patri dixit, erit magnus coram domino, & vinum & Siceram non bibet. *Luc. 1.* Neq; vero Ioannes hoc ſolo abſtinentiæ præſidio contentus fuit, ſed addidit etiam abſtinentiæ ſolitudinem, quę maxime ad innocentiam tuendam adiuuat. *Solitudo innocẽtiã conſeruat.* Vnde percontanti cur Ioannes qui tam inſigni ſanctitate prædictus erat, vitã omnẽ in ſolitudine tranſegit? Reſpõdebimus vt tãto ab omni eſſet peccato purior, quãto ab omni peccãdi occaſione & hominũ cõſuetudine erat ſecretior. *Peruerſas occaſiones deuitemꝰ.* Ad hoc autẽ ſolitudo maxime conducit, quę peccandi occaſiones vno ictu amputat. Vnde

Vnde rogo tāta virtus Ioāni inerat, vt ſuis verbis tā multos cō E
uerteret? Is plane non aliud Euāgelium quā nos prædicabat: cur
ergo tot homines ad Chriſtū inducebat, nos vero nullos aut tam
paucos? fiebat id vtiq; cū moribꝰ & vita etiam prædicaret. Cur
enim Eliæ verbis rex Achab peſsimus obtēperauit? Certe quia in
ſuo conſpectu hominem videbat pœnitentia pallidum, rigidum,
cilicio indutū, noctu, diuq; altiſsimę cōtēplationi vacātē, ſic etiā
credebāt omnes Ioāni pellibus induto & aſpera pœnitētia cōfe-
cto, hūc omnes tremebāt, & corda eorū in admirationē rapiebāt.
*Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto.* Cū F
his qui a mūdo ſegregati ſunt, ſua Deꝰ negotia tractat. Vt enim
tractaret cū Abrahā, ait, Egredere de terra tua. Et quando Deus
elegit ſanctū Moyſen in ducē populi ſui in deſerto ei apparuit, &
collocutꝰ eſt. Quādiu Adā fuit ſolꝰ nō eſt, pro lapſus in peccatū. Itē
Maria ſola erat cū ad eā acceſsit Gabriel. Ex his exēplis & alijs
multis, quę cōmemorare poſſemus, ſatis colligitur quātū Deo
placeat ſolitudo ipſa. Arborquę ſola eſt, plꝰ creſcit & impingua
tur quā ſi alijs arboribus cōſociata ſit. Vnde etiā ſolet Deꝰ ſeruis
ſuis filios & bona auferre, vt hoc pacto melius poſſint diuinis va
care obſequijs, & ita purgat eos quaſi vites, amputādo palmites G
qui noxij eſſe poſſent. Quod quidē præclare intellexerat ſancta
quædā mulier, vt ait Hiero. cui cū Deus eadem die coniugem &
filios abſtuliſſet, dixit dulciter deum alloquens, ſcio Chriſte quid
quæras, quæris totum meum amorem.

*Prædicās baptiſmū pœnitētiæ in remiſsione peccatorū.* Cur Ioānes qui
innocētiæ laude ornabatur, ad pœnitētiæ virtutē prædicāda potiſ
ſimū delectus eſt? Noſtro quidē iudicio inſignis aliquis peccator,
quē tamē poſtea ſcelerū ſuorū vere pœnituiſſet, magis opportunꝰ
ad hoc munus exequēdū videbatur. Qui enim nauigāt mare, enar
rant pericula eius. Dauid cum poſt adulteriū & vriæ cædē, veniā H
& miſericordiam a Domnino precaretur, inter lamentationes
vere contriti & demiſsi animi, ſic ad dominū ait, docebo ini-
quos vias tuas. Cæterum longe aliter diuinæ ſapiētię viſum
eſt, nam cum in Eccleſia ſua duos inſignes miniſtros creare decre
uiſſet: alterum qui ad pœnitentiam mortalium animos incita-
ret, alterum qui pœnitentibus veniam daret, illum quidem inno
centiſsimum eſſe voluit, nempe Ioannem baptiſtam, hunc vero
etiam infirmum nempe Apoſtolum Petrū, diuino certe conſilio,
nempe vt tanto clarius intelligerent homines neceſſariam eſſe
pœnitentiam, quanto is qui eam prædicabat, purior & innocen-
tior erat: tanto autem facilius veniam ſperarent (ſi vere illos pœ
nituiſſet)

*Fructus ampliſsimos reportabat Ioānes prædicationis.*
*3. Reg. 18.*
*Prædicator qui facit quod prædicat, vberes refert fructus.*
*Solitudo utilis.*
*Gen. 12.*
*Exod. 3.*
*Luc. 1.*
*Similitu.*
*Inuentiones quærit Deus vt eum ſerio amemus.*
*D. Hiero.*
*Amari vult Deꝰ ex toto corde.*
*Quæſtio.*
*Eccl. 43.*
*2. Reg. 11. 12.*
*Pſal. 50.*
*Reſpon.*
*Pœnitētia ſummo pere neceſſaria.*



A nituiſſet) quanto infirmiorem illum eſſe viderent qui eam eſſet
impertiturus, quiq; in ſeipſo didiciſſet nulli eſſe negandam.

*Prædicans baptiſmum pœnitentiæ.* Quaſi dicat, laborem pœniten-
tiæ prædicabat, vt altius infigeretur eorum animis qui audiebāt,
quod ipſe prædicabat. Illā aquæ ceremoniā exercebat in prote-
ſtationē pœnitētię faciēdę in remiſsionē peccatorū: pars enim illa
erat pœnitentiæ, nudare ſeipſum & baptizare, ſicut modo vere
cundiam habemus, peccata noſtra confeſſori enarrando.

*Vox clamantis in deſerto, parate viā Domini, rectas facite ſemitas eiꝰ.*
B Id eſt, ego ſum ille de quo ſcriptura dicit Eſa. 40. Quod debet cla
mare in deſerto Iudæę vt homines ſe præparent ad aduentum
Chriſti in mundum: & bene deſignatur Ioannes in proprietate
vocis, quia erat annunciator verbi diuini id eſt Chriſti qui eſt
verbum patris ſecundum diuinitatem. Vox enim eſt verbi
mentalis expreſsiua. Ioannes loquebatur de aduentu Dei ad
nos, quia annunciabat Meſsiam eſſe venturum, ad quem reci-
piendum debebant Iudæi parare viam ſuam, quia oportebat eos
dimittere antiquam & carnalem conuerſationem, quia immun
dus Chriſtum ſuſcipere non poteſt, & ob hoc propoſuit quod
C pœnitentiam agerent & eluerent crimina. Rectas autem face-
re ſemitas, idem eſt, nam eſt iteratio ſententiæ, quod ſolet fie-
ri apud Prophetas, idē enim eſt parare viam domini, quod re-
ctas facere ſemitas eius. *Vox clamantis in deſerto.* Omnipotens pa-
ter ait Aug. innoteſcere nobis volens ſapiētiam & verbum illud
quod in principio erat apud Deum, beatum Ioannem quaſi vo
cem per quam ad nos verbum ſuum deferret, aſſumpſit. Vocis
autem clamantis in ſolitudine, neceſsitas eſt vt animus qui &
deo caret, & deſertus eſt à veritate, redeat in viā. Quæ enim ſoli-
tudo, ait Orig. alia grauior & acerbior eſt, anima quæ à deo de-
D ſerta eſt veritate? Quia deprauate ambulat, egens doctrina ad
dirigendam domini viam: quam viam dirigit quidem is qui ne-
quaquam viæ ſerpentis deprauationem imitatur. Ioannes eſt
forma pœnitentibus, quibus deſertus locus eſt congruus, vbi
non moleſtat hominum intuitus, vbi eſt pœnitens non molli-
bus veſtibus, vbi cibus eſt parcus. In deſerto inquam eſt Ioan-
nes, vbi apparet Dominus, Oſeæ. 2. ducam eam in ſolitudinem,
& loquar ad cor eius. Et Pſal. 66. in terra deſerta, inuia, & ina-
quoſa, ſic in ſancto apparui tibi. Moyſi exiſtenti in deſerto
apparuit Dominus; in deſerto clamat, non in palatio, hic
enim non clamat Chriſtus, imo legitur Hieremiæ. 36. Quod
cum volumen Hieremiæ allatum eſſet Regi in palatio ſci-
dit

*Quid ſit baptiſmū pœnitētiæ ſuſcipere.*
*Glo. Lyræ in Ioan.*
*Iſa. 40.*
*Abulē. in Matt. 3.*
*Inmūdi non recipiunt Deū in anima.*
*D. Augu. de ſanc. Serm. 20.*
*Orig. ſuper cap. 1. Ioā. to. 6.*
*Hugo Car. in Matt. 3. & ſuper Lucā. 3.*
*Oſeæ. 2.*
*Pſal. 66.*
*Exod. 3.*
*Hier. 36.*

dit illud, ac proiecit inignẽ. Videtis deſertũ ait alius doctor, audi E
*Gutier.* tis clamãtẽ cauete ne imitemini aſpides ſurdas obturando aures
*Tre. in* ne audiatis voces. Miſceo quidem amara iucundis: illa, quia dico
*Euan. lib.* progenies viperarum, hæc autem, quod appropinquauit regnum
2. *cap.* 2. cælorum: parate ergo viam Domini qui propediem venturus
P*ſalm*. 57 eſt.
*D. Greg.* *Parate viam Domini, rectas facite ſemitas eius.* Via Domini ad cor
*in Euãg.* dirigitur ait Greg. cum ad præceptum illius vita præparatur. Vn
*hom*. 7. & de ſcriptum eſt, ſi quis diligit me, ſermonẽ meum ſeruabit. Quiſ-
*lib*. 19. *mo* quis ergo in ſuperbiam mentem eleuat, cordis oſtium contra ve F
*ra. cap*. 3. ritatem claudit. P*arate*, id eſt in corde veſtro venienti ſapientiæ
P*ſal*. 67. aditum reſerate, ſicut alias dicitur, iter facite ei qui aſcendit ſu-
*D. Amb.* per occaſum. Dominus ait Ambroſ. non terrenam ſemitam te-
*deſ. Ioan.* net, ſed ſecreta mentis incedit. Si quid igitur in hac via fuerit
*Baptiſt.* moribuſ aſperum, crudelitate durum, conuerſatione pollutum,
*ſer*. 65. iubemur id mundare, & componere, vt superueniens dominus
*Virtuti* non offendat in nobis, ſed magis reperiat viam caſtitate puram,
*deditire-* procliuẽ fide, & eleemoſynis eminentẽ. Sed videamus, ipſe Ioan-
*cipiunt* nes qui parare viam domino iubet; quam ipſe viam parauerit
*Deum in* ſaluatori. Per omnia plane adueniente Chriſto tramitem viæ ſuę G
*anima.* compoſuit & direxit. Nam fuit ieiun⁹, humilis, parcus, & virgo:
*Matth*. 3. quas eius virtutes Euangeliſta deſcribens ait, ipſe autem Ioan-
nes veſtitum habebat depilis camelorum, & Zona pellicea
*Dio. Car.* erat circa lumbos eius, eſca autem locuſtæ erant & mel Sylue-
*in Ma*. 3. ſtre.

Domino viam pręparare eſt pœnitententiam agere: & quẽad
modum cum terrenus rex vrbem aliquam ingreſſurus eſt, habet
præcurſores qui viarum ſordes amoueant, vias complanent, &
*Simile.* hoſpitium ornent: Sic Chriſtus rex cæleſtis ad hominum corda
venturus, præmiſit Ioannem qui ſibi viam præpararet ad indu- H
*Eſa*. 55. cendos homines ad virtutes. Alia eſt enim via domini, & alia via
noſtra: via noſtra, vitia & peccata ſunt, via autem domini virtus.
*Eſa*. 38. Vnde apud Iſa. Dominus dicit, non ſunt viæ meæ viæ veſtrę, neq;
cogitationes meæ cogitationes veſtræ. Hæc via præparatur ſi do
lorem peccatorum noſtrorum habeamus, iuxta illud Iſa. recogi
*Ezec*. 36. tabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Et via
domini præparatur pœnitentia & dolendo de peccatis noſtris
iuxta illud Ezechi. & diſplicebunt vobis iniquitates veſtræ & ſce
lera veſtra. Exhortatio hæc, parate viam domini, eſt valde confor
P*ſalm*. 2. mis illi quam regius vates attulit Pſal. 2. Dicens, apprehendite
*Hebr*. 2. diſciplinam, ne quando iraſcatur dominus & pereatis de via iu-
ſta, &



A ſta: & illi quam adfert Apoſto. dicens, remiſſas manus & diſſolu
ta genua erigite, & greſſus rectos facite pedibus veſtris.
*Parate viam Domini.* Si ſola feneſtra aliqua aperta, per quam ru *Similitud.*
tilans ſol ingrediatur, remotis tenebris omnibus, ita gaudemus
præ tanta ſolis claritate, quid fieri putas cum Chriſtus animum *Simile.*
ingreditur? Si cum habeas hoſpitium aliquod ad quod aduenta- *Effectus*
re debet inſignis aliquis vir, diligentiſsime illud præparas, ador- *quos ope-*
nando etiam menſam, & lectum, vt poſsis eius beneuolentiam *ratur Deus*
conciliando, etiam ampliorem recipere mercedem: quanto plus *in anima.*
B incumbere debes in diſpoſitionem animæ tuæ, vbi Deum reci- *Similitud.*
pias, à quo longe copioſiorem es mercedem relaturus? Si aui- *Anima*
cula delicate in auiario nutrita nunquam ceſſat donec in ſpatio *non quieſ-*
ſum aerem poſsit tandem conuolare: quomodo poterunt mun- *cit niſi in*
danæ deliciæ nos retardare quominus ad Deum conuolemus, *Deo.*
in quo eſt noſtra beatitudo, quies, & delectatio? Chryſ. *hom.*
*Omnis vallis implebitur.* Quaſi dicat, humilibus multa conferet 5. *de in*
Deus beneficia. Deus quidẽ vt ait Chryſ. Propter ſuã benignita *comp. Dei*
tem non ſolũ bonos recipit qui ſe humiliãt verum etiã peccato- *natura*
res qui ſe humiliter accuſant. Tantas habet humilitas vires, vt *tom*. 5.
C peccatores in cælum ducat. Quod ſi tãtum valet in peccatore hic *Humili-*
candor, quantum putas humilitas poſsit in iuſto? Cũ ergo tã in *tas quãtũ*
gens bonũ humilitas ſit, cõfitere humiliter cũ publicano ſcelera *poſsit.*
tua, & exibis ab oratione iuſtificatus, & vallis tua diuitijs imple- *Danie*. 3.
bitur. Recordare tres illos pueros quã humiliter loquerentur, & *Serui Dei*
poſt bona etiã opera ſe cũ humilitate ante Deum proſternerẽt di *quãta pol-*
cẽtes, non poſſumus aperire os, confuſio & opprobriũ facti ſum⁹ *leãt humi*
ſeruis tuis & colentibus te. Conſidera quantũ potuerit humilis *litate.*
horum puerorum deprecatio, quę tanquam proceriſsima ar-
D bor altas egerat humilitatis radices. Quod bene intelligens Da- P*ſal*. 129.
uid, tãquã à profundiſsima valle dicebat, de profundis clamaui
ad te Dñe. Quemadmodũ aſtra in octaua defixa ſphæra, quãuis S*imile.*
grãdia ſint, minima tamẽ nobis apparẽt, quod tãtopere hinc diſ
tent ac ſeparẽtur: ita etiam humilitatis opera cum grãdia ſint in *Exẽplum*
cęlo apud Deum, hic in mundo hominibus mundanis & his qui *Marulus*
de cęleſtibus guſtũ omnẽ amiſerunt, exigua videtur, vilia atq; ab *li*. 1. *exẽ-*
iecta, ſicut de humilitate illa ducis cuiuſdam Gallicani, de quo *plo.*
dicit Marulus quod poſt eximias partas victorias, hoſteſq; innu-
merabiles deuictos, pauperibus diligẽter miniſtrabat atq; pedes *Treius.*
eorũ abluebat, tum etiã in monaſterio ſimilia humilitatis officia *Exẽplum*
monachis ipſis præſtabat, de humilitate inquã illa mundani ho- *Aelianus*
mines perperã iudicabant, & qui de rebus cæleſtibus minus ſen-
H tiebant

tiebāt. Philippus Macedo referente Aeliano, poſt victoriā partam E
de Athenienſibus, cum videret ſe nonnihil inſoleſcere & ſuper-
bire, vni ex pueris præcepit vt matutinis horis illum aſsidue hac
oratione excitaret, Meméto rex te hominē eſſe, atq; ita elationē
Grego. in ſuam refrenabat. Tāto neceſſe eſt ait Greg. vt vnuſquiſq; noſtrū
Euan. ho. in humilitate ſe deprimat, quanto ſi ſit electus ignorat. *Et omnis*
28. *mons & collis humiliabitur.* Hoc eſt quod clarius dixit Chriſtus, qui
Luc. 18. ſe exaltat humiliabitur. Percontatur D. Baſi. Quid ſit eiuſcemo-
D. Baſil. di exaltatio atq; tumor: & reſpondet quod is ſe exaltat qui pro
lib. reg. ſuis operibus magna quædā de ſe ſentit atq; præſumit, quiq; ni- F
breui. in- miū ſibi arrogat vt Phariſęus. Verus quidē Dei ſeruus nō debet ſe
ter. 56. exaltare & inſolenter efferre, ſed potius humilitate maxima ani
Lau. Iuſt. mum exornare, vt tandem mereatur à deo exaltari & cōmenda-
lib. de hu. ri. Non enim qui ſeipſum cōmēdat, ille probatus eſt, ſed quē De⁹
ca. 14. cōmēdat. Debet ergo reiecta propria ſui cōfidētia ſiue de ſuis vi
2. Cor. 10 ribus, in deo ſpē ſuā omnē reponere & collocare, ponere etiā cu
Pſal. 38. ſtodiā ori ſuo, vt nō delinquat in lingua ſua, & inania q̄ ſe iactet,
quæ profecto in loquētis ore vileſcūt, commaculant cōſciētiā, &
Prou. 27. opera laude digna deturpāt. Vnde Sap. laudet te alienus, & nō os
tuū. Vide quo tandē peruenerit ſuperbia primi angeli iuxta illud G
Eſai. 14. Eſa. quomodo cecidiſti Lucifer q mane oriebaris. Cęterū quāuis
videas tumidos aliquos & inſolētes homines hic florere, neq; hu
miliatos reddi, non propterea id aduerſatur Chriſti verbis, non
enim dicit q̄ pręſenti, qui ſe exaltat humiliatur, ſed de futuro hu
Superbos miliabit: quinimo peior eſt hæc ſuperbia occulta, & quæ hic nō
humilia- humiliatur, nā ignotus lāguor etiā inſanabilis eſſe cōuincitur. *Et*
bit Deus. *erūt praua in directa.* Id eſt malorū corda per iniuſtitiā diſtracta, ad
regulam iuſtitiæ dirigentur. *Et aſpera in vias planas.* Id eſt immi-
tes & iracundæ mentes, per infuſionem gratiæ ad manſuetudi-
Actor. 9. nem redibunt, vt ibi prædicator planam viam inueniat, vbi prius H
pro aſperitate greſſum ponere non poterat. Et corda cōtra Chri
ſtum indurata mollificabuntur, ſicut patet de Paulo, qui Chriſtū
perſequens, à Chriſto illuſtratus, ſtatim ad manſuetudinem obe
dientiæ fuit conuerſus dicens, Domine quid me vis facere? *Et vi*
Glo. Ord. *debit omnis caro ſalutare Dei.* In hac vita omnis homo Chriſtum
in Luc. 3. videre non potuit, ſed in die iudicij in ſede maieſtatis, & electi &
Gloſ. Ly. reprobi pariter videbunt. Accipitur hic omnis caro id eſt omnis
in Luc. 3. homo, quia aliqui de omnibus hominibus viderūt eum inter ho
mines conuerſantem, diuidebatur enim tunc cōmunitas hominū
Glo. int. in duas partes, ſcilicet in Iudæos & gentiles, & multi de iſtis &
in Luc. 3. de illis viderunt eū in mundo cōuerſantē. Glo. Inter. dicit, homo
Iudæus



A Iudæus & gētilis, vir & mulier, iuuenis & ſenex, omnes videbūt
ſalutare Dei. Et D. Greg. ait, vbi ergo in hac ſententia Propheta D. Grego.
Prophetię oculū, niſi ad extremi iudicij diē tetēdit? Vbi cū aper- hom. 20.
tis cælis, miniſtrantibus angelis, cōſedētibus Apoſ. in ſede maie- in Euang.
ſtatis ſuę Chriſt⁹ apparuerit, omnes hūc electi & probi pariter vi
debūt, vt & iuſti de munere retributionis ſine fine gaudeāt, & in
iuſti vltione ſupplicij in perpetuum gemāt. *Et videbit omnis caro.*
Hæc autē ad erubeſcētiā deſidiæ mihi dicta eſſe videtur, maiorē Chryſ. in
enim diligentiā habēt fures expectātes, quā vos ſalutis animæ, vi Matth.
B gilāt enim tunc ne aliquid ſibi ſurripiatur, vos vero quāuis certo hom. 78.
ſciatis venturū Dnm, non perſeueratis tamē, neq; ita vigilatis vt
poſsitis nō impræparati ex hac vita diſcedere, quapropter cum
pernicie dormientiū dies ille venturus eſt. Magnus eſt fur dæmō D. Hilar.
ait Hila. qui ſemper procurat vt nobis aliquid ſurripiat, & nos cano. 6. in
improuiſos ſpoliet, quocirca vigilare ſolicite debemus & nobis Matth.
à tā rapaci fure diligētiſsime præcauere. Vnde glorioſus Bapti- Dæmō aſ-
ſta vt nos à tā pfundo excitet ſomno, poſtquam dixit, & videbit tutiſsimus
omnis caro ſalutare Dei, id eſt quod videbit omnis homo Ieſum fur, caueā
Chriſtū, qui eſt ſalutare Dei, vt appellatur in multis ſcripturę lo mus nobis
C cis, ne excuſarent, dicētes nō intellexiſſe eius ſermonē, aperti⁹ cū ab eo.
illis agit dicendo, genimina viperarum, quis oſtendit vobis fuge Luc. 3.
re à ventura ira? Facite ergo fructus dignos pœnitentiæ.

## DOMINICA QVARTA IN ADVENTV.

## CONCIO SECVNDA.

*Prædicatores, & prælati, & cæteri Moderatores, debitam ætatem, experientiam, & ſcientiam habeant.*

D

ANNO *Quintodecimo Imperij Tiberij Cæſaris, procurante Pontio Pilato Iudææ.* Luc. 3. Vide etiam Matt. 3. Marc. 1. Gene. 41.
Ioan. 3. Ioannes omni virtute & eruditione excultus, anno ætatis trigeſimo, exijt vt verbum Dei prædicet.
Hac ætate Ioſeph ſtetit corā Pharaone & regni guber Aetas ma
nacula tenuit, ſimiliter Dauid regnare cæpit, & Ezechiel accepit tura requi
mun⁹ pręd cādi: & Chriſtus Dñs noſter annos natus triginta prę ritur in
dicare cæpit. At nūc ſunt nō nulli qui ante debitā ętatē, & priuſ- prædicato
quam diuinam ſcripturam ſcrutentur, volunt concionari: ex quo re.
fit vt nullam populo adferant vtilitatem. Multa eget pruden-
tia concionator, multaque experientia, vt rite munus ſuum

expleat. Omnibus enim quæ fiunt & dicuntur, ad hibẽda eſt mo E
deſtia & tẽperãtia, vt perturbationum ſedatio cernatur, & deco
rum cõſeruetur. Eſt enim in omni re conſiderandũ quid aptum
ſit, & conſentaneum tẽpori & perſonę, tum quid in dictis, actio-
neq; dedeceat vt periti oratores in cauſis agendis non vtuntur
ſemper eodem ſtatu, ſed illum accommodant ad locum, tẽpus,
& perſonas, prout controuerſiæ & litis poſtulant qualitates, ſic
prudentes concionatores & præſules non ſemper aſperitate,
nec ſemper lenitate vtuntur. Hæc omnia raro inueniuntur, in
iuuenili ætate, & minus experientia, & interdum ſcientia. Vt F
enim poma immatura quæ vento decutiuntur, nec ſuauitatem
habent, nec ſtomacho proſunt, ſed quæ ſunt matura, & manu
collecta, hęc grata, & ſuauia ſunt: ſic qui ante tẽpus hęc exerce
re volũt, guſtum offendunt audientium, & minimos referunt fru
ctus; non autem ita ſe gerunt quidem qui cum cæteris requiſitis,
tempus etiam opportunum expectant. Si ſacerdotibus dianæ,
quam gentes abſque fide inter falſorum numinum varietates nu
merarunt, tria tempora erant conſtituta, vt ex antiquorum mo
nimentis conſtare videmus, primum in quo ſapientiam diſce- G
rent & virtutes, alterum in quo eas exercerent, tertium in quo
alios inſtruerẽt, quid faciendum cenſes Euangelicis concionato
ribus, & animarum gubernatoribus, qui debent eſſe admirabili
ſapientia præditi, inſigni vitæ puritate ornati, & in magna auto
ritate conſtituti? His omnibus ornamentis pollebat Ioannes,
cum prædicationem exorſus eſt.

*Sciẽtia & experientia pollere debet concionator.*

*Simile.*

*Prudẽs eſſe debet concionator.*

*Prædicatores nimis iuuenili ætate prædit exiguos referunt fructus.*

*Sacerdotes Dianæ.*

*Dicit ſacrum Euangelium, quod factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem.* Vnde colligas quod non propria autoritate ſe ingerit,
ſed mittitur a deo, ſicut contigit Ezechieli cui dixit Deus; mitto
ego te ad filios Iſrael. Audiant hoc Euangelici concionatores,
quomodo prædicabunt inquit Apoſtolus, niſi mittantur? Ex H
quo colliges ad miniſterium verbi neminem niſi miſſum acce-
dere debere. Cum enim actus concionandi autoritatem mu-
neris ſupponat, oportet verbi Dei concionatorem vel à
deo mitti, vel ab eius autoritatem gerente. Qui hoc non
curant, à deo per Hierem. his verbis reprehenduntur, non mit
tebam eos, & ipſi currebant; non loquebar ad eos, & ipſi Pro-
phetabant. Nec debet concionari ſciens ſe eſſe mortiferis labi-
bus coinquinatum, ſed prius animũ expiare, & ſic ad cõcionẽ ac
cedere. Rex Dauid priuſquã diceret, docebo iniquos vias tuas,
has voces emiſit; cor mũdũ crea in me Deꝰ, & ſpiritũ rectũ inno
ua in viſceribꝰ meis: ne proijcias me à facie tua, & ſpiritũ ſãctũ tuũ
ne

*Ezech. 2.*

*Rom. 10.*

*Hierem. 14. & 23.*

*Pſal. 50.*



A ne auferas à me. Redde mihi lætitiã ſalutaris tui, & ſpiritu prin
cipali confirma me. Vbi aſpicis eum ter Dei ſpiritum poſtulaſſe,
priuſquam alijs viam æternæ ſalutis conſequendæ demonſtraret.
Abſq; gratia & Dei miſsione, concionandi munus recuſabat. Eſt
quidem concionatori neceſſaria puritas mentis, & illa Spiritus
ſancti vis, per quam animus ſplendore gratiæ illuminatus, & cha
ritatis ardore incenſus, & fortitudine ac conſtantia munitus, po
pulum imbuat doctrina ſancta, erecto animo vitia reprehendat
ad virtutem adhortetur, & auditores mittat ad ipſum ſapientiæ
B vberrimum fontem, cuius hauſtu & potu, cõceptã viſceribus ſi-
tim ſedent, flãmamq; humanarum rerum reſtinguant ſicut facie
bat Baptiſta, qui in deſerto ſacris orationibus & meditationibus
inſiſtens, prius didicit quæ poſtea alios docuit. Hoc voluit Deus
ſignificare, cum præcepit Ezechieli vt volumen comederet, ſcri-
ptum intus & foris, in quo cõtinebatur quod ſibi in populo præ
dicandum erat, dixitq; ei Deus, aperi os tuũ, & comede quæcũq;
ego do tibi. Volebat Deus vt Ezechiel quæ dicturus erat prius
comederet. Debet enim concionator ea quæ dicit non ſolũ pri-
moribus labijs attingere, ſed comedere & intus guſtare, & dili-
C genter perpendere & memoria repetere quidem ſua. Si ille ani-
mi morbo & ſenſus ſtupore ſuauitatem euangelicæ doctrinæ nõ
ſentiat, nec eorum quæ prædicat guſtum habet, qui fieri poteſt
vt alijs recte & ardẽter vt oportet ad comedendum perſuadeat?

*Concionator & Dei fauorẽ implorare & licẽtiã à ſuperiore obtineat.*

*Prædicator ſit virtutis ſtudioſus & orationi ac deuotioni deditꝰ.*

*Ezech. 2.*

*Prædicator faciat quod docet.*

## *Pœnitentia ad ſalutem neceſſaria.*

ET *venit in omnem regionem Iordanis prædicans baptiſmum pœnitentiæ in remiſsionem peccatorum.* Propterea iam tandẽ oculos tuos
aperi peccator, reuertereq; ad dominum, quoniam ſi diutius
D tardaueris conuerti ad Deum, verendum tibi eſt ne tanto te gra
uius puniat, quanto te nunc patientius tolerat: quoniam vt in-
quit grauis quidam doctor, grauitate ſupplicij, longanimitatis
expectationem compenſat Deus. Quamobrem ô tu qui hacte-
nus in tuis extitiſti ſceleribus obſtinatus, ne differas conuerti ad
dominum à quo auerſus es. An obſecro diuitias longanimitatis
bonitatis eius contemnis? Hoc enim ſi agis, ſecundũ duritiã tuã
& impęnitens cor tuũ, theſaurizas tibi iram in die irę & reuela-
tionis iuſti iudicij Dei. Theſaurizas inquam tu tibi irã, quia deſ
picis diuitias bonitatis Dei quæ te ad pęnitentiam inuitat, quam
iram minime valebis effugere ſi neglexeris pęnitere. Nam ſi iux
ta Apoſ. Petri ſentẽtiam, Deus angelis peccantibus nõ pepercit,

*Lau. Iuſt. ſer. exhor. ad cõuer.*

*Roman. 2.*

*Diuinas inſpirationes non ſpernam.*

 tibi

tibi ne parcet vermiculo & in proximo morituro? Quæ eſt oro E
dementia tua, vt indignationem Dei non vereatis incurrere, ge
hēnæ metum non habeas, mortem ſecundam non expaueſcas,
teterrimumq; inſuper carcerem ſempiternum inhabitare nō
trepides? Vbi vermis eorum non morietur, neq; eorum ignis ex
tinguetur, ſed ſtridor erit dentium, horrida dæmonum viſio, pal
pabiles tenebræ, fætor ſulphuris, irreuocabiliſq; ſententia. Expe
rire quæſo vtrum materialis huius flammę vel admomentum
poſsis ſuſtinere incendium, ſi mutilationem membrorum, ſi car-
ceris ſqualorem, ſi cætera quæ damnatis irrogātur ſupplicia: iſta F
cum certo experimento cognoueris eſſe intolerabilia, dira, atq;
humanæ naturę inimica: reſipiſce, plora, de tuis emenda te crimi
nibus, & fructuoſam age pœnitentiam, ne te inuoluant peccato-
rum tenebræ, ne te repentinus inuadat interitus, ne te omnium
iudex virga oris ſui percutiat, tunc enim clamabis, & non exau
dieris, inuocabis, & non erit qui te liberet.

Quid culpa tua futura gloria fraudaris, ait Chry. cum ad eam
conſequendam totis viribus contendendum ſit? nam ſi pręſentis
vitæ gloria tantopere optanda eſt, quid de futura dicendum, vbi
nullus dolor, nulla triſtitia, nullus luctus, nullus mortis metus, G
nullus bonorū finis? beati, & ter, & ſæpius inquam beati, qui ſu
perna illa ſede fruuntur, quemadmodum miſeri & ſępius miſeri,
qui ea ſe priuant. Si pro huius ſeculi dignitate omnia noſtra nō
nunquam exponimus, pro dignitate quæ in hac tantum vita
duratura, imo quæ interdum paulo poſt etiam viuentes deſe-
rit, ſi multi pro ea vitamquoq; ponere non dubitarunt, quid no
bis miſerius eſt, qui pro illa quæ in æternum permanſura eſt glo-
ria, quæ nunquam auferri poteſt, ne parua quidem, ea quæ
paulo poſt vel in hac vita velimus nolimus relicturi ſumus, da-
re patimur? Et alibi dicit idem doctor, peccatum ſanies eſt, H
pœna ferrum eſt medicinale, ſicut igitur ſaniem habens, & ſi
non ſecatur, male habet, & cum non ſecatur, tunc eſt in maio
ribus malis, ita peccans etiamſi non puniatur, eſt omnium mi-
ſerrimus, & tum maxime miſer cum non punitur & graue nihil
patitur: & ſicut ſplene & intercute laborantes, cum longa fruun
tur menſa, & frigida potione, & delicatis ferculis & ſapori-
bus, tunc præcipue ſunt omnium miſerrimi, delicijs morbum
augentes: ſi vero fame & ſiti ſecundum medicorum leges cru-
ciantur, aliquam ſalutis ſpem habent, ſic in iniquitate viuen-
tes, ſi puniantur, ſi pœnitentiam agant, bonam ſpem habent,
ſi vero cum iniquitate delicijs fluant, & hydrope laboranti-
bus

*2. Pet. 2.*

*Timeem⁹ Deū & eius punitionis.*

*Iſa. vlti.*

*Infernum & ei⁹ tormēta quis poterit tolerare?*

*Vitā emēdemus & pœnitētiā agamus.*

*Chry. in Ioā. ho. 38*

*Simile.*

*Obnixe nobis elaborandum eſt vt beatitudinem conſequamur.*

*Chry. ho. 61 & 46. ad popu.*

*Similitu.*

*Pænitētia eſt pharmacum contra peccati venenum.*



A bus ſunt deteriores. Quare nullus eorum qui hic peccat, ſi non
diſſoluerit, illuc migrans, eorum pœnas effugere poterit. Sed
ſicut ex terrenis carceribus cum catenis ad tribunal adducuntur,
ſic omnes peccatrices animæ eorum qui hic pęnitentiam non
egerint, cum hinc migrauerint, varijs peccatorum catenis cir-
cundatæ, ad tremendum aguntur tribunal Chriſti.

Si volumus Dei miſericordia potiri, oportet vt laborem ali-
quem ipſi adhibeamus, videlicet contritionem & compun-
ctionem cordis, & confeſsionē ſcelerū noſtrorū adhibeamuſq;
B ex noſtra parte vt poſſumus, pęnitentiam & laborē atq; afflictio
nem propter Deum libenti animo & exprōpta volūtate. Quod
ſignificaſſe viſus eſt Propheta cum diceret, Miſericordia & veri-
tas obuiauerunt ſibi, iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Nam cum Dn̄s
Holophernis caput in manus Hebræorum traditurus eſſet, & vi
ctoriā eis conceſſurus, voluit primū vt famē paterētur, ſitimq; &
labores multos. Quamuis enim Deus miſericors ſit, vult tamen
vt ei obuiā exeamus cū dolore & pęnitētia peccatorū noſtrorū,
& ſic ab eo miſericordiā poſtulemus: ita enim fecit Abigail vt
placaret iratum Dauidē, tametſi ſciret eum eſſe benignū, clemētē
C & perhumanū. Erat lex in li. Nume. quæ præcipiebat vt qui teti
gerit cadauer hominis, ſeptem diebus erit immūdus. Sūt aliqui
peccatores qui poſtquā lachrymulas aliquas effuderint, & veniā
aliquando à deo poſtulauerint, & bis aut ter ſuſpiria emiſerint,
ſtatim ſibi vidētur ab omni crimine expiati, cū videant iſtos pro
pter mortui cōtactū corporalē, aut alteri⁹ rei immundæ, vſq; ad
ſeptimā diē expectare purgationē. Nō ita ſe gerebat rex Prophe
ta cū diceret, per ſingulas noctes lectū meum, & lachrymis meis
ſtratū meū rigabo, Loquēs Deus in Deut. cū populo ſuo peruer-
ſo & peccatore, exhortādo ipſum ad pænitentiā, ait, & benedicēs
D tibi, maioris numeri te eſſe faciet quam fuerint patres tui; aut vt
Pagninus legit, multiplicabit te magis quam patres tuos. Su-
per quē locū dicit grauis quidā interpres, mira valde eſt dignatio
Dn̄i, in pęnitētes, vt illis maiora bona cōferat, quā ſi in innocē-
tia permanerēt, nō ꝙ maius donū ſit Dei pœnitētia ꝗ innocētia,
ſed quia Deus pęnitētibus maiora promittit vt reſipiſcant. Vnde
Iſa. ait, Expectat Dn̄s vt miſereatur veſtri, & exaltabitur parcēs
vobis. Oſtēdit Dn̄s ſe aliquid lucri, gloriam videlicet cōſequi ex
eo quod peccatoribus parcit, vt eos ad pęnitentiam alliciat.
Vnde videmus Petrum cumulatius ornatum poſtquam de tri
na negatione pęnituit: quam ante, hoc eſt vberiorem conſecu-
tum gratiam, vt doctores omnes qui de hac re ſcribūt affirmāt,

*Simile.*

*Labores pro Chriſto perpeſſi plurimū conducūt.*

*Pſal. 84.*

*Iudith. 3. & 4.*

*1. Reg. 25.*

*Num. 19.*

*Pœnitētia perſeueret ſemper.*

*Pſal. 6.*

*Deut. 30.*

*Oleaſter.*

*Eſai. 30.*

*Pœnitētibus Deus beneficia multa confert.*

 ſic enim

ſic enim ſe ſolet Deus gerere erga pęnitentes. Itē ſuper illa Ver E
*Nu.* 14. ba ca. 14. num. diē pro anno portatis pœnam iniquitatum veſtra
*Oleaſter.* rū dicit idem autor, quod aliqui negligētes agere pœnitentiam,
ex poſtulant cum confeſſoribus quod graues ipſis pœnitētias im
ponāt, nō cōſiderātes interim quod hic Deus pro vno die delicti
*Confeſſor* commiſsi, annum imponit pęnitentię, neq; hoc pro homicidio
*pro ratio-* neq; pro adulterio, neq; pro furto, ſed pro murmuratione. In
*ne delicti* quo docentur confeſſores quod non leues nimis dent pœniten-
*det pœni-* tias, ſed cum delictis proportionatas. Et licet apud Ezechie. Dies
*tentias.* pœnitentiæ anni vnius peccato imponatur, meminiſſe tamen F
*Ezech.* 4. opus eſt illam pęnitentiam iuſto imponi, & vnam diem tam ſtri
ctæ obſidionis pro anno & duobus poſſe computari.

### *Obſtinatio & duritia animi condemnatur.*

HViuſmodi quidem Baptiſtæ monitiones & voces, progreſſus
*Magna* multos reportabant cum ipſos ad pęnitentiam incitabat, ſi
*eſt vis ver* quidem finita prædicatione tam multi ad eum concurrebant, pu-
*bi Dei.* blicani etiam & milites ad eum veniebant vt baptizarentur, &
conſilium ab eo poſtularent de vitæ inſtitutione, & à ventura ira G
liberarentur quam ipſis prædicauerat: nos vero vſq; adeo ob-
ſtinate viuimus, vt quamuis ſæpe à concionatoribus de morte,
iudicio, & inferno, multa audiamus, non tamen mouemur præ
tanta proteruia, duritia, & obſtinatione, ſed terga deo damus.
*Ezech.* 8. Hæc autem fuit maxima illa abominatio quam oſtendit Deus
Ezechieli, videlicet quando oſtendit viginti quatuor viros dor
ſa habentes contra templum Domini, & facies ad orientem, &
adorabant ad ortum ſolis, ideo hæc abominatio erat alijs peſti
*Deut.* 11. lentior, quia erat in loco templi interiore, & quia qui eam per
petrabant, Deum pænitus contemnebant. In Deuter. Prohi- H
buerat Deus ne Hebræi in Dei cultu gentes imitarentur, quæ
Deos ſuos colentes, ſe conuertebant ad orientem, at hi Iudęi ter
ga vertebant ad altare, & ad ſolis ortum reſpicientes, idola co
*Iſa.* 1. lebant. Id plorabat Iſa. non intelligens ſolum de Iudæis, ſed
de noſtra etiam peruerſa obſtinatione, cum diceret, dere-
liquerunt dominum, blaſphemauerunt ſanctum Iſrael, ab
*Figura ob* alienati ſunt retrorſum. Quatuor idololatriæ genera nume-
*ſtinatorū.* rat hoc loco diuinus vates, quæ noſtræ impœnitenti & obſti-
natæ vitæ quadrant: Primum fuit ſtatua Baal in introitu
primi atrij templi: ſecundum cultus picturarum in pariete in
atrio ſecundo, tertium ſeſſus mulierum colentium Adonidem
in



A in atrio tertio, quartum vultuum conuerſio ad orientem aduer
ſus Dei altare in ipſo templo in loco ſacratiore & interiore.
Prima abominatio eſt in deſiderio flagitij adhuc reipſa non cō-
miſsi, ideo erat idolum in introitu, quoniam turpis cogitatio *Gradus*
initium eſt ſceleris: ſecunda eſt perpetratio delicti, tertia eſt pec *quibus ma*
candi conſuetudo, quarta eſt defenſio ſcelerum cum Dei con- *li ad infer*
temptu & obſtinatione. Hæc vltima eſt abominatio maxima, & *num deſ-*
vltimus fere gradus excidij. Tria genera flagitiorum condona- *cendunt.*
bit tibi Deus, ſi ad illum pœnitens confugeris, ad quartum quo
B niam ad Deum non confugies, nequaquam, quoniam eſt impœ-
nitentia, delicti complacentia & obſtinatio: quandiu enim tibi
in ſcelere placueris, Deumque neglexeris, qui fieri poteſt vt re-
miſsionem conſequaris? ſuper tribus ſceleribus Damaſci & ſu-
per quatuor non conuertam eum, dicit Deus per Amos. Acſi di *Amos.* 1.
cat, tria prima ſcelera tibi remittam, quartum autem minimè.
Quaſi diceret, ſi ſemel aut bis in flagitia incidiſſet, peperciſſem
illi, at quia peccandi nullum facit finem, luet mihi pœnas om- *Perſeuerā*
nium delictorum. Si fueris ad dominum conuerſus, & confuge *tiā ſiue ob*
ris ad ſacramentalem confeſsionem, ſanctumq; hoc ſacramen- *ſtinationē*
C tum pœnitentiæ fueris amplexatus, conſequeris abſq; dubio re *in peccato*
miſsionem. Sin autem peccandi finem nullum feceris, nunquam *quomodo*
gratiam conſequeris, & decedens in finali impœnitentia, eris in *puniat*
æternos cruciatus præcipitatus. *Deus.*
Lachrymis planè dignum eſt bone Deus, quod hominis prop- *Obſtinati*
terquem paſſus es, obſtinatio eo deuenerit, vt nō ſolū præcepta *quo tandē*
tua ſeruare detrectet, ſed nec etiam legem tuam audire velit, *veniant.*
imo illud Danielis dicat, & præcepta tua non audiuimus. Audi *Dani.* 3.
uit te mare, quando populo ſitienti vim aquarum produ- *Exod.* 14
xit, audiuit te Iordanis rapidiſsimus fluuius, quando ad tranſitū *Pſal.* 65.
D Hebræorum te iubente conuerſus eſt retrorſum: audiuit te ſol, *Exo.* 17.
quando in medio cæli immotus ſtetit: audierunt te venti, quan- *Num.* 20.
do imperaſti ventis & mari, & facta eſt tranquillitas magna: au- *Pſal.* 77.
dierunt te mortui, quando dixiſti, Lazare veni foras, eo iam ſe- *Ioſue.* 3.
pulto: & filio viduæ ciuitatis Naim, Adoleſcens tibi dico ſurge: *&* 10.
& filiæ principis Synagogæ, puella ſurge. Mortui te audiunt, & *Matt.* 8.
viui te audire recuſant? audiunt te res omni ſenſu deſtitutæ, & *Marc.* 4.
nos quos tu compotes rationis ad imaginem & ſimilitudinem *Ioann.* 11.
tuam feciſti, te audire renuimus? O ſurditatem noſtram miſerri- *Luc.* 7.
mam! O contumaciam deplorandam! Quid Deo reſpondebimus *Matt.* 6.
in die iudicij? Audimus mundum cum nos vocat ad blandas, ſed *Mar.* 5.
peſtilentes voluptates, vt nos capiat & occidat, tibi autem qui *Luc.* 8.

H 5 nos

*Mali obediunt mũdo & non Deo.* *Simile.* *Matt.11.*

nos aliquando terres timore ſupplicij ſempiterni, vt vitia fugiamus, & virtuti operam demus, nolumus aures præbere? E Vt blanda aucupis vox, aues vocantis & modulantis, illis eſt pernicioſa, non autem ſonitus villici deterrentis: Sic mundi blanditiæ & illecebræ, quibus nos vult delinire & irretire, exitioſæ ſũt, non autem Dei verba & monita, quibus nobis iniicit terrorem ad animos à vitijs abducendos, & ad virtutem excitandos. Ac ſæpe nos benigne vocat dicens, venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos: ſed nos obſurdeſcimus & illum fugimus, præbemus aures mundi dolis, F diuina autem & ſalutaria præcepta audire recuſamus.

*Obediamus Deo.* *Gen.16.* *Gen.22.* *Exemplũ obediẽtiæ.*

Dic mihi miſerabilis homo, ſi in re quæ tibi vtilis eſt, quam tibi Deus præcipit, ita ei reſiſtis, videlicet cum tibi dicit vt pœnitentiam agas, quomodo ei obedires in rebus tuo iudicio amarioribus & minus vtilioribus, ſi tibi eas imperaret? Mandauit Deus Abrahæ vt filium circuncideret Iſmaelem, & omnes domeſticos maſculos, & quamuis res videretur pericuIoſa & doloris plena, id tamen eodem die præſtitit quo ſibi præceptum fuit, non autem in ſequentem diſtulit diem. Iterum præcepit ei dicens, tolle filium tuum vnigenitum quem diligis G Iſaac, & vade in terram viſionis, atque ibi offeres eum in holocauſtum: & vide quam ſedulo id executioni mandare voluit. Magna quidem fuit ſancti Abrahæ fides, qui nequaquam dixit, hæccine ſunt promiſſa tua Deus? Quorſum quæſo eum mihi, in ſenectute dabas, ſi paulo poſt eundem auferre debebas? Nonne præſtitiſſet eum mihi à te non dari? item nonne à te homicidium prohibitum eſt, cum loquendo ad Noe dixiſti, carnem cum ſanguine non comedes? cur igitur præcipis vt innocentem immolem adoleſcentulum, & eius carnifex videar exiſtere? Credibile planè eſt, hæc & ſimilia ſibi in mentem H venire, nihilominus tamen ſtatim mandatum domini executioni mandare decreuit, abſque ſuſpirijs, replicationibus, lachrymis, querimonijs, & commemoratione huius rei alicui ex domeſticis. Cum Deus tribus ordinaſſet, & numerari iuſſiſſet per familias & domos, vt in Nume. habetur, præcepit vt leuitæ priuilegio gauderent, nec numerarentur vt cæteræ tribus, & ait textus, fecerunt filij Iſrael ſecundum omnia quæ præceperat Deus Moyſi: ecce quomodo ſtatim obedierunt, neque conqueſta fuit tribus Iſachar etſi copioſior eſſet quam tribus Iuda, quod ei ſubijcerentur, nullus murmurat, nemo cauſatur ſe alijs ſubeſſe quibus præeſſe debuerat, ſed omnes

*Num.2.* *Deo obediamus abſq; vlla contradictione.*



A omnes imperio domini obtemperant, quis daret nos talem habere mentem, vt quiſque loco ſibi à Deo deſtinato eſſet contentus neque ſe cogitaret præfectura alteri conceſſa dignum? Sed hoc munus altiſsimi eſt. Conſidera & vide quam amariora hæc ſint, quam quæ tibi dicit, videlicet vt vitam in melius emendes, & nihilominus nunquam vis audire.

*Obediẽtia donũ Dei.*

Sicut in horto vel vinea noxiæ ſunt vrticæ & ſpinæ, attamen eradicatæ & poſitæ pro ſepe ipſius vineę & cuſtodia, conducere videntur, ita tu debes peccata tua ab anima conuellere, B & pœnitentiam de illis agere, habere tamen ea in memoria, ad hoc vt poſthac te à vitijs cuſtodias atque defendas. Michas clamans ſequebatur quoſdam milites qui furati ei fuerant idola: dicentibus autem illi cur clamaret, reſpondebat, Deos meos quos mihi feci tuliſtis, & quæritis quid tibi eſt? Si igitur miſer ille pro Deo ſuo vano quẽ ipſemet ſibi fecerat, tantum plorabat, quanto magis debet quis de peccatis dolere & plorare, cum videat quod perdiderit Deum ſuum verum? Si filia Iephte duobus menſibus plorabat virginitatem ſuam cum ſodalibus ſuis, quia mors appropinquabat, quanto magis nos, qui neſ- C cimus an hodie reddituri ſimus rationem vitæ noſtræ, plorare debemus? Et certè ſicut pluuium tempus inimicum eſt his qui oppugnant arcem aliquam, ita lachrymæ ipſę maxime repellunt à nobis inimicos noſtros, & hoſtes qui nos iugiter impugnant atque inuadunt. Si Dauid tantopere flebat propter pueri morbum, & Samuel tam vehementer dolebat propter Saulem, an non multo magis nos flere debemus atque dolere ob infirmitatem, interitumque animæ noſtræ, propter peccata contractum? Varijs modis te vocat Deus, vel per internam inſpirationem vel per externam prædicationem & exhortatio- D nem, vel per beneficia, aut etiam per flagella, vt diligenter cogites quomodo ſuo tempore rationem reddere poſsis villicationis tuæ. Tu autem tanquam aſpis obturãs aures tuas ſurdus es ne audias vocem incantantis ſapienter, quapropter theſaurizas tibi iram in die iræ, & quia hic miſericordiam vocantem non audis, audies poſtea iudicem dicentem, ite maledicti in ignẽ æternum. Conuincet Deus malos de obſtinatione atque pertinacia in vitijs, proponens ante oculos pœnitentiam illam Niniuitarum in prædicatione Ionæ: arguet etiam de negligentia, quod veri Salomonis Chriſti ſapientiam negligant, eiuſq; mandata & conſilia contẽnant, propoſita ante oculos regina ſabba, quæ à diſiunctiſsimis regionibus acceſsit auditura ſapientiam Salomonis.

*Simile.* *Pœnitẽtia quã ſit ſalutaris.* *Iudi.18.* *Perdere Deũ ſumma miſeria.* *Iud.18.* *Simile.* *2.Reg.12* *1.Reg.16.* *Varijs modis nos Deus a vitijs & vocat.* *Pſal.57.* *Rom.2.* *Matt.25* *Matt.12.* *Luc.11.*

*Albert. Magnus. Simile.* monis. Albertus Magnus ait in Germania fontem eſſe, in quem E
quæcunque conijcias, obdureſcunt veluti lapides, ita quæcunq;
ſana conſilia dederis obſtinatis viris, ea conuertunt in lapi-
des quoſdam & obſtinationem maiorem.

## DOMINICA QVARTA ADVENTVS.

## CONCIO TERTIA.

*Pœnitentiam non differamus.* F

ANNO *quintodecimo Imperij Tyberij Cæſaris.* Luc. 3. Vide
etiam Matt. 3. & Mar. 1. & Ioann. 3. *Factum eſt verbum do-
mini ſuper Ioannem Zachariæ filium in deſerto.* Satis qui-
dem tenera ætate cæpit Ioannes aſperam illam vitam ducere, &
nobis exemplum præbere non differendæ nec procraſtinādæ pœ
*D. Hiero.* nitentiæ. Vndè D. Hiero. explanans verba illa Hiere. in tempore
*Hier. 2.* afflictionis ſuæ dicent, Surge & libera nos, ſic ait. Impudens po-
ſtulatio, tempore neceſsitatis & anguſtiæ ab eo quærere auxiliũ G
*D. Aug.* quem in proſperitate contempſeris. Hinc etiam D. Auguſt. ait,
rogare morientes non delicti penitentia, ſed mortis vrgentis ad
monitio compellit: nec dignum eſt in morte accipere ſolatia,
qui ſe non cogitauit moriturum. Non facile inueniuntur in ad-
*Venia in morte tantũ quæſita difficile impetratur.* uerſitate præſidia, quæ non fuerunt in pace quæſita. Primum
prudentis hominis officium eſt, in finem ſibi propoſitum oculos
conijcere, & ea quæ ad finem conſequendum commodiſsima &
vtiliſsima, atq; aptiſsima ſunt, eligere. Quemadmodum enim na
uigaturi primum quidem quem debeant portum petere vident,
deinde eo nauigationis curſum dirigunt: ita vir prudens inquem
*Simile.* finem fuerit à Deo conditus, prudenter attendit, deinde cætera H
omnia prouidet. Conſtat autem in hunc finem hominem à Deo
*Dirigam⁹ opera noſtra ad finē propterquē cōditi ſum⁹.* conditum eſſe, vt ſuæ illum felicitatis & beatitudinis conſortem
efficeret, quo fine nihil excogitari poteſt magnificentius, nihilq;
ſublimius. Huius autem rei vel ignoratio vel obliuio, malorum
omnium quæ in mundo geruntur cauſa eſt, cum homines finis
ſui obliti, per deuios ſaltus errabundi miſerrime vagentur. Sic
enim multi viuunt, quaſi ad ſola huius mundi bona fruenda na-
ti eſſent.

*Simile.* Porrò prudentes duces & imperatores aduerſus hoſtium exer
citus dimicaturi, in pace ea ſibi præſidia atque arma comparāt,
quibus in ipſo certamine vſuri ſunt; cum ergo inter omnia quæ
futuro



A futuro tempore ſperamus, nihil morte certius, nihilq; ſit pericu
loſius, prudenter ad hanc viri boni tota ſe vita adhunc finē præ
parant, nec vllum negotium huic anteferendum cenſent. Vndè *Nos ad mortē præparemus.*
quemadmodum prudentes nautæ tranquillo mari nauis arma-
menta præparant ne eos exorta ſubitò tempeſtas imparatos in
ueniat, ita vir probus atque prudens, tranquillo vitæ tempore, *Simile.*
futurum mortis reddēdæq; rationis periculum cogitatione præ
uenit, & quibus ſe ad illud rationibus parare poſsit, tota men- *Prouidentia vtamur circa ea quæ nobis euentura ſunt.*
te prouidet. Sera enim ad pericula, in ipſis periculis præparatio
B eſt: improbi ergo homines fatui appellantur, quod hæc omnia
viri prudentis officia prorſus negligant, vt pote qui non conſi-
lio aut ratione, ſed temeritate, cupiditate, affectibus, & cæco
multitudinis iudicio, vitam & actiones ſuas dirigant.

Auget autem ſtultitiæ & ſocordiæ huius admirationē, quod
vbi de terreno aliquo lucro aut hæreditate quæ poſtmortem ex *Soliciti ſumus circa tēporalia nō autem ſic circa ſpiritualia.*
pectatur, agimus, mors & incertus vitæ exitus ſolicitos nos effi-
cit, & crebro illius memoriam refricamus. Cum vero de præpa-
ratione illa vndè ſalus & æterna vita pendent, differimus, nō ma
gis illius recordamur, quam ſi immortales & æterni eſſemus.
C Itaque ſi quod vel principis vel eccleſiæ beneficium cum vita ſi-
mul finiatur, dictu mirũ qua cura & ſolicitudine mortis memo-
res, damus operam vt illud ad hæredes noſtros poſtmortem trāſ *Simile.*
feratur. Tunc enim anxij ſumus, tunc de incerta mortis hora ſo *Soliciti ſumus ne bona mundi amittam⁹; non ſic de bonis gloriæ.*
liciti trepidamus, ne illa intercepti, beneficium cum vita ſimul
amittamus, qui tamen, an cum ipſa corporis vita æterna mors
nobis ſubeunda ſit, nihil omnino curamus.

Nec in his ſolum rebus, ſed in alijs etiam omnibus in quibus
aliqua vtilitatis ratio, incerta mortis conditio cogitatur. Qua
de re ſic D. Chry. differit, ſæpe vir cum vxorem ducere vult, mor
D tis meminit in deſponſatione, & deſcribit in dote: nondum con *D. Chryſ.*
uixerunt, neq; nuptiæ habitæ, & mortem ſtatim definit, nondum
nuptam vidit, & mortis aduerſus illam calculos proponit, ſcri-
bit enim in hũc modum, ſi mortuus fuerit vir ante mulierem, ſi
mulier ante virum, hoc & hoc diſponatur. Sic formatæ ſunt pa- *Incredibilē adhibemus diligentiā ne tēporalia bona amittamus.*
triæ leges, vbique omnibus naturæ ſunt monumenta, & non ſo-
lum eorum qui ſunt & viuunt, mortis feruntur ſententiæ, ſed &
eorum qui nondum nati. Quid enim vltra dicitur? Si autem na-
tus fuerit filius, & mortuus fuerit, nondum natus, etiam mortis
ſentētia lata eſt, Hactenus ille: ex cuius verbis colligere licet quā
ſit lamentanda perditorum hominum fatuitas atque dementia:
qui cum tantam incertæ mortis rationem habeant, vbi aliqua
terrenæ

terrenæ vtilitatis iactura aut commoditas intercedit, nullam E prorſus eiuſdem memoriam retinent, cum res omnium maxima in diſcrimen vocatur. Quis igitur hos vere fatuos & amentes non iudicet, qui cum tantam præſentis vitæ curam habeant, tamen neque temporis futuri neque reddendæ rationis vlla cura tanguntur? Longè igitur aliter ſenſerat glorioſus Baptiſta, quippe qui in tam tenera ætate, tanta carnem macerabat abſtinentia atque ieiunijs,

*Aeterna recordemur, qui tanta rerũ tẽporaliũ curam gerimus.*

*Solitudinem amemus.*

*Luc. 2.*

Neq; dumtaxat abſtinentiæ vacare debemus, & ieiunio corpus affligere, vt veriſſimus pœnitentes, verum etiam ab homi- F num turba nos cum opus eſt ſubducere, ſicut nos ſuo exemplo Baptiſta docuit, qui non ſolum abſtinentiſſimus erat, verum etiã receſſit in deſertum per aliquod temporis ſpatium. Si enim tu aliquando non conceſſeris ab aſſiduo hominum ſtrepitu & turba, aliquid profecto tibi affricabitur fortaſſe contagioſorum & vitioſorũ. Etenim videmus quod quamuis ferrum ipſum durum ſit, nihilominus tamen ſi diutius ſub terram manſerit, tandem in terram reſoluetur. Potes etiam ait Seneca, etiam in domo tua conſtitutus verſari, ibique te abducere à fluctu negotiorum, tantiſperque otio vacare & contemplari, vt poſtea ani- G moſior reddaris & cautior ad ea quæ peragenda eſſe decreueris. Si enim durum ferrum tandem in terram reſoluitur ſi ſub terram diu recondatur, quid putãdum eſt de carneo corde ſi diutius occupetur in conuerſatione quorumcunque hominum, neque vnquam ſe ad ſolicitudinem meditationemque recipiat? an nõ eorum cum quibus tractat mores contrahet & ingenium? Porro diligenter pœnitens in ſui cognitionem incumbere debet, cogitareque quantis beneficijs fuerit à Deo affectus, & quam miſerabilis ſit peccati ſtatus, ac præterea quam horribiles ſint inferni pœnæ peccatis ipſis debitæ. Multis etiam lachrymis & gemitibus peccata ſua deflere debet, poſtmodũ ſe accuſare debet & ſce- H lera ſua confiteri, ſicut filius prodigus dicebat, pater peccaui in cælum & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus: Peccaui inquam coram te iudice meo, & peccaui etiam coram Angelis, peccaui præterea etiam coram ſanctis, qui interceſſores mei ſunt.

*Simile.*

*Seneca ad Lucil.*

*Pernicioſas ſodalitates fugiamus.*

*Præ neglĩgẽtia bonarũ conſiderationũ perimus.*

*Luc. 15.*

*De genere potius quam de virtutibus gloriari, turpe eſt.*

*Ezech. 23*

*Simile.*

Ne cœperitis dicere, ait, patrem habemus Abrahã. Cum Iudæi gloriarentur ſe eſſe filios Abrahæ, vocat eos Deus filios Cethęæ per Ezech. cuius impias ſuperſtitiones ſequebantur: oſten-

dit



A dit illis Deus veram nobilitatem non conſiſtere in maiorum celebritate, ſed in propria virtute, à qua illi erant derelicti. Vir nobilis virtutum ornamentis decoratus, eſt veluti cælum ſerenũ, pulchrorum ſyderum, varietate diſtinctum. Et quemadmodum denſæ, terreæq. nubes ſplendida obſcurant ſydera, ſic poſteri degeneres, & ſcelerum labibus contaminati, maiorum ſplendorem, eorumq; inſignium virtutum claritatem extinguunt, ſuorumq; vitiorum tenebras illis offundunt, vt etiamſi fuerint nobiles, certè veniant in obliuionem. Satius eſt proprijs rebus geſtis florere, B quam opinione niti: Non debent nobilium filij appellari, qui in perpetua verſantur ignominia, ſed nefariorum, quorum viuendi rationem imitari contendunt. Vnuſquiſq; eius dicitur filius cuius ſequitur opera. Eam ob cauſam Chriſtus Deus noſter, impios Iudæos apud Ioannẽ filios diaboli, appellat quidem. Et idẽ Ioannes de Chriſtianis ait, Quotquot autẽ receperũt eum, dedit eis poteſtatem filios Dei fieri. In Chriſto enim Ieſu vt ait D. Pau. nec circũciſio aliquid valet nec præputiũ, ſed noua creatura. Significat Apoſ. veram apud Deum nobilitatem eſſe animæ renouationem per fidem charitate formatam, quæ non in ſtemmatibus C maiorum & generis amplitudine conſiſtit, ſed in nouitate vitæ, & in diuini luminis imitatione. Nos qui ex gentibus origině ducimus potius filij Abrahæ ſumus, cum illius fidem referamus, quam hi qui ſe ortos ab illo putant, nec tamẽ domeſtico exẽplo à ſcelere & impietate renouantur. Cũ enim in diuina cognitione omnia ſint à ſenſu corporis ad mẽtis dignitatẽ cõferenda, nõ multũ refert cuiꝰ ſanguine procreemur, ſed cuius ſemita ingreſſi vitã inſtituamus. Vt oſtẽderet quantũ ſuperba ſynagoga ab antiqua illa nobilitate ſua degeneraſſet, ait per Ezechie. pater tuus Amorrhæus, & mater tua Cethæa: Quaſi diceret; tanta eſt iniqui D tas tua, vt videaris genita ex parentibus infidelibus, omniũq; ſcelerũ colluuione cõtaminatis. Amorrhæi & Cethæi fuerũt immanitate barbari, à veri Dei cultu penitus alienati, & incredibilibus flagitijs polluti. Horũ nationũ vocat Deus filiã Synagogã Iudæorum, nõ quod ita eſſet per naturam, ſed per imitationẽ. Eodẽ modo Ioan. nunc vocat Iudæos progenies viperarũ. Et Chriſtus ait per Ioann. vos ex patre diabolo eſtis. Quem locum explicans D. Cyril. ait, conſuetudinis eſt ſacræ Scripturæ, ex imitatione vel ſimilitudine filios appellare, vt hic: quia enim Iudæi imitati fuerant iniquitates Amorrhæorum, inde parentes eos habuiſſe dicuntur, de quibus per ſcelerum propaginem naſcerentur, & cum quibus pro ſimili ſcelere damnarentur.

*Simile.*

*Improbi ſuorũ clara ſtẽmata denigrãt.*

*Ioan. 8.*

*Ioan. 1.*

*Gal. 1.*

*Vera nobilitas in virtute cõſiſtit.*

*Oroſius Epiſc. lib. de nobili. Chriſtia.*

*Magis de virtutibus quã de genere gloriemur.*

*Ezec. 16.*

*Multi nobiliũ filij videntur à barbaris progeniti.*

*Ioan. 8.*

*D. Cyril. in Ioan. lib. 6. c. 3.*

Vides

E Vides igitur quemadmodum Ioannes Iudæorum gloriam inanẽ illam & inutilem confregit, qui ſe vane iactabant ab Abrahamo, omni ſapientia & virtute præſtanti, genus ducere. Quid prodeſt riuulo fluere ex puro & ſalutari fonte, ſi ipſe eſt ſpurcitia plenus, corruptus, & omni ex parte contaminatus? Eodem modo quid prodeſt filio nobilitas patris & ſtemma maiorum, ſi ipſe eſt vitijs omnibus imbutus, & veneno flagitiorum infectus? Qui non eſt ob facta cognitus, nulla eſt laude celebratus: quam claritatem & nominis amplitudinem putat adipiſci, ſi aliorum res geſtas, & præclaras virtutes, ſibi iactabundus arroget?

*Simile.*

*Parũ prodeſt generis nobilitas alicui cũ ipſe ſit vitioſus.*

F Quemadmodum Aeſopicus gracculus pulchris aliarum auiũ plumis indutus, pulchritudinem ſibi vane aſſumebat, ſed exutus manſit irriſus & propria nigredine affectus, cum quælibet auium ſuam ab eo pennam ſuſtuliſſet: ſic qui maiorum ſuorum rebus præclarè geſtis gloriantur, aliorum bonis ſeſe venditant, & nobilitatem alienam ſibi vſurpant, cum nulla ſint propria virtute muniti, exuunt ignominioſè in foro aliena indumenta. Et vt verbis vtar Horatij, Moueat cornicula riſum, furtiuis nudata coloribus. Illuſtrius eſt proprijs virtutibus & rebus florere, quam maiorum opinione niti. G Ex terra fertili producitur aliquando cicuta venenoſa, & ex terra ſterili naſcitur pretioſum aurum. Qui maioribus ſuis honeſtate propria prælucent, vt ſi prius noti non fuerint, ab illis accipiant initium memoriæ ſuæ, ſunt magnis laudibus efferendi, contra vero qui vita turpiter acta magnas ſuis offundunt tenebras, vt etiamſi nobilitate floruerint, veniant in obliuionem, ſunt acriter vituperandi. Vndè iuſtè quidem hos monet Baptiſta vt pœnitentiam agant, & non ſe iactent filios Abrahæ, atq; idcirco deſerant ea ad quæ obligantur. Voluit Deus vt ſui hiſtoriographi qui eiuſdem genealogiã ſcripturi eſſent, in ea H bonos & malos deſcriberent, alienigenas & natiuos, nobiles & ignobiles, vt omnes intelligerent quam parum proſint probo obſcuri genitores, ſiquidem vera nobilitas in vniuſcuiuſque virtute conſiſtit. Quod ſi de tuis operibus gloriaris, gloriare de virtute, & non de vanitate. Si enim gloriaris de fortitudine & robore corporis, fortior eſt leo: ſi de corporis agilitate, agilior multo eſt leporarius canis, aut ceruus. Si de robuſtis viribus, robuſtior quidem eſt taurus: Si de corporis pulchritudine & ornatu, ornatior multo & pulchrior eſt pauo ipſe, delicatiſsimis veſtitus plumis. Quare erubeſce iam tandem, cum rationis compos ſis, de huiuſcemodi gloriari rebus, in quibus multis interuallis à rationis expertibus animantibus ſuperaris & euinceris. Qua-

*Simile.*

*Tuis poti⁹ virtutibus gloriari debes, quã maiorum tuorum.*

*Horatius.*

*Simile.*

*Aliqui nobilitant genus ſuum aliqui vero obſcurant.*

*Matt. 1.*

*Luc. 3.*

*Parũ prodeſt improbo quod ex claro ſanguine ſit.*

*Nihil nocet probo quod ex obſcuro natus ſit ſtirpe.*

*Vanum eſt de tẽporalibus bonis gloriari.*



A propter tu qui nobilis es, & te ex illuſtri ſanguine ortum magnificas, tuorum maiorum ſtudioſa facta, & ſequi & imitari cures. Nobilitas namq; cenſus quidam perpetuus eſt virtuti debitus, quem ex nobilibus progeniti per vniuerſum vitæ ſuæ tẽpus exoluere tenentur. Nam qui ab hac vera nobilitate deuiant, monſtra quædam naturæ ſunt à proprijs parentibus degenerantia.

*Generis nobilitas cogere videtur aliquẽ quod virtutẽ aſsidue colat.*

Apud Deum plus valet animus quam genus: plus haberi ſolet in oculis Dei paſtor, & pauper agricola, probi, quam rex, vel Papa, ſi improbi ſint. In euangelio Matthæi tres reges tolluntur de B medio, nempe Ochozias, Ioas, & Amazias, in Chriſti genealogia, quia ſe miſcuerunt cum ſanguine impijſsimę Iezabelis, vt teſtatur D. Hiero. Vndè videmus quod aliqui obſcuro genere nati, generoſioris animi eſſe ſolent, & in virtutem propenſioris, quam qui ſe nobiliores iactant & digniores. Hinc factum eſt vt ille qui deſcendens à Hieruſalem in Hierico incidit in latrones, inuenerit miſericordiam, & clementiam atq; fauorem in Samaritano, quam tamen non inuenerat in ſacerdote, neq; in leuita, vt ſcribit S. Lucas. Vndè colligas quod virtus ipſa non proueniat ex generis nobilitate & corporis, ſed ex animi præſtantia & nobilitate. Veram nobilitatem ait Seneca, ſibi quiſq; inchoare poteſt. Virtus ſiquidem ipſa eſt quæ vnumquẽq; illuſtrem reddit. Sic nobilitatem quandam aſſecutus eſt Socrates, Cleantes, Plato, & alij huiuſmodi. Ex quibus ſequitur talem vnumquẽq; eſſe, taleq; nomen ſortiri, qualem ſpiritum habeat, qualemq; vitam ſequatur. Et quiſquis intra ſe dæmonis ſpiritum habet, dæmoniſq; malitiam & prauitatem ſectatur, quamuis ex illuſtriſsimo ſit genere, is dæmon appellari poteſt. Vndè dixit Chriſtus de Iuda, qui tamen Apoſtolus erat, nonne ego vos duodecim elegi, & vnus ex vobis diabolus eſt? Quare ſi quando inde te iactantia aliqua fortè inuaſerit, eam primo quoq tempore à te repelle, illam ineundo cogitationem, quod puluis ſis ac cinis, & quod breui vermiũ eſca futurus ſis, atque ideo tibi virtutibus eſſe incumbendum, vt hac potius ratione immortalem vitam conſequare, & nobilitatem iſtam illuſtres.

*D. Hiero. libr. 1. in Matth.*

*D. Hier.*

*Luc. 10.*

*Sene. li. 5. epiſ 44.*

*Qualia ſunt opera talis eſt nobilitas eius.*

*Ioan. 6.*

*Ambitionẽ qui frænabimus.*

*Silentium plurimum conducit.*

RECepit ſe in deſertum beatus Ioannes, quod ſit tanquam antemurale quoddam & propugnaculum ſilentij: nihil eſt quod magis ſilentio faueat quam ſolitudo. Quantum autem ad noſtram ſalutem conducat ſilentium, & quantum noceat loquaci-

*Solitudo propugnaculum ſilẽtij.*

taſ, vix quiſquam explicare queat. Vt enim vaſa inania longiſsi- E
mè tinniunt, ſic vani homines vera ſapientia deſtituti, maxime
*Simile.* garriunt, ſuntque loquacitate pleniſsimi. Fieri non poteſt vt gar
ruli ſint docti: nam vt vaſa quæ ſemper effundunt liquorem, nõ
implentur, ſic qui ſemper loquuntur, haud quaquam poſſunt
*Prou.10.* ſcientia repleri. Ac plerumque aliquid dicunt noxium, aut ſal-
tem otioſum & inutile, nam vt Salomon ait, in multiloquio nõ
deerit peccatum, vbi D. Auguſt. adnotauit non dixiſſe Salomo-
*D. Aug. lib.1. cõtra* nem in multa eloquentia, ſed in multiloquio, quod ait eſſe ſu-
*Creſco.* peruacaneam locutionem: quanto quis eſt impurior & flagitio- F
ſior, tanto perniciosior eſt eius copia & dicendi facultas. Ac ge-
neraliter nimia verborum vbertas nocet. Quam ob cauſam vi-
*Pro.13.* ri ſapientes ſilentio ſæpenumero vtuntur: nam vt ait ſapiens, qui
cuſtodit os ſuum, cuſtodit animam ſuam. Et alibi, qui modera-
*Pro.17.* tur ſermones ſuos, doctus & prudens eſt, qui autem inconſide-
ratus eſt ad loquendũ, ſentiet mala. Et Eccle. ait, beatus vir qui
*Eccle.14.* non eſt lapſus verbo ex ore ſuo. Et alibi, quis dabit ori meo cu-
*Eccl.12.* ſtodiam, & ſuper labia meà ſignaculum certum, vt non cadam
in ipſis, & lingua mea non perdat me? Et Iaco. omnis homo ſit
*Iacob.1.* velox ad audiendum, tardus autem ad loquendũ. Vt rupes obijci G
tur flumini ne ſe effundat, ſic ratio obijcienda eſt linguæ ne teme
*Simile.* re defluat. Eam ob cauſam natura illam in ore poſuit, & tanquã
in carcere concluſit, vbi eſt labijs ac dentibus circũſepta. D. Am
*D. Amb. lib.1. offi.* bro. quam plures vidi inquit, loquendo in peccatum incidiſſe,
vix quempiam tacendo, ideoque tacere noſſe quam loqui dif-
ficilius eſt. Quis obſecro eſt, qui interrogatus quidnam in pri-
*Autor.* mis optimè norit, reſpondeat verè ſe probe noſſe opportuno
& ſuo tempore tacere? attamen multi erunt qui verè dicant ſe
*D. Bern.* probe noſſe artem loquendi. Vndè D. Bernar. ait in quodam
*Hug. vict.* ſermone, tenerum membrum eſt lingua, & tamen vix teneri po H
*libro 2. de* teſt. Hugo Victorinus ait, Mores hominis lingua pandit: qualis
*An.* ſermo oſtenditur, talis animus approbatur. Caſsiodo. in Pſalm.
*Caſsio. in* dixi cuſtodiam, facilius ait, culpa tacendo refugitur, quam lo-
*Pſalm.38.* quendo. Aſpicis quam periculoſa ſit loquacitas? Aulus Gellius,
*Aul. Gel.* ſapiens inquit, ſermones ſuos præcogitat, & examinat prius in
*lib.8.* pectore, quam proferat in ore. Chilon Lacedæmonius, vt refert
*Chi. Lac.* Laertius, non cõmittendum eſſe dicebat, vt lingua animum præ-
*Anachar.* curreret. Anacharſius interrogatus quid eſſet in homine peſsi-
*apud Bru* mum, & quid optimum, reſpondit, lingua. Theocrius ita à loqua
*ſoniũ li.3.* citate abhorrebat, & ſilentium amabat, vt interrogatus à quo
*Theocrius* dam loquaci poeta qui multa recitauerat, quæ nã ei magis pla-
cerent,



A cerent, quæ inquit omiſiſti. Melius enim quod dixerat, erat id
quod non dixerat. Aegyptij Crocodilum quod elinguis eſſet, ve *Crocodili*
nerabantur. *natura.*

Vehemẽter ſilẽtij & ſolitudinis amicus fuit ſanctus Antonius,
atq; mundana omnia ſpreuit, vt Chriſtum lucri faceret: Vndè & *Solitudo*
idcirco ſe à mundanis in vaſtam ſolitudinem abdiderat, inſtar no *& ſilentiũ*
ſtri Baptiſtæ, vt poſſet commodius cupiditatem ipſam vincere & *lõge vtiliſ*
ſuperare, ibique arctam quandam ſibi delegit ſpecum, ſerpẽtibus *ſima ſunt.*
magis quam hominum frequẽtia ornatam, atque ibi ſeipſum ita
B concluſit & diligenter obſerauit, vt in ſuperna dumtaxat parte *Præclarũ*
foramen quoddam reliqu ſſet, per quod ſibi bis vel ter in anno *exemplum*
cibus tantum porrigeretur. Hic iam cum haberet victos & ſupe *ſolitudi-*
ratos ipſos dæmones, audiſſes querulas voces dæmonum dicen *nis & ſi-*
tium: Dimitte nos Antoni, ne nos excrucies, ſed miſſos nos fac: *lentij An-*
tu enim tam rigida iſta vita & ſancta, nos miſeros perdis, miſera *tonij.*
biliterque diuexas. Antonius vero in ſancto ſilentio atque inte- *D. Amb.*
riori animi quiete viuens, ita perdurabat conſtantiſsime, vt nec *lib.1. offic.*
cum eo quidem qui cibum ſibi porrigebat colloquium aliquod *c.2.*
duceret & protraheret: in qua vitę aſperitate viginti annos per *Cicero præ*
C durauit. Quid autem inquit Ambro. præ cæteris debemus diſce- *nimia lo-*
re, quam tacere vt poſsimus loqui? Ne prius vox me condem- *quacitate*
net mea, quam abſoluat aliena. Scio loqui pleroſque cum ta- *perijt.*
cere neſciant. Si enim perinde tacere nouiſſet Cicero atque lo- *Socrates.*
qui, nunquam in eam fortunam deueniſſet. Loqui male nõ poſ- *Pli. lib.10*
ſe, qui mali non ſunt, concluſit Socrates, quemadmodum re- *de ſummo*
fert Plinius lib.10. de ſummo bono: qui enim linguam cuſtodi- *bono.*
re neſcit, ſe malis operibus implicatum manifeſtat. Dicit philo- *Ariſt. 5.*
ſophus quod auis ſi ſub lingua habeat venam albam generat fi- *anima.*
lium album, ſi nigram, nigrum. Sic & moraliter ſecundum qua- *Gl. incog.*
litatem & colorem linguæ, color & qualitas fœtus ideſt operis *in Pſalm.*
ſibi correſpondet, *ver.63.*

## DOMINICA QVARTA ADVENTVS.
## CONCIO QVARTA.

*Dignitates humanæ & dominia, quam ſint inſtabilia & caduca.*

ANNO *quintodecimo Imperij Tyberij Cæſaris, procurante pon*
*tio Pilato Iudæam.* Luc.3. vide etiam Matt.3. Mar.1. Ioã.3. *potentatus*
Si attente conſideremus euãgelium hodiernum, in quo *& domi-*
ita breuiter percurruntur dominia & imperia mundi tam in *nia huma*
tẽporalibus quam in ſpiritualibus, quæ omnia iam abolita *na quã ſint*
ſunt & extincta, facilè intelligemus quam inſtabilia & cadu- *caduca.*

ca, atque infirma ſint omnia mundana, & fragilia. Vndè ad tantã E
fragilitatem & breuitatem rerum mundanarum deſignandam,
*Ezech. 4.* iuſsit Deus Ezechieli vt in quodam latere depingeret vniuerſam
maieſtatem Hieruſalem, vt inde intelligas, opes & magiſtratus,
regna & imperia, & omnia deniq; quæ magna mortalibus & pręclara
*Simile.* clara videntur, parua eſſe & fragilia, ſitaque in puluere & paruo
quodam luto, atq; in exiguo & vili, fragilique latere. Quod ſi to
ta terra à Mathematicis punctum appellatur, quid obſecro erit
paruum quoddam terræ fruſtrum & modicum lutum? Hinc Se-
*Seneca.* neca ait, punctum, & adhuc puncto minus eſt id quod colimus. F
*Plin. li. 2 c. 68.* Plinius etiam non aliud eſſe inquit terram, quam punctum: eſt
enim in medio ſita, & ad vniuerſi cæli complexum, puncti in-
*Simile.* ſtar obtinens, quod philoſophi centrum vocant. Sed quemad-
modum illam admirabilem Babylonis turrem in paruo latere
depictam, reſpectu parui tugurij iuxta illam coloribus repræſen
tati, incredibilis magnitudinis eſſe exiſtimamus, quia arcis illius
*Quæ in hoc mũdo vidẽtur maiora ſunt inſtar pũcti.* Babylonicæ ſimilitudinem animo concipimus, illa autem pictu-
ra adeo eſt exigua, vt nummulo quodam comprehendatur, ſic
ea que in mundo ſublimia & ingentia nobis videntur, adeo par
ua ſunt, vt in terra, in puncto, in latere quodam luteo conti- G
neantur. Apparent autem magna, quia ea cum minimis conferi-
mus, & quia eorum magnitudinis imaginarium conceptum ap-
prehendimus, ea magna exiſtimantes. Qui enim fieri poteſt vt
magna ſint quæ punctum capit? Quomodo non minimum erit,
*Boet. li. 2. de philoſ. conſol.* quod puncto comparatur? imo Boetius terram ait eſſe punctũ
pũcti. Hæc eſt ſedes diuitiarum, pro hac dimicãt mortales, hic tu
multuantur, hanc maximam, & ampliſsimam, & latiſsimam,
inſipientes homines exiſtimant, pro qua ſummis profecto
etiam cupiditatis ſtimulis concitati, cælum amittere non du-
bitant. H

*Ezech. 4.* Non ſolum iuſsit Deus prophetæ vt Hieruſalem depingeret, ſi
cut ſupradiximus, ſignificans eius fragilitatẽ, maximamq; breui
tatẽ, ſed præcepit etiã ad maiorẽ eius erubeſcentiã & confuſio-
nẽ, vt ibidẽ circum ducerẽtur muri, ac celſæ turres diſponerẽtur
minantiaq; in cælũ ædificia, & quaſi quædam capitolia & colliſæa
reliquumque id genus ædificiorum, de quibus tantopere gloria
*Quæ pluri mi faciunt homines, ca Deus par ui pẽdit.* bantur. Quæ vbi depicta fuere addidit etiam vt in eodem latere
potentiſsimus Babyloniæ exercitus, innumerabileſque copiæ
deſcriberentur, quæ vel ſola cogitatione vniuerſum mun-
dum perterrebant, ibi machinæ bellicæ validiſsimæ, ibi arie-
tes, ibi diſpoſitæ acies, ibi ampliſsimi commeatus, ibi armati
viri



A viri tum equites tum pedites, ſignificans videlicet hanc etiã for-
titudinem mundanam, vanam tandem eſſe futuram, & in neruũ
erupturã breui quidem ac rapido quodam temporis curriculo, *Infirma*
tametſi ſua oſtentatione diuturnitatem maximam polliceri vi- *eſt potẽtia*
deretur. Quod ſi hæc quæ hominum oculis diuturnitatem maxi *& fortitu*
mã præſeferre videbantur, tam breui tẽpore perierunt, quã breui *do huma-*
putas tempore miſer homo peribit, imago horũ terrenorũ quæ *na.*
conſectaris, tam fragilium & miſerabilium? Vbi nam tandẽ cõ-
mode eorũ breuitas & fragilitas depingi poſſet? in qua materia?
B in quo ſubiecto vt eorũ breuitatem intelligeres, vilitatemq; cog
noſceres? Si enim ampliſsima regna vaſtaque imperia, potentes *Hominis*
exercitus, latiſsimæq; vrbes tam cito corruunt, ita protinus eua *quã cadu-*
neſcunt, quanta cum maiori breuitate minima iſta quæ conſecta *ca ſit vita.*
ris putas fore interitura? Vndè facile colligas quam vili æſtima
re debeamus mundum, & ea quæ in mundo, ſicut docet beatus *1. Ioann. 2.*
Ioan. in ſua prima canonica, quãuis mundanis oculis hæc pretio *Heb. 3.*
tioſa videantur. Vndè Pau. ait, non habemus hic manentem ciui
tatem, ſed futuram inquirimus. Quicũq; igitur hoc modo pere- *Peregrini*
grinos & viatores ſe eſſe intelligunt qui ad patriam ſuam ſem- *ſumus in*
C per aſpirant, per mandatorum diuinorum viam, quæ ad illam du *hac vita.*
cit, contendere debent, non autem ad hæc terrena, fragilia & ca
duca, animum demittere.

Sciens dominus Ieſus viſibilẽ hunc mundũ in maligno poſitũ,
vt inquit S. Ioan. innumerabilibus laqueis vitiorum refertum, & *1. Ioan. 5.*
laudabiliter Deo volentibus viuere eſſe contrariũ, ad ipſius con
temptũ fideles ſuos ſicut exẽplo, ita exhortatus eſt duplicis re-
munerationis promiſſo: illum contẽpſit, atq; contẽptibilem eſſe *Mundũ &*
iudicauit: nullã prorſus eius habere dignatus eſt ſubſtantiam, nõ *quæ in ipſo*
agros, nõ vineas, non olиueta, non prædia, non poſſeſsiones, non *ſunt contẽ*
D aurũ, non gemmas, neq; ad cõmorandum habitacula, adeo vt di *namus.*
ceret vulpes foueas habent, & volucres cæli nidos, filius autem *Matth. 8.*
hominis non habet vbi caput ſuũ reclinet. Tanquam peregrinus *Chriſtus*
in eo vixit & accola, paruiſsimo tantũ vſus eſt cibo; viliq; co- *amp exus*
opertus pallio, necnon exanimis factus, alieno extitit humatus *ſit pauper*
in tumulo: nullus illo pauperior, nulluſq; illo ditior. Sed iam pau *tatem.*
pertatem audiſti, diuitias quoq; audi, domini eſt terra inquit re- *Pſa. 23.*
gius vates, & plenitudo eius. Cũ igitur poſsideret omnia, eſſetq;
vniuerſorũ dñs, noluit tamen per regiã dignitatem vel honoris
cathedrã inſinuare quis eſſet, quatenus imitatoribus ſuis humili-
tatis ſeculiq; cõtẽptus præberet exemplũ, & nullus ambire præ
ſumeret, quod ipſe deſperaret habere, Se regem inſtituere cupiẽ

 tibus,

tibus, declinauit à turbis. Currite huc omnes qui terrenas digni E
tates cócupiſcitis, quiq; diuturnam vultis vitam, & diligitis dies
videre bonos. Currite inquam & vos qui temporalibus rerũ fa-
cultatibus ditari deſideratis, & æternæ ſapientiæ pollicitationes
maximas cordis aure percipite, mente retinete, atq; tota inten-
tione animæ diligite, humilitatem ſectamini, labentis temporis
fęlicitatem ſpernite. Nolite diligere mundum, nec ea quæ in mũ-
do ſunt. Inſidiantur planè animabus innocentium, & deceptio-
nis multiphariæ laqueos parant. In ipſo itaq; viſibilis mundi ſta
dio viſibiliter pyratæ diſcurrunt per æquora, latrones viatori- F
bus bona diripiunt, irrumpunt habitacula fures, potentes oppri
munt vi inopes, ſupplantãt doloſi ſimplices, mali bonos æmu-
latione laceſſunt: in eo nihil rectum, nihil eſt ſanctum, virtus pe
rit, negatur veritas, pax confunditur, ſoluitur lex: totus ſiquidẽ
cum ſit turbinibus plenus, ille verè cenſendus eſt felix qui Dei
gratia præuentus aridum mundum ſpernit. Breue quidem tem-
porariæ iſtius & deciduæ vitæ, oblectamentum proſperitatis hu
manæ atq; hilaritatis, exiguo tempore perſiſtẽs, accõmodatiſſi-
mam eſt apud prophetam ſimilitudinem ſortitũ, cum ait, omnis
caro fœnum, & omnis gloria eius quaſi flos agri. Exiccatum eſt G
fœnum, & cecidit flos: tales fuerunt omnes potẽtatus eorum de
quibus fit mentio in hodierno Euangelio.

*Nõ appetamus honores mũdanos quos Chriſtus deſpexit. Ioann. 6. Aeterna amemus, & tẽporalia deſpiciamus. 1. Ioan. 2. Maxima in mundo pericula. Felix qui mundũ & mundana contemnit. Iſai. 40.*

*Mali & peruerſi non merentur appellari homines.*

PRædicabat Ioannes baptiſmũ pœnitentię dicens, Genimina vi
perarum &c. Impij homines & nefarij ſimilãtur viperis, ſcor
pionibus, & alijs feris & portentis. Qui nec Deũ timet, nec eius
ſeruat præcepta, homo dici non meretur: licet enim veterẽ in-
duat hominẽ, qui corrumpitur ſecundũ deſideria erroris, tamen
quia non reuouatur ſpiritu mentis, nec induit nouum hominem
qui ſecundũ Deum creatus eſt in iuſtitia & ſanctitate veritatis, H
bellua potius quã homo poteſt appellari. Homo cũ in honore eſ
ſet ait diuinus vates, nõ intellexit, cõparatus eſt iumẽtis inſipiẽti
bus, & ſimilis factus eſt illis. Vndè ait Apoſ. expoliantes veterem
hominẽ cũ actibus ſuis, & induẽtes nouũ. Hoc intuẽs D. Aug. ait,
homo ſi viuit ſecundũ carnẽ, pecoribus coniungitur, ſi ſecundum
ſpiritũ, angelis ſociatur. Cũ Deus ſtatuiſſet ex omnibus animãti
bus ſolum hominem facere rationis participem, & cæli cultorẽ,
eum ad cœli contẽplationẽ exerit, vt illud aſpiceret quo erat mi
graturus, ſi eo munere fungeretur, cuius colẽdi efficiẽdiq; cauſa,
cũ Deus ſui præſtantiſſimi numinis ſimilẽ efficiebat. Eſt hoc ani-
mal prouidum, ſagax, multiplex, acutum, memor, & tantæ excel
lentiæ

*Luc. 3. Ephe. 4. Pſal. 48. Co. 3. D. Aug. tracta. 18. in Ioan. Maxima hominis dignitas.*



A lentiæ & dignitatis, vt ſi ſe ipſum vellet conſiderarẽ, Deum per
petuo ſumme diligeret, à quo tantam acceperit præſtantiam. Et
ſi homo ſit ex terra, non tamen vrincola habitator, ſed vt ſpecta
tor rerum ſuperarum & cęleſtiũ, quale ſpectaculum nulli alij con
uenit generi animantium. Sed nefarij ac flagitioſi homines ſuæ
dignitatis obliti, diffluũt voluptate virtuti inimica, quæ boni na
turam fallaciter imitando adulterat, eamq; omni honeſtati ante
ponunt. Quare ſe hominis abdicant dignitate & amplitudine, &
brutorum animalium quorum mores ſequuntur, nomine appel
B lantur. Hinc procedunt proditiones, inimicitiæ & diſcordiæ, ho-
minum dignitati & præſtantiæ maxime inimicę. Item videmus
quod Deus vocet homines piſces maris, & volucres cæli, cũ ait
per Ezech. commouebuntur à facie mea volucres cæli & piſces
maris. Poteris per piſces maris homines intelligere, mundi nego
tijs irretitos, & peſtilentibus voluptatibus deditos, per volucres
cæli, vanos & ſuperbia elatos: per beſtias agri, voraces & ventri
obedientes: per reptilia cupidos & auaritiæ ſeruos. Et quia ſolẽt
diuini vates interpretari ea quæ obſcuris verbis proponunt, ſub
dit ſtatim, cunctiq; homines qui ſunt ſuper faciem terræ, innuens
C ſe per hæc animalia quæ ſunt rationis expertia, homines ſigni-
ficare maculis ſcelerum cõtaminatos, qui nõ homines appellari
merentur ſed feræ. Neq; eſt mirum nomine brutorum homines
intelligi, nam in Actis Apoſto. fuit vas brutorum animalium D.
Petro oſtenſum, per quæ homines ſignificabantur.

*multis nominibus obligatus eſt homo. Ingrati ſumus erga Deum. Ezech. 39. Vitia homines mutant in feras. Act. 10.*

Super illa verba regij vatis, Homo cũ in honore eſſet nõ intelle
xit, cõparatus eſt iumẽtis, ait Glo. incog, Magnũ honorẽ Deus
dedit homini, quãdo ipſum ad ſuã imaginẽ & ſimilitudinẽ forma
uit, quia per rationẽ capax eſt Dei, & per amorẽ ei poteſt ſtabili
ter inhærere. Et per hoc homo ordinatur ad æternã beatitudinẽ.
D Hãc autẽ dignitatẽ carnalis homo nõ intelligit, & hoc eſt ꝙ dicit
homo cũ in honore eſſet, ideſt ad imaginẽ Dei factus, nõ intelle
xit ſcilicet ſuã dignitatem, ſcilicet ꝙ per intellectũ homo præeſt
iumẽtis, nõ viribus, & ideo perdẽdo rationẽ, ideſt dũ viuit ſecun
dũ ſenſualitatẽ & nõ ſecundũ rationẽ, cõparatus eſt iumẽtis, & ſi
milis factus eſt illis, quia in nullo eſt homo ſuperior iumẽto niſi
per rationẽ, qua perdita, nõ eſt ſuperior iumẽto. Ideo de pecca
tore qui perdita ratione beſtialiter viuit dicitur, vnus eſt interi-
tus hominis & iumentorũ, & vtriuſq; æqua cõditio, & nil habet
homo iumento amplius. Huc alluſit Ioel cum ait, cõputruerunt
iumenta in ſtercore ſuo: computreſcere eſt carnales homines in
fœtore luxuriæ vitam finire: non enim eſſe homines ſed iumenta

*Pſal. 48. Glo. inco. ver. 799. Homo nõ cognoſcit quantæ ſit dignitatis. Eccl. 3. Ioel. 1.*

 decla-

*Ezec.23.* declarantur, de quibus per prophetam dicitur, carnes aſinorum E
carnes eorum, & fluxus equorum fluxus eorũ. Sic ergo merito
vocãtur homines qui iuſtitiæ ratione ſuffulti ſunt, ſic & irratio-
nabilia animalia vocãtur hi qui carnali delectationi deſeruiunt.
*D.Bern.* Explicans D.Ber. verſum ſupradictum prophetæ, ait: heu quo
*Pſal.48.* modo de grege facta eſt egregia creatura. Puto dicerent iumenta
*Gen.3.* ſi poſſent loqui, Ecce Adam factus eſt quaſi vnus ex nobis. Cũ in
honore eſſet inquit: in quo honore? certè quia habitabat in para
diſo, in loco voluptatis, conuerſatio eius nil moleſtiæ, nihil indi
gentiæ ſentiebat, odoriferis ſtipatus malis, fultus floribus: gloria F
*Pſal.8.* & honore coronatus & conſtitutus ſuper opera manuum plaſ-
matoris, magis autẽ ob inſigne diuinæ ſimilitudinis & imaginis
præcellebat. Erat illi ſocietas cũ angelis & cum omni militia cæ
leſtis exercitus, ſed mutauit iſtam gloriam ad ſimilitudinem vitu
*Pſal.105.* li comedentis fœnum: indè eſt quod panis angelorum factus eſt
fœnum peccatorum. Ergo cibus hominis mutauit ſe in cibũ pec
catoris, homine mutato in pecus. Heu triſtis & lachrymoſa mu-
tatio, vt homo paradiſi accola, terræ dominus, cæli ciuis domeſti
cus domini Sabbaoth, ſpirituum cæleſtium, & cohęres virtutũ re G
*Peccatũ in-* pentina ſe conuerſione inuenerit propter infirmitatẽ iacentẽ in
*quantã mi-* ſtabulo, propter pecorinam ſimilitudinem indigentem fœno, &
*ſeriã homi-* propter indomitã feritatẽ alligatum præſepio. Agnoſce tamen
*nẽ demer-* bos poſſeſſorem tuum, & aſine præſepe domini tui. Cognoſce
*ſerit.* pecus quẽ nõ cognouiſti homo. Adora in ſtabulo, quẽ fugiebas
*Iſa.2.* in paradiſo: adora eius præſepiũ, cuius contẽpſiſti imperiũ. Sed
*D. Amb.* quæ eſt cauſa tãtæ deiectionis? hæc eſt, quia homo cũ in honore
*li. in Lu.6* eſſet nõ intellexit. Ablue igitur te lachrymis ait Ambr. laua fleti-
*1. Reg.16.* bus. Si tu ipſe te fleueris, alius te nõ flebit, nã ſi Saul defleſſet pec-
cata ſua, Samuel eũ nõ fleuiſſet. Habet vnuſquiſq; quod fleat mor-
tuos ſuos: mortui ſumus quando peccamus: mortuus eſt ſermo H
malus qui exijt ex ore, exijt enim de ſepulchro malo. Ideo dixit
*1. Cor.4.* Apoſt. imitatores mei eſtote, vult nos delictorum meminiſſe no-
ſtrorum. Paulus non habebat quod lugeret ex quo in Chriſtum
*1. Cor.15.* credidit, & tamen priora deflebat dicens, quia non ſum dignus
vocari Apoſ. quia perſecutus ſum Eccleſiam Dei.
*Exo.9.* Antequã Deus mitteret in Aegyptũ plagã illã grandinis præmi
*Tonitruis* ſit multa tonitrua: ita igitur cũ ſimilia ſentimus tonitrua, intelli
*nos monet* gamus Dei monitiones vt emendemur, ſitq; firma noſtra prote-
*Deus.* ſtatio, nõ qualis fuit illa Pharaonis, qui tantũ motus calamitate
populi ait, peccaui etiã nũc, dñs iuſtus, & ego & populus meus
*Exo.9.* impij. Solent enim mali ſtatim cũ ſentiunt afflictiones cõfiteri ſe
pecca-



A peccatores, nõ tamẽ ex toto corde peccatũ deſerũt, nec pęnitet
ipſos niſi cum vident afflictiones. Vnde ait Pharao ad Moyſem, *Mali in-*
orate Dominum vt deſinant tonitrua, & dimittam vos. Sic emẽ *conſtantes*
dationem promittunt mali, ſed cum ſe vident liberos ab afflictio *Exodi.9.*
ne, redeunt ad vitioſam vitam. Multa pollicentur mali ſed poſt
modum non ſtant promiſsis.

*Solitudo vtiliſsima eſt.*

IN ſolitudine inſtructus eſt diuinitus glorioſus Baptiſta, & ibi fa-
B. cta eſt manus Domini ſuper eum vt tandem adamantina con-
uerteret corda, idcircoq; iam a tenera ætate illuc ſeceſsit, vt ſci-
licet ſolitudini deditus poſſet expeditius diuinas percipere reue
lationes: ita per Oſeam ait Deus, ducam eam in ſolitudinem, & *Oſeæ.2.*
loquar ad cor eius, & ita contigit Baptiſtæ, quoniam vt dicitur
in Euange. Factum eſt verbum Domini ſuper Ioannem Zacha-
riæ filium in deſerto. Vita ſolitaria quæ agitur in ſeceſſu & pro- *Vita accõ-*
cul ab hominum frequentia, eſt diuinæ Philoſophiæ conuenien- *moda cæle-*
tior & accommodatior, quam ea quæ in foro & hominum cætu *ſti Philoſo-*
& celebritate verſatur. Deſpicit enim mundi vanitates, & ea quę *phiæ.*
C eximia & præclara pleriſq; mortalibus videntur, ſtabili ratione
contemnit, ad diuina vero ardenter aſpirat. De eorum ſolitudi-
ne loquor qui ſe à ſeculi tumultibus ſegregarunt, totoſq; ſeſe diui *Similitu.*
narum rerum contemplationi dediderunt. Aquila, cæteręq; aues
nobiles ſolent hominum familiaritatem declinare, & ad loca de
ſerta confugere, ſic viri ſapientia & animi altitudine pręſtantes,
ſolent hominum frequentiam euitare, & à cætu amicorum mun
diq; tumultu, tanquam in portum ſeſe in ſolitudinem recipere.
M. Tul. Cicero laudat & effert magnifice Scipionem Affrica- *M. Cice.*
D num, quod relictis negotijs & hominum conſortio, ſeceſſerit in *Exẽpla.*
ſolitudinem ac dixerit ſe nunquam fuiſſe minus otioſum quam *Scipio Af-*
cum eſſet in otio. Laudat etiam Torquatum, quod poſt partam *fri.*
victoriam tot nationum, ac regem Epirotarum expugnatũ atq; *Torquatus.*
deuictũ, Romam cum ſuis tumultibus dereliquerit, ſeq; in villã *Cincinna-*
vbi vitam tranquille traduceret contulerit. Cincinnatus etiam *natus.*
ex aratro vt Romæ dictator eſſet, aſſumptus eſt, quæ omnium *Feneſtella*
maxima dignitas erat, quemadmodum refert Feneſtella, ſed poſt *li. de Ma-*
quam eo munere fuit perfunctus magno honore ac gloria, re- *giſtra.*
dijt magno ſtudio ad ſuum pauperẽ fundum, vt Columella etiam *Columella*
ſcribit. Magnus ille Cato Cenſorinus, de quo ſublimia & maxi- *Cato Cẽſ.*
ma Plinius ſcribit, poſtquam maioribus Romæ muneribus per- *Plinius.*
functus fuerat, ab vrbe ſtatim diſceſsit, & ad vitam ruri agẽdam

 acceſsit,

accesſit, vbi vitam finiuit, legens, ſcribẽs, ac meditans. Empedo- E
*Empe.* cles Agrigentinus diſcipulus quondã Pythagoræ, nunquam vo
*Agri.* luit accipere regnum ſibi oblatum, vt Xanthus affirmat in libr.
*Xanthus.* quem de eius laudibus & encomijs edidit, imo ſane vitã ſolitariã
ac tranquillam pluris fecit quam omnes potentias atq; diui-
tias.

*Luc. 5.* Cum adferrent paralyticum ad Chriſtum vt eum curaret, di-
*1. Eſdr. 4* cit Lucas quod præ turba non inueniebant qua parte illum infer
rent, turba enim impediebat acceſſum ad Chriſtum. Sic 1. Eſdræ
habetur quod populus terræ impediebat populum Iudæ in ædi F
*Eccleſ. 7.* ficando. Populus terræ ſcilicet qui terrena ſapiunt & amant, im-
*Exod. 23.* pedit populum Dei. Vnde Eccle. 7. ne pecces in multitudine, nec
*4. Reg. 7.* te immittas in populũ. Diſcamus ergo ex hoc loco fugere turbã.
Exo. etiã dicitur ne ſequaris turbã. Et 4. Reg. de quodã principe
*Simile.* Samariæ dicitur conculcatum fuiſſe à turba, & interẽptũ in in-
greſſu portæ. Quando chirurgus aliquis vulnerato mederi vult,
omnem gentem à ſe remouet, nec in platea illum curat, ſed in-
greſſus cubile, ibi medicamenta apponit: ita Dominus curatur
*Marc. 7.* animã tuam, eã à multitudine populi ſegregat. Et cum ſurdũ illũ
& mutum curare Chriſtus voluit, vt ſcribitur Mar. 7. eum ſegre G
gauit à turbis, ſic tu fuge à mundi tumultu & ſeculi ineptijs vt ſa
*Tumultus* luti animæ tuæ poſsis conſulere, & deo commodius vacare. Tur
*retardat* bam etiam Dominus docuit remouendam cum puellam ſuſcita
*Dei obſe-* uit. Plurimum quidem cõfert nobis ipſa ſolitudo, & receſſus à
*quium.* turba & ſtrepitu hominum, vt poſsimus orare, & negotia no-
*Simile.* ſtra cum Deo tractare. Siquidem conuerſatio iſta mundana atq;
ſocietas, præſertim ſi cum malis fuerit, deprauatis & corruptis
*D. Hiero.* fuerit nos inficere ſolet. Vnde etiam ipſi Philoſophi vt commo-
*lib. 2. ad-* dius contemplationi vacarent, in ſolitudinem concedere ſole-
*uerſus Io-* bant, ſicut de Platone legimus & alijs Philoſophis, vt ſcribit. D. H
*uini.* Hieron. Neq; vero perpetuo vel ſtudijs, vel ludo, vel contem-
*Seneca li.* plationi incũbendum eſt, ſed alternatim huiuſmodi exercitatio
*de trãqui.* nibus traducere tempus debemus, vt inquit Seneca. de Arſenio
*ca. 15.* quidem legimus quod amicus valde eſſet ſolitudinis, cumq; inter
*Arſenij* rogaretur à quodã Abbate cur ita faceret, ſe cum deo & homini
*Abba.* bus ſimul omnino eſſe non poſſe reſpondit, vſq; adeo vel modi-
*excplum.* ca alicuius interpellatione, ſe à diuinæ contemplationis dulcedi
*D. Hier.* ne auocari indigne ferebat.

*Solitudo* Varia quidem ſunt loca ait Hiero. accõmodata ad contemplan
*vtiliſsi-* dum & vacandum Deo, atq; ad inueniendum prætioſiſsimũ the
*ma.* ſaurũ, qui in regno cælorũ poſsidetur perfectiſsime, veruntamẽ
ſolitudo



A ſolitudo ipſa & ſeceſſus à turba accõmodatiſsimus eſt loc⁹ ad id
præſtandum. Vnde D. Hie. in ſolitudine poſitus multa quidẽ præ
ſtabat egregia ac præclara opera, ſcribens ad varias orbis partes
eruditiſsimas epiſtolas, tum etiam commendatione tã præclari
loci ſolebat multos ad eius amorem incitare. Magna equidẽ da- *D. Augu.*
tur in deſerto cõmoditas vincendi ac ſuperandi dæmonẽ ipſum, *de tẽp. ſer.*
ait Aug. atq inueniendi Deum iuxta illud Pſal. in terra deſerta, *77. to. 10.*
inuia, & inaquoſa, ſic in ſancto apparui tibi. Et alibi dicit, Eia fra *Pſal. 62.*
tres eſtote ſolitarij, vt ſitis angelorũ ſocij, ruſticamini, vt ſitis ci- *Ad fra. in*
B ues ſanctorũ & domeſtici Dei. De Chryſippo dicit Seneca quod *ere. ſer. 2.*
quamuis nõ fuerit dux militiæ, neq; geſſerit negotia inter homi- *tom. 10.*
nes, ſuis tamẽ ſpeculationibus quas ſolus & ab hominibus ſemo *Seneca li.*
tus habebat, pluſquã duces eximij proderat. Curiã mundanoſq; *de vita*
tumultus Ariſt. contẽpſit, & elegit potius ſolitarie viuere, quam *beata.*
cũ Alexãdro pergere in Aſiam. Itaq; Athenas reuerſus, animum *Ariſto.*
ſuum ad cõtemplationem adiecit, vt ſcribit Plutar. & ſtrabo, & *Plu. in vi*
multi alij graues autores. Plato etiam quo ſibi alijſq; magis pro *ta Sillæ.*
deſſet, Athenis relictis, hoc eſt populi frequentia, in Academiam, *Strab*
ſolitarium locum & quietum, ſe contulit, ibiq; doctrinam ſuam *Plato.*
C alijs communicabat. Cæterum notandum eſt pro his qui debent *D. Hiero.*
habitare in frequentia & populo, quod ait Hiero. Solitudinẽ lau *in epiſ. ad*
dabilem poteſt quis habere, ſi modo vixerit circumſpecte, quam *Marcel.*
uis in vrbe exiſtat. Vnde laudans Seneca ſolitudinem quam tene *tom. 1.*
bat Lucillus eius familiaris, cum tamen in vrbe viueret, dicit ſe *Seneca li.*
maximo exilire gaudio, quod cum quærat ac percontetur de eo, *4. epiſ. ad*
referant omnes ſe quidem eum Lucillum non vidiſſe & conſpe- *Lucil.*
xiſſe, aut etiam ſcire vbinam ſit, cum tamen in vrbe ipſum eſ- *epiſt. 32.*
ſe, certiſsime quidem atque etiam exploratiſsime ſciatur.

## D DOMINICA IN SEPTVAGESIMA.

### CONCIO PRIMA.

SIMILE *eſt regnum cælorum homini patri familias, qui
exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam.* Mat.
20. Myſtice hæc vinea eſt anima noſtra, ratione multi- *Glo. in*
plicis aſsimilationis qua vineæ æquiparatur. Primo *cog. ſuper*
quoniã ſicut vinea plãtatẽ in terra, ſic anima noſtra in terra corpo *Pſal. 79.*
ris creatur, vt oſtẽdit Magiſ. Sent. Sicut enim vinea nõ poteſt fru *ver. 1379*
ctũ facere niſi quãdiu in terra manet plantata, ſic neq; anima niſi *Ma. ſen.*
quãdiu vnita corpori manet, quia ſtatim ſeparata amplius non *l. 2. diſ. 17*
poteſt

*Ma. Sententiarum diſ. 50.* E poteſt mereri, vt oſtēdit Magis. Sentent. quoniã ſicut vinea putatur vt fructum plus ad ferat, quin imo ne ſylueſtris efficiatur, ideo enim putata plus fructificat & melius conſeruatur, quia virtus radicis eius ad pauciores tranſmittitur, & ſic eius virtus magis vnita vigoratur: nam putare non eſt aliud quam virtutem ad multos palmites diſperſam, ad vnum reducere: ſic & putanda eſt anima noſtra, quia tota virtus eius ad vnum ſolum ſcilicet ad Deum eſt reducenda, vt ſcilicet intellectus animæ omnibus alijs abiectis ſolum ad Dei contemplationem intendat, volũtas ad Dei dilectionem, memoria ad eius recordationẽ. F Si enim ad multa ſe velint iſta ſpargere, ſatis faciliter anima efficietur Sylueſtris. Tertium patet, quoniam ſicut vinea putata ligatur ad palum ne ad terram corruat: ſic anima putata à vitijs, ne iterum ad terram id eſt ad vitia & terrena cadat, ad Chriſtum per amoris vinculum ligari debet, quia ſine Chriſto caſum peccati vitare nõ poteſt. In cuius rei typum eſt quod quando tempore Chriſti paſſionis ipſe in horto volens orare à diſcipulis ſe diuiſit, ſtatim ipſi dormierunt, nec potuerunt vigilare, ad ſignificandum quod ſine ipſius ſuſtentatione nullum bonum valemus facere, & ideo ad Chriſtum vitẽ animæ ſuæ ligauerat Pau. qui dicebat, Chriſto G affixus ſum Cruci. Quarto foditur, hoc eſt terram clauſam aperire, & illam partem quæ ſubtus manebat abſconſa, vertere, & ipſam deſuper facere manifeſtã, hoc autem facit ſpiritualiter confeſſio, quæ occulta peccata ſacerdoti facit manifeſta. Nam qui abſcondit ſcelera ſua, vt ait Sapiens, non dirigetur, qui autem confeſſus fuerit, & reliquerit ea, miſericordiam conſequetur. Quinto ſicut enim inter omnes arbores vinea vt fructum faciat maiorem requirit occupationem, ſic & anima noſtra vt fructũ afferat, multam requirit diligentiam. Quod ſatis patet ſi conſideres quot & quales habeat inuaſores qui eius fructum impedire quærant. H Vnde ſi quis otioſus ſtet contra animæ hoſtes, ſtatim hæc vinea diſsipabitur, iuxta illud pertranſiui per vineam hominis ſtulti, & ecce totam repleuerant vrticæ, & maceria lapidum deſtructa erat, ſcilicet virtutũ congeries diſsipata eſt. Sexto quia ſicut ſuper omnia ligna vitis dum viuit in radicatione fructus eſt nobilior, ſic & anima dum in radice charitatis manſerit, fructum nobiliorem deo reddit. Sic è contrario ſicut vitis à radice ſeparata inter omnia ligna contemptibilius eſt lignum, & ſolum igni aptum, ſic & anima noſtra ſi à radice charitatis ſeparata fuerit, ad nil valet niſi vt in ignem mittatur, & hoc eſt quod dicitur apud Ezechi. Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis

*Simile.*

*Solicitudo tẽporaliũ nos conturbat.*

*Simile.*

*Peccata ſine Dei fauore euitare non poſſumus.*

*Mat. 26.*

*Gal. 2.*

*Confeſsio quã ſit neceſſaria.*

*Prou. 28.*

*Simile.*

*Soliciti ſimus de noſtra ſalute viuamus.*

*Prou. 24.*

*Simile.*

*Charitas commẽdatur.*

*Simile.*

*Ezec. 15.*



A lignis nemorum? Nunquid tolletur, vt ex ea fiat opus? Quaſi dicat non, ſequitur enim, Ecce igni datum eſt.

Sumus quidem vites, & eſt adeo nobis inſertum peccatum, vt egeamus aſsidua cura ad eradicandum fermentum vetus, & amputandum veterem hominem, cum præſertim & Apoſ. dicat, inuenio aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ. Hanc vineam colimus, cum diligentem animæ noſtræ curã gerimus, cum ab ea noxia vitiorum germina euellimus, cumq; virtutum in ea plantas conſerimus. Similes quidem ſumus viti B ac vineæ varijs de cauſis, eſt enim vitis arbor humilis & infima, ita & nos humiles certe ſumus & abiecti. Vitis porro arbor eſt quæ ſi putetur diligenter, fructum maximum dat: ita plane vt quis optime fructificet, laboribus agitari debet & quaſi putari: Vitis item arbor eſt quæ hyeme ſæuiente, triſte admodum exhibet ſpectaculum, æſtate vero beatitudinis æternæ manifeſtabitur eorum virtus maxima atq; nobilitas. Hoc viſus eſt inſinuaſſe D. Ioann. cum dixit, filij Dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. Tunc quemadmodum qui vineam aliquam poſsidet, perpetuo aliquid in ea inuenit curandum, ita ſi vnuſquiſq; ſeipſum di C ligentius contempletur & intueatur, ſemper inueniet aliquid emendandum. Vitis cum tenera eſt, debet ſuperfigi ac ſuſtentari quibuſdam fulcris & quaſi clauis, ne à vento facile confringatur: ita bona opera noſtra tanquam teneros quoſdam ramos humilitate fulciamus, ne ventus ſuperbiæ ea lædat & concutiat. Iam vero etiam vt vitis ligone fodienda eſt, vt herbæ noxiæ eradicẽtur, ita terra carnis noſtræ excoli debet & agitari aſperitate, ne herbæ in ea enaſcantur malarum cogitationum. Nonnunquam vitis porro ipſa exhumanda eſt vndiq;, non nunquam vero iterum humanda quodammodo, ſic plane ſe gerere quiſq; debet, nem D pe vt interdum humum ipſam remoueat contuens ſuam nobilitatem & excellentiam, id eſt conſiderans ſe eſſe Dei filium, & capacem vitæ eternæ, atq; ita ſpernet res iſtas mundanas & terrenas tanquã viles & abiectas. Hanc corrigendi normam ſeruabat Apoſ. quando Athenienſes reprehendebat quod viles res adorarent, dicens eis quod vellet ipſis annũciare Deum viuũ, in quo viuimus, mouemur & ſumus, ſicut inquit & quidam poetarum veſtrorum dixerunt, ipſius enim & genus ſumus: genus ergo cum ſimus Dei &c. Quaſi diceret, qui genus ducunt à deo viuo, non debent ſe ad hæc vilia demittere. Hanc etiam tenebat reprehendẽdi viam Petrus cum diceret, vos autem genus electum, regale ſacerdotium, gens ſancta, populus acquiſitionis. Huiuſmodi conſideratio-

*Pau. ſpd. in Matt.*

*1. Cor. 5.*

*Rom. 7.*

*Autor.*

*Calamitates vtiles.*

*1. Ioan. 3.*

*Defectus ſemper inueniemus quos corrigamus.*

*Bona opera humilitate cõſeruamus.*

*Carnem noſtrã maceremus.*

*Diuerſis vti debemus conſiderationibus vt bene vitã inſtituamus.*

*Acto. 17.*

*1. Pet. 2.*

ſiderationibus curabat eos ad altiores euehere cogitationes. **E** Interdum etiã ne in ſuperbiã efferatur, debet cõſiderationes ſuas & cogitationes tãquã radices humo opplere, cõſiderãs ſe terrã eſſe, cinerẽ ac miſerabilẽ hominẽ, qua certe cõſideratione maxime humiliabitur. Sic fecit Saul cũ videret ſe ad regiã dignitatem promoueri, dixit enim ad Samuelẽ, nũquid nõ filius Gemini ego ſum, de minima tribu Iſrael, & cognatio mea nouiſsima inter omnes familias de tribu Benjamin? Quare ergo locutus es mihi ſermonem iſtum? Multa etiam alia exempla in hanc ſententiam ad ferri poſſent. **F** Videtur quidem impijs laudabile quiddam eſſe & honorificum ſe non purgari a vitijs ſuis, laboribus & calamitatibus, ſed quod de ſe dicatur, non eſt ruina maceriæ, neq; tranſitus, neq; clamor in plateis eorum. Sciant igitur quod quemadmodum vineæ ipſi maius incommodum accidere non poteſt quam ei putationem negari. Ita hi non poſſunt plane infelicius quid habere, quam in hac vita ſine ſupplicio vllo ſcelera ſua diſſimulari.

*Homini patri familias.* Officiũ gerit pij patris, quandoquidem in tanta ſecordia noſtra, tãta ſalutis quærit remedia. Belligerabat Abſalon aduerſus patrem, & tamen pater duces obſecrabat **G** ne ſi viderent, filio ſuo nocerent, contra vero filius dicebat tunc ducibus ſuis, vt qui patrem in bello vinceret, eundem interficeret, vt ſolus Abſalon regnaret. Sic Deus dum ipſum offendimus, nos pluribus afficit beneficijs, pluuiam mittit, ſerenitatem, ſalutarem aerem, & perſpicuos ſolis radios ad ſalutem noſtram, ex quibus facile intelligas quam egregius ſit pater familias.

*Exijt primo mane.* Omnes vocationes & ſanctæ inſpirationes à deo proueniunt. Omnia bona noſtra quæ agimus, & quæ mala præcauemus & non agimus, ſunt Deo aſcribenda: nunquam ad eius vineam accederemus niſi nos ipſe vocaret. **H** Nec ſuſpirium quidem vllum eſt bonum, aut quiuis bonus motus, qui non a deo proueniat. Quod nobis inſinuauit Iſa. cum ait, cap. 50. Dominus aperuit mihi aurem, ego autem non contradico, & ita nos debemus eius inſpirationes audire. Quid arbitraris in cauſa eſſe quod cum lecto decumbas, ad teipſum reuertaris, intelligaſq; te in letali eſſe culpa, & dicas, hei me miſerum? Cur terra non abſorbeor? Cur non a ruente conculcor domo? Nihil plane boni abſque deo præſtare poſſumus. Si ipſum inuocamus, ipſe prius ad id nos excitat: ſi ipſum quærimus, ipſe prior nos quærit. Vnde Hierem. ait ca. 31. Conuerte me Domine, & conuertar ad te. ô bone Deus qui quamuis

*Cũ ſilij Dei ſimus non demittamur ad vilia.*
*Cinis ſumus, ne ſuperbiamus*
*1. Reg. 9.*
*Pſal. 143.*
*Simile.*
*Quod malis aſſlictiones nõ contingãt, infauſtũ.*
*2. Reg. 18.*
*Pius parẽtes liberos amãt quã contra.*
*Omne bonum à deo manat.*
*Iſa. 50.*
*Diuinas inſpirationes nõ contemnamus*
*Hier. 31.*



**A** uis nos multo manẽ ſurgamus, tu tamen multo ante nos præuenis vt ad te conuertamur. Hoc nos docet Spiritus ſanctus Cant. 5. Vbi dicitur, aperi mihi ſoror mea ſponſa, quoniam caput meum plenum eſt rore; quaſi dicat, vide quam mane ſurrexerim pulſaturus ad oſtium tuum, ſiquidem caput meum rore plenum eſt. Hoc etiam docet hodiernum Euangelium, cum dicit quod pater familias exijt primo mane. Hebræi non habent ſuperlatiuum, & ita ad illud exprimendum idem verbum repetunt, ſicut eſt illud, Abba pater, quaſi dicat admodum pater: **B** item illud, ad imaginem & ſimilitudinem, quaſi dicat admodum ſimilem. Et ita in hodierno Euange. Primo mane, hoc eſt multo mane, vt innuat quod antequam nos excitemus, ſurrexit ipſe vt nos excitaret.

*Conuentione autem facta ex denario diurno.* Vnum tantum vitæ æternæ denarium omnes accepturi ſunt ait Auguſt. ſed attendite & vos fratres mei ne ideo quiſq; differat venire ad vineam. Securus eſt quidem quod ille denarius illi promittitur, ſed differre non iubetur. Nunquid enim & illi qui ſunt ad vineam conducti, quando ad illos exibat pater familias vt cõduceret quos inuenit **C** hora tertia, dixerunt illi, expecta, non illuc imus, niſi hora ſexta: ſi dicerent illi iuuenes vocati, expecta, audiuimus enim in Euãgelio quia omnes vnam mercedem accepturi ſunt, cũ ſenes fuerimus hora vndecima veniemus, reſponderetur cuiq; & diceretur, laborare non vis, qui vtrũ viuas vſq; ad ſenectã neſcis? Quare ergo differes vocantẽ te, certus de mercede, incertus de die? Vide ne forte quod tibi ille daturus eſt promittendo, tu tibi auferas differendo. Et ſi hoc recte dicitur de infantibus & iuuenibus, quãto rectius dicetur de decrepitis? iſta enim duo occidũt animas, deſperatio & peruerſa ſpes. Ne tardes conuerti ad dominum dicit **D** Eccle. nec differas de die in diem.

*Quid hic ſtatis tota die otioſi.* Tractans Oroſius doctiſsimus de excellẽtia bonæ occupationis, & de otioſitatis vitio, ita habet. nunquam bonus colonus erit qui non fuerit nauus & induſtrius, & ruſticarũ rerũ ſtudio vehementer incenſus. Sic etiam qui pecuariã faciũt, niſi fuerint in ea diligentes & attenti, minimũ certe fructũ ex ea curatione percipient. Opifices etiam qui non de multa nocte vigilauerint, neq; tota mẽte operi cuius artificiũ tenẽt incubuerint, quid poſſũt efficere quod ſit in eo genere aliquo pretio & æſtimatione dignũ? Quid dicã de ſtudijs artiũ maximarum, in quibus nemo unquam progreſſus eſt ſine ſingulari ſtudio & diligentia? In diligẽtia igitur omnium artium, diſciplinarũ & officio um

*Cant. 5.*
*Mar. 14.*
*Geneſ. 1.*
*D. Augu. contra Creſ. grã. li. 3. c. 66. & li. 4. c. 53. to. 7.*
*Pœnitẽtiã nõ differamus.*
*Securi, nõ ſumus in hac vita.*
*Senes conſulant ſaluti animæ.*
*Eccleſ. 5.*
*Oro. epiſco. li. de regi. inſti.*
*Nos in virtute exerceamus ſi volumus progreſſus aliquos reportare.*

ciorum laus, & vt ita dicam vita conſiſtit. Eſt vero otium tacitũ E quoddam venenum, quo paulatim omnes virtutes infectæ languent, & omnes artes præclaræ in obliuionem adducũtur. Recte quidem M. Cato ſcripſit vitam humanam eſſe vt ferrum, quod ſi exerceas ſplendeſcit. Inter præterea grauiſsimas draconis leges quas lycurgus lacedęmoniorum legiſlator mitigaſſe dicitur, hęc vna erat, vt otij damnatus capite puniretur. Scribit etiam Diodo. legẽ fuiſſe apud Aegyptios, qua ſinguli cogebantur nomina apud præſides profiteri, & qua arte, quo velucro ſuſtentarẽtur, oſtendere, & ſi qui mentirentur, aut in iuſto quæſtu viuerent, ca- F pite damnabãtur. Nec medius fidius iniuria, otioſi enim & ignaui iuuenes, venenum ſunt ciuitatis, proni ad libidinem ſunt, bonis inuident, aliena appetunt, & deniq; ſeditioſi & turbulenti euadunt. Quod ſi hæc ſeueriſsima lex aliquibus videbitur, non tamẽ poterit illa Solonis non iuſta videri, qua ſanciuit filium nequaquã parẽti neceſſaria ſubſidia debere, à quo nullam artem accepiſſet.

Ex otio ait Ambro. incommoda multa oriuntur, cum vrgeantur pleriq; propter ignauum otium varijs preſſuris, & propter id etiam homines aliorũ ope egeãt, & fiant adulatores ac contẽ G pti. Vnde Salomon, raro inquit inferes pedẽ ad amicum tuum, ne ſaturatus tui oderit te. Qui enim frequenter ad alienam menſam conuenit otio deditus, aduletur neceſſe eſt paſcenti ſe, cum tamen religio noſtra ad libertatem homines vocet, ideoq; ſi quis manducare ſpernit, ceſſet à labore, vt quia nullus ſine cibo poteſt viuere, det operã laborãdi, vt arbitrio ſuo viuens Deum poſsit habere propitium. Diſtribue commode tempus ipſum ait Hie. & horas laudabiliter occupatas habe tum in diuino cultu, tum in alijs laudabilibus operibus exercendis. Si enim ita te non geſſeris, procul dubio quiuis dies longior tibi videbitur nimiũ, breuior autem vel longiſsimus quiſq; ſi honeſte occuperis. Atq; hoc quidem modo tum tibi, tum alijs proderis vitæ honeſtate, atq; ſingulari tuo exemplo.

*Quid hic ſtatis tota die otioſi?* Vita noſtra tempus eſt operandi, mors vero mercedis percipiendæ, non abnuo quidem ad extremum vſq; vitæ halitum eſſe merendi & demerendi tempus, ſed hora tamen mortis (quod negari non poteſt) ad hoc impeditiſsima eſt, in qua mille animi curæ, milleq; corporis dolores ab ſtudio pænitentiæ nos auocant. Quid igitur agis miſer? Quid hoc tempore ad fodiendam vineam non pararis? Bona enim mors, inculpatæq; vitæ fructus eſt, non tã hoc operandi quam recipiendæ mercedis tempus eſt, non tam ligonem tractandi vt vineam fodias,

*Otioſitas deteſtabilis* — *M. Cato. lib. de moribus.* — *Ex l. Frã. Senẽ. de republ.* — *Lycurgus* — *Diodorus* — *Otioſi ſũt venenũ in repub.* — *Solon.* — *D. Amb. in epiſ 2. ad The. cap. 2.* — *Prou. 25.* — *Otioſi in multa a ta lalun tur vitia.* — *D. Hiero. ad demetri. de virgi. ſeru.* — *Autor.* — *Differre pœnitetiã vſq; ad mortẽ non eſt ſapiẽtis* — *Mortis hora accõmodatior ad mercedẽ quã ad laborẽ.*



A fodias quam manus porrigendi vt mercedem accipias. Quid igitur ad veſperam pœnitendi & laborandi tempus expectas? Iam ſero eſt, iam inſtat nox, in qua homines non operari ſed ab operibus quieſcere ſolent. Venit nox inquit Chriſtus, in qua nemo poteſt operari. Et Propheta inquit, quoniam non eſt in morte qui memor ſit tui. Cuius ergo tunc memor eſt homo? Memor eſt plane deſolatæ vxoris quam viduam relinquit, & filiorum quos orphanos deſerit, & dolorum corporis quibus vndique premitur; Dei vero memoriam, vis dolorum & cu- B rarum angor pene totam extinguit. Quæ igitur inſania eſt hoc primum tempore ligonem parare vt vineam fodias, quando viuere vix poſsis? propter frigus ait ſapiens, piger arare noluit, mendicabit ergo æſtate, & non dabitur ei. Sic mendicauerunt fatuæ illæ virgines quæ toto vitæ tempore dormientes, æſtatis hoc eſt mortis hora ad clauſas cæleſtis regni fores mendicare cæperunt dicentes, Domine Domine aperi nobis. Quod nam eſſe maius otium poteſt quam negligenter curare ſalutem ſuam? Quæ maior negligentia quam vt quis ſtatim infantulus inſeratur Chriſto per baptiſmum, attingat vero iam C ſenectutem prope, nondum tamen virtutis viam & ſanctitatis ingreſſus fuerit? Quæ etiam maior excogitari poteſt negligentia, quam abſcondere alta humo Dei talenta & dona? Quam maiorem poteſt quis ignauiam incurrere vel amentiam potius quam dormire, ſtertere, nugari, & otiari in medijs hoſtibus? Iſti omnes grauiſsime reprehenduntur in ſacris litteris. Prouerbiorum 1. Vſquequo piger dormis? Otium vt ait Chryſoſtomus, radix fuit & initium noſtrorum malorum, quod præuidens Deus Optimus Maximus, præcepit quidem ipſi protoparenti noſtro Adamo vt operaretur, atque etiam cu- D ſtodiret paradiſum. Nam dices tu certe, vtquid indigebat paradiſus cuſtodia aliqua? iuſsit profecto hac ratione Deus, vt protoparens noſter Adamus operaretur, atque etiam otioſitatem ipſam malorum omnium radicem & eſcam fugeret & declinaret. Si namque ipſe ab omni prorſus negotio liber atque etiam immunis extitiſſet, repente profecto & è veſtigio propter exuberans & nimium atque redundans otium, in varios & craſsiſsimos errores prolapſus eſſet quemadmodum & reuera prolapſus turpiſsime fuit.

*Quid hic ſtatis tota die otioſi?* Verecunda ſane reprehenſio præſertim ei cui vna dumtaxat ſuppetebat hora diei ad laborandum: ſunt igitur digni maxima & grauiſsima reprehenſione

K ſenes

*Ioan. 9.* — *Pſalm. 6.* — *Mortis tẽpore multa veram pœnitẽtiã impediũt.* — *Prou. 20.* — *Matt. 20.* — *Ferus in Math.* — *Magna eſt otioſitas negligere ſalutẽ noſtram* — *Prouer. 1.* — *D. Chryſ. ſuper Ge. hom. 14.* — *Geneſ. 2.* — *Senes ſint diligẽtes.*

ſenes otioſi, quibus tam exiguum ſupereſt ad laborandum E tempus, & tamen nolunt ire ad Domini vineam vt poſsint ſe in ea laudabiliter & glorioſe exercere. Quod ſi otioſi digni ſunt reprehenſione, quid de his dicemus qui perperam operantur? Si omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur, quid dicetur de arbore malum fructum producente? Non ſint igitur ſenes ſegnes, ſiquidem cum videmus albeſcere ſegetes, dicimus adeſſe iam merendi tempus, ſic profecto cum videmus hominem aliquem caneſcere, dicere F poſſumus inſtare iam mortem vt eius vitam demetat. Non erit igitur quod queraris Deum te non ſubmonuiſſe, ſiquidem etiã naturam ipſam experiris te commonefacientem. Iam velum album bone vir, ſupra caput tuũ mors ipſa extulit aduerſaria tua, quaſi ſupra arcem tuam, cane igitur receptui. Si enim videres ſenem aliquem, quaſi repueraſcentem, ſibi cunabula parare, nonne diceres commodius quidem fore vt ſibi tumulum ſterneret?

*Matt. 7.* *Similitu.* *Cani indices mortis* *Simile.* *Senes aliqui repueraſcunt.*

*Voca operarios, & redde illis mercedem.* Hoc eſt voca non ſtertentes aut vagantes, & vitam omnem in otio & voluptatibus tranſigentes, ſed operarios, hoc eſt in vinea Domini ſtrenue laborantes. Quando igitur fideles operarij in vnum conue G nient vt mercedem labore ſuo partam accipiant, qua fronte iniquitatis operarij mercedem cum illis pariter exigent? Merito ibi cum vnoquoque eorum fidelis procurator ad hunc modum expoſtulare poterit. Amice quid à me exigis quod non meruiſti? Quid metere vis quod non ſeminaſti? Laboraſti quidem in via iniquitatis & perditionis, laboraſti in operibus luti & lateris, in obſequio Pharaonis hoc eſt Diaboli, mundi, cupiditatumque tuarum. Hi Domini tui, hi dij tui, ad ipſos ergo non ad me confuge vt laborum tuorum tibi mercedem reddant. Sic enim ſcriptum legis, in tempore tribulationis ſuæ di- H cent, ſurge, libera nos. Hierem. 2. vbi ſunt dij tui quos feciſti tibi? Surgant & liberent te in tempore afflictionis tuæ. Dij tui fuerunt venter tuus, caro tua, pecunia tua voluptas tua, & cætera quæ ſupra me dilexiſti, ad iſtos ergo Deos tuos confuge. Quid ergo magis præpoſterum quam in alterius caſtris militare, & ab altero aduerſus quem inimica arma tuliſti ſtipendium petere? Expergiſcimini quæſo fratres, quæ enim ſeminauerit homo, hæc & metet. Non enim video quonam modo hæc duo ſimul cohæreant, ad æternam vitam aſpirare, & per viam mortis ingredi: mercedem à deo exigere, & in vinea Diaboli operari. Quiſquis enim efficaciter optat finem, ea quoque adiumenta

*Frater Lu. Gra.* *Mercedẽ non expectet in futura vita qui in hac nõ laborat* *Sap. 5.* *Exod. 1.*



A iumenta quibus ad illum peruenitur non detrectat. Qui vult ad Indos pergere, laborẽ nauigãdi non recuſat: qui a morbo graui ſanari deſiderat, medicamenta non reſpuit. Neque vero eſt cur tales ſibi fidant, qui ſalutis lauacro, cæteriſq; redẽptionis noſtrę beneficijs abuſi ſunt, & talenta credita in ſudario repoſuerunt.

*Simile.* *Hic laborèmus ſi volumus in altera vita præmium referre.*

*Voca operarios.* Mandauit quidẽ Dominus procuratori ordinate diſponi operarios vt eis mercedem ſolueret: ſed in hoc mundo videas pleraque inordinata & indigeſta. Ad quod ſignificandum ingenioſus quidam pictor depinxit arborem, cuius fructus erãt B omnia bona & mala huius mundi, in hanc arborem conſcenderat cæca quædam mulier quæ virga decutiebat arboris fructus, ſub arbore vero erant homines & beſtiæ: excidebant autem ex arbore regiæ coronæ, & interdum ſuper capita tyrannorum cadebant, item infulæ pontificiæ, quæ aliquando ſuper hypocritas cadebant: item virgæ prætoriæ, quæ nonnunquam ſuper beſtias cadebant: item diuitiæ, quæ ſupra auaros ſæpe cadebant, ſæpe vero ſupra prodigos. Vera igitur diſtributio in cælo erit, vbi reddetur vnicuiq; ſecundum opera ſua.

*In mundo multa præpoſtera.* *Deus in ſuo iudicio dat vnicuiq; quod ſuum eſt.*

*Hi nouiſsimi vna hora fecerũt.* Aduerte quod inuidus inquit Abu C lẽ. nõ dolet de ſuo incommodo & mercede minima, ſed inuidet mercedi alterius. Hi enim nõ dixerũt, nobis parũ dediſti, ſed iſtis dediſti multũ, & feciſti eos pares. Inuidia videtur habere ſedẽ in oculis. Dicitur ergo, *an oculus tuus nequã eſt.* Vt enim vocamus per uerſam linguã doloſum aliquẽ hominẽ, etſi lingua ex ſe mala nõ ſit, ita inuidi oculos malos & nequã appellamus, quãuis ex ſe boni ſint oculi. *Erũt nouiſsimi primi & primi nouiſsimi.* Cũ dicit erũt primi nouiſsimi, deprime teipſum, quãuis ſis quaſi alter Ioãnes Baptiſta, aut Petrus Apoſ. clar⁹ virtutib⁹. Tũ dicẽdo erũt nouiſsimi primi, tolle deſperationẽ omnẽ, quãuis quaſi Pilat⁹ aliquis fue D ris aut Iudas. Quare nullus quãuis optimus ſit, negligens eſſe debet, & nullus deſperet ac diffidat quãuis maximus peccator fuerit. Et certe qui in medijs armis verſantur, non quod aliquid ſiniſtrum & aduerſum obtingat, animis ſtatim cadunt, imo certe curant diligenter vt recuperent amiſſa in perniciem ſuorum aduerſariorũ: quod ſi euincunt, curant quantum eſt in ſe ne illud amittant quod multo ſudore ſibi pepererunt. Sciens ergo Chriſtus quod multo labore etiã quæ amiſſa ſunt recuperantur, negligentia autẽ & ignauia etiã quod partum eſt perit ſæpe, mouẽdo vtroſq; dicit, erũt nouiſsimi primi, & primi nouiſsimi, debemus ergo omnes peruigiles eſſe iuxta illud ſapientis, beatus homo qui ſemper eſt pauidus. Non debent contemnere qui citius vo-

*Abulen. in Matt.* *Inuidi quales ſint* *Simile.* *Ferus in Matth.* *Boni ne ſint negligentes.* *Mali non deſperent.* *Simile.* *Negligentia in virtute mala.*

 cati

cati ſunt, eos qui tardius veniunt, quia potens eſt Deus efficere E
*Prou. 28.* vt & perdita recuperent, quamuis ſero veniant & ita præmium
*Autor.* conſequantur non minus quam qui venerunt citius. Inter opera
rios quidem terrenos non poteſt quiſquam diligens eſſe, qui ve-
niens veſperi tantum laboret quantum is qui per totum diem
deſudauit: at vero in vinea ſpirituali breui tempore multum la-
*Diſsimile* borari poteſt, & quod amiſſum eſt, facile recuperari.

*Circa vndecimam vero exijt*. Si bene aduertiſti, in omni hora
exit hic pater familias ad conducendos operarios in vineam.
*In omni* Vnde Deus in omni ætate nos ad ſe vocat, vt inde colligas quan F
*ætate nos* tum ſalutem noſtram deſideret, qui tam crebro monet. Si ita ar
*vocat De⁹* denter ſanctus ille Moyſes populi ſalutem deſiderabat, vt dice-
*ad pœni-* ret, aut parce populo huic, aut dele me de libro vitæ, quanto aui
*tentiam.* dior erit ſalutis noſtræ Deus, qui & ardentior eſt in amore? Ex
*Exod. 32.* ijs igitur intelliges inſtitutũ Dei circa ſalutem noſtrã, ſic pariter
auiditas ſalutis cuiuſq;, ex medijs quib⁹ vtitur deprehẽdi poteſt.

# DOMINICA IN SEPTVAGESIMA.

## CONCIO SECVNDA. G

*Inæſtimabile tempus nobis à deo conceditur, vt in eius vinea laboremus.*

SIMILE *eſt regnum cælorum homini patrifamilias, qui
exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam.* Matt.
*Lau. Inſt.* 20. Præſens quidem vita nobis ad negotiandum ſa-
*lib. de vi.* lutem noſtram conceſſa eſt, quam tamen nos potius
*Soli. c. 10.* occupamus in vitijs. Vnaquæq; res eo magis diligen
da eſt, quo pluris eſſe cognoſcitur. Præſtat quippe æſtimationem
rei ipſius cognita virtus, quæ tunc apparet amabilis cum pri- H
mæ innititur veritati, & quæſtu ſuo poſſeſſores ſuos facit locuple
tes eſſe in cælo. Hinc indulti temporis prætioſitas commẽdatur:
quãta autem ſit quis corde percipere, quiſue humana valet reſe-
*Tẽpus in* rare facundia? Illam nouerunt optime qui ea carent. Om-
*æſtimabile* nem ſiquidem mundi ſubſtantiam, honores prælationum,
ſeculi pompam, corporis voluptates, & quidquid ſub cælo
creatum eſt delectabile atque iucundum, pro vnius diei ſpatio ſi
poſſent, voluntarie commutarent. In ipſo ſiquidem tem-
poris curſu breuiſsimo, iuſtitiam placarent diuinam, lętificarent
angelos, horrendam damnationis æternæ euitarent ſentẽtiam,
& procul



A & procul dubio adipiſcerentur regna cęlorũ. Hi ſunt quibus mi
ſericordia iam fecit occaſum, qui irreuocabiliter in laqueum mi *Tẽpore iã*
ſeriarum deſcenderunt, vbi nullus eſt ordo, ſed horror ſempiter *amiſſo, ei⁹*
nus inhabitat. Iſtis plane deeſt tempus ad merendum, ita vt nec *vtilitatẽ*
per ſe ipſos ſibi, nec ab alijs vllum refrigerationis poſsint captare *cognoſce-*
ſuffragium. Et merito illis nullus locus veniæ datur ad præſens, *mus.*
quippe qui oblatum dum adhuc viuerent, percipere noluerunt. *Iob. 10.*
Neglexerunt ſibi prærogatam gratiam, nec vt bene agerent
intelligere voluerunt, neq; vltimi temporis neceſsitatem præ- *Pſal. 35.*
B uidere curarunt: ſe quippe dederunt voluptatibus, carnis curæ
in deſiderijs, concupieruntq; præſentis vitæ perniciosa ſolatia
ac ſi nunquam eſſent morituri. Illis contigit quod per beatũ Iob *Iob. 21.*
dicitur, tenẽt tympanum & cytharã & gaudent ad ſonitum orga
ni, ducunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcẽdunt.
Hoc autem vnde illis acciderit, intulit dicens, qui dixerunt Deo, *Aeterna*
recede à nobis, ſcientiam viarũ tuarum nolumus. ô qualem fece- *pro tempo*
runt commutationem, videlicet vt exultarẽt in modico tempo- *ralibus cõ*
re, & æterno cruciarentur ſupplicio! Quis illorum valeat conſi- *mutare ex*
C derare iacturam? duplicia enim receperunt de manu Domini *tremæ de-*
pro vniuerſis iniquitatibus ſuis, damni pœna torquentur, & ſen- *mentiæ eſt.*
ſus.

Amiſerũt namq; Deum & cęli delicias, angelorum conſortiũ,
merita electorum, agni nuptias, beatã reſurrectionẽ, immortali *Mali quo*
tatis ſtolam, & beatam vitã, in his potiſsimum damni conſiſtit *ã lem re-*
pęna. Illis autem addita eſt ſocietas dæmonum, horrẽdus ipſorũ *diguntur.*
aſpectus, ardor inextinguibilis ignis, ſtridor dẽtiũ, palpabiles te-
D nebræ, interiores lachrymæ, improperiorum vociferatio, into *Matt. 13.*
lerabilis ſitis, ſulphureus fætor, cõſcientiæ vermis, carcer abyſsi, *Inferni*
euadendi deſperatio, & interminabilis diuinæ viſionis carentia, *tormenta.*
quæ dolores ſupereminet vniuerſos. Iſta autem ſi ſaperent & in
telligerent, quibus adhuc bene operandi prærogatum eſt tem-
pus, impenſa gratia, & dilata ſententia, equidem ſi nouiſsima
ſua præuiderent, non ſic inutiliter viuerent, voluptati ſe darent,
proſtituerent vitijs, indulgerẽt corpori, diabolo obtemperarent, *Cæci ſunt*
facultates quærerent, mundiq; pereuntem concupiſcerent glo- *mali in*
riam. Verum quoniam futura non præcauerunt mala, & præſen *hac vita.*
tibus inhærent bonis, cum eiſdem ſimul pereunt, pariterq; de-
ficiunt, ſic filij hominum facti ſtulti, iudicantes non recte, ponen
tes tenebras lucem, & lucem tenebras, malumq; dicẽtes bonum,
& bonum malum. Heu quam mortalium eſt iſta plangenda con
ditio, deteſtanda cæcitas, infelicitas fugienda. Abutuntur vti-

 que

que peruerſi homines naturalibus bonis, gratuita dona diſ- E
*Mali quã to in errore viuãt.*
pergunt, & veniæ tempus otioſe conuerſando conſumunt.
O ſi agnoſcerent quanti æſtimandum ſit, quod ſine conſideratio
ne amittunt.

*Tẽpus pretioſiſsimũ.*
Cæterum quid prætioſius tempore? Quid quæſo illo fru-
ctuoſius? quid charius? Quid excellentius? Quid ve amabi-
lius? Sed proh dolor, pene ab omnibus nihil habetur vilius,
nihil tractatur inutilius, nihil indignius poſsidetur! Nullum
temporis momentum præteris, in quo merita non valeant cu-
mulari æterna. Cætera quæ habemus in mundo, à nobis alie- F
na ſunt, tempus autem proprie noſtrum eſt, ſi tamen illo vti
*Tẽpus ad quid nobis cõceſſũ ſit.*
mur ad ſalutem. Illud ſiquidem diuina nobis clementia contu-
lit ad plangendum errata, ad pœnitentiam faciendam, ad pro-
merendam indulgentiam, ad virtutes acquirendas, & virtu-
tes exercendas, ad multiplicanda merita, ad vendicandam gra-
tiam, ad inferni ſupplicia euadenda, & ad æternam gloriam
conſequendam. At vero quam rari ſunt qui veraciter agnoſ-
cant iſta, atque labentis temporis breuitatem, fructuoſa ſem
per exercitatione diſpenſent! labitur inquam, & momenta-
*Tẽpus quã citiſsime auolet.*
nea adeo defectione diſcurrit, vt nunquam in eo præſens in- G
uenias, præteritum autem reperies & futurum. Mira plane res
eſt hæc, & prudenti conſideratione dignisſima, quo ordine
vitæ noſtræ præteritum tempus elabitur: quod autem præ-
ſens eſſe creditur, ſic infatigabili labitur motu, vt in eo mo-
mentum aliquod nequeat eſſe præſens. Vtinam iſta intelli-
*Mundi amatores quanto in errore verſentur.*
gere vellent præſentis vitæ amatores, qui nunc ditari fa-
cultatibus, nunc eleuari honoribus, fauoribus longe lateque
commendari deſiderant. Vt enim celebri memoria habean-
tur digni, in vrbe, in caſtris, in ædibus, in parietibus ponunt
ſigna ſua, & minime aduertunt miſeri quod poſt paululum H
à conſpectu mortalium tanquam puluis, quem proijcit ven-
*Pſal. 1.*
tus à facie terræ, eorum memoria deleatur & fama.

*Tẽporis cõmoditatẽ nõ deſeramus.*
Magnæ eſt prudentiæ temporis opportunitate bene & lauda
biliter vti, neque eam vnquam deſerere. Mater quidem Moy
ſi noluit filium ſuum in fluuium demittere, donec vidit Pha-
raonis filiam venientem ad lauandum ſe, vt ita audiens pueri
vagitus, eiuſdem miſereretur, & nutrici eum traderet. Hic ſo-
lum quamdiu viuimus datur facultas in Domini vinea labo-
*Exod. 2.*
randi, qui quidem contuetur nos vt noſtri miſereatur, & la-
chrymas exaudiat, atque è peccatorum fluctibus eripiat, no-
bis condonet, & tandem in cælo præmia largiatur laborum
noſtrorum.



A noſtrorum: non igitur tantam oblatam occaſionem reſpua-
*Contuetur Deus noſtros labores vt eoſdẽ præmio afficiat.*
mus. Tempus quod in Dei obſequio non expendis, non me-
retur nomen temporis, & vita quam pro Chriſto non impen-
das, non vita ſed potius mors appellanda eſt, Eam ob cauſam
lib. 1. Reg. Scriptum legimus, Saulem duos annos regnaſſe, cum
aſſerat in Actis D. Pau. eum ad quadrageſimum ſui regni an-
num vitam perduxiſſe. Nam cum ſolum duobus primis annis iu
*1. Reg. 13. Acto. 13.*
ſtitiam & religionem coluerit, tempore illo tantummodo dici-
tur regnaſſe, quo diuinam legem ſeruauit, non autem illo,
*Malorũ vita non meretur nomẽ vitæ.*
B quo ea contempta, ratio nil valebat, iuſtitia iacebat, mos pa-
trius occiderat, imo nec tunc viuebat, ſed mortuus merito
poterat appellari. Peccatum enim cum conſummatum fuerit,
generat mortem, vt verbis vtar D. Iacobi. Id intuens animo
*Iacob. 1. Rom. 8. Apo. 3.*
D. Pau. aiebat, ſi ſecundum carnem vixeritis, moriemini, &
D. Ioann. in Apo. nomen habes quod viuas, & mortuus es.

*Quia in hac breui vita in Domini vinea laborare recuſamus, idcirco in alia ſempiternum inferni laborem ſuſtinebimus.*

C
HAEC eſt vinea id eſt Eccleſia in quam Chriſtus conduxit
operarios, & conuentione facta, miſit eos in illam. Deus
obligat ſe nobis conuentione, nos autem nolumus ei obligari.
Magna profecto miſericordia eius, & magna perfidia noſtra,
ſiquidem potius eligimus obligari ſempiternis tormentis, vitio
ſam ſectantes viam, quam deo mancipari qui nobis denarium
diurnum pollicetur. Denarius autem eſt merces æterna, eſt
*Mali quã ſint cæci.*
palma victoriæ, & corona vitæ quam repromiſit Deus di-
ligentibus ſe. Si ſcirent homines inferni denarium quem Dæ-
D mon pollicetur laborantibus in ſua vinea, quales ſunt ij qui ſe
totos vitijs permittunt, non equidem ita effrænate peccarẽt. Nil
mihi videtur ait grauis quidã doctor, tam efficax ad auocandos
animos ab iſtis caducis, quam cogitatio inferni. Quare mecum
*Iſido. clarius Ora. 12. tom. 1. Simile.*
quæſo ſic attentiſsime cogitate, ſi mille annorum vltio intenta
retur, deberent omnes ſane horreſcere: nam qui in hac vita
aliquot horarum ſpatio acerbius torquentur, miſerrimi exi-
ſtimantur, at vero mille annis ignibus tradi cruciandum,
quanto eſt acerbius? Multo vero magis ſi decem aut cen-
tum millibus annorum hæc pæna eſſet duratura. Quod ta-
men ſpatium breuiſsimum videretur & tantum momenta-
neum, ſi dictum prius eſſet & conuentum tot annorum millibus

 eſſe in

E

*Inferni atrocia tormenta.*

eſſe in igne commorandum, quot arenæ minutula grana in hoc templo concluderentur. Rurſus hoc etiam tantum ſpatium (quæ enim ſecula arenam illam exhaurirent, ſi milleſimo quoq; anno dumtaxat granulum vnum auferretur?) pro nihilo putaretur, ſi in hanc pœnam ea commutaretur, qua tenerentur in ignem damnati tot annorum millibus in eo eſſe, quantus arenæ numerus in hoc toto quod inter cælum & terram interiacet ſpatio, comprehendi poſſet.

*Conſiderationes ſalutares ad inferni æternitatē intelligendam.*

Et tamen contemplatione æternitatis (heu horrendam rerum faciem) hoc etiam tam pene infinitum tempus, pro re gratiſsima optaretur, & centies ac millies etiam

F

repetitum, modo finis aliquis tandem aliquando inciperet apparere. Nam ſine vllo vnquam fine quempiam eſſe torquendum, hoc vero vltra omnes deſperationis terminos fertur.

*Dānatorū quāta erit miſeria.*

Quid enim grauius quam ſemper velle quod nunquam erit, & ſemper nolle quod nunquam non erit? In æternum peccator non aſſequetur quod vult, & quod non vult, nihilominus in æternum cogetur pati.

*Similitu. Fulminis cōditio.*

Quemadmodum clara fulmina liquant aurum, argentum & æs, non combuſtis ſacculis in quibus hæc reconduntur: ferrum in capſula cerea conterunt, ne confuſo quidem ſigno ceræ vt ait Plinius, dura denique frangunt, mollia intacta relinquunt,

G

*Pli. lib. 2. Nat. hiſ.*

ita vis ſupremi iudicis in extremo examine, quæ erit ſicut fulgur exiens ab Oriente, & parens vſque in occidentem,

*Mat. 24. Iacob. 4. 1. Petr. 5.*

confundet malos & ſuperbos, non tamen lædet bonos atque humiles. Vnde D. Iacobus ait, quod Deus ſuperbis reſiſtit, humilibus autem dat gratiam.

*Altera ſimilitudo.*

Et vt fulmina, pinnacula & faſtigia in acumen tendentia, pyramides in flammæ formam deſinentes, & altas atque natura munitas rupes petunt & deijciunt,

*Dignitates humanæ periculoſæ.*

ſic acerbiſsimæ ærumnæ iuſto Dei iudicio excitatę, eos feriunt & frangunt, qui inanem mundi gloriam, incertas opes & in caſu ſitas adepti, in excelſa dignitate conſtituti, alios contemnunt, & ſeipſos vane ferunt in

H

*Iſa. 66. Mar. 9.*

ſublime, de quibus ait Iſa. Vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur. Et apud D. Mar. ait Chriſtus, bonum eſt tibi debilem introire in vitam, quam duas manus habentem ire in gehennam, in ignem inextinguibilem, vbi vermis eorū non morietur, & ignis non extinguetur. Id intuens animo diuinus pſaltes deſcribens miſerabilem impiorum exitum

*Iſa. 66.*

canebat, ſicut oues in inferno poſiti, mors depaſcet eos, & dominabuntur eorum iuſti in matutino, & auxilium eorum veteraſcet in inferno à gloria eorum. Vbi impios quidem in

inferno



A

*Mali quomodo in inferno cruciabuntur.*

inferno cruciatos cum ouibus comparat, non ad animi manſuetudinem & vitæ innocentiam, quam non habuerunt, ſed ad ignauam eorum imbecillitatem ſignificandam, qua nec effugere nec depellere ſupplicia vnquam poterunt. Paſtor qui tales paſcit oues, crudeliſsimus eſt, nempe mors æterna, & ſupplicium quod nunquam finietur.

*D. Grego. lib. 6. Mo. c. 20.*

Super illa verba beati Iob cap. 5. In vaſtitate & fame ridebis, ait Grego. tunc quippe reprobi vaſtitatem famemq; paſſuri ſunt cum damnati in extremo iudicio ab æterni panis viſione ſepa-

B

rantur. Scriptum namque eſt, tollatur impius ne videat gloriam Dei. Et per ſemetipſum dominus dicit, ego ſum panis viuus qui de cælo deſcendi.

*Eſa. 26. Ioan. 6. Inferni tormenta.*

Simul ergo eos vaſtitas, fameſq; cruciat, qui non ſolum foris tormenta ſentiunt, ſed intus etiam inediæ peſte moriuntur: vaſtat igitur gehenna quia concremat, fames interficit, quia ſuam illi faciem redemptor abſcondit, bene namq; retributionem interius exteriuſque recipiunt, quia & cogitando

*Pſal. 20.*

miſeri & operādo deliquerūt. Vnde benè per Pſal. dicitur, pones eos vt clibanū ignis in tēpore vultus tui, dñs in ira ſua cōturbabit eos & deuorabit ignis.

*Simile.*

Quod enim ab igne deuoratur, ab

C

exteriori parte accenditur. Clibanus vero interius inflammatur.

*Lib. 9. mora. c. 46.*

Item ſuper illa verba cap. 10. Vbi vmbra mortis, & nullo ordo, ſed ſempiternus horror inhabitat, ait idem doctor, ſicut mors exterior ab anima diuidit carnem, ita mors interior à Deo ſeparat animam.

*Simile.*

Vmbra ergo mortis eſt obſcuritas viſionis, quia dānatus quiſq; cum æterno igne ſuccenditur, ab interno lumine tenebratur:

*Ignis inferni tenebroſus.*

natura vero ignis eſt vt ex ſe ipſo & lucem exhibeat & concremationem. Sed tranſactorum vltrix illa flamma vitiorum, concremationem habet, & lumen non habet. Hinc eſt enim quod reprobis veritas dicit, ligate ei manus & pedes, & mitti-

D

*Matt. 22.*

te eum in tenebras exteriores. Si itaque ignis, qui reprobos cruciat, lumen habere potuiſſet, is qui repellitur nequaquam mitti in tenebras diceretur.

*Pſal. 57.*

Hinc etiam Pſalm. ait, ſuper eos cecidit ignis, non viderunt ſolem, vt foris dolor combuſtionis cruciet, & intus pœna cæcitatis obſcuret, quatenus qui autori ſuo corde & corpore deliquerunt, ſimul corde & corpore puniantur.

*D. Greg. lib. 9. Mo. c. 50. Eccl. ſ. 9. Iſa. 55.*

Sed quid prodeſt iſta prænoſſe, ſi non contingat euadere? tota ergo intentione curandum eſt vt cum vocationis tempus accipimus, benè viuendi ſtudio, malorum vltricia tormenta fugiamus. Hinc quippe per Salomonem dicitur. Quodcumq; poteſt manus tua facere, inſtanter operare, quia neque opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſcientia erit apud inferos quo tu properas. Hinc

 Iſa.

2. *Cor.* 6. Iſa. ait, quærite dominum dum inueniri poteſt. Hinc Paulus di- E
*Gal.* 6. cit, ecce nunc tempus acceptabile, ecce nũc dies ſalutis. Hinc rur
ſum ait, dum tempus habemus, operemur bonum ad omnes.

*Reddit Deus vnicuiq; ſecundum opera ſua.*

REddit Deus malis iuxta malitiam eorum, quantum enim ſe
glorificauerunt & in delicijs fuerunt, tantum illis datur tor-
*Apoc.* 18. mentorum, vt habetur in Apoc. Cũ bonis autem excedit Deus
*Roma.* 8. in præmio, præmiando eos vltra condignũ, ſiquidem vt ait Apo.
non ſunt condignæ paſsiones huius temporis ad futuram gloriã F
*Beatitudo* quæ reuelabitur in nobis: ſi enim ſemel tantum in cælo videret
*quanta ſit.* anima Deum, excederet præmium laborem, vt intelligas quan-
tum excedat gloriá labores pro ea ſuſceptos, quam cum ſemel
quis ingreſſus fuerit in cælo, in ea permanebit. Cuilibet enim
*Luc.* 29. Dei ſeruo dicitur, ſiue plurimum ſiue parum lucratus ſit, intra
*Matt.* 55. in gaudium domini tui; Quaſi dicat, etſi totam gloriam non ex-
haurias, tu tamen intra in eam, & ea fruere in ſempiternum, de
qua vnuſquiſq; accipiet pro ratione laborum ſuorum. De omni
*Luc.* 21. bus quidem dicitur quod habet Lucas, præcinget ſe & tranſiens
miniſtrabit illis, Sed quomodo miniſtrabit ille cui ſeruire reg- G
*Danie.* 7. nare eſt? ille cui millia millium miniſtrabant, vt habetur in Da-
niele? Tranſiens quidem miniſtrabit, & tranſibit & pertranſibit
omnia deſideria, & omnes affectus noſtros vltra quam deſi-
*Luc.* 6. derare poſsimus: ibi adimplebitur quod ait Chriſtus, menſuram
bonam, confertam &c. Non dicemus iam cum Apoſt. audiui ar-
1. *Cor.* 12. cana Dei, quæ non licet homini loqui, ſed dicemus cum regina
3. *Reg.* 10. Sabba, maior eſt gloria tua, quam rumor quem audiui. Item ſan
*Roma.* 8. cti dicent, cum difficultate videbamur credere quod non ſint
condignæ paſsiones huius ſeculi &c. Donec hiſce oculis con-
1. *Cor.* 15. templati ſumus. Iam non per ſpeculum videmus, ſed apertè & H
euidenter, atq; probauimus quod media pars nobis nuntiata nõ
*Figura.* fuit. Mutabilitas quidem erit ſub pedibus noſtris, cum mortale
hoc induerit immortalitatem. Vehementer mirata eſt regina
Sabba cum vidit ordinem miniſtrantium, & habitacula ſeruo-
*Ioan.* 14. rum, & familiam vniuerſam, ſingulaq; æſtimauit pro eorum dig
nitate: ita erit in cælo, iuxta illud quod Chriſtus ait, in domo
*Rom.* 8. patris mei manſiones multæ ſunt. Quod ſi Paulus etſi tantum
laboraſſet, tamen dicebat quod non ſunt condignæ paſsiones,
quid tu dices, qui nihil pro acquirenda gloria laboras in Chri-
*Luc.* 24. ſti vinea? Inueniſti ne forſan aliam viam quam Chriſtus inue-
nerit ingrediendi in cælum, de quo dicitur quod oportuit pa-
ti



A ti Chriſtum, & ita intrare in gloriam ſuam? Vide quantum la- 2. *Cor.* 1.
boraret Apoſ. qui dicebat, ſupra modum grauati ſumus, & ſu-
pra virtutem, ita vt tæderet nos viuere, ſed tamen labores al-
leuabat cum conſideraret præmium, dicens, non ſunt condig-
næ paſsiones huius ſeculi. Nullus autẽ vt dicit Thomas, melius *D. Thom.*
id dicere poterat quam Paulus, qui vtrumque deguſtauerat, la
borauit enim plurimum, & præterea raptus eſt vſque ad tertium 1. *Cor.* 12.
cælum vbi vidit arcana Dei.

Non legimus in euangelio hodierno quod his operarijs de ci- *In futura*
B bo & potu prouideretur, ſed tantum habetur quod poſt occa *vita Deus*
ſum ſolis ſolutus fuit eis denarius, vt intelligamus quod *ſuis redun*
interdum Deus permittat ſuos minus circa neceſſaria redunda- *danter om-*
re, vt omnia ſimul ſuppeditentur in occaſu ſolis ideſt in futura *nia ſuppe-*
vita: malis interdum redundanter temporalia ſuggerit, cum in *ditat.*
alia vita iã non habeant quæ poſsideant. Et quãuis dicat in Euan
gelio, quod erunt nouiſsimi primi, & primi nouiſsimi, non id
ita intelligẽdum eſt quod his qui plus laborauerunt, plus etiam
non reddatur, ſiquidem illud verum eſt, reddes vnicuique iuxta
opera ſua: ſed fieri quidem poteſt quodquis minore tempore *Roma.* 2.
C pluſquam alius laboret, & vehementiori quidem ſpiritu, vndè
etiam fiet vt tantum iſte recipiat, quantum alter, & plus inter
dum. Vndè Hier. ait quod Deus non inclinatur propter verbo- *D. Hie. &*
rum multitudinem, ſed propter eorundem deuotionem. Et ita *habetur de*
plus valebunt quinq; Pſalmi attente & deuotè recitati, quam to *conſ. diſ.* 5.
tum pſalterium ſi indeuotè dicatur. Hinc Greg. ait, non reſpicit *c. non me-*
Deus quantum, ſed ex quanto, vt conſtat apud Lucam de duo- *diocriter.*
bus viduæ minutis. Qui currens procedit, interdum etiam per- *D. Grego.*
nitioſius cadit, quam qui gradatim progreditur. Vndè quando *Luc.* 21.
virtutis ſemitam tenemus, debemus circunſpectè incedere ſem- *Simile.*
D per Deum cõplectentes. Hinc Dauid ait, impulſus, euerſus ſum *Pſa.* 117.
vt caderem, & dominus ſuſcepit me: fortitudo mea & laus mea
dominus. Et ita ſerui Dei & viri perfecti qui currunt diuinam ſe *Circunſpe*
mitam, curant ſibi ſemper Deum habere comitem & adhæren- *cte viua-*
tem, ne de ipſis dici poſsit, erunt nouiſsimi primi, & primi nouiſ *mus.*
ſimi. Quod in Saule & Dauide aperte oſtẽſum eſt. Vnde Anna Sa 1. *Reg.* 11.
muelis mater ait, dominus pauperem facit & ditat, humiliat &
ſubleuat, ſuſcitans de puluere egenũ, & de ſtercore erigens pau-
perem, vt ſedeat cum principibus & ſolium gloriæ teneat. Vide
igitur quod cum Saul diues eſſet & Dauid pauper, nihilominus *Mutabi-*
tamen omnia commutata ſunt, exigentibus id demeritis Saul, & *litas hu-*
meritis ipſius Dauidis. *ius vitæ.*

Vide-

Videtur quidem quod in eo quod dicitur, erunt nouiſsimi pri E
mi, imitatur Deus mũdi leges & mores, in quibus videmus quod
equites ipſi qui vitam ducunt otioſam, delicate comedant, cum
interim paſtores & agricolæ qui tantopere laborant, & pondus
portant diei & æſtus, ieiunent quæ alij comedunt, ita vt dicere
*Virgi.* poſſe videantur illud Virgilianum, ſic vos non vobis &c. Et cũ
*Rom.2.* ipſi tantopere laborent, tamen à mundo contemnuntur. Verum
*1.Cor.3.* tamen non ita ſe gerit Deus, ſed vt ait Paul. reddit vnicuiq; iux-
*2.Cor.9.* ta opera ſua. Item alibi ait, qui parce ſeminat, parce & metet, & F
qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet vi-
*Deo toto* tam æternam. Qui enim ſero venerunt, tam obnixe laborarunt,
*affectu in* vt vna hora ſuperauerint vel ſaltem æquauerint aliorum labo-
*ſeruiamus* res. Fere fit vt qui ætate tenera cæperunt Deo ſeruire, poſtmo-
dum ita frigide procedant, vt alij ſerius venientes, maiori adhi-
bito conatu, multis eos interuallis poſt ſe relinquant, de quibus
*Pſal.15.* ait propheta, Multiplicatæ ſunt infirmitates eorum, poſtea acce
lerauerunt, ſicut contigit ſancto latroni, & multis alijs in hac
vita.

G

## DOMINICA IN SEPTVAGESIMA.

## CONCIO TERTIA.

*Regnum cæli cur comparetur rebus terrenis.*

S*Imile eſt regnum cælorum homini* Patri *Familias, qui exijt primo*
*mane conducere operarios in vineam ſuam.* Matth. 20. Com-
paratur regnum cælorum rebus terrenis, quoniam ex
his in cognitionem creatoris deuenire poſſumus. Quanquã enim H
animi noſtri quandiu in corporibus verſantur, longè abſunt à
clara diuini numinis cognitione, quod eorum acies ſit caligine
quadam circumfuſa, Deus autem ſit infinitus & immenſus, poſ
ſunt tamen ex creatarum rerum conſideratione ad ipſius creato
*Pſal.91.* ris cognitionem deuenire. Id intelligens diuinus Pſaltes concine
bat, quam magnificata ſunt opera tua domine, nimis profundæ
factæ ſunt cogitationes tuæ: vir inſipiens non cognoſcet, & ſtul-
tus non intelliget hæc.
*Prou.8.* Idquod nos habemus in Prouer. dictum à Sapientia in mundi
conſtitutione, ludens in orbe terrarum, poteſt verti ex Hebræo,
delicians in vniuerſi conſonantia. Eſt enim mundi machina mu-
ſica quædam & admirabilis conſonantia, Deum ipſum ſuo modo
prædi-



A prædicans & laudans, ſicut Orpheus, Pythagoras, Plato, & mul-
ti alij philoſophi dixerunt. Quemadmodum ſi è lõginquo citha
ram audias, ex multis varijſque neruis compoſitam, acutis, gra-
uibus, & circumflexis, qui omnes pariter conſonẽt, & diſtinctos *Creaturæ*
interuallis ſonos ſuos, meloſque conficiant, intelligis planè illic *nos manu*
vnum eſſe peritum pulſatorem, qui fidium voces ex arte muſicæ *ducunt in*
ad harmoniæ concentum miſceat & æqualiter temperet, tametſi *cognitionẽ*
illum minimè intuearis, ſic ex concordia, & conſona mũdi vbiq; *creatoris.*
diſpoſitione, vbi nec inferiora contra ſuperiora, neque infima
B aduerſus ſublimia eriguntur & inſurgunt, ſed omnia vnum ordi-
nem admirabilem ſeruant, confeſtim ad vnum Deum omniũ re-
curris, omnia hæc ſua virtute mouentem, diuinæque ſapientiæ
ſplendore illuſtrantem. Ille quidem rerum vniuerſitatem vt ly- *Reſplẽdet*
ram tenens, copulat cæleſtia cum aëreis, & aërea cum terrenis, *diuina Sa*
vniuerſa cum ſingulis coaptans & coagmentans, & ita mundi cõ *pientia in*
centum, ordinem & harmoniam congruenter abſoluit: ipſe eſt *creaturis.*
qui omnia mouet, cum ipſe quidem immobilis perſeueret. Eius
nutu cælum micantibus aſtris refulget, & circulorum ſuorum or
dinem conſeruat, ingens oceanus terribilibus fluctibus criſpa-
C tur & intumeſcit, ſed intra legitimos fines motus ſuos coërcet &
continet, terra varijs ſtirpibus comata frondeſcit, diffunditque *Mirabilis*
herbeſcentem viriditatem, quæ nixa fibris ſtirpium ſenſim ado- *Deus in*
leſcit & omnia tandem elementa interſe diſtantia cohærent, di- *creaturis*
uinamq; virtutem ſuo modo oſtendunt. Tota mundi machina *ſuis.*
eſt veluti ciuitas quædam, ſui regis magnitudinem & excellen- *Simile.*
tiam declarans. Vt enim viſa ciuitate ex multis varijſque homi-
nibus conſtante, magnatibus & plebeijs, opibus affluentibus, &
inopia laborãtibus, adoleſcẽtia floridis, & ſenectute decrepitis,
vbi omnes tametſi interſe diuerſi, in magna concordia degant, *Iuſtitia &*
D rectaque diſciplina contineantur, ſtatim iudicas eſſe eius princi- *æquitas*
pem iuſtum, potentem, & ſapientia præſtantem, quanquam illũ *principis*
non videas: ſic conſiderata mundi mole, eiusque rerum interſe *in reipub.*
diſtantium cõcordia & ſerie, totiusque vniuerſitatis coaptitudi- *guberna-*
ne, fieri non poteſt quin aliquo modo concipias animo eſſe ſum *tione dig-*
mum quendam harum rerum creatorem & conſeruatorẽ. Nec *noſcuntur.*
ſolum ex cognitione magni mundi, ſed etiam parui, hoc eſt ho- *Homo par*
minis, qui à philoſophis microcoſmos, ideſt paruus mundus ap- *uus mun-*
pellatur, in cognitionem & admirabilem Dei ſcientiam peruení *dus.*
mus. Vndè Dauid Deum alloquens canebat, mirabilis facta eſt *Pſal.138.*
ſcientia tua ex me, ac ſi diceret, ex cognitione mei aſcendi do-
mine in admirabilem ſcientiam tui: ideo Deus non ſolum nos
mittit

mittit ad aliarum creaturarum cognitionem & conſideratio- E nem, vt quando ait, conſiderate volatilia cæli & lilia agri, ſed ad conſiderationem noſtri cum dicit, præuaricatores redite ad cor, & cum nos hodie ad vineam hoc eſt ad nos ipſos ire iubet, vt à cognitione noſtræ fragilitatis, ad cognitionem Dei virtutis aſcendamus. *Matt. 6. Luc.12. Iſa.46.*

Poſtquam diuinus vates fuit diuino amore incenſus, & alta Dei arcana animo proſpexit, redibat ad contemplationem globorum cæleſtium, & intuens ſolem, lunam, & reliqua aſtra, diuini numinis perpetua monimenta, contemplabatur ſingu- F larem Dei erga homines amorem, qui illis tam eximia opera condidiſſet, & memor tanti effectoris aiebat, Quoniam videbo cælos tuos, opera digitorum tuorum, lunam & ſtellas, quæ tu creaſti. Quid eſt homo, quod memor es eius? & in fine pſalm. diuino quodam amore abſorptus, has voces emittebat, domine, dominus noſter, quam admirabile eſt nomen tuum in vniuerſa terra! *Pſal.8.* Intuere quemadmodum à creatoris contemplatione, ad creaturas contemplandas reuertitur, vt ab illis ad illum redeat cuius amore flagraret. *Creaturæ nos ad Dei cognitionē ducunt.* Cum animus ſe à corporis obſequio ſeiungit, voluptatemque veluti peſtiferam G labem honeſtatis reſpuit, ſeque Dei amore incendit, ipſum cælum, terram, mare, rerumque omnium naturam intuetur, & quæ vnde generata, quo recurrant, quando & quomodo peritura, quid fluxum & mortale, quid ſtabile & æternum contemplatur, in hoc conſpectu & cogitatione, & rerum magnificentia, Deus immortalis, quanto gaudio afficitur? *Deum plurimi facimus ex cognitione creaturarum.* Quanta fortitudine delicias mundi perituras contemnit, & ea quæ inſipientes mortales expetenda exiſtimant, pro nihilo putat, & ad cæleſtia & immortalia ardenti charitate inflammatus rapitur? Vndè Apoſto. ait, inuiſibilia Dei à creatura mundi per H ea quæ facta ſunt intellecta conſpiciuntur: *Rom.1.* acſi diceret, per Dei effectus, reſque ab eo creatas, ſenſibus expoſitas, intelliguntur eius inuiſibilia à creatura mundi, hoc eſt à conſtitutione mundi, ex quo conditus eſt mundus. Ea enim eſt rerum à Deo creatarum pulchritudo & diſpoſitio, vt nemo ſit tanta barbarie & immanitate affectus, qui earum excellentem ordinem & admirabilem ſpeciem ſentiens, non poſsit eximium earum effectorem contemplari, & à ſenſu exteriore ad interiorem intelligentiam diuinæ Sapientiæ & potentiæ, & bonitatis perduci. *Relucet Deus in ſuis creaturis.* Plato in Timæo vnum eſſe principem, & originem rerum ſenſit & docuit, cuius maieſtatem tantam eſſe aſſeruit,



A ſeruit, vt nec poſſet lingua explicari, nec animo comprehendi. *Plato in Timæo.*

*Spes præmij nos animare debet vt vehementius in vinea domini laboremus.*

CVM infideles non nouerint præmium promiſſum laborantibus in vinea, & eius mandata ſeruãtibus, inde eſt quod nos irrideãt. Noſtra igitur ſpes nititur promiſsis Chriſti, rerum illarum inuiſibilium, iuxta illud Pau. qui confugimus ad te- B nendam propoſitam ſpem, quam ſicut anchoram habemus animæ tutam ac firmam, & incedentem vſque ad interiora velaminis. *Heb.6.* Dicit anchoram, nam ſicut anchora ſub aquam abſcondita eſt, & ibi nauis adhæret & in ea fidit, ſic ſpes noſtra eſt poſita in rebus illis inuiſibilibus. *Simile.* Et ideo nos irrident, ſed ipſi erunt potius confuſi, & dicent cum erunt in inferno, illud Sapien. *In domino ſperemus.* Hi ſunt quos aliquando habuimus in deriſum, & in ſimilitudinem improperij, nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam, & finem eorum ſine honore, ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & ſors illorum inter ſanctos. C Quare fratres mei vt monet Pau. ſobriè, iuſtè, & piè viuamus *Sap.5.* in hoc ſeculo, expectantes beatam ſpem, & aduentum gloriæ magni Dei, & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti. *Tit.2.* Quamuis nobis Dei mandata grauia videantur propter carnis infirmitatem, tamen propter præmij magnitudinem amabilia maximè fiunt. Oſeas *Oſeæ.10.* ait, Ephrain vitula docta diligere trituram: triturare laborioſum opus eſt, tamē quia bos triturãs ſimul paſcitur paleis & grano, diligit illum laborem. *Simile.* Vndè Apoſ. ait quod in lege, ſcriptum eſt, non alligabis os boui trituranti, nunquid de bobus cura eſt Deo? *1.Cor.9.* Propter nos ergo dicit, quibus non deerit præmium la- D boris noſtri. Non eſt Deus iniuſtus vt obliuiſcatur laborum noſtrorum ſicut ait Apoſ. ad Heb. ſed ampliſsimus eſt remunerator operariorum in vinea & eorum qui ſeruant eius mandata, *Hebr.6.* iuxta illud Pſal. in cuſtodiendis illis retributio multa. *Pſal. 118.*

Hæc ſcilicet ſpes conſolata eſt me in humilitate mea, ait Pſalm. ideſt in afflictione mea. Humilitas enim in ſcriptura interdum ſignificat afflictionem, *Pſa.11.* iuxta illud Pſalm. humiliaſti nos in loco afflictionis. *Pſal.34.* Et illud Deut. reſpexit dominus humilitatem noſtram, ideſt afflictionem & laborem. *Deu.26.* Spes ergo fortiſsimũ ſolatium eſt in omni afflictione iuſtorũ. Mandauit Deus in Leui. *Leuit.20.* vt paſſer qui pro emundatione leproſi immolabatur, in aquis viuis mactaretur: iſtæ aquæ viuæ ſunt quas Chriſtus promiſit Samaritanæ. *Ioann.4.*

maritanæ. Sancti ergo in his viuis aquis delibantur, immolan- E
*Rom.8.* tur, & mactantur, propter hãc quippe ſpẽ futurorum bonorum
ſanguinem ſuum fundebant & mundabantur tali baptiſmate.
*Tob.2.* Vndè Pau. ait, ſpe ſalui facti ſumus. Hac nitebatur Tobias in cæ-
citate cum deriderent eum dicẽtes, vbi eſt ſpes tua, pro qua elee
moſynas & ſepulturas faciebas? Tobias vero increpabat eos di
cens, nolite ita loqui, quoniã filij ſanctorum ſumus & vitam il-
*Col.1.* lam expectamus, quam Deus daturus eſt his qui fiduciam & ſpẽ
nunquam auertunt ab eo, iuxta illud Apoſ. ſi permanetis in fide
fundati & ſtabiles, & immobiles à ſpe euangelij quod audiſtis. F
*Iob.13.* Hęc ſpes conſolabatur beatum Iob in ſuis laboribus cum dice-
*Rom.15.* ret, etiamſi me occiderit, ſperabo in eum, Hoc eſt quod ait Pau.
per patientiam & cõſolationem ſcripturarum ſpem habeamus.
*Pſal. 93.* Vndè Dauid dicebat hoc conſiderans, ſecundum multitudinem
dolorum meorum in corde meo, conſolationes tuæ lætificaue-
*Can. 2.* runt animam meam. Et ſponſa videbatur iam frui rebus quas
ſperabat, cum diceret, ſub vmbra illius quem deſiderauerã, ſedi
& fructus eius dulcis gutturi meo.

*Simile.* Si ad incerta premia obtinenda ita homines laborãt, quid tan
topere ſegnes ſunt tantis propoſitis certiſsimis præmijs in vinea G
*Simile.* domini laborantibus? An non miles vt tandem dux vel anteſig-
nanus euadat, valentiſsime ſegerit, & in varia pericula conijcit,
*Deo ſeruiamus cuius præmia ſunt certiſsima* cum tamen interdum nullum fructum, ſed ſola vulnera repor-
tet? An non multi varias ſubeunt tempeſtates, donec tandẽ op-
tatiſsimum portum contingant? nonne multi bona ſua conſu-
munt in aula regia, vt tandem regis auram captent & beneuo-
lentiam? Sæpe tamen nihil proficiunt. Sed non ſic inanes redeũt,
*Simile.* qui in domini vinea laborant.

Quod videamus diuitem aliquem aut infirmum otiantem, nõ
*Laboremus in hac vita vt in alia remuneremur.* curamus, nec quod feſto die pauperem etiam videamus feriatũ, H
etſi ſanitate fruentem: attamen quod pauper & ſanus profeſtis
diebus otietur, præſertimq; ſi filios & coniugem habeat, & am-
pliſsima laborandi ſe offerat occaſio, id vero turpiſsimum eſt.
Quod angeli in cælo & beati qui locupletiſsimi ſunt, non labo-
rent, cum iam habeant redundanter ſibi omnia, mirum non eſt.
*Otiari pauperes dũ cõmoditas adeſt laborãdi, turpe eſt.* Itẽ quod dãnati in inferno, quibus nulla eſt meritoriè operandi
occaſio, & quibus nihil boni prodeſt, otioſi ſint, non eſt mirum,
ſiquidem iam tempus laborandi in vinea domini auolauit, vt ha
betur Ioann. 9. & ſolum adeſt tempus in ſempiternum patiendi,
at vero quod nos pauperes otiemur, deteſtabile eſt: tales vero ſu
mus omnes quãdiu viuimus in præſenti vita, etſi maxime diuites
ſimus,



A ſimus, iuxta illud Apo. dicis quod diues ſum & locupletatus, & *Apoca.3.*
nullius egeo, & neſcis quia tu es miſer, & miſerabilis, & pau-
per, & cæcus, & nudus. Quare frater vt Paul. monet, ſolicite *2.Tim.2.*
cõſidera te ipſum probabilẽ exhibere Deo operarium inconfu-
ſibilem. Et alibi idem ait, audiuimus enim inter vos quoſdam *2.Theſ.3.*
ambulare inquietè, nil operantes, ſed curioſe agentes: & addit,
vos autem fratres nolite deficere benefacientes. Videns igitur *Vocat nos*
Deus miſeriam noſtram, nos inuitat ſæpe ad laborandum in vi- *Deus omni ætate & tẽpore.*
nea in omni ætate & tempore, atque etiam præmium proponit
B quo animari ſolemus videlicet denarium ſignificantem beatitu-
dinem ſempiternam. Vndè intelligas diuinam bonitatem & li-
beralitatem, qui non ſolum ea nobis dat quibus negotiari poſsi
mus, ſed etiam præmium ampliſsimum largitur, etſi ſimus eius *1.Pet.2.*
captiui pretioſiſsimo ſanguine redẽpti qui omnia ei debemus, *Diſsimile.*
nihilominus tamen noſtrum laborem compenſat. Quotuſquiſq;
obſecro reperitur dominus, qui ita cũ captiuo ſuo ſe gerit? Quod
autem eius ſerui ſimus, illud apertiſsimè docet per prophetam
Amos dicens, nunquid non filij Aethiopum vos mihi eſtis dicit *Amos.9.*
dominus? Nec vero ſolum nobis labores compenſat, ſed etiam
C cũ omnia bona opera noſtra ſua ſint, ſingulis reddit pro cuiuſq;
operibus. Quæ cum ita ſint, quis obſecro tam deſes erit qui non
in eius vinea laboret?

Non eſt autem nobis dubitandum de celſitudine præmij nobis
dandi, etſi labores noſtri exigui ſint momenti. Siquidem vt annu *Simile.*
lus cupreus pretioſiſsimo adamante ornatus ſummi valoris eſt,
non ob cuprum, ſed ob gemmam inæſtimabilẽ cupro ipſi inclu-
ſam: ſic bona opera noſtra vitam æternam merentur, non quod *Opera in gratia facta quanti ſunt meriti.*
noſtra ſunt, quia ſic vt cuprum ſunt parui pretij, ſed quia fiũt in
gratia, & inſignita ſunt tanquam inæſtimabili adamãte merito
D mortis & paſsionis Chriſti, cui per gratiam adhæremus, qui no-
bis ob miſericordiam ſuam, bona opera in gratia facientibus,
denarium vitæ æternæ promiſit. Vndè D. Pau. inquit, in reliquo *2. Ti. 4.*
repoſita eſt mihi corona iuſtitiæ, quam reddet mihi Deus in illa
die iuſtus iudex, non ſolum autem mihi, ſed & his qui diligunt
aduentum eius. Præmium ſuorum operum hoc eſt vitam æter-
nam, appellat coronam iuſtitiæ, quod eam meruerit, & Deũ eſſe
eam ei daturum dicit, quod iuſtus ſit iudex. Illud eſt aduertendũ, *Reddet*
non dixiſſe quam dabit mihi dominus, ſed quam reddet mihi do *Deus cuiq; ſecundum opera ſua.*
minus: reddere enim eſt quod debetur dare. Volẽs Chriſtus hãc
oſtendere veritatem, ait apud Mat. filius hominis venturus eſt in
gloria patris ſui cum angelis ſuis, & tunc reddet vnicuiq; ſecũ- *Mat. 16.*

dum opera eius. Et ita in hodierno euangelio ait, voca opera- E
*Fides cũ operibus ſocianda eſt.* rios, & redde illis mercedem. Merces eſt id quod debetur ex me
rito. Aſpicis igitur exigi opera ad æternam ſalutem, per quæ il-
lam conſequimur, non ex ipſorum operum in ſe dignitate, ſed
ex illis cum fide, ſpe, & charitate coniunctis, per quæ ex Dei mi-
ſericordia ita nobiſcum paciſcentis, vitam æternam dicimur
mereri.

*Otium res pernicioſiſſima.*

*Seneca.* OTium quidem vocat Seneca ſepulchrũ hominis, de quo ait F
*D. Aug.* ingenioſus poëta, otia ſi tollas, periere Cupidinis arcus. Et
*lib. 1. de* D. Aug. otio inquit perijt Roma, deleta Carthagine. Et Chryſo.
*Ci. Dei.* otium omnem malitiam docet. Cum aliquando interrogaretur
*Chryſo. in* Cleomenes, vt narrat Plutarchus, cur Lacedæmonij cum Argi-
*Gene.* uos ſæpe vincerent, eos non delerent? Nolumus inquit, vt habea
*Cleomen.* mus quę iuuenes noſtros exerceant: parabant ſæpe Argiui bellũ
*Plutar.* aduerſus Lacedæmonios, & erat bellum illud veluti cos, vbi iu-
uenes Lacedæmonij acuebantur & poliebãtur, ne turpi otio dif
*Simile.* fluentes fortitudinem amitterent, ſeq; vitijs coinquinarẽt. Quẽ G
admodum fax immota torpet, & paulatim extinguitur, mota
autem & agitata, reſtituit flammam, ſic vita otioſa extinguit ſen
ſim virtutem, ſed labore excitata, eam accendit. Ideo dicitur in
*Iob. 5.* libro Iob, homo naſcitur ad laborem. Et Eccleſiaſticus, multam
*Eccle. 33.* inquit malitiam docuit otioſitas. Eam ob cauſam ait D. Paul. Tu
*2. Tim. 4.* vero vigila, in omnibus labora. Et alibi, vnuſquiſque propriam
*1. Cor. 3.* mercedẽ accipiet, ſecundum ſuum laborem. Aiunt iureconſulti
*Regu. iur.* hæreditatem acquiri cum ſuo onere: cum autem verè Chriſtiani
*Rom. 8.* ſint hæredes Dei, cohæredes autẽ Chriſti, vt ait Apoſ. oportet vt
hanc ſimilem hæreditatem cum onere & labore conſequantur. Si H
nos dederimus ſomno & otio, erimus à Dęmone decepti: nam
*Mat. 13.* cum dormirent homines, vt verbis vtar Euangelij, venit inimi-
cus, & ſuperſeminauit zizania. Et ita Chriſtus in hodierno euã-
*Præmium* gelio otium damnat, dicens, quid hic ſtatis tota die otioſi? Et
*operarijs* paulo poſt, voca operarios ad mercedem: non otioſi ad merce-
*datur.* dem vocantur, ſed qui laborauerũt, vocãtur à labore ad requiẽ,
à paupertate ad diuitias, à calamitatibus ad voluptates ſempi-
*Apo. 14.* ternas. Itaq; beati mortui qui in domino moriuntur: amodo
enim iam dicit ſpiritus, vt requieſcant à laboribus ſuis. Cum
*Tob. 2.* dormiret Tobias, cecidit ſuper eius oculos immunditia ex nido
hirundinum, quæ illum obcæcauit; ita dormientibus nobis ſom-
no



A no otij & ignauiæ, ex nido cordis exeunt cogitationes nefariæ &
peſtilentes, quæ obcæcant intellectum: otium eſt ſentina omniũ
malorum, ait D. Ber. *D. Bern.*
Cum Rex Dauid deberet ad bellum procedere, domi otioſus *2. Reg. 11.*
remanſit, & in illo otio adulterium & homicidium commiſit. Vi-
de quam periculoſum ſit otioſum eſſe. Equus ille alatus, quem
veteres poëtæ & inſignes philoſophi ex ſanguine Meduſæ, quã *Otium deteſtabile.*
Perſeus interemit, natum eſſe fictis hiſtorijs memoriæ prodi-
derunt. Meduſa illa mortalibus pernicioſa, turpe otium eſt,
B equus alatus fama eſt, & nominis celebritas & amplitudo, quæ
ex morte peſtilentis otij, ex cęde illius deteſtandi monſtri no-
mine Meduſæ ſignificati abſque dubio naſcitur: interfice otium, *Eurip.*
& orietur fama. Ideo aiebat Euripides laborem eſſe patrem *Heſiodus.*
famæ: & Heſiodus, virtutem per labores incedere aſſerebat. *Prou. 20.*
Hæc eſt fama illa, virtutiſque ſplendor & claritas, de qua ait *Caſsio.*
in pro. Salomon, Melius eſt bonum nomen, quam diuitiæ mul- *epiſ. 24.*
tæ. Et Caſsio. laborem quippe non refugit, qui virtutis glo-
riam concupiſcit. Occide igitur turpe otium, & nominis cele-
britatem conſequeris, qui inſtar effuſi odoriferi vnguenti, odo
C rem longius emittet. Quemadmodum vt globus ferreus exten- *Simile.*
datur, vt ex eo magna fiat lamina, antea oportet mitti in ignem *Fama la-*
atq; in incude malleo contundi, ſic vt fama propagetur longius, *bore para*
neceſſe eſt vt igne laboris confletur, & moleſtiarum ignibus *tur.*
tundatur.
Putamus ſat eſſe ſi peccata ſemel confiteamur, deinde viuimus *Otiũ quã*
otioſi, & in vtramq; aurem dormimus: at præſentiſsimũ pericu- *tũ incom*
lum eſt nobis ex otio: otium enim aperit portas hoſti intra re cu *modet.*
pienti. Ideo Pau. admonet, vt ſimus ſolicitudine non pigri, ſpi *Rom. 12.*
D ritu feruentes, domino ſeruientes, orationi inſtantes. Et alibi, ve *Phi. 2.*
ſtram ſalutem cum timore & tremore operamini. Et domini ver *Apoc. 2.*
bum eſt, primã opera fac, ideſt non otioſa, & ordinis infimi, ſed
primi. Mundabis te igitur quotidie, dolens quotidiana crimina,
ornabis te quotidie, & quotidie dona augere contendes.
Reprehendebat quidem filiorum ſuorum negligentiam patriar *Gen. 42.*
cha Iacob, dicens, quare negligitis? audiui quidẽ quod triticũ
venundetur in Aegypto, deſcendite, & emite vobis neceſſaria, vt *Ionæ. 1.*
poſsimus viuere, & non conſumamur inopia. Ionas fuit graui-
ter reprehenſus à nautis, quod tam ſæua impendente tempeſtate *Matt. 26.*
ſomno indulgeret. Chriſtus dominus reprehẽdit diſcipulos ſuos *Iudi. 4.*
ꝙ non vigilarẽt, ſed potius dormirẽt orationis & paſsionis tẽpo *Iudi. 16.*
re. Siſara iacẽs, clauo trãsfixus eſt. Sãſon dormiẽs in gremio Da-
L 2 lilæ,

li'æ, vinctus eſt à Philiſtæis. Quia Abner negligens cuſtos erat E
ipſius Saulis, facile hunc dauid poterat occidere ſi voluiſſet: vn-
*1.Re.26.* dè & Dauid ipſum reprehẽdit ex ſũmitate montis, dicens, quare
non cuſtodis dominum tuum regem? Non eſt bonum hoc quod
*2.Reg.4.* feciſti. Isboſeth dormiens ſuper lectum, interfectus eſt. Attende
*Mat.25.* præterea quid propter negligentiam acciderit fatuis illis virgi-
*Gen.2.* nibus. In Geneſi habetur quod tulit dominus Deus hominem, &
poſuit eum in paradiſum voluptatis vt operaretur, & cuſtodi-
ret illum. Non vult Deus hominem eſſe otioſum, quia nouit quã
*Perſeuere-* ti mali cauſa ſit otioſitas. Præcipit vt paradiſum cuſtodiat qui ſe F
*mus in vir-* ipſum neſciuit cuſtodire: vbi duo nobis præcipit, nẽpe vt nos ip-
*tute.* ſos diligenter excolamus, quandoquidem eius paradiſus ſumus,
& præterea vt diligenter cuſtodiamus quæ coluerimus. Quid
enim proderit diligenter excoluiſſe virtutibus animum, ſi parta
neſcias conſeruare præ deſidia & otio? Inter alia mala quæ pro-
*Ezech.7.* pheta ille Ezechiel recenſet de Sodoma, hoc vnum numerat, vi-
delicet otij abundantiam.

## DOMINICA IN SEPTVAGESIMA. G

## CONCIO QVARTA.

*Regnum cælorum cur comparetur rebus creatis & temporalibus.*

S*Imile eſt regnum cælorum homini Patri Familias, qui exijt pri-
mo mane conducere operarios in vineam ſuam.* Matt.20. vt Gre-
*Grego. ſu-* gor. ait, idcirco regnum cælorum terrenis rebus ſimile
*per euan.* eſſe dicitur, vt per ea quæ animus nouit, ſurgat ad incognita quæ
*Simile.* non nouit. Sicut itinerantes in æſtate ſolent ex paruo aquæ
riuulo fontem petere, aſcẽdentes collem, & inuento, ſitim extin H
guere, ita ex cognitione creaturarum aſcendere habes ad creato
rem vbi anima ſatiatur, & inuenit omnium rerum affluentiam.
*Simile.* Conſpicilia ſeu ocularia non deſeruiunt vt homo ſeipſum velut
in ſpeculo videat, ſed vt alias res contempletur. Pari modo crea-
turæ factæ non ſunt vt homo in ipſis ſeipſum intueatur aut glo
rietur, ſed vt Deum aſpiciat creatorem, & eum diligat.
Deus etſi ſit vbique, eſt tamen incomprehenſibilis, incircunſ-
*Empedo.* criptibilis, & infinitus. Vndè dicebat Empedocles, Deus eſt
ſphera incomprehenſibilis, cuius centrum eſt vbique, circunfe
*Secundus.* rentia nuſquam. Et alter philoſophus nomine Secundus,
Deum vocat celſitudinem inconceptibilem, inquiſitionem
incogi-



A incogitabilem. Nihilominus tamen ex rebus ab eo creatis, eius
bonitatem cognoſcimus. Vndè etiam in hodierna parabola ma-
nifeſtatur Dei prouidentia & immenſa bonitas, liberalitas,
& miſericordia, quæ cum ſit nobis inuiſibilis, ex viſibilium ta-
men contemplatione videtur, iuxta illud quod Apoſt. ait, inuiſi- *Rom.1.*
bilia ipſius à creatura mundi per ea quæ facta ſunt intellecta cõſ-
piciuntur. Ac ſi diceret, Dei bonitas & ſapientia, & ſimilia in-
tellecta, ex ipſius effectis à mũdi creatione conſpiciuntur. Ex re *Simile.*
rum enim creatarum equidem conſideratione, ad creato-
B ris cognitionem tanquam à riuis ad fontem peruenire poteri- *Triſmegi.*
mus. Hinc effectum eſt vt quidam eorum qui quondam ſapien- *in. 3. pa-*
tes vocabantur, ſpeculũ hoc quoddam rerum inuiſibilium, qui- *mand.*
dam earum librum, alij vero vtrumque appellarent. Nam Triſ- *Simile.*
megiſtus has voces emiſit, tota mundi conſpiratio, & rerum
pulcherrimus ordo, contemplandi Deum ſuggerit materiam. *D. Atha.*
Eſt enim natura velut liber vnus diuinitate plenus, ſpeculumque *D. Baſil.*
diuinorum. Id oſtendit grauiter & ſapienter Athanaſius in ora- *hom.11.in*
tione quam habuit aduerſus idola. Et magnus Baſilius inquit, *Exa.*
vniuerſa hæc mundi moles perinde eſt ac liber literis exaratus *D. Aug.*
C palam conteſtans atque prædicans Dei gloriam, illiusque auguſ- *in pſa.34.*
tiſſimam maieſtatem. Et D. Auguſtinus, duo inquit ſunt quæ in *in pſa.26*
Dei cognitionem nos adducunt, ſcriptura ſcilicet & creatura.
Item alibi ait, ipſe ſpecies creaturarum, voces ſunt quædã crea *Anto. Ere-*
torem laudantium. *mi. exem-*
Cum beatus Antonius eremita à cætu hominum frequentiaq; *plum.*
tanquam in portum ſe in ſolitudinem recepiſſet interrogatus à *Nice. hiſ.*
quodam viro docto, qui fieri poterat vt in eremo ſine libris vi- *Eccle.*
tam degeret? reſpondit vt refert in Hiſt. Eccle. Niceph. librum
ſuum mundum eſſe & rerum creatarum naturã, vbi quãdo erat *Ex crea-*
D opus Dei oracula legebat: ibi enim Dei ſapientiã, potentiã & vir *turis in*
tutem admirabatur. Terra odoratis floribus cooperta, pulchri- *creatoris*
tudo opacarum atq; feracium plantarum, metalla, flumina, fon *cognitio-*
tes ſcaturientes, & pecorum varietas, & vt de cælo loquamur, *nẽ aſſurgi*
ſol quaſi in media fere regione, luna quæ in infimo cæ- *mus.*
lo radijs ſolis incenſa conuertitur, cæteraque aſtra tam fixa quã *Mirũ pla*
vagantia, quæ circulos ſuos conficiunt celeritate & conſtantia *ne videre*
mirabili, omnia hæc quid aliud ſunt, quam diuitiæ ſapientiæ & *concordiã*
potentiæ, & bonitatis ſpeculum nitens, & liber quidam literis *elemento-*
aureis exaratus? Quis intuens cæleſtem ambitum & aſtrorum *rũ cũtamẽ*
curſus, diuerſos illos quidem, ſed in diuerſitate illa ordinem *ſint contra*
ſuum æqualiter ſeruantes, non ſecum ratiocinetur eſſe ſapien- *ria.*

 tiſſimũ

tiſsimum earum rerum conditorem & gubernatorem? Quis E
item aſpiciens quatuor elementa interſe contraria eſſe ita co-
aptata, vt harmoniam quandam conficiant, calida, frigida, ſic
ca & humida, non ſtatim cogitet & animo percipiat ſummam
*Deus optima concordia conciliat elemẽta.* harum rerum creatoris & moderatoris vim & poteſtatem? Non
enim pugnantia ex ipſa natura in vnum coaleſcerent, niſi Deus
cui hæc obtemperant, infinita facultate & ſapientia præſtaret.
Eos qui Dei inuiſibilia nolunt ex viſibilibus cognoſcere, vo-
cat diuina ſcriptura in lib. Sapien. Vanos, vbi ad literam hæc
*Sap. 13.* ſunt verba, vani ſunt omnes homines in quibus non ſubeſt F
ſcientia Dei, & de his quæ videntur bona non potuerunt in-
telligere eum qui eſt. Et Paulo poſt, à magnitudine ſpeciei &
creaturæ, cognoſcibiliter poterit creator horum videri. Et
*Sapien. 13* alio in loco, & hoc quod continet omnia, ſcientiam habet vo-
cis, ac ſi diceret, mundus continet vniuerſa, ſcit ſuo modo
Deum laudibus extollere, omnes enim creaturæ ad diuini
*Creaturæ laudant Deum.* numinis cognitionem ducunt, & de eius laudibus haud qua-
quam conticeſcunt. Vndè Iſai. in illos inuehitur qui creatura-
rum conſiderationem contemnunt, ita dicens, væ qui opus
*Iſai. 5.* Dei non reſpicitis, nec opera manuum eius conſideratis. Eam G
ob cauſam rerum naturam Deus admirabiliter conſtituit, hu-
iusque vniuerſitatis machinam pulchrè conſtruxit, vt qui ſuap-
te natura erat inuiſibilis, poſſet ex operibus cognoſci. Sæpe
quidem ex operibus cognoſcuntur artifices etiamſi oculis mi-
*Phidias ſtatuari⁹.* nimè perſpiciantur. Id referunt de Phidia inſigni ſtatuario,
quem imagines ſuæ ex commenſione, ſymmetria, & partium
interſe proportione, etiam abſentem, & vultu incognitum re-
præſentabant. Ita quoque ſed multo excellentius abſque vlla
comparatione, ex mundi conſtitutione, ordine, pulchritudine
& conſonantia, eſt eius opifex & conditor intelligendus, ta- H
metſi intuitum noſtrum ſubterfugiat, nec poſsit corporis ocu-
lis ſpectari. Quid eſt mundus niſi congruens vndecumque diſ-
*Ma. Tul. lib. 1. de nat. Deorum.* poſitio & concentus inuiſibilia Dei oſtendens? Marc. Tul. Deus
inquit eſt aliquis qui regit, qui gubernat, qui curſum aſtrorum,
qui mutationes temporum, rerum viciſsitudines ordinesque
conſeruat. Et alibi, quid inquit poteſt eſſe tam apertum tamq;
*lib. 2. de na. deo.* perſpicuum, cum cælum ſuſpeximus, cæleſtiaque contemplati
ſumus, quam eſſe aliquod numen præſtantiſsimæ mentis quo
*Lac. Fir.* hæc regantur? Et Lactantius, nemo inquit tam rudis vn-
quam fuit tamque feris moribus, quin oculos ſuos in cælum
tollens, aliquam Dei prudentiam intelligat ex ipſa rerum
magni-



A magnitudine, motu, diſpoſitione, conſtantia, vtilitate & pul-
chritudine.

*Negligentia & otioſitas deteſtabilis.*

QVod Chriſtus dicit apud Lucam, negotiamini dum venio, *Luc. 19.*
ſignificat certum quoddam tempus eſſe præſcriptum &
definitum ipſi negotiationi, quale eſt præſens vita, cum dicat,
dum venio: quemadmodum enim certum quoddam nũdinis *Simile.*
B præfinitur tempus, in quo qui volunt emere vel vendere, ven-
dunt & emunt; ſic etiam nobis præſens vita conſtituta eſt ad *Præſens vita ad cælum negotiandum conceſſa.*
merendum vel demerendum. O felix vitæ tempus, in quo ſi-
ne magno labore poſſumus vitam æternam obtinere! Si tan-
tum tritici copiæ emendæ daretur in foro nobis tempus, vtiq;
multi emerent, nunc autem in re maioris ponderis comparan-
da, videlicet ſalute æterna, deſides ſumus atque ignaui, cum *Simile.*
tamen tantum nobis commoditatis & temporis in præſenti vi-
ta concedatur. Quod ſi tantam videris tritici copiam & vilita- *Simile.*
tem, vt argenteo vno viginti tritici modios emere poſſes, &
C poſt octo dies tanta eſſet pœnuria, vt ſi centum pro ſingulis
granis dares, inuentu eſſent difficillimi, ſtultum ſanè eſſet *In vtilitatẽ noſtrã nunc tẽporis cõmoditate obſata vtamur.*
emptionem illam viliorem, tempore congruè non præueni-
re. Nunc ergo cum tam minimo pretio poſsimus nobis cæle-
ſte regnum emere, ſtultum planè eſt id nolle præſtare. Hoc qui-
dem ſignificauit Iſa. cum ait, venite & emite abſque auro &
argento. Accipiter quidem velociter ſolet inuadere & violen-
ter prædam ipſam, ita planè tu debes magnam diligentiam &
velocitatem ad cæleſte regnum comparandum adhibere. Nam *Iſai. 55.*
regnum cælorum vim patitur, & violenti rapiunt illud. Caue *Simile.*
D ne ſi tardaueris & procraſtinaueris de die in diem, tibi contin- *Luc. 11.*
gat quod olim contigit leuitæ illi & vxori eius pro nimia *Iudi. 19.*
eius tarditate & procraſtinatione, vt ſcilicet nocte aduenien- *Conuerſionem non differamus.*
te, hoſpitium non inuenias, aut ſi inueneris, erit quidem illud cũ
magno tuo incommodo & detrimento. Quare nitamur vt pri-
mo ſtatim mane ad domini vineam accedamus.

Non eſt hoc tempus cũ ſomnolentia traducendũ, opus eſt vigi
landi dilecti, nam miles quoq; non dormit in lecto, ſed humi, piſ *Similia.*
cator nõ dormiens piſcatur, ſed ſtans aliquando peragit noctẽ. *D. Chryſ. ad popu. hom. 22.*
Agricola omnem exhibet vigilantiam ne domini vinea lędatur.
Et paſtor ſub dio ſtans, noctẽ conſummat gregem cuſtodiẽs, ſicut
Iacob dicębat, fui ardẽs æſtu per diẽ, & gelu per noctẽ, & ſõnus *Gen. 31.*

 receſſe-

receſſerat ab oculis meis. Et quæ ipſius vigiliæ ratio ? ne vlla E ouis feræ captiua fieret. Si vero tanta de irrationali pecore cura, quales eſſe decet de rationali anima ſollicitudinem gerentes? Anima inquam omnium pretioſiſsima nec æquiualentem totũ pariter orbem habente, quæ ſimul nobiſcum reſurgit , pariterq; defenditur, & diuino tribunali ſimul aſsiſtit.

*Vigilemus in cuſtodia animæ.*

*D. Amb.*

Quid quæſo vt ait D. Ambr. oportet te pro ſalute tua facere quando tot labores atque adeo crucem ignominioſam Chriſtum pro te ſubire videas? Sed cur ô bone Ieſu aliena ſalus te tantopere ſolicitat, cum nos nulla eiuſdem cura tangat ? In cauſa certè F eſt immenſa charitas & ſapientia tua. Tu enim ſolus laborem & dolorem conſideras. Tu ſolus humanæ ſalutis pondus atq; dignitatem intelligis: tu cernis gloriæ magnitudinem, tu pœnarum gehennæ acerbitatem, quæ hominibus conſtitutæ ſunt, pleniſsime perſpicis: ideoque eximia charitas tua facit vt nos omni ratione à tantis malis ereptos, ad ſempiternæ fœlicitatis gloriam perducas. Quemadmodum enim pius pater pro phrenetici filij ſalute anxius atque ſolicitus , varia vndecunque medicamenta conquirit, & quo magis filius ridet atq; delyrat, alijsq; delyrijs ſuis riſum incutit, hoc maiori cura atque dolore pius pater con- G ficitur : ita Chriſtus dominus ſeſe erga nos gerit qui phreneticorum more malorum noſtrorũ ignari, tota vita ſtertimus atque ridemus. Cum tamen pius hic pater pro ſalute noſtra procuranda nõ deſiſtat: quo vno argumento quantum ſit ſalutis noſtræ negotium perſpice, quod Dei filium flagellari , ſudare ac tot labores perpeti coegerit, quod nos tamen phreneticorũ more tantopere negligimus: Aiunt phyſici herbam quandam eſſe quam qui comedunt, ridentes moriuntur: quamquidem herbam nos miſeri comediſſe videmur, qui in media morte conſtituti, riſu atq; inani lætitia ſoluimur, quod quidem obſtinati ani- H mi non leue indicium eſt.

*Pſal. 9.*

*Simile.*

*Compati videtur Deus præ tãta negligentia noſtra.*

*Simile.*

*Magna proprietas cuiuſdam herbæ.*

*Simile.*

Non damno vacationem à laboribus aliquando & honeſtã requiem : etenim aues aſpicimus cum labore & induſtria nidos conſtituere, eaſdem autem poſt fatigationem leuari laboribus ſui cauſa paſsim ac libere ſolutas opere volitare , & honeſto ac pio otio vti. Illud eſt otium deteſtandum quod alit delicias & flagitia , & labor ille amplectendus , qui famam parit immortalem , qui ob Chriſti gloriam ſumitur , quo ea conficiuntur quæ vigent memoria omnium ſeculorum . Vndè Diuus Paulus ait , laborauimus operantes manibus noſtris . Et alibi , memores enim facti eſtis fratres , laboris noſtri & fatigationis

*Tẽpus cõmode diſtribuam.*

*1. Cor. 4.*

*1. Theſ. 2.*



A tionis noctе & die: ob operãtes permittebat Deus in lege veteri tot feſta vt ipſe laudaretur & homines requiem ſuis laboribus interponerẽt. Optimi ſunt honeſti labores, ſed omnia debent ratione quadam omnium motionũ moderatrice temperari , nam nimij & continui labores obſunt magis quam proſunt. Eſt interdum laboribus miſcenda quies , illiſq; interponenda honeſta quædam oblectatio. Nam ſi omnis lætitia denegetur naturæ, in nullaq; humanitatis iucunditate verſetur homo, nequaquam labores poterit ferre, ſed illis penitus obruetur. Non conſiſtit B beata vita in ludo & ioco, ſed in virtutum actionibus, at quoniã perpetuum laborem ferre non poſſumus, ceſſatione opus eſt aliquando. Non eſt ibi quidem viuendum vt ludas, hoc enim ſtultum eſt & puerile, ſed ludere aliquãdo honeſte vt ſerias res gerere poſsis, fuit ſemper ſapientium virorum ſententia conceſſum. Hoc aſſeruit grauis ille Anacharſis, quem hac in re citat & ſequitur Ariſto. Hæc eſt D. Aug. Sententia in ſecũdo de Muſica, quem ſequitur D. Thomas. Harũdo non creſcit abſq; nodis , erigitur ſurſum geniculatim, & in nodo tantiſper quieſcit , & poſtea iterum ſurgit & ſurſum tendit. Genicula illa & internodia ſunt velu- C ti quietes & à laboribus ceſſationes , creſcens efficit nodum in quo quieſcit , deinde iterum ſurgit & laborat. Eodem modo nos oportet dare operam virtuti, & illud cum labore ad veram laudem directum iter dirigere. Sed vt illud tolerare poſsimus, debemus internodia quædam efficere, in quibus à laboribus interdum ceſſemus, & ſeruato decore quieſcamus. Sed ſumus ſtatim aſcenſuri & reuerſuri ad laborem, ne ſi fuerimus turpiotio dediti, vincat voluptas rationem & falſis delicijs quæ celeriter decidunt & deffloreſcunt, capiamur. Vt inculta terra gignit tribulos & ſentes, ſic homo otioſus impias gignit cogitationes & ſcelera D nefaria producit. Vult Deus ne vitam deſidia & inutili ſilentio tranſeamus, veluti pecora quæ natura terræ prona, ventriq; obedientia finxit. In labore dixit Deus Adamo , comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Vt de Hie. ait, nullus labor durus, nullum tempus longum videri debet, quo gloria æternitatis acquiritur. Et Plato, breues virtutis labores æterna voluptas ſequitur. Quo fit vt viri ſapientes laborent, etiam cum à labore ceſſare videntur. Notum eſt illud Scipionis Affricani , nũquam ſe minus otioſum eſſe, quam cum otioſus, nec minus ſolum, quam cum ſolus eſſet.

*Exerceamus nos moderate.*

*Vitam temere non cõſumam.*

*Anacha.*

*Ariſt. 10. Ethi.*

*Auguſt. 2. de Muſica.*

*D. Thom. 22. q. 168.*

*Simile.*

*Aſsiduo labori nõ poſſumus ſemper eſſe intenti.*

*Simile.*

*Otiũ pernicioſum.*

*Geneſ. 3.*

*D. Hier.*

*Plato. ſententia.*

*Scipio Affric.*

*Conuerſionem noſtram non differamus, & in omni ætate ad Dominum reuertamur, ſi vſquam aberrauimus.*

 In

IN omni quidem ætate illucet nobis Deus,& nos ad ſe vocat, E
vt bene poſsimus operari,nihilominus tamẽ meli⁹ eſt vt primo
iã mane incipiamus in Dñi vinea laborare,iuxta illud Hie.Bonũ
*Thre.* 3. eſt viro ſi portauerit iugũ Dñi ab adoleſcentia ſua:ſi enim con-
ſuetudinem aliquam ducit in peccatis, cũ difficultate corrigitur,
*Hier.* 13. iuxta illud eiuſdem Prophetæ, ſi mutare poteſt Aethiops pellẽ
ſuam,aut pardus varietates ſuas,& vos poteritis bene facere,cũ
didiceritis malum. Curẽt igitur parentes diligenter dirigere fi-
lios per virtutis iter iam inde à teneris vnguiculis,cũ videãt non
*Parentes* ſolũ morte dignos faciẽtes mala,ſed etiam cõſentiẽtes, vt ait D. F
*ã inde à* Paulus, ſuper quæ verba ait D. Aug. Quod illi etiã dicuntur con
*teneris vn* ſentire,qui cum deberent corrigere,non tamen id faciũt. Vt au-
*guiculis li* tẽ magnã hac in re diligentiam adhibeamus, illud nos cõmone
*beros in* facere debet,quod cõſideremus videlicet quãtum Deus pro viri-
*virtute* li ſua parte ad id expẽdat,& quantũ nos iuuet vt in eius vinea cõ
*erudiant.* mode laborare valeamus,ſecundũ illud Hier. multo labore ſuda
*Rom.* 1. tum eſt,& non exiuit de ea rubigo eius,nec per ignem. Vnde cõ
D. *Aug.* queritur per Iſaiam dicens,laboraui ſuſtinens. Et alibi, in vacuũ
*Hier.* 24. laboraui, ſine cauſa , & vane fortitudinem meã conſumpſi. Et
*Iſa.* 1. rurſus per Hier. ait,laboraui rogans. Relinquimus quidẽ vineæ G
*Iſa.* 49. laborem quod plus diligamus creaturas quã creatorem. Quam
*Hiere.* 19 certe inſolentiam noſtram vult à nobis emendari Deus cum ait,
*Eze.* 4. ſume tibi laterem,& pone eum iuxta te,id eſt ſume cor tuum du
rũ,& pone illud iuxta te,non longe à te diſtet. Vnde videas quod
*Simile.* nos ipſi ſimus vinea Domini,nihilominus tamen nos ad vineam
mittit,vt ſignificet nos à nobis eſſe alienatos. Quando enim vi-
demus aliquem delyrare , ſubmonemus eum vt ad ſeſe reuer-
*Luc.* 15. tatur,ſicut fecit filius prodigus,qui in ſe reuerſus dixit , quanti
mercenarij,&c.

*Simile.* Quod autem differamus ire ad laborandum in vinea Domini H
vſq; ad ſenectutẽ,idẽ facere videmur quod is qui cũ multa cæci-
diſſet ligna,& faſcem iam ex his confeciſſet,vt illũ humeris ſuis
*Pœnitẽtiã* imponeret,non poſſet tamen eum ſuſtinere, vel etiam humeris
*nõ procra-* imponere,& nihilominus plura adhuc cæderet ligna vt grauior
*ſtinemus.* redderetur faſcis. Conqueritur Deus de huiuſmodi procraſti
*Hiere.* 7. natione per Hier. Cum ait,miſi ad vos omnes ſeruos meos Pro-
phetas per diem,& conſurgens diluculo & mittens, & nõ audie
runt me, nec inclinauerunt aures ſuas, ſed indurauerunt cerui-
cem ſuam. Non tamen debes deſperare ſi primo mane non acceſ
ſiſti ad vineam,ſed veniſti paulo ſerius, ſiquidem etiam puſillo
*Similitu.* tempore quod tibi ſupereſt,magna potes operari. Videas certe
quoſdam



A quoſdam qui alios habeant longe præeuntes, quos tamen muta
tis ad celeritatem iumẽtis non ſolũ conſequuntur,verum etiam
longo poſſe interuallo relinquunt. Sic tibi contingere poteſt. *Baruch.* 4
Hoc ſane ſignificare voluit Abacuch Propheta cum ait,ſicut fuit
ſenſus veſter vt erraretis ab eo,ita decies tantum conuertentes
requiretis eum. Cõtuere Magdalenam,audi etiam Paulum dicẽ- 1.*Cor.* 15.
tem,abundantius omnibus laboraui , quamuis ſero veniſſet. Et
Eccle. ait , ego nouiſsimus vigilaui & quaſi qui colligit acinos *Eccle.* 33.
poſt vindemiatores in benedictione & ipſe ſperaui , & quaſi qui
B vindemiat repleui torcular. Hoc videtur illud Sapien. Conſuma *Sap.* 4.
tus in breui compleuit tempora multa quare cum hæc videas,
non verearis vt monet Eccl. vſq; ad mortem iuſtificari,quia mer *Eccle.* 18
ces Dei manet in eternum.

Nilominus tamen non differas tẽpus conuerſionis tuæ & labo
ris in vinea Domini:perpauci enim reperiuntur qui in fine con *Cõuerſio-*
uertantur. Temeritas autem videtur in re tanti ponderis inſequi *nẽ differ-*
pauciora dumtaxat exempla. Tales enim nolentes opportune *re pericu-*
conuerti,interdum permittit Deus mori ſine pœnitentia, vt ſcri *loſum.*
bit Pau. ad Heb. Non enim afficit Deus iniuria hominẽ hac in re *Hebr.* 12.
C vt ſcilicet eius non recordetur in morte,qui memor eſſe Dei no *D. August.*
luit in vita , vt ait Auguſt. vnde ſolent tales corripi phreneſi,
vel alia repentina morte , iuxta illud Eccleſiaſt. ne impie agas *Eccle.* 7.
multum , & noli eſſe ſtultus,ne moriaris in tempore non tuo.
Illi in ſuo tempore moriuntur qui in ſuo ſano iudicio moriun-
tur tãquã veri Chriſtiani. Et illi interdũ nõ moriũtur ſuo tẽpore,
qui vel phrenetici moriũtur,vel impęnitẽtes. Vide igitur quid di
cat Eccl. memẽto creatoris tui in diebus iuuẽtutis tuæ, antequã
veniat tempus afflictionis tuæ,& appropinquẽt anni de quibus *Eccl. vlti.*
dicas, non mihi placent , antequam obtenebreſcat ſol, & luna,
D & ſtellæ, quando commouebuntur cuſtodes domus. Vide quo-
modo accidant hæc omnia in ſenectute, in qua ſunt tot labores *Senectus*
vt homo etiam moleſtum ducat viuere:ſol obſcuratur cum iu- *parũ vi-*
dicium rationis deficit & repueraſcunt. Commouebuntur cuſto *detur op-*
des domus, ſiquidem & oculi caligãt,& oſſa cõſumuntur. Cæ- *portuna*
terũ quamuis ſenes natura inbecilli corpore ſint,tamẽ feruido *ad pœnitẽ*
ſpiritu eſſe debent,ſi quidẽ aſsidua virtutũ cõſuetudo ipſos iã ha *tiam.*
biles & exprõptos reddere debuit. Quod vt Dauid cõſeruaret,di
cebat,vſq; ad ſenectã & ſeniũ ne derelinquas me. ſtatua illa Nabu
chodonoſor pedes haber fictiles vſq; adeo duros,vt ſuſtẽtarẽt to *Pſalm.* 7.
tã ſtatuã etſi pcerã & grauẽ, in quo ſignificat q́ ſenect⁹ ipſa iã cal
lũ obduxerit ſiue in bono ſiue ĩ malo. Ora ſacerdotalis veſtimẽti *Danie.* 2.
pulchrior

pulchrior ac cultior quam tota veſtis erat, quoniã finis vitæ quæ E
*Exod.* 39. eſt ſenectus, ſplendidior inſtudioſis actionibus alijs ætatibus de
*Senes vir* bet eſſe. Quare ſicut virtus in ſenibus maxime ædificat, ita & è
*tute præce* contra vitia peſſima ſcandalizant. Vnde Daniel dixit duobus ſe-
*teris polle* nibus, quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus iudi-
*re debent.* cibus qui videbantur regere populum: Debet igitur virtus mo-
*Dan.* 13. tum naturalem imitari qui velocior eſt in fine quam initio: Ve-
*Senes vi-* rum ſi reliquam ætatem ſenex in vitijs traduxerit, non deſerat
*tioſi ad* ſenectutem virtuti tradere & in Domino firmiter ſperare, conſi
*Deum re* derans pręmium quod dat Pater Familias etiam ſero venienti- F
*uertantur* bus, conſiderans etiam quid dicat Deus per Ezechiel. cap. 18. Et
*Ezec.* 18. tãdem vſq; ad extremum vitæ halitum & vltimam vocem, Deũ
*Hebr.* 5. inuocet, ſic enim nos monet Chriſtus pendens in cruce, vt ait
Pau. Quod ſi dæmon inſurgat proponens ante oculos deſpera-
*Iob.* 20. tionem, & dicens illud Iob, Oſſa eius plena ſunt vitijs adoleſcen
tiæ ſuæ, & cum eo in puluere dormient. Item illud Hier. Sordes
*Thre.* 1. eius in pedibus eius, id eſt in extremis vitæ ſuæ: reſpondeat cum
vulgo, vſq; ad extremam mortem ſemper eſt vita. Melius eſt ta-
men non differre conuerſionem vſq; ad illud tempus, ſed iam in
de incipere à primo rationis vſu.

*Hiere.* 2. Primitias quidem ætatis noſtræ debemus Deo offerre, iuxta G
illud Hier. ſanctus Iſrael, Domino primitiæ frugum eius. Hoc
*Matt:* 6. etiam ſignificauit Chriſtus cum ait, primum quærite regnũ Dei.
*Figura.* Veluti Iephte primum quod ex domo illius occurriſſet, vo-
*Iudicũ.* 11 uit Domino, cui occurrit filia, ſic tu debes primam actionem li-
beri arbitrij, quæ eſt veluti vnica ac primogenita filia ſua, Deo
offerre, primogeniti enim Domino offerebantur. Homo hanc
offerre debet Deo, & ſe ac ſua omnia in eum referre, vt poſſit
dicere; præueni in maturitate, & clamaui: quaſi dicat, ſimul atq;
*Pſal.* 118. attigi rationis vſum, clamaui ad te, & tuam opem imploraui.
Quod ſenes in ſenectute deſerant vitia, ait Auguſt. non videtur H
*D. Augu.* magna laude dignum, quia parum habent voluntarij, ſi enim iu
uenes eſſent, fortaſſe nõ id facerent. Vnde videntur quodam mo
do fæces offerre vitæ ſuæ: quibus quadrat illud quod ait Deus
*Mala.* 1. per Mala. Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum,
id eſt floridam ætatem, & immolat debilem Domino, id eſt dif-
fert vſq; ad ſenectutem diuina obſequia. Pœnitentia debet fieri
celeriter & non differri vſq; ad ſenectutem vel mortem. Non
*Num.* 12. enim eſt tutum ire per deſertum huiuſmundi ſine amaritudine
pœnitentiæ, in cuius figura quandiu permãſit Maria Soror Moy
ſi extra caſtra, non proceſſerunt filij Iſrael per deſertum.

DOMI-



A

# DOMINICA IN SEXAGESIMA.

## CONCIO PRIMA.

*CVM turba plurima conueniret, & de ciuitatibus propera-*
*rent ad Ieſum, dixit per ſimilitudinem. Exijt qui ſeminat ſe*
*minare ſemen ſuum.* Luc. 8. Matth. 13. Marc. 4. Impletum
eſt hodie, ait Doctor ille Seraphicus Eccleſiæ D. Bo- *D. Bona.*
nauentura, illud Iſa. Fluent ad eum omnes gentes. *doctor Ec*
B Et illud Pſalm. omnes gentes ſeruient ei. Dixit autem omnes gẽ *cleſiæ ſup*
tes, quia nulla extitit natio ex qua ad eum nõ venirent, talis erat *Luc.*
eius fama prædicatio & vita ſanctiſſima. Cæterum quia doctri- *Iſa.* 2.
na eſſe debet ſecundum vtilitatem vel neceſſitatem audientium *Pſal.* 71.
idcirco propoſuit in hac parabola quatuor differentias telluris
ſiue audientium. ô genus humanum ait Ber. quam multa in te ſe *D. Bern.*
minata ſunt, & quam lectiſſimum quidem ſemen, quamq; atro-
ciſſimum erit ſupplicium ſi tale ſemen negligatur. Seminauit in *Innumera*
te ſanctiſſima Trinitas Angelos, Apoſtolos, Martyres, Confeſſo- *[illegible] ſunt*
res, Virgines. Seminauit ſiue miſit pater filium, quando exijt ſe- *beneficia à*
C minare ſemen ſuum. Vide tu quantum profuit mundo tempus *deo huma*
huius ſeminationis. Seminauit ſpiritum ſanctum in cordibus *no generi*
Apoſtolorum, cum apparuerunt Apoſtolis diſpertitæ linguæ tã- *conceſſa.*
quam ignis. Seminarunt in nobis angeli defenſiones ſuas & pro
tectiones: Apoſtoli item quando in omnem terram exiuit ſonus *Act.* 2.
eorum: tum martyres ſeminarunt ſuis illis animis inuictis & cõ
ſtantibus. Præterea confeſſores, iuſtitiæ perpetuo rectam tenen- *Pſal.* 18.
tes ſemitam, virgines item caſtitatem ipſam proſeminarunt.
Patriarchæ deniq; initio exempla immortalia obedientiæ, vt
Abraham, Iſaac.

*Hæc dicens clamabat, qui habet aures audiendi audiat.* Quid ais Do-
D mine Ieſu, an non aures habent omnes iſti qui te audiunt? cer- *Iu. Gra.*
te ſi aures haberent, nequaquam Dominus ſigillatim diceret,
qui habet aures audiendi audiat: Nequaquam Hierem. Propheta *Hiere.* 6.
quereretur, cui loquar, aut quem conteſtabor vt audiat? ecce
incircunciſæ ſunt aures eorum & audire non potuerũt. Qui ſunt *Auditus*
autem qui incircunciſas aures habent? Illi nimirum qui ſine vllo *non debet*
delectu quæcunq; dicuntur audiunt: Quibus nil adeo quidem fæ *omni cõfa*
dum & turpe eſt, quod ab auditu ſuo reijciendum & amputan- *bulationi*
dum curent, qui omnibus nugis, fabulis, mendacijs, detractioni *patere.*
bus, aures ſemper paratas atq; patentes habent: ad diuinorum
vero tractationem prorſus occluſas. Sanam quippe doctrinã non *2. Tim.* 4.
ſuſtinent

ſuſtinent,ſed ad ſua deſideria coaceruant ſibi magiſtros prurien E
tes auribus.Clamans hac voce non obſcure Dominus indicauit
*Iſa.*50. non cuiuſuis eſſe idoneum ſe verbi Dei auditorem exhibere,niſi
*Libenter* eius qui cum Propheta dicere poteſt,Dominus Deus aperuit mi
*audiamus* hi aurem,ego autem nõ contradico,retrorſum non abij.Hæc au
*quæ ad ſa* tem gratia fidelibus in baptiſmate data eſt, cum ſacerdos digi-
*lutem per* tos in aures inferens ait,Epheta,quod eſt adaperire.
*tinent.* *Vt videntes non videant,& audientes non intelligãt.* Cur tu Domi
ne qui à deo veniſti Magiſter,obſcuris & implicitis verbis ita do-
*Ioann.* 3. ces homines,vt nil intelligant,ieiuniq; à cõuiuio cæleſtis tuæ do F
*Quæſtio.* ctrinæ diſcedãt? Vbi quæſo Domine ſunt magnifica illa vatũ pro
*Ioel.* 2. miſſa? Filiæ ſiõ lætamini in Domino Deo veſtro,qui dedit vobis
doctorẽ iuſtitiæ.Itẽ,& erũt oculi tui videntes præceptorẽ tuũ, &
*Iſa.* 30. aures tuæ audiẽt verbũ poſt tergũ monẽtis. Annõ in hoc veniſſe
diceris in mũdũ,vt ibi moneres eos qui in tenebris & in vmbra
mortis ſedẽt? Quodq; admirationẽ auget, id facies nõ ſub lege,
ſed ſub gratia,quãdo iuxta Apoſ.nox præceſsit,dies autẽ appro
*Luc.* 1. pinquauit.Quãdo ceſſauerũt vmbræ,quãdo velũ tẽpli ſciſſum eſt
mediũ,& Sãcta Sãctorũ detecta ſunt.In hac tanta luce meridiana
*Rom.* 13. tenebras & nubila parabolarũ obijcis oculis noſtris, per inde ac G
ſi in lege & vmbris illis more Iudæorum verſaremur? Ad hoc di-
*Reſpon.* cendũ ꝙ Deus reddit vnicuiq; ſiue præmiũ ſiue ſuppliciũ, pro eo
ac quiſq; ſe in vita gerit.Cũ igitur iſti tã obſtinati eſſent in mali-
*Obſtina-* tia,& tã cæci & ſurdi in rebus honeſtis, ideo hoc ſtipẽdium me
*tos quomo* ruerũt,vt ſcilicet eis Deus terga verteret,ſicut obſtinato Pharao
*do Deus* ni.Et ita modo ſe gerit cum his qui tales imitantur: ſi ergo ho-
*tractet.* die vocem eius audieritis,nolite obdurare corda veſtra.
*Vt videntes non videant.* Quæres qua ratione hoc fieri poſsit, vt
*Exod.* 7. idẽ homo & videat & nõ videat,audiat & non audiat? Quæſo te
*Pſal.* 94. frater,credisne poſt hãc breuẽ & mortalẽ vitã, aliã ſupereſſe im H
*Quæſtio.* mortalẽ,in qua bonis infinita & inenarrabilia pręmia propoſi-
*Reſpon.* ta ſint,malis vero extrema & innumera ſupplicia cõſtituta? Cur
ergo qui iſta ſic credis,in iſtis ipſis criminibus tamdiu verſaris?
Quis enim inquit Iob,poterit guſtare,quod guſtatũ adfert mor
*Iob.* 6. tẽ? Quid quæſo hoc aliud eſt,quã videre & non videre, audire &
non audire,ſcire & non ſcire? Talẽ nobis perſonam ante conuer
ſionem ſuã exhibuit Apoſtolus,de quo ſcriptũ eſt quod apertis
oculis nil videbat.Cuiꝰ cæcitatẽ infælices iſti imitãtur, qui aper
*Act.* 9. tis fidei oculis,ita viuũt ac ſi prorſus fidei luce deſtituti eſſent.
Cõtra hoc autẽ Iudas Apoſtolus clamat, vę his qui in viam Ba-
laã abierunt,qui inter cætera mala ſua,hoc etiam de ſe ipſe te-
ſtatur



A ſtatur,quod cadens apertos haberet oculos,videnſq; foueam, ta
mẽ ſponte ſua ruebat in illã. Talibus autẽ creditum fidei talentũ *Iudæ epiſ.*
non in lucrũ,ſed in ſcandalum eorum vitio cedit. Quare cum ex *Num.* 22.
hac vita decedent, damnationis ſuæ ſententiam ſecum afferent.
*Et audientes non intelligãt.* Hãc punitionẽ merẽtur qui diuinam
audiũt prædicationẽ,& eã opere non cõplẽt,hoc eſt vt audiãt &
nõ audiãt,ſed ita audiãt,vt fructũ nullum referãt.Sic ſolet Deus *Diuites*
punire eos quibus dedit multas diuitias & ſe ingratos Deo exhi- *auaros*
bẽt,hoc eſt vt eas habeãt,& nõ habeãt,ſed ita habeant vt his vti *quomodo*
B neſciant,ſed potius fame pereãt,& nudi incedant,neq; aqua etiã *Deus pu-*
ſe ipſos exaturare audeant,vel argenteum numũ expendere,ſed *niat in*
potius in multis diuitijs contabeſcant quodammodo inopia. *vita.*
*Semen eſt verbũ Dei.* Magna quidẽ eſt virtus verbi Dei. Si enim
in grano tritici aut mali medici tanta eſt virtus,vt illud tot pro- *Simile.*
ducat grana,hoc vero pulcherrimã arborẽ,quid putas faciet ver *Verbũ Dei*
bũ Dei in corde ſeminatum? Vide obſecro quid egerit verbũ il- *quantam*
lud,venite poſt me,in corde Petri & Andreę,vt dereliquerint piſ *vim ha-*
cãdi munꝰ quo maxime capiebãtur.Itẽ in corde Matthęi verbũ il *beat.*
lud,ſequere mẽ,cũ tamẽ tot negotiationibus implicaretur.Itẽ in *Matt.* 4.
C corde Pauli illud,quid me perſequeris? cũ tamẽ eſſet ſpirãs mina *Matt.* 9.
rũ & cædis in diſcipulos Domini.Si ficus granũ calci immixtum *Acto.* 9.
dũ cõditur aliquod ædificiũ,tãtã vim habet,vt tandẽ in arborem *Simile.*
erumpat,& vniuerſum ædificium diffindat,quid putas faciet ver
bum Dei in corde hominis ſeminatum?
*Semen eſt verbũ Dei.* Quod vocet ſemẽ,inſinuat non ſufficere vt *Simile*
in aure tãtũ ſeminetur,niſi radicetur in corde: ſicut catapotia de
guſtata ſolũ parũ proſunt,niſi in vẽtriculũ deſcẽdant,ſic nec ver *Ioſuæ* 10.
bum Dei ſi cor non penetret. Mirabile ſane eſt quod tanta in
verbo inſit virtus.Mandauit olim Gedeon in Dei nomine ſoli,vt 3.*Reg.* 17
D ſtaret,& ſtetit per diem immobilis.Mãdauit Helias cælo ne plue
ret,& non pluit: & rurſus vt plueret,& pluit. Mandauit Moyſes *Exod.* 17.
Petræ vt aquam daret & ſtatim dedit,quod & bis accidit, vt con
ſtat Exod. 17. & Numer. 20. Si igitur in verbo ſerui tanta ineſt *Num.* 20
vis, quantam putas habebit vim verbum ab ipſomet Dei ore
prolatum? ſi regina Sabba dicebat Salomoni,eos beatos qui au- 3.*Reg.* 10
dirẽt verbum eius,quanto beatiores putas fore eos qui audiunt
verbum Dei & cuſtodiunt illud?
*Venit Diabolus,& tollit verbũ de corde eorũ.* Difficile eſt plane intel- Pau.ẽ *pa.*
lectu,volucres cæli eſſe dæmones,& quod edãt triticũ ſeminatũ *in Matt.*
nẽpe doctrinam. Sed dicẽdũ quod edunt,quia eã inueniũt peſſum
datam & deſpectã,atq; ita præualent cõtra eos qui eã contẽnũt,
& viden-

*Negligentibus audire verbum Dei quid accidet. Gene. 40. Magna ſunt digni punitione qui negligenter audiunt verbum Dei. Autor. Acto. 2. Luc. 22. Luc. 7. Matt. 9.*

E & videntur comedere quod alter deſpicit. Cæterum etiam metaphorice dicitur quod dæmon edat, quia conſeruat apud ſe hunc huius contemptum, vt de eo ſuo loco eum deferat & accuſet. Aduerte autem ſic quadrare commode quod contigit piſtori regis Pharaonis, qui ſomniauit quod aues cæli deſcendebant & comedebant eos cibos quos ipſe adferebat. Nam Ioſeph ait adeo eſſe exitioſum prognoſticum, vt breui ei eſſet vita adimenda ignominioſa morte, & ſepultura corpus carens, ab auibus deuorandum eodem enim modo iudicium eſt damnationis adeo negligenter cuſtodire verbum Dei vt dæmon illud abripiat. F Aliud cecidit ſecus viã, aliud ſupra Petrã, aliud inter ſpinas, nam Deus qui de durißimis & incultißimis, animos mitißimos ſæpe verbo reddit ſuo, non dubitat in omnes illud effundere, qui cum ſit prudentiſſimus eo modo animos hominum fecit, vt quotieſcumq; duritiem aut ſuauitatem induere vellẽt poſſent. Egregie quidem hoc in Saulo præſtitum eſt: idem etiam de latrone in cruce pendenti dici poteſt. Quid præterea, magis peruium itineribus omnium malarum cogitationum, Maria Magdalena? Illã tamen Deus terram fructificantem fecit. Quid Mattheo in Teloneo ſedente, ſpinoſius & incultius. G

*Negligentia pernicioſa. Gene. 40.*

*Venit Diabolus, & tollit verbum de corde eorum.* Hæc fuit portio quæ cecidit ſecus viam, & aues cæli eam comederunt, quaſi dicat, multos perire propter negligentiam ſuam. Figura nobis extitit huius rei ſomnium illud piſtoris regis, ſomniãtis quod aues comederent eos cibos quos confecerat arte piſtoria & in caniſtro adferebat, interpretatio autem ſomnij fuit quod tertia die ſuſpenderetur: ſic accidet negligentibus diuinum verbum & obſequium, atq; volentibus obliuiſci concionatoris verbum.

*D. Greg. hom. 4. in Euangel. Num. 23. Autor. Simile. Mutabilitas humana.*

*Et hi radices non habent.* Multi audiendo doctrinã bonam & ſanctam ait Greg. conſtituunt eam ad exercitationem vocare atq; H referre, ſed mox inchoata derelinquunt. Sæpe enim contra culpas compungimur, & tamen poſt fletum ad eaſdem culpas redimus: ita enim Balaam contemplatus populum Iſrael, orabat dicens, moriatur anima mea morte iuſtorum, & fiant nouißima mea horum ſimilia. Sed mox vt hora compunctionis tranſijt, in auaritiæ nequitiã exarſit. Ferunt paludem eſſe quandam inter Trogloditas, quæ mutari ſingulis diebus ſexies conſueuerit, nũc dulcem, nunc amarum ſaporem induendo: ad eũdem plane modũ inconſtantes leueſq; homines non perſiſtũt in laudabiliter cæptis, ſed mutantur in horas: quæ nunc amarunt, iam odio proſequuntur, & modo aiunt, modo negant, vt ille dicit.

Et



*Exod. 8. 1. Re. 24. 4. Reg. 13.*

A *Et hi radices non habent.* ô quam multi ſunt qui præclare incipiunt, & tamen parum perſeuerant. Quam ſæpe iudicabat Pharao ſe dimiſſurum populum Dei, & Saul ſe beneuolentiam cum Dauide initurum? Sane ſi rex Ioas perſeueraſſet in contendendo arcu & extorquendo, longe plures reportaſſet victorias:

*Solicitudo rerũ tẽporalium ĩpedit tractatũ verbi Dei. Humana capacitas limitata. Similia. Iſa. 28. Cor hominis nõ admittit ſimul Deũ & mũdũ.*

*Quod autem in ſpinas cecidit.* Curarum examina mentem ita pungunt & lacerant, vt nil eam quod eas abigere poßit, cogitare ſinant; ita fit vt partim ſceleribus, partim aculeis curarum ſuperfluarum mens noſtra oppreſſa, nullam habet quietem, et ſpiritualibus & terrenis rebus ſimul ſufficere nequeat, quod videlicet B illam rerum conditor ſibi vni ſedem ac domicilium deſtinauerit. Quare quod vni tantum hoſpiti excipiendo præparatum fuit, duos ſimul capere non poteſt. Sic calceus qui pedi vni, ſic manica quæ tegendæ manui, ſic vagina quæ vni tantum condendo gladio facta eſt, nec duos ſimul pedes, nec duas manus, nec duos intra ſe gladios capere poſſunt. Hanc autem eſſe cordis noſtri naturam, aptißima ſimilitudine vates ſanctus expreßit cum ait, coanguſtatum eſt ſtratum, ita vt alter decidat, & pallium breue vtrumque operire non poteſt. Strati autem C appellatione cor hominis intellexit, in quo vel Deus, vel mundus, hoc eſt vel Dei vel mundi amor ſedem ſibi conſtituit, quod idem anguſtum eſſe dicitur, quia vtrumque ſimul amorem ex æquo capere non poteſt, quod cum ſempiternus ille generis humani hoſtis intelligat, in hoc vnum neruos omnes intendit, vt varijs nos ſeculi curis & cupiditatibus implicet.

*Matt. 13. D. Aug. de Sanc. Inno. ſer. 3. tom. 10. Autor. Diuitiæ periculoſæ. Simile. Lud. Car. p. 1. c. 64. Simile.*

Appellat Chriſtus per Matt. diuitias ipſas mendaces & fallaces. Si quidem fallaces ſunt quia nobiſcum diu permanere nõ poſſunt: fallaces ſunt, quæ mentis noſtræ inopiam non expellunt: ſolæ autem diuitiæ veræ ſunt, quæ nos virtutibus diui D tes faciunt. Cum acquiruntur diuitiæ, ait beatus Auguſtinus falſam lætitiam tribuunt, & cum perduntur, veram triſtitiam derelinquunt. Quomodo ergo ſunt diuitiæ quibus creſcit inopia? Vix legi ſpinæ poſſunt quin manum lædant, vnde & diuitiæ vix comparari poſſunt & adquiri quin anima ipſa lædatur & afficiatur. Conſidera igitur diues quod bona quæ comparas, ſunt etiam inſtar eſcæ in hamo, & quemadmodum caſeus in muſcipula. Videas qua ratione te geras, ne fallaris aut pũgaris. Quemadmodum vt ait alius autor, ouis incedens inter ſpinas, in eiſdem partem aliquam ſuæ lanæ relinquit, ita qui vacat nimium negotijs ſecularibus & diuitijs, perdit res ipſas ſpirituales. Spina quidem dolorem infert cum infigitur, cum etiam

M infixa

*Autor. Simile. Diuitiæ quam ſint pernicioſæ ſi his male homines vtuntur. Similitu. Solicitudo rerũ tẽporalium quantum noceat. Ioan. 13.*

inſixa manet, & denique multo vehementius cum extrahitur: E
ad eundem plane modum diuitiæ ſudores maximos ſecum adfe
runt in adquirendo, maiores etiam in poſsidendo, omnium ma
ximos in amittendo. Quemadmodum flumina antequam in
mare perueniant, dulcem habent aquam, cæterum vbi primum
ingrediuntur mare, ſalſa ea fit, ita diuitiæ dum in hac vita poſ-
ſidentur videntur dulcedinem quandam parere, vbi vero mors
ipſa aduenerit, luctum potius exhibent & amaritudinem. Apes
quidem accedens ad mellificandum, comedit tantum mellis quã
tum ſatis eſt ad paſcendum, cæterum ſi nimium ſumit & inuiſ- F
catur, occumbit tandem atq; emoritur, nõ ſecus plane diues ho
mo, ſi ſolum quod ſufficit & ſat eſt ex diuitijs ſumat, & reliquũ
pauperibus diſtribuat & egentibus, facile hinc diſcedens, ad cæ-
leſtem patriam, ſi vero nimium diuitijs ipſis implicetur, eas ni-
mium amando, iacturã faciet vitæ ſuæ. Sicut vinea niſi putetur
& circuncidatur, ſua illa nimia germinatione eneruatur tandem
atq; perit: ad eundem modum niſi quis ſolicitudines varias, an
xias, & nimias circuncidat, & præſertim diuitiarum, fiet tandẽ
vt pereat atq; in miſerabilem ruat interitum.

*4. Reg. 5. Budæus. Talentum quantum valebat. Simile. Verbũ Dei quantam vim habeat. Simile. Vberrim⁹ fruct⁹ verbi Dei.*

*Quod autem in ſpinis cecidit.* Spinæ ſunt diuitiæ, vt Chriſtus Dñs G
interpretatur. Cæterum & ſi Deus plures diuitias det alicui quã
alteri, non exinde ſequitur quod eum plus diligat quã alios qui
bus non dat. Iudæ enim in cæna dedit Chriſtus ſelectiſsimos ci-
bos, quẽ tamen non perinde amabat quantũ alios propter Iudæ
demerita. Diues quidẽ fuit Giezi, duo accipiens auri talenta à
Naamã, valebat enim talentum vt ſcribit Budæus ſeptingentos
ſupra ſeptem mille aureos nummos, nihilominus tamen plenus
erat lepra, & ita nil ei poterat ſuaue accidere: ſic profecto ſunt
aliqui prædiuites, qui tamẽ viuũt inquieti & in ſumma anguſtia:
*Quod autem in terram bonã, hi ſunt qui in corde bono & optimo audien* H
*tes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia.* Quemadmodum
in ipſa inſitione arbor ipſa fructifera inutilem arborem in ſe cõ
uertit quodammodo, atq; in ſuam proprietatem traducit, ita
verbum Dei inſitum in anima ſterili, eã proſperam reddit atq;
adeo immutat, vt longe alia folia atq; fructus virtutum profe-
rat & producat. Quemadmodum pluuia agros ipſos irrigat, ſe
getes lætificat, arboribus dat robur, & denique plantis omni-
bus vtiliſsima eſt, ita profecto verbum Dei & lex ipſa Euange-
lica gaudium & iucunditatem dat iuſtis confirmatque ac robo-
rat eos, malos etiam conuertit, atq; deniq; vtilitatem maximam
affert omnibus.





*Cupiditas rerũ temporalium quãta incõmodet mala. Ioan. 6. 1. Tim. 6. Hier. 36. Simile. Diuitiæ cũ auaritia quãtũ incõmodẽt. Paupertas ſpiritus quãta nobis importet bona. Matt. 5. Diuitias propter Chriſtũ cõtenamus. Iob. 16. Pſal. 16.*

A Si diligenter animaduertere volumus, intelligemus plane verũ
eſſe quod bona pars verbi Dei & eius inſpirationum, amittatur
propterea quod diuitijs inhiemus, & huius ſeculi dignitatibus,
quę per ſpinas ſignificantur, vt Chriſtus hic declarat: circa quarũ
inquiſitionem mundus ita hianti procedit ore. Quæ cum ita ſint,
quid quæſo poteſt eſſe demiſsius, quid ve abiectius, quam amare
diuitias? Contra vero quid magnificentius, quid illuſtrius quam
eas contemnere? Quam periculoſa ſit mundi opum affluẽtia, aſ
ſerit Chriſtus Deus noſter dicens, væ vobis diuitibus, qui habe-
B tis hic conſolationem veſtram. Et D. Pau. ait, qui diuites volunt
fieri in hoc mundo, incidunt in tẽtationẽ & in laqueũ Diaboli.
Et Hier. aſſerit omnes Hebræos qui opibus abundabant, ductos
fuiſſe à Nabuchodonoſor in Babylonẽ captiuos, ſolũ autem pau
peres in Hieroſolyma mãſiſſe. Si rex quidã domũ haberet clauſã.
plenã auro, & gẽmis & monilibus pretioſis, quæ omnia promit
teret ei qui eam aperiret, & duas tibi claues porrigeret, vnã au-
reã, ſed quę domũ illã nõ aperiret, alterã vero ferreã, ſed quę do
mũ aperiret, vtrãuis eligeres, nõne melius & vtilius eſſet ferreã
accipere q̃ aureã? Quis dubitat? Aurea prætioſior eſt, ſed quid
C refert, cũ ſit ad aperiẽdũ inutilior? Ferrea vero abiectior eſt, ſed
præſtãtior. Hic rex Deus eſt, hæc domus cæleſtis eſt habitatio, in
qua ſunt theſauri inexhauſti. Hæc omnia promittit Deus illis
qui illuc ingreſsi fuerint, clauis aurea eſt diuitiarũ abundãtia cũ
auaritia coniuncta, quę domũ illã cæleſtẽ nõ aperit: clauis ferrea
& vilis, eſt paupertas ſpirit⁹ aperit regnũ cælorũ, ait enim Chri
ſtus, beati pauperes ſpiritu, quoniã ipſorum eſt regnum cælo-
rum: eam ob cauſam nos clauem auream & mundi opes pro-
pter Chriſtum contemnamus, & quæramus eas opes quæ ani-
mum amplificant, ex quibus vera dignitas redundat: de di-
uitibus delinitis delicijs dicitur in libr. Iob, ducunt in bonis
D dies ſuos, & in puncto ad infernum deſcendunt. Et Dauid re-
linquent inquit alienis diuitias ſuas, & ſepulchra eorum do-
mus illorum in æternum.

*Paupertatem ſpiritus Chriſtus nobilitauit.*

Prius quã Chriſtus appareret in carne, poterat inopiã mortali-
bus acerba & ignominioſa videri, at poſtquam totius vniuerſi
imperator & rector induit paupertatem, quis nõ videt eſſe pau-
pertatem decoram & honoratã, & Chriſtianæ nobilitatis clariſ
ſimũ ſignũ? Quod ſi De⁹ dat hominib⁹ diuitias, & vult vt hac via
homines in cælum tendant, ita ſane fiet, modo ipſi diuitijs recte
vtãtur, & in operibus miſericordiæ ſe exerceãt, iuxta illud quod

ait Chriſtus, beati miſericordes, quoniam ipſi miſericordiam E
conſequentur. Quomodo vis vt Deus te audiat, ſi illum non

*Matt. 5.*

*Qua frõte audes à deo petere miſericordiã, qui ea erga pauperes non vteris?*

putas audiendum? Quo corde audes ab eo petere regnum, cui
non vis buccellam panis porrigere? Quomodo tibi dabit ve-
ſtem gloriæ immortalem, qui eius pauperi nudo, frigore tabeſ-
centi, vnam ex veſtibus ſuperuacaneis corruptibilem dare re-
cuſas? quid ad hoc reſpondebunt vani homines, qui diuitias
in res inanes profundunt, & magnificis apparatibus inaniter de
lectantur? Canes & accipitres alunt, pauperes & inopes nec in
extrema inopia curant. Induunt parietes pretioſis aulæis, & F
Chriſti pauperes nuditate deficiunt, cooperiunt lapides qui
nihil ſentiunt, & carnes proximorum nuditatem ſuam oſtenden

*Diuitias multi in vanitates profundũt*

*Simile.*

tium, cooperire nolunt. Sunt qui conferant aliquando in ali
quos opes ſuas illis non indigentes, non charitate & miſeri-
cordia, ſed vanitate & inani gloria ducti, ſunt ſimiles flumini-
bus aquas ſuas in mare mittentibus, terras autem ſitientes
minime rigantibus. Quid ad hoc reſpondere poterunt auari,
qui opes ſuas reconditas colunt, & veluti idola venerantur?

*Auari adorant diuitias.*

Hi aurum tantum reſpiciunt, fratrem non aſpiciunt: Au-
rum cupiunt, ad illud aſpirant, illud eſt eis dormientibus in G
ſomnium, & vigilantibus deſiderium: libentius vident aurum
quam ſolem, illudque ſplendidius & emicantius omnibus
aſtris iudicant & aſſerunt. Nil eſt tam ſanctum, quod inſatiabi-
lis diuitiarum cupiditas non contendat violare: nil tam muni-

*Poeta.*

tum, quod non oppugnet. Vnde latinus poeta, quid non mor-
talia pectora cogis, auri ſacra fames?

*Similia.*

Mundi proſperitas eſt ſerenitas hyemis, tranquillitas ma-
ris, ſtabilitas lunæ: quemadmodum hæc vacillant & ſtatim mu-
tantur, ita opum, humanarumque rerum ſtatus, nullam ha-

*Sap. 5.*

*Iob. 13.*

*Diuitiæ facile amittũtur.*

bet firmitatem, nullam perpetuitatem, nullam conſtantiam. H
Et vt ait Sapien. Tranſeunt omnia illa ſicut vmbra, & tan-
quam nuntius præcurrens. Et ſicut dicit Iob, nunquam in eo-
dem ſtatu permanent. Videas certe quam citiſſime infortu-
nium aliquod accidere prædiuiti alicui, ex quo in extremam
deuenit ignominiam. Quemadmodum in ora Dalmatiæ ſpecus
eſt vaſto in præceps hiatu, ex quo ſi in illum leue pondus deij-

*Plin.*

cias quamuis die tranquillo, magna protinus, vt ait Plin. ori-
tur tempeſtas. Sic in vita humana cum tranquillitas vigere vi-
deatur, ex leui quadam cauſa incredibiles moleſtiarum turbi-
nes omnia turbantes repente excitantur. Eripiũtur voluptates,





A aufertur dignitas, deletur honor, omnes deniq; mundi opes &

*Mutabilitas magna in reb. huius ſeculi*

*Luc. 4.*

*Magna cæcitas amare diuitias quæ tã cito pereunt.*

ornamenta in temporis puncto amittuntur. Eam ob rem narrat
D. Lucas oſtendiſſe Diabolum ſaluatori noſtro omnia regna mũ
di in momento temporis, vt mentis oculis intueremur eſſe mun
di diuitias & voluptates caducas, & in momento fluere & euaneſ
cere. Cur igitur tantopere deſideratur, quod tam facile amitti-
tur? Et ſi opũ affluentia perpetuo duraret, deberemus tamen eas
ratione ſtabili firmaq; contẽnere, & in expetendis non cõnume
rare, & quamquam in illis virtutes aliquæ apparere videantur,
B obruuntur tamen ſolicitudinibus, & diuitiarum curis opprimũ-
tur. D. Auguſt. inquit diuitias inueniſti, requiem perdidiſti.

*D. Augu.*

*Iſa. 30.*

*Simile.*

*Similitu.*

Super illa verba Iſa. habentes fiduciam in vmbra Aegypti, ait
grauis quidam doctor, aduerte hominum fauores, opes, poten-
tiam, vmbram Aegypti appellari: Vt enim nil eſt fugacius vmbra
nil inconſtantius, ſic res humanæ nil habent ſoliditatis, nil perpe
tuitatis, nil firmitudinis. Cur igitur quæris & ardenter concupiſ
cis res mobiliſſimas, meras vmbras, quæ tibi pariant confuſionẽ
& ignominiam? Si quidam homo ardenti ſiti æſtuaret, & relicto
pulchro fonte emittenti fiſtulis aureis abundantiam gelidarum
C & excellentium aquarum, ad fontis & aquarum vmbram ſe con-
uerteret, eamque amplecteretur vt ex ea biberet & ſitim ſeda-
ret, nonne amens & ſtolidus cenſeretur? Quis dubitat? Quemad
modum ſi fame laborans, pulchra poma in arbore pendentia cõ-

*Deum deſerere & diuitias ſectari, extremæ dementiæ eſt.*

temneret, ad eorumque fallacem vmbram confugeret. Quanto
igitur amentior & inſanior iudicandus eſt ille, qui relicto vero
deo qui eſt ſumma illa ac ſempiterna ſubſtantia, quæ ſola ſatiare
poteſt, inquirit mundi potentiam, fauorem, & diuitias, fugaces
vmbras, nullam animi famem nec ſitim extinguentes, in illiſque
totam mentem, curam & cogitationem figit & collocat? Quis

*Gene. 30.*

*Exod. 5.*

*Prou. 30.*

D inter Abrahã & Loth diſcordias ingenerare voluit niſi diuitiæ?
Nimiæ diuitiæ Pharaonem ipſum inſolentem reddiderant, vnde
& dicebat, quis eſt Dominus quod audiam vocem eius? Hinc Sa
lomon non poſtulabat diuitias, ne in ſimilem inſaniam deueni-
ret, atque inſolentiam, & inhumanitatem. Raro quidem videas
vt ditiores & potentiores ſint clementes & miſericordes, cum

*Pſalm. 72.*

enim miſeriam, non fuerint experti, ideo nec miſerorum miſe-
rentur. Vnde Dauid ait, in labore hominum non ſunt, & cum
hominibus non flagellabuntur, ideo tenuit eos ſuperbia.

# DOMINICA IN SEXAGESIMA. CONCIO SECVNDA. E

*Cogitationes noſtras integras ſeruemus.*

*D. Chryſ.* CVM *turba plurima &c.* Luc. 8. Matth. 13. Marc. 4.
Prima tritici pars ab hoc Euangelico ſeminatore ſe-
*Cogitatio nes malas euitemus.* minata cecidit ſecus viam: quod Chriſtus explicans
ait, hi ſunt qui audiunt, deinde venit Diabolus & tol
lit verbum de corde eorum, hoc eſt diſtrahendo ip-
*Simile.* ſos varijs & vitioſis cogitationibus. Docet hic locus cogitatio-
*Ariſto:* nes noſtras à deo videri, noſque non ſolum omne maleficium vi F
tare debere, ſed etiam operam dare vt omnem animi cogitatio-
*Aquilæ in genium.* nem puram, integramque ſeruemus. Aquila vt ferunt, pullos
ſuos quos habet in nido, aduerſus ſolem ponit, vt illum veluti
authorem vitæ cognoſcant. Sol enim & animal vt aiunt Phyſi-
ci, animal gignunt, & eos qui ſolis radios non ferunt: nec va-
lent ipſum ſolem intueri, è nido tanquam ſpurios aut alienos
eijcit. Sic nos paruas adhuc cogitationes verſus iuſtitiæ
ſolem dirigamus, vt ad deum oculos eleuantes, eum autho-
rem ac Dominum cognoſcant: Eas vero quæ Deum intueri
noluerint, nec in eum oculorum aciem dirigere, tanquam extra G
neas & illegitimas ab animi nido eijciamus, eaſque dum paruæ
*Pſal. 136.* ſunt, ad Petram hoc eſt ad Chriſtum illidamus, iuxta id quod
*Iſa. 1.* dicitur in Pſal. Beatus qui allidit paruulos ad Petram: quod etiã
Eſa. Significauit cum inquit, auferte malũ cogitationũ veſtrarũ.

Sic debet anima noſtra & mens diſponi & cum Deo occupa-
ri, vt gratia induta & fortitudine munita, non aperiat oſtium
*Iſa. 52.* turpibus cogitationibus, non tranſeat per eam conſenſus incir
*Simile.* cunciſus & immundus, vt ait Iſa. Poteris per incircunciſum et
immundum quamcumque malam cogitationem intelligere, quę
*Similitu.* non ita debet pertranſire animã vt anima illi aſſentiatur. Cogita H
*Vanis cogitationibus facile poſſumus cũ Dei auxilio reſiſtere.* tiones malæ ſunt veluti hirundines, penetrant domũ, contami-
nant eam, inquinant & inquietant, & exeunt, nullam vtilitatem
relinquentes. Et quemadmodum non eſt in poteſtate noſtra co-
hibere hirũdines ne ſuper domũ noſtrã tranſeant volitantes, poſ
ſumus tamen illas ex domo abigere ne ibi morẽtur & nidũ con
ſtituant, ſic non eſt in manu noſtra non tentari, volitabunt enim
cogitationes etiã nobis inuitis, ſed in manu noſtra eſt illis cum
Dei gratia reſiſtere eaſq; abducere & fugare, ne in corde no-
*Pytha.* ſtro domicilium cõſtruãt & nidum efficiãt. Id exiſtimo voluiſſe
*Diogen.* ſignificare Pythagoram quando dixit, ſub eodem tecto hirundi
*Leui. 12.* nes nõ eſſe habendas, quam ſententiam tribuit illi Diogenes in
eius



A eius vita, & multi alij.

Hebræi filios primogenitos offerebãt veluti primitias fructuũ *Intẽtio bona requiritur in noſtris operibus.*
ſuorũ, nos ergo intẽtiones & cogitationes noſtras quæ in nobis
primogenitæ ſunt, deo offeramus, priuſquã aggrediamur opꝰ ali
quod, offeramus Deo intẽtionẽ noſtrã & volũtatẽ, ac tãdẽ opꝰ ip
ſum. Sũt porro nõnulli q̃ in bonis operibꝰ intẽtionẽ ſeparãt a
deo, & eã mũdo tradũt, Deũ nõ curãt, ſed hominibꝰ ſolũ placere
deſiderãt. Quã ob cauſam in virtutis actione nõ ad ipſam virtutẽ
reſpiciunt, ſed ad eius ſpeciẽ, ſimiles pictoribus qui ad imaginũ
B colores & vmbras potius attẽdunt, quam ad ipſam ſubſtãtiam, *Similitu.*
& cũ interiora contemnant, in exprimendis exterioribus om-
nes ingenij vires profundunt, & quanto magis intuentium ocu
los decipiunt, tanto excellentiores iudicantur.

Deus potiꝰ reſpicit ad animũ q̃ ad opus: Cũ Cain Deo de fru- *Gene, 4.*
ctibꝰ terræ munera offerret, & Abel de gregibus ſuis, ait diuina
ſcriptura reſpexiſſe Deũ ad Abel & ad munera eiꝰ, ad Cain autẽ
& ad munera eiꝰ nõ reſpexiſſe. Abel ſeipſum & ſua Deo offere- *Cor vult Deus ſibi offerri.*
bat, priꝰ cor ſuũ q̃ munera præbebat, ideo ait diuina ſcriptura
Deũ reſpexiſſe ad Abel, & ad munera eiꝰ, priꝰ reſpexit ad illũ, q̃
C ad munera, potiꝰ vult animũ q̃ opus, etiã ſi velit vtrũq;. Ad mu
nera Cain non reſpexit, quia male diuidebat, dans Deo aliquid
ſuũ, ſibi autẽ ſeipſum, Deo offerebat fruges, ſed cor ſuũ ſibi re- *Prou. 23.*
ſeruabat, cũ dicat Deꝰ, fili præbe mihi cor tuũ. Grata erat durãte *Exod. 20. & 31.*
lege veteri feſtorũ obſeruatio, & tamẽ impijs Iudęis dicebat Do
minꝰ per Iſa. calẽdas veſtras & ſolẽnitates veſtras odiuit anima *Iſa. 1.*
mea: cauſa autẽ erat ex eo q̃ nõ bene dirigerent eorũ cogitatio-
nes, nec rectæ eſſent intẽtiones: Vnde *Dñs* oblationẽ Viduę duo *Luc. 12.*
minuta offerẽtis, diuitũ muneribꝰ antepoſuit, obtulit enim quid *Cor deo reſeruemus.*
quid habebat, & q̃ præſtantius eſt, obtulit ſeipſam. Vt intelligas
quantũ conferat cor tuũ diligenter conſeruare, ne dæmon impe
D diat quo minus Dei verbũ in ipſo fructificet. Qui negligũt curã
habere cogitationũ ſuarũ facile in exterioribꝰ actibꝰ dẽprehẽdũt *D. Grego. li. 12. Mora. ca. 22.*
nã eos ꝑturbatos & incõpoſitos edũt, tũ motꝰ etiã, tũ & locutio
nes. Sicut enim arbor vt ait Greg. quãuis occultas habeat radi-
ces, nihilominꝰ tamẽ in exterioribꝰ ramis & germinibꝰ oſtẽdit
ſint ne radices ſanę: ſic plane homo in exterioribus geſtibꝰ & lo *Simile.*
cutionibus atq; operibꝰ, facile declarat habeat ne cor ipſũ & in *Cogitationes noſtras diligẽter examinemus.*
teriorem mentem optime compoſitam. Quoſdam inuenias hac
in re ita vagos vt omni cogitationi ex promptam exhibeant
mentem, qui vtiq; ſimiles ſunt tenuibus & pauperculis hoſpi
tijs, quæ facile cuilibet hoſpiti patefiunt, abſque vllo delectu

 ſint

ſint ne boni an mali, ſic iſti cogitationes habent tanquam ſterquilinium aliquod in quod facile ſtatim ſordes omnes conijcias. De quibus dixit Iſa. vos dereliquiſtis dominum Deum veſtrum, & obliti eſtis nomen ſanctum meum, qui facitis fortunæ menſam, ideo numeraui vos in gladio. Eo cæcitatis deuenerant gentiles, imo & Iudæi, vt etiam fortunam malam adorarent. Effingebant eam habitu fæmineo, furenti ſimilem, cæcam, inconſtantem, ſuper volubili globo ſedentem, & in fine anni ei menſam dapibus plenam ponebant, exiſtimabant cæci homines fortunam eſſe rem quandam ſeparatam, viuam, & exiſtentem, & ob eam cauſam eius ſimulachrum colebant. Annon tibi videtur id ipſum præſtare, qui omni prophanæ cogitationi aditum & conſenſum præbet, atq; ipſis delectatur, obliuiſcens Deum Optimum maximum, & eius ſanctas inſpirationes, atq; etiam prædicationem verbi Dei? non ne iſte menſam præparat furibundæ & inconſtanti fortunæ cum cogitationes recipiat vindictæ & complures alias, cæcas, plenaſq; doli & fraudis? Huic quidem quadrat quod Iob ait, venerunt latrones, & fecerunt ſibi viam per me. Non ita ſe gerebat ſanctus rex Dauid, qui dicebat, in corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccem tibi. Omnes enim qui vel illicita appetunt, vel in hoc mundo videri aliquid volunt, ait Gregor. denſis cogitationum tumultibus in corde comprimuntur, dumque deſideriorum turbas intra ſe excitant, proſtratam mentem pede miſeræ frequentationis calcāt. At contra ſancti viri qui nil huius mundi appetunt, nullis procul dubio in corde tumultibus premuntur: omnes quippe inordinatos deſideriorum motus à cubili cordis manu ſanctæ cōſiderationis eijciunt, & quia tranſitoria cuncta deſpiciunt, ex his naſcentes cogitationum inſolentias non patiuntur. Solam nāq; æternam patriam appetunt, & quia nulla huius mundi diligunt, magna mentis tranquillitate perfruuntur. Vt igitur noſtras cogitationes præclare componamus, plurimum confert oculos conijcere in illud Micheæ, væ vobis qui cogitatis inutile: Item in illud quod ait Pau. in die cum iudicabit Dominus occulta hominum.

*Iſa. 5. Cæcitas gentilica & Iudaica. Cogitationes malas nō excipiamus. Quid ſibi velit menſam fortunæ facere. Iob. 19. Pſal. 118. D. Grego. lib. 4. Mora. ca. 33. & 34. & lib. 24. c. 16. Conſiderationes noſtræ quales eſſe debeant. Mich. 2. Rom. 2.*

E F G H

*Aures noſtræ non pateant detractoribus & adulatoribus.*

*Leuit. 20.* CIRCA illa verba, qui habet aures audiendi audiat, ſciendum eſt quod Deus in Leui. Præcipiebat dicēs, non ibis fraudulenter in proximo tuo. Optime nouerat quantum in-

commodi



A commodi adferant detractores cum apud alios de alijs detrahūt & ſeminant zizania, qui vt ait Ber. vno vulnere tres confodiunt, videlicet ſeipſos, eos de quibus dicunt, & eos qui audiunt. Idcirco non vult Deus vt talibus auditum præbeamus, ſiquidem ita defraudamus audiendo huiuſmodi, proximum noſtrum, ſicut ipſe detractor defraudat ipſum & nos. Exploratores terræ promiſſionis vt cōmodius poſſent terræ detrahere & diſſuadere ne illuc irent, prius cæperunt ipſam terrā laudare, dicentes manare lacte & melle: ſed ſtatim addiderunt, niſi quod fortis eſt populus.

B Hæc eſt conditio detractorum, vt quos volunt vituperare, prius laudent, vt credantur, aliter enim ſi omnia vituperarent, nullus crederet eis. Hinc Sapi. ait, fili mi, ſi lactauerint peccatores, nō acquieſcas eis: non ait ſi detraxerint, ſed ſi lactauerint, quaſi dicat, ſi volentes proximo aut terræ detrahere, dixerint eam lacte & melle manare, quemadmodum iſti, ne credas eis, ſed iube tacere, ſicut fecit Caleb detractores terræ promiſsionis. Vndè textus ait, tacere fecit Caleb populum contra Moſen. Quod ſi detractores aduerterent quanta ex detractione ſequantur detrimenta, non ita detraherent. Vidè enim quanti gemitus & afflictiones ſe-

C cutæ fuerint ex detractione terræ promiſsionis, & quanta deſperatio & murmuratio contra Deum & Moyſen. Aduertere ſanè huiuſmodi homines deberēt quod qui ocaſionem damni dat, damnū dediſſe videtur. Similiter aduerte quæ mala ex vna detractione oriuntur, moriuntur detractores, & illi apud quos detractio fit, qui ex auditis commoti detraxerunt etiam ipſi, vide igitur quid lucri referas exauditione detractionum. Super murmuratores vt habetur in Num. miſit Deus ignitos ſerpentes. Optimè pœna perpetratæ reſpondet culpæ, mordet detractor veluti ſerpens in abſcondito eum cui detrahit, & quaſi ignis deuorat

D famam eius, quare cominus in eum mittit ignitos ſerpentes, qui & carnem mordeant, & præcordia incendant.

Peruerſi quidem homines & detractores curant quantum in ſe eſt honorem auferre proximi ſui, & vitam etiā ſi poſſent: ita de Hie. Dicebant impij, iudicium mortis eſt viro huic: aliquando grauius offendunt animos auditorum, qui aliena flagitia apertè narrāt, quam qui committunt. Et ſæpenumero accidit vt qui alios maledicentia laceſſunt, ipſi grauioribus madeant vitijs. In prou. ait Salomon, Remoue à te os prauum, & detrahentia labia ſint procul à te: quod intelligi poteſt non ſolum de detractore, verum etiam de eo qui ipſi auditum præbet. Et Apoſt. ait, detractores Deo odibiles. Et alibi, nec maledici, nec rapaces

*D. Bern. Detractores quāta infligunt mala. Nume. 13. Prou. 1. Detractoribus & adulatoribus nō ſidamus. Num. 14. Detractores quātū incommodent. Num. 21. Detractores quomodo puniat Deus. Hie. 26. Prou. 4. Rom. 1. 1. Co. 16.*

 ces

*Ezec. 22.* ces regnum Dei poſsidebunt. Vbi nos legimus apud Ezechielẽ, E
viri detractores fuerunt in te, ſeptuaginta habent viri latrones,
qui enim de aliorum vita detrahunt, eorum famam diripiunt, &
latrones multo peſtilentiores his qui diuitias rapiunt: quo enim
fama nobilior eſt opibus & diuitijs, tanto pernicioſiores ſunt la
*Detractores peiores ſunt latronibus.* trones famæ quam pecuniæ. Nil eſt velocius maledicto & detractione, nil facilius emittitur, nil latius diſsipatur. Nulla res eſt
quæ facilius direptioni cõmittatur, quæ breuius amittatur quã
gloria, qua detractor ſpoliat poſsidentem. Quod de falſa mundi
gloria intelligendum puto, quæ eſt temeraria, & inaniſsimis ſplẽ F
*Fama vera in quo conſiſtat.* doris inſignibus collecta, & à ſapiẽtibus omnibus repudiata. Vera enim gloria ſolida eſt & expreſſa, non adumbrata: ea eſt verus
virtutis ſplendor, benefactorum comes, conſentiens laus bonorum, incorrupta vox benè iudicantium de excellenti virtute,
quæ radices agit & longè propagatur.

*Pſa. 140.* Conſiderans regius vates quanta incõmoda peruerſa lingua
ſuis detractionibus inferre poſsit, ait, pone domine cuſtodiam
ori meo, & oſtium circunſtantiæ labijs meis. Labia indigent
*Poſtulemus a domino vt linguã noſtram dirigat.* oſtijs, quod inſtar oſtiorum debẽt frequẽter claudi. Obſeruabat
Deum regius vates vt linguam ſuã coërceret ne quid vnquam G
loqueretur, niſi quod in ipſius Dei gloriam aut in veram homi
num vtilitatem redundaret. Homo non cuſtodiens os ſuum, eſt
vas abſque operculo de quo dicitur in lib. Nume. vas non habens operculum nec ligaturam deſuper immundum erit. Eſt
*Simile.* etiam equus ſine fræno, & nauis abſque gubernaculo. Lingua
*Num. 19.* detractoris non ſolum præſentibus nocet, ſed etiam abſentibus:
*Similia.* quam ob cauſam gladio comparatur & ſagittæ: gladio quidem,
*Alia ſimilitudo.* quod eos qui prope ſunt vulneret & occidat: ſagittæ vero, quod remotos longè diſtantes transfigat. Exacuerunt ait Pſalm. vt gla
*Pſal. 63.* dium linguas ſuas. Et iterum, linguæ eorum gladius acutus, om- H
*Pſal. 56.* nis linguæ immoderatio ex cordis immoderatione procedit. Quẽadmodum mota tota radice, mouentur etiam folia, ſic perturbato corde, perturbatur etiam lingua. Ea autem immoderata generat mortem, quemadmodum moderata vitam. Eam ob
*Prou. 18.* cauſam ait Salomon, mors & vita in manibus linguæ. Et Chri-
*Mat. 12.* ſtus Deus noſter, ex verbis tuis condemnaberis, & ex verbis tuis
*Pittacus.* iuſtificaberis. Pittacus Amaſidi regi miſitè victima linguam, vt
*Plutar.* membrum peſsimum, & idem optimum. Antipater apud Plu-
*Lingua periculoſa in homine.* tarc. ait. Cum quidam mentionem feciſſet de Demade ſenio confecto, ſed craſſo & loquace, velut inquit ex immolata victima, venter tantum & lingua ſupereſt. Hoc ideo dicebat, quia
tunc



A tunc inmolantes græci abſque fide animalia ſuis falſis dijs, lin-
guam tamen eorum tanquam prophanum membrum non im- *Linguæ*
molabant. Non adhibebant ſacris ſuis linguam qua ſciebant *bonus vſus*
multa ſcelera committi, etiamſi non ignorarent eam plurimum *vtiliſsimus.*
vtilitatis mortalibus adferre. Vndè ortum eſt prouerbium, lin-
gua quo vadis? Erectam ciuitatem, eandem denuo ſubuerſura. *Suidas.*
Refertur à ſuida Zenodoto, & Diogeniano. Cum autem os ho- *Zenodo.*
minis ſit porta quædam, homo autem iuxta D. Paul. Senten- *Diogenes*
tiam ſit templum Dei, oportet habere duo oſtia in ore quibus *1. Cor. 3.*
B aperturam cuſtodiat, firmiterque obſeret & claudat, ne linguæ *2. Cor. 6.*
moderatæ theſaurus à furibus rapiatur. Sunt aliqui qui exiſti- *Detractorum conditiones.*
mant ſe non efferri poſſe ſurſum, niſi alios deijciant deorſum.
Hæc igitur omnia de medio tollerentur, ſi non eſſent qui audi-
tum præberent detractoribus.

Vt autem poſsimus detractores effugere, optimum ſanè phar *Detractores fugiamus.*
macum erit, nullo modo cum ipſis communicare & confabu-
lari. Magno ſe obijciunt periculo qui in hominum nefariorum *Simile.*
familiaritate verſantur: Quemadmodum qui eunt ad meridiem,
non ſe coniungunt cũ his qui iter faciunt ad ſeptentrionem, ſic *Simile.*
C qui pergunt ad cælos, non debent illis familiariter vti qui ad in-
feros proficiſcuntur. Vt tutum non eſt habitare agnum cum lu
pis, ita nec virum iuſtum cum impijs res ſuas communicare, & *Eccle. 7.*
familiariter vitam degere. Vnde ait Eccle: Diſcede ab iniquo, *Simile.*
& deficient mala abs te. Quemadmodum apes quæ venenata
viperæ viſcera mortuæ comederunt, eos interficiunt quibus in-
fligunt aculeum, ſic qui cum flagitioſis hominbus ſint intima fa
miliaritate coniũcti, eos lædunt cum quibus ſermones aut con-
ſilia conferunt, quibus acceptum ab improbis venenum propi- *2. Theſ. 3.*
D nant. Vnde Apoſt. ait, Rogamus vos fratres, vt ſubtrahatis vos
ab omni fratre ambulante inordinate.

*Patientia & tolerantia in laboribus quantum conducunt.*

VIde quanti Deus faciat patientiam, ſicut etiam ſit mentio in
hodierno euangelio cum dicitur, fructum adferunt in patiẽ
tia: quãdoquidẽ Moyſes & Samuel qui patientia maxime ſplẽdue
runt, per ipſam chariſsimi Deo extiterunt. Vnde apud Hie. ait, ſi *Hiere. 15.*
ſteterint Moyſes & Samuel corã me, nõ eſt anima mea ad popu *Patientiã*
lũ iſtũ: quaſi dicat, ſi propter aliquem id facere deberẽ, eſſet qui- *Deus quã*
dem propter hos: Longanimiter & patienter eſt ſuſtinenda caſti *ti faciat.*
gatio Dei, omniſque moleſtia atque aduerſitas, iuxta quod *Iudith. 8.*
ſcriptum

ſcriptum eſt in Iudith, non vlciſcamur nos pro his quæ patimur E
ſed reputantes peccatis noſtris hæc ipſa ſupplicia minora eſſe fla
gella domini, quibus quaſi ſerui corripimur ad emendationem
*Simile.* & non ad perditionem noſtram eueniſſe credamus. Si eos Ethni
cos qui patienter & alacri animo tulerunt labores ac calamita-
tes falſo putatas illatas à falſis dijs propter ipſorũ delicta, ſic au-
tores Ethnici ferunt fuiſſe compenſatos ac muneribus honeſta-
*Iuſt. li. 25.* tos ampliſsimis, vt Iuſt. hiſtor. ſcribit de Seleuco, quem dicit fuiſ
ſe punitum claſsis ſubuerſione quod patrem ſuum occidiſſet,
*Patientia* atq; Deos fuiſſe placatos, & muneribus maximis quidem hono F
*etiã apud* raſſe Seleucum ipſum, quod illatum ſupplicium patienter & ala
*gẽtiles plu* cri vultu pertuliſſet: quomodo tu ad ſimilia præſtanda non aſſur
*rimi facta* gis & animaris, qui certam ſpẽ præmij veri, à Deo tuo vero red-
*eſt.* dendi indubitanter habes?

Magna quidem obtineri non poſſunt ſine virtute tolerantiæ &
*Gen. 2.* patientiæ, ferè enim præclara ac pretioſa muris difficultatũ for-
tiſsimis circundantur. Fluuius quidam nomine Ganges qui à di-
*D. Hier.* uina ſcriptura vocatur Phyſon, talis eſt, vt D. Hie. aſſerat in eo
*epiſto. ad* eſſe quam plurimos lapides pretioſos, ſmaragdos, carbunculos,
*Ruſ. mon.* & per ripas eius montes aureos adiacere, verũtamen ad ipſum G
*de viuen.* fluuium accedere difficillimum eſt propter innumeros tygres
*for.* atq; leones, & alia monſtra ferociſsima in ipſo itinere occurren
*Patientia* tia. In quo planè nobis ſignificatur, ad Dei gloriam aſſequendã
*opus eſt vt* & contuendam quæ tam locupletiſsima eſt, opus eſſe nobis pa-
*tanã e Deo* tientia maxima laborum ac tolerantia, dominemur ferocibus, ty
*frui poſſi* gribusq; feris & alijs beſtijs immanibus & monſtruoſis inimico-
*mus.* rum, quæ tranſitum nobis impedire nituntur. Tum enim illata
conuicia bene toleramus, cum in ſecreto mentis ad mala perpe-
trata recurrimus; leue quippe videbitur quod iniuria percuti-
mur, dum in actione noſtra conſpicimus quia peius eſt quod me H
remur. Sicq; fit vt contumelijs gratia magis quam ira debeatur,
quarum interuentu Deo iudice pœna grauior declinari poſſe
*Simile.* confiditur. Nam certè quemadmodum gladius ſi per negligen-
tiam rubigine obducatur, cum poſcit vſus vix è vagina educi po
*In patien* teſt, quin potius prius quam educatur, ab aduerſario ſæpe vulne
*tia nos ip* raris; ſic patientia minus exercitata ſæpenumero vſq; adeo tar
*ſos exerce* da eſt, vt locum diabolo concedat miſeram vulnerandi animam.
*re debe-* Vt igitur in ea te diligenter exerceas, permittit Deus vt iniurijs
*mus.* & alijs huiuſmodi perſecutionibus afficiaris.

*Bapt. Ful.* Hanc etiã animi conſtantiam & patientiam præſeferebant inte
gerrimi illi adoleſcentes, de quibus ſcribit Baptiſta Fulgoſius ꝙ
ante



A ante crudeliſsimum Diocletianum, in voraciſsimam flammam
immiſsis brachijs & manibus Deum mirifice laudarent & præ-
dicarent. Cæterum cum Ariſtippus aliquando contumelioſe tra- *Ariſtipp.*
ctaretur & procaci lingua à quodam, reſpondiſſe fertur, tui qui
dem muneris eſt contumelioſè agere, meum autem eſt contume
lias patienter tolerare. Pittacus Mitilenæus dicere ſolitus erat
viri prudentis eſſe prouidere ne ſibi incommoda & contumeliæ *Pit. Mit.*
inferantur, fortis autem & patientis, illatas æquo animo tolera
re. Mauritius ille Conſtantinopolitanus Imperator, cum captus *Exemplũ*
B eſſet à tyranno Phoca, videretque ante oculos interfici chariſsi- *Mauriti.*
mam coniugem, ſuauiſsimosq; liberos, & poſtmodum ſibi ſub-
iectam necem eſſe paratam, patienti quidem ac virili animo di-
cebat, iuſtus es domine, & recta iudicia tua, vt ſcribit Nice. Calix *Nice. Ca*
tus. Seneca ſcribit quod cum aliquando quidam in Xenophon- *lix. lib. 18.*
tem petulantiſsimam & procacem ſuam vibraret linguam, mo- *hiſt. Eccl.*
derate reſponderet Xenophon, tu quantum conſequor, hunc ti- *Seneca.*
bi morem indixiſti vt alios maledictis laceſſeres, ego vero pa-
tienter ſoleo ſimilium hominum contumelias ſuſtinere. Chriſtus *Exemplũ*
quamuis ſtatim non præſtet remedium, tamen interim patien- *magnæ ſa*
C tiam habe, quia veniens veniet, & non tardabit. Filijs quidem Iſ- *pientiæ.*
rael in Aegypto promiſit libertatem per manum Moyſi, & tunc *Abacuc. 2.*
magis afflixit eos Pharao & duplicauit laborem, ſed tamen poſt *Exod. 5.*
modum eos eripuit Deus. Sic Dauidem vnxit in regem Iſrael,
ſed priuſquam regno potiretur, plures annos grauia incommo- *1. Re. 16.*
da perpeſſus eſt. Quare tu putare debebis quod ſi premeris labo
ribus & calamitatibus, te tamen Deus ex his eripiet, tum etiam
quod regnum cælorum vim patitur, & per multas tribulatio-
nes oportet nos intrare in regnum Dei. Filij certè Iſrael poſt- *Matt. 11.*
quam exierunt de Aegypto & tranſierunt mare rubrum, labo- *Act. 14.*
D res multos perpeſsi ſunt, & plurima certamina ſubierunt, vt reg *Exod. 14.*
num tãdem acquirerent: ſic nos poſt peccatorum tenebras, poſt
lauacrum baptiſmi, à poteſtate Pharaonis hoc eſt diaboli educti,
opus eſt vt militiam ſub duce Chriſto vigilanter & patienter
exerceamus, multis tentationibus premamur, vt tandem poſt- *Patientiã*
hanc triſtitiam & laborem gaudeat cor noſtrum, & gaudium ip- *habeamus*
ſum nemo tollat à nobis. Quod profecto vt commodius multo *in tribula*
atque faciliime præſtare queas & poſsis, audi Chriſtum in inte- *tionibus.*
riori corde te alloquentem atque dicentem, fili mi, propter me
pati non dubites, quandoquidem ego tam multa propter te paſ *Ioan. 16.*
ſus ſum.

DOMI-

# DOMINICA IN SEXAGESIMA. E

## CONCIO TERTIA.

### *Quanta ſit vis & efficacia verbi Dei.*

*Semen eſt verbũ Dei*

CVM turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad Ieſum, dixit per ſimilitudinẽ; Exijt qui ſeminat. Lu. 8. Mat. 13. Marc. 4. Semen quidem de quo tam ſæpe in præſenti F Euangelio fit mento, eſt verbũ Dei vt Chriſtus declarat, cuius quidem maxima eſt virtus, ſi in cordibus bene diſpoſitis ſeminetur & recipiatur. Verbum Dei eſt validus ille & acutus gladius, quo ſuperbi Goliath caput amputatur, hoc eſt quo diabolus vincitur, quo impietas interficitur, & peccator ad Chriſtum conuertitur. D. Petro vt eſt apud Luc. in act. Apoſt. oſtẽſum fuit vas quoddam velut lintheum magnum quatuor initijs ſubnixum, de cælo in terram deſcendens, in quo erant omnia quadrupedia, & ſerpentia terræ, & volatilia cæli. Et facta eſt vox ad eum, ſurge Petre, occide & manduca. Quid per hanc ſerpentium & animalium varietatem, niſi hominum diuerſitas ſignificatur? In vno enim lintheo, in vna Eccleſia, quatuor initijs hoc eſt quatuor euangelijs ſubnixa, nobiles & obſcuri, diuites & pauperes continentur. Dixit igitur dominus Petro, occide, & manduca, hoc eſt interfice eorum peccata, aufer eorum ſanguinem, vt iam deſinant ſe eſſe impios, eoſque manduca, hoc eſt tibi iunge, eos tibi incorporando. Vbi vides interfici impium verbo Dei, eſſe relinquere impietatem, & ad dominum conuerti. G

*1. Re. 17.* *Acto. 10.* *Eccleſia ſancta fundata ſuper quatuor euangelia.* *Peccator qui conuertitur fit cibus Dei.*

Eſt enim perſpicuum magnam vim habere verbum Dei ad H conuertendos ad Chriſtum peccatores; D. Paulus eſt viuus inquit ſermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti. Dei verbum gladio vtrinque ſcindenti comparatur. Iſai. inducit Chriſtum ita loquentem, poſuit os meum quaſi gladium acutũ, hic eſt gladius de quo ait Apoſ. & gladius ſpiritus quod eſt verbum Dei. Si magnificamus & veneramur ſanctorum veſtes quoniam eorum corpora tetigerunt, & merito quidem: quanto magis venerari debemus verba illa quæ ex ore Chriſti prodierunt, quæ ex eius corde exierunt, quibus ipſi ſanctitatem compararunt? O verba Chriſti diuina! O reliquias ſanctas, tam pretioſas & tam parui æſtimatas! Concione vna D. Petri

*Heb. 4.* *Iſai. 49.* *Eph. 6.* *Simile.* *Verbum Dei quam reuerẽter ſit tractandum.*



A Petri tria millia hominum in Chriſto crediderunt. Vide admirabilem Dei verbi vim & virtutem. Eam ob cauſam conuocantes Apoſtoli diſcipulorum multitudinem, vt narrat in Actis D. Lucas, has voces emiſerunt: Non eſt æquum nos relinquere verbum Dei, & miniſtrare menſis. Et ſi menſæ illæ erant pauperum & viduarum, tamen opus prædicationis verbi Dei illis prætulerunt. Sed multi audiunt verbum Dei, & vacui manent, multi illud ſumunt, quorum viſcera hoc eſt interiora animi non replẽtur, quia illius ſtatim obliuiſcuntur, aut illud non ad vtilitatem B quærunt, nec ea obſeruant quæ obſeruanda animo percipiunt. Id obijciebat Deus ingratis Iudæis per Aggæum Prophetam dicens, ſeminaſtis multum, & intuliſtis parum: comediſtis, & non eſtis ſaturati. Illi multum comedunt, ſed minimè reficiuntur, qui multa legunt & audiunt, ſed malè viuunt, ſe vſque adeo vitijs contaminantes, vt cum eorum vita mirabiliter pugnet ſtudium.

*Acto. 2.* *Acto. 6.* *Verbum Dei negligitur à multis.* *Aggæi. 1.*

Super illa verba Ezechie. omnes ſermones meos quos eloquor ad te, aſſume in corde tuo, dicit grauis quidam autor, non ſat eſt ſermones Dei audire, ſed opus eſt illos in corde cuC ſtodire, & iuxta illos operari. In Deuteron. ait Deus per Moyſen, erunt verba mea in corde tuo, narrabis ea filijs tuis, eruntque quaſi ſignum in manu tua. Per manus opera intelligimus, eam ob cauſam per doctrinam Dei veluti gemmam in manu, voluit Deus ſignificare debere nos actiones noſtras iuxta legem ſuam dirigere, ab eaque nullo modo diſcrepare: Id innuit Chriſtus quando apud Matt. Euangelicam doctinam cum margarita & lapide pretioſo comparauit. Præterea ponere aliquid vt ſignum in manu, eſt illud memoriæ mandare: cum enim quis vult recordari alicuius rei, ligat pro ſigno filum in manu: Ita ilD lud Exod. intelligitur, erit quaſi ſignum in manu tua, & quaſi monimentum ante oculos tuos: Debet igitur verbum Dei eſſe in manibus noſtris, vt illius nunquam obliuiſcamur, ſed non erit in manu, niſi ſit prius in corde: Ideo prius quam Deus dicat, erunt verba mea in manu tua, ait, erunt in corde tuo: Qui voluerit non incidere quidem in peccata, ſermonem Dei in corde aſſumat. Id voluit his verbis diuinus vates oſtẽdere, in corde meo abſcondi eloquia tua, vt nõ peccem tibi: tanto amore diuina verba proſequebatur, vt ea veluti pretioſiſsimum theſaurum & excellentiſsima monilia, in intima animi arcula recõdita ſeruaret. Et Salomõ in pro. de diuina doctrina loquens, liga inquit eã in corde tuo iugiter, & circunda gutturi tuo: cum ambulaueris gradi-

*Hec. pin. in Eze. 3.* *Deut. 6.* *Matt. 13.* *Simile.* *Exod. 13.* *Verbum Dei in corde noſtro diligenter reponamus.* *Pſal. 118.* *Simile.* *Prou. 6.* *Figura.*

*Exod. 16.* graditur ſecum. Quemadmodum in arca teſtamenti erat diui-
na lex & manna, ſic in anima vbi Dei verbum cuſtoditur. Vt ille E
*Simile.* qui vult in hoſtes irruere & impetum facere, aut ſe ab illis prote-
*Verbum Dei ad exercitatione conſeruatur.* gere, indiget gladio, quo manu apprehenſo eos percutiat, vt poſ-
ſit de illis victoriam reportare: ſic qui voluerit de mundo, carne
& dæmone triumphare, hoſtibus ſane acerrimis, debet in ma-
nibus hoc eſt in operibus verbum Dei geſtare. Eſt enim verbum
*Ephe. 6.* Dei gladius diuinus, de quo ait D. Paul. aſſumite gladium ſpiri-
*Apoc. 1. & 19.* tus, quod eſt verbum Dei. Et D. Ioã. in Apo. ait de Chriſti ore gla-
dium proceſsiſſe. Cum Iacob Patriarcha ad exitum vitæ vocare- F
*Gen. 48.* tur, dixit Ioſeph filio ſuo, do tibi partem vnam extra fratres tuos
quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo. At nullibi in
diuinis literis ſcriptum legimus Iacob intuliſſe bellum Amor-
rhæo nec cum eo pugnaſſe. Quid eſt igitur hic gladius quem ad-
uerſus illum vibrauit, & quo illum percuſsit, niſi verbum Dei?
*Verbũ Dei eſt gladius cõtra dæmonem.* Amorrhæus qui ſonat rebellem, diabolus eſt, qui aduerſus crea-
torem rebellauit, hunc vicit Iacob Patriarcha inſignis. Hæc qui-
dem omnia dicebantur in figura venturi Meſsiæ. Arma illa for-
tia quibus dæmonem ſuperauit, non ferrea erant, ſed ſpiritualia,
*Lex domini defenſio noſtra.* hoc eſt diuina verba, in eius anima & manibus, id eſt operibus vi- G
brata: his armis munitus vicit hoſtem, de quo liberauit animam
ſuam, quam moriens filio ſuo Ioſeph ſingulari quodam modo
commendabat. His armis debemus indui, & hoc exiſtimare nobi-
*Pſal. 118.* le & illuſtre. Hæc debet eſſe noſtra voluptas & gloria, diuinam
legem ſeruare: Id animo perſpiciens diuinus pſaltes concinebat,
portio mea domine, dixi cuſtodire legem tuam, ac ſi diceret, di-
xi, & mecum ſtatui, meas opes eſſe legem tuam cuſtodire, ac to-
*Totum noſtrũ patrimoniũ eſt ſeruare legem Dei.* tam meam hæreditatem, totum patrimonium, omnes deniq; di-
uitias meas in legis tuæ obſeruatione conſiſtere. Nil mihi magis
eſt in optatis, quam verba tua cuſtodire & animo ſeruare, nõ eos H
ſequens qui religionis ſimulatione ea ore iactant, cum ab illorũ
cuſtodia animam habeant abhorrentem.

### *Diuitiæ ſunt nobis moleſtæ ſicut ſpinæ.*

*Deſideriũ diuitiarũ inſatiabile.* CVm Chriſtus Deus noſter diuitias ſpinis comparet, cur igitur
eas concupiſcimus, quarum affluentia eſt plena inopia, qua-
rum deſiderium eſt inſatiabile, quarum poſſeſsio adfert ſecũ pau-
pertatem? Sunt quidem illæ cõtemnendæ quod anxiæ ſint, vanæ,
fluxæ, incertæ, & in caſu ſitæ. De eo qui in illis ſpem fixit ac loca-
*Pſa. 51.* uit, ait ita diuinus Pſaltes, ſperauit in multitudine diuitiarum ſua-
rum,



A rum, & præualuit in vanitate ſua: Qui in vano nititur, decidit
& corruit. Non in diuitijs, ſed in virtute & fiducia in Deum nitẽ-
dum nobis eſt, ad ſpem beate viuendi. Hæc permanent altis de- *Firmitas non eſt in rebus terrenis.*
fixa radicibus, at in mundi opibus nulla eſt conſtantia, nul-
la eſt ſoliditas, nulla firmitudo, nil ſolidi & certi. Vnde Apoſt.
diuitibus inquit huius ſeculi præcipe non ſperare in incerto di-
uitiarum. Quid incertius diuitijs? Quid fallacius? Quid vanius? *1. Tim. 6.*
Vnde Eccl. ait, coaceruaui mihi argentum & aurum: Et paulo *Eccle. [illegible].*
poſt, cum me conuertiſſem ad vniuerſa opera quæ fecerant ma-
B nus meæ, & ad labores in quibus fruſtra ſudaueram, vidi in om-
nibus vanitatem & afflictionem, & nil permanere ſub ſole. Et
hæc diuitiarum vanitas ſecum ſolet afferre inſolentiam & ſuper- *Diuitiæ laborioſæ.*
biam. Id intelligens Ezechiel aiebat, acquiſiuiſti aurum & ar-
gentum in theſauris tuis: & paucis adiectis, eleuatum eſt cor *Ezec. 29.*
tuum in robore tuo. Hic eſt diuitiarum fructus, funeſtus ille
quidem & venenatus. Beatus Gre. ait abundantiam rerum tem- *D. Grego.*
poralium eſſe ſuperbiæ vicinam. Et D. Aug. morbus inquit diui- *D. Augu.*
tiarum eſt ſuperbia. Quam ob cauſam mundi opes non ſunt in
bonis numerandæ, ſed potius deſpiciendæ, præſertim quia ingreſ-
C ſum impediunt cæleſtis patriæ, & oſtium ad ęternam beatitudinẽ
intercludunt: Acham quod auream regulam Hierico acceperit, *Ioſue. 7.*
fuit morte mulctatus, & quiete terræ promiſsionis minimè poti-
tus. Hierico eſt mundus hic, regula aurea eſt eius potentia & di-
uitiarum copia, propterquam nobis aditus ad gloriam ſempi-
ternam, quæ eſt vera terra promiſsionis quietis pleniſsima, in-
terdicitur ex quo colliges eſſe plerumque diuitias cauſam exitij *Diuitijs multi implicãtur.*
multorum, & æternarum ſedium impedimentum. Eam ob cau-
ſam ſeruator noſter, beati inquit pauperes ſpiritu. Et iterum, no- *Matt. 5.*
lite theſaurizare vobis theſauros in terra: Et rurſum, non po-
D teſtis Deo ſeruire & Mammonæ. Et rurſum, nolite poſsidere *Luc. 6.*
aurum & argentum. Et tandem, facilius eſt camelum per fora- *Mat. 6.*
men acus tranſire, quam diuitem intrare in regnum cælorum. *Matt. 10*
Vbi vides quod cupidus cum camelo comparatur pondere ſar- *Luc. 9.*
cinæ oppreſſo: qui opibus onuſtus, non intrat per foramẽ acus, *Matt. 19*
hoc eſt per viam arctam, ad cæleſtia regna & domicilia: vt ca- *Mar. 10.*
melus non facilè caput ſurſum effert, ita diues difficile mentẽ *Luc. 18.*
extollit ad cælum: Et vt Camelus autore Plinio, priuſquam *Simile.*
bibat, perturbat aquam, aliter potu non gaudet, ita cupidus *Pli.*
nulla animi tranquillitate delectatur, ſed turbulentis pertur- *Cameli conditio.*
bationibus & vitæ ſordibus ducitur ac gaudet: Vt enim ver-
miculus ſericus gignit ex ſe fila quædam, ex quibus conficit *Simile.*

N folli-

*Diues in-* folliculum, in quo moritur, ita diues cupiditate & auaritia du- E
*ſtar lom-* ctus, ex ſuis operibus ſepulchrum ſibi in inferno conſtruit &
*bicis.* parat. Et impletur id quod eſt apud Luc. Mortuus eſt autem
*Luc.16.* diues, & ſepultus eſt in inferno. Magna ex diuitiarum cupi-
*4.Reg 5.* ditate damna oriuntur. Ea Giezi famulum Eliſæi lepra per-
*Actio.5.* cuſſit: Ananiam & ſaphyram perdidit, Iudã in nefariam pro-
*Mat.26.* ditionem duxit, & Iudæos ad crudeliſsimam Chriſti necem ex-
*& 27.* citauit. Id intuens ait Apoſ. radix omnium malorum eſt cu-
*Ioann.11.* piditas. Quid pro fuit Nabucodonoſori aurum ſuum, ex quo
*1.Tim.6.* ſibi ſtatuam fecit, ſuperbiæ & vanitatis ſignificatricem, qui- F
*Dan.2.* bus ipſe ducebatur? Vtilius ei fuiſſet diuitijs carere, quam
*Nota.* illis tam intemperanter abuti. Motus auaritia congregabat
*Statuæ fue-* diuitias, & motus impia vanitate, eas in rebus impijs & va-
*runt duæ.* nis conſumebat. Perpende eius ſuperbiam. Oſtenderat ei Deus
*Statua* in ſomnis ſtatuam ex auro, argento, & ære, ferro & luto:
*quã adora-* ipſe autem tanquam Deo ſe opponens, ſtatuam ſibi facit non
*ri iuſſit* ex his materijs, ſed ex auro tantummodo totam conflatam;
*Nabuco-* vt ſibi ſoli per caput aureum in alia ſtatua ſignificato diuitias,
*donoſor to-* & altitudinem, & ſupremam dignitatem tribueret, & diuinam
*ta erat au-* arrogaret. G
*rea.* Minatur Deus Hebræis per Ezechielem quod ipſis auferret
*Ezech.7.* aurum & argentum quod ipſis dederat, quoniam eo ipſum of-
fendebant, & eo intemperanter abuſi ſunt, nam ex eo ſuper-
*Multi* uacanea monilia & inania ornamenta ex collo pendentia, ad
*abutuntur* iactationem & oſtenta confecerunt. Conqueritur de ipſis Deus
*diuitijs.* dicens, Quod ego illis dederam vt ſibi conſulerent, illudque
pauperibus largirentur, & ita mihi honorifice ſeruirent, ip-
*Multi di-* ſi conſumebant in ſimilibus vanitatibus. O quam apte huiuſ-
*uitias per-* modi correctio quadrat his noſtris miſeris temporibus, in qui-
*peram cõ-* bus videmus quod multæ opes conſumantur in nimis curio- H
*ſumunt.* ſis domibus ædificandis, in hortis & alijs delicijs, item in ta-
petibus & aulæis, in abaco ſumptuoſo, in veſtimentis & orna
mentis, in monilibus, annulis aureis, & murenulis, gem-
*Amitti-* mis, corallijs, & vnionibus, & alijs huiuſmodi vanitatibus,
*tur ſæpe* quibus tanta patrimonia exhauriuntur, & tot pauperes de-
*charitas* fraudantur. Iſti certè etſi non reliquerint fidem, relinquunt
*vanis oſtẽ-* tamen charitatem, ſiquidem opes ſuas vane conſumunt, ex
*tationibus* quibus vanitatis ſuæ gloria manifeſtetur. Hi ornamentum mo-
*ſimile.* nilium ſuorum & opes ſuas poſuerunt in ſuperbiam, ex illis
*Pauonis* idola conflantes atque vanitates ſuas colentes, pauonibus va-
*ingeniũ.* niores, qui caudæ pennas gemmantes in rotam expãdentes,
vario



A vario illo colorum fulgore & oculorum pulchritudine glo-
riantur. Qui aurum colit, in eoque ſummam conſtituit fœ-
licitatem, idoli cultor appellatur, vt ait Paulus ſcribens ad
Coloſſenſes & Epheſ. Auarus inquit Auguſtinus, antequam *Col.3.*
lucretur pecuniam, ſeipſum perdit: priuſquam aliquid capiat *Epheſ.5.*
capitur. Et D: Chryſoſtomus auaritia inquit eſt crudelis ty- *D. Augu.*
rannus. Volentes antiqui philoſophi carminibus auaritiam deſ- *D. Chryſ.*
cribere, finxerunt Tantalum apud inferos in medio aquarum
ſiti cruciari, ſignificantes eſſe auaritiam barathrum quoddam,
B vbi cupidi amore diuitiarum flagrantes, eas ardenter appetũt *Tantali*
quibus abundant, & quo magis illis affluunt, eo vehementio- *fabula.*
re cupiditate torquentur. Etſi auarus ſit auro onuſtus, & diuitia
rum plenior naue illa quæ veniebat ad Salomonem ex Ophyr, *3.Reg.9.*
nunquam tamen ſatiabitur.

Dat Deus diuitias hominibus, dat illis ingenium, indu- *Diuitias*
ſtriam, ſcientiam, & multa alia vt illi ſeruiant, ipſi autem ea *cur det*
appetitui tradunt deprauato, vt ipſe ad libitum ea turpiter *Deus ho-*
conſumat. Quæ habes, Dei ſunt, tu autem Dei, & bona ab eo *minibus.*
tradita, tibi ad obſequium carnis, dæmonis, & mundi, contra
C ipſius domini voluntatem erogas & conſumis: O proditio-
nem nefariam! O ingratitudinem deplorandam! Ideo dice-
bat Eccle. Multos perdidit aurum & argentum. Et Chryſo- *Eccl.8.*
ſtomus, nouerca virtutum proſperitas. Et D. Auguſtinus de *D. Aug.*
verbis domini, aurum eſt materia laborum, periculum poſ- *ſer.24.*
ſidentium, eneruatio virtutum. Et Chryſoſtom. opes inquit *D. Chryſ.*
ſunt ſchola malitiæ. Vt aurum probatur lapide, ita homo au- *ho. de pœn.*
ro. Diuitijs quidem & potentia facile demõſtratur aliquis qua- *Chil. lac.*
liter ſit animo affectus, vt ait Chilo Lacedæmonius: cui ſen-
tentiæ alludit illa antiqua ſententia, quod Magiſtratus vi-
D rum oſtendit. Eas igitur opes quæramus, quas nec caſus poſ-
ſit eripere, nec inuidia labefactare, nec vetuſtas vlla con- *Veræ di-*
ſumere: mundi opes pro nihilo putemus, & ita veras opes *uitiæ quæ-*
comparabimus. Breuiſsima inquit Seneca ad diuitias per con- *les ſint.*
temptum diuitiarum via eſt. *Seneca.*

### *Patientiæ fructus quanti ſint momenti.*

NOn vacat myſterio quod Chriſtus tam inſignẽ parabolã per *Patientia*
clauſulã patientiæ cõcludat dicẽs, quod per ſemẽ quod ceci- *cõme da-*
dit in terram bonã, hi intelliguntur qui in corde bono & opti- *tur.*

mo audientes, verbum retinent & fructum adferunt in patientia, cum tamen poſſet multas alias virtutes nominare, quæ etiam hic congruenter exprimi poterant. Quare procul dubio voluit nobis declarare quanta ſit præſtantia patientiæ & tolerantiæ, vt poſſimus in omni virtute progreſſus multos facere.

*Orige. in leui. hom. 6.*

Quamobrem vt ait Orige. in omni conturbatione patientiam teneamus, ſtabiles ſimus, fidem non deſeramus, etſi omnis iſte mundus tanquam mare ebulliat, & in furorem conſurgat: etſi omnes venti & vertigines dæmonum vndique ſæuiant: etſi omnes tempeſtates maris, ideſt omnes principatus & poteſtates mundi incitentur, & in tumorem iracundiæ deſpument, ac ſæuiant in ſanctos: & quamuis vſque ad nubes ſe ſe attollant: non inquam timere debemus concitatos aduerſus nos, nec debemus deficere, & ſi ipſe dominus videtur diſſimulare noſtram patientiam & tolerantiam expectans, vel impiorum pœnitentiam & conuerſionem. Alacriter accedamus ad Deum, orationibus inſtantes, & dicentes cum propheta, exurge quare obdormis domine? Ipſe autem ſurget, & imperabit ventis, & dæmonum ſpiritibus, qui maris tempeſtates commouent, hoc eſt amaros concitant & elatos fluctus principatuum mundi ad perſecutiones omnibus ſanctis immittendas; Quæ omnia mitigans Deus, tandem ea euaneſcere faciet.

*Patientiã ſemper teneamus & ſi nobis omnia aduerſa ſuccedant.*

*Pſal. 43.*

*Matt. 8.*

*Deum inuocemus in laboribus.*

Contemplemur ſanctorum martyrum patientiam, de quibus canit Eccleſia, cæduntur gladijs more bidentium, non murmur reſonat non querimonia, ſed corde tacito mens bene conſcia conſeruat patientiam. Comparat eos ouibus & bidentibus manſuetis, nam vt ait Chryſoſtomus, ſicut oues quando ligantur, ſic tacent, certè in benignitate probati preces tranſmittunt ad Deum. Et ſicut ouis ad mortem ducitur, & non clamat, vita eius tollitur, & manſuetudo non immutatur: ſic & ſancti maledicuntur, & non repercutiunt, bona eorum diripiuntur, & illi non contradicunt: dolorem ſentiunt, & clamorem non emittunt. Et quid opus eſt clamoribus, cum ille qui nocet non miſeretur etiamſi clamaueris? Ille autem qui miſericors eſt, miſeretur, etiamſi non clamaueris audit, & videt. Bis fuit in lacum immiſſus Daniel leonum, ſed non legimus eum in his iniurijs & calamitatibus ſuccenſuiſſe hoſtibus ſuis, nec queribũdas voces emiſiſſe, nec illos maledictis vulneraſſe. Vt excellens aurum tactũ & percuſſum non ſonat, vile autem auricalchum ſtatim edit ſonum, ita vir pius & cõtumelijs & ærũnis affectus, tacet, & æquo animo fert quicquid euenit.

*Eccleſia.*

*Chryſo. in non abſo. homi. 54.*

*Similia.*

*Audit Deus clamorẽ ſeruorum ſuorum.*

*Da. 6. & 14.*

*Simile.*

*Patientia excellens virtus.*

Vndè



A Vndè Salomon ait, ne dicas, reddam malum pro malo: expecta dominum & liberabit te.

*Pro. 20.*

Vidè obſecro quantam haberent patientian illi tres pueri in fornacem coniecti, ſiquidem ex ipſorũ ore ne vnum quidẽ verbum excidebat aduerſus illum, quin potius peccatis ſuis ſupplicia ſua tribuebant. Patientia tum clarius apparet, cum qui ea ſunt præditi, graui rerum aduerſarum vulnere percutiuntur. Vt enim ſilex ſemper continet ignem, ſed illum tunc perſpicuè oſtendit cum percutitur, ſic viri pij & iuſti ſemper patientiam

B in animo habent, ſed tunc illam euidentius oſtendũt, cum calamitatum ictibus feriuntur. Vt enim ſtellæ noctu micant radijs, & claritate ac luce ſua aërem illuſtrant, ſic viri ſapientia ac pietate præſtantes, nocte ærumnarum cum admouentur faces dolorum, admirabilem tolerantiæ, cæterarumque virtutum indicant ſplendorem. Eſt enim patientiæ proprium omnia humana æquo animo tolerare, aduerſæ fortunæ, vt vulgus inepte loquitur, vulneribus non terreri, nec animo cadere, ſed ad Deum tanquam ad arcem tutiſsimam confugere, nilq; quod homini accidere poſsit, intolerãdum putare, & in ipſis procellis animi mag-

C nitudinem, & rerum arduarum atq; difficilium voluntariam perpeſsionem oſtendere.

*Dan. 3.*

*Patientia in laboribus relucet.*

*Simile.*

*Alia ſimilitudo.*

*Tolerãtia in rebus aduerſis manifeſtatur & arduis.*

Id animo percipiens Iob, ærumnis vndique obſeſſus, ſi bona inquit ſuſcepimus de manu domini, mala quare non ſuſtineamus? Et Tobias in exilium eiectus, & luce oculorum orbatus, dicebat, Deus caſtigauit nos propter iniquitates noſtras, & ipſe ſaluabit nos propter miſericordiam ſuam. Vndè Eccle. in dolore ſuſtine, & in humilitate tua patientiam habe, quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino afflictionis. Huiuſmodi patientia illi erant muniti, qui vt verbis vtar Apoſ. ad Heb. ludibria & verbe-

D ra experti, inſuper & vincula & carceres, egentes, anguſtiati, afflicti, quibus dignus non erat mundus: Quare vt paulopoſt ait Apoſ. per patientiam curramus ad propoſitum nobis certamẽ, aſpicientes in autorem fidei & conſummatorem Ieſum, qui propoſito ſibi gaudio ſuſtinuit crucem confuſione contempta. Propoſitum ſibi gaudium ait, vt inquit Nazãzenus, quia cum ſibi liceret paternis frui oblectationibus, & non mori, voluit tamen ignominia contempta crucem ſuſtinere. Ad patienter portandum & multoties iniurias dimittendum adducit & inducit nos Chriſtus exẽplo ſerui nequã cui dimiſſa fuerant decẽ millia talẽta. Dauid qui ad durã reſponſionẽ Nabal fuerat perturbatus, ad humilẽ reſponſionem Abigail ècontra mirabiliter eſt placatus;

*Iob. 2.*

*Tob. 3.*

*Eccl. 2.*

*Heb. 11.*

*Heb. 12.*

*Gregor. Nazan.*

*Mat. 18.*

*1. Reg. 25.*

N 3 DOMI-

# DOMINICA IN SEXAGESIMA.

## CONCIO QVARTA.

*Verbum Dei quam ſuaue ſit & vtile.*

*CVM turba plurima conueniret, & de ciuitatibus properarent ad Ieſum, dixit per ſimilitudinem. Exijt qui ſeminat.* Luc. 8. Matth. 13. Mar. 4. Nullum eſt alimentum dulcius verbo Dei: Id intelligens diuinus Pſaltes canebat, Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, ſuper mel ori meo. Et alibi, iudicia domini vera iuſtificata in ſemetipſa. deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretioſum multum, & dulciora ſuper mel & fauum. I

*Pſal. 118.*
*Pſal. 18.*
*Iudic. 14.*

Hic eſt fauus qui ex ore leonis erat, ac fauus mellis. De huius diuini leonis ore verba cæleſtia fauis dulciora prodierunt. Nulla eſt eſca ſuauior illis. Verba Dei recreant animos, inanes ſolicitudines pellunt, cupiditates ſedant, detrahunt noxios timores, mẽtes alunt ad æternitatem, & vitæ tranquillitatem largiuntur. Nulla poſſeſsio, nulla vis auri et argenti, nulla marmorea tecta, ebore & auro fulgentia, nullæ ſyluarum amænitates, nullæ ſuppellectilium deliciæ, nullæ epularum delectationes, ſunt cũ voluptatibus diuinorum verborum vllo modo conferendæ. G At hæc non intelligunt homines impij, qui ſcelere & maleficio paſcuntur, & impuris mundi voluptatibus oblectantur. Nam vt ſenſus ob ægrotationem aliquam deprauatus & corruptus dulcem fauum iudicat amarum, ſic animus peſtiferis opinionibus corruptus, ſuauia Dei verba contemnit, & inſuauia exiſtimat.

*Verbũ dei quos in anima producat effectus.*
*Magna verbi Dei ſuauitas.*
*Simile.*

Vt ſues roſas proijciunt, & lutum quærunt, perdices reſpuunt, & glandibus agreſtibus, atq; immunditijs auidiſsime paſcuntur; ſic amentes homines verborum Dei guſtum non habent, & ad mundi opes incertas & in caſu ſitas aſpirant, eiuſque falſis voluptatibus & peſtilentibus illecebris deliniuntur. H Vt qui eruunt metalla, ne minima quidem fruſtula contemnunt, veruntamen ſi venam aliquam auream inueniunt, meatus omnes accurate circumſpiciunt, & terram ſimul eruũt cum auro & diligenter obſeruant: ſic nos in ſacra Scriptura, vbi continetur verbum Dei, nos gerere debemus, nil prætereamus, non enim eſt ibi terra auro cõmiſta, totum eſt aurum puriſsimum, omnibus gradibus probatiſsimũ, imo vt ait regius vates, ſuper millia auri & argenti. In diuina Scriptura quoniam autor Deus eſt, qui nec fallere poteſt, quidquid ſcribitur eſt veritas, quidquid docetur virtus, quidquid promitti-

*Simile.*
*Mali guſtũ nõ ſentiunt verbi Dei.*
*Alia ſimilitudo.*
*Scriptura Sacra ampliſsimus theſaurus.*
*Pſal. 118.*
*Verbũ dei quã ſit dignũ amari.*





A tur poſt mortem eſt immortalitas & fœlicitas æterna. verbum Dei illuminat, & in viam dirigit cælorum. Quam ob cauſam Dei amatores illud audire percupiũt: vnde aiũt. O admirabiles reliquias tã pretioſas, & in mundo tam parui æſtimatas! Omnia ſunt diuina, ſanctitatis plena, myſteria cœleſtia ſpirãtia.

*Ioan. 8.*

Super illa verba Ezech. & eſt eis quaſi carmen muſicum, dicit grauis quidam autor, audiunt te voluptatis cauſa, ſed doctrinam tuam minimè ſequuntur. Quemadmodum nonnulli oblectantur muſica, & muſicos aliquorum fortitudinem & res geB ſtas ac facta præclara canentes, libenter audiũt, ſed virtutes quas illi laudibus efferunt & cantu celebrant, imitari non curant, huiuſmodi ſunt qui nunc concionatores audiunt, vt eorum mulceantur artificio, eloquentia & doctrina, non autem vt iuxta eam rationem dirigant viuendi. Vt apes multa percurrentes, ſolum floribus delectantur, & illos decerpunt, alia relinquunt, ſic hi auditores totam concionem audientes nil volunt niſi flores & pulchre dicta: hæc tantum curant, ſolidam autem doctrinam contemnunt, & iuxta eam viuere penitus ſpernunt, adulationes quærunt & fabulas, vtilem veritatem faſtidiũt, iuxta illud C Apoſ. erit tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt, ſed ad ſua deſideria coacernabũt ſibi magiſtros prurientes auribus, & à veritate quidem auditum auertent, ad fabulas autem conuertentur: præterea quidem in actibus Apoſ. ſcriptum legimus Athenienſes ad nil aliud vacaſſe quam vt aliquid aut dicerent, aut audirent.

*Eze. 33.*
*Simile.*
*Audiẽtes Dei verbũ illud in opus referant.*
*Simile.*
*2. Tim. 4.*

Sed non propterea concionatores relicturi ſunt munus concionandi, nam etſi nonnulli ſint auditores curioſi, vani & impij, ſunt tamen multi graues, docti & pij qui animi vtilitatem quærunt. Et quamuis omnes abirent præter vnum, ei tamen eſſet veritas nuntianda: Notum eſt illud quidẽ Antimachi D clari poëtæ dictum, qui vt refert Cicero de claris oratoribus, cũ conuocatis auditoribus legeret eis volumen ſuum, eumq; loquẽtem omnes præter Platonem reliquiſſent: legam inquit nihilominus, Plato enim mihi vnus inſtar eſt omnium.

*Acto. 17.*
*Concionator nõ diffidat etſi fructũ nõ referat.*
*Ant. poeta.*
*Cic. de cl. ora.*

Sicut ſal immittere ſolemus prius quã aliquid corrũpatur, ſic bonis conſilijs & verbo Dei præueniendi ſunt animi, ne conſcientia lædatur. Et ſicut quouis tẽpore vtimur ſale, tã hyeme quã æſtate, ſic verbo Dei vti debemus omni tẽpore: ne dicas adagia impia vulgi, quod cõcio inſtar fructuũ poſt paſcha nõ ſit ſuauis: aut quod tẽpore caloris, nulla ſit ſuauitas concionis. Credo equidem quod impij nõ poſsint ſuſtinere verbũ Dei, quandoquidẽ nimius calor rerũ temporaliũ, frigiditatem quandam internam generat.

*Simile.*
*Verbũ dei omni tẽpore vtile & neceſſariũ.*

*Simile.* Sicut enim per antiperiſtaſim vrgente calore, in puteis & ciſter- E
*Antiperiſtaſis diabolica.* nis, atque ſpecubus reperitur maxima frigiditas, & aqua redditur gelidiſsima, ſic vtiq; fit in rebus ſpiritualibus apud impios. O diabolica antiperiſtaſis! Non ita quidem auditores ſegerunt in fabulis audiendis, etſi maximo exæſtuent calore.

*Pſal.* 118. Optimus quidem erat auditor & cuſtos verbi Dei Rex Dauid, cum diceret: in corde meo abſcondi eloquia tua, vt non
*Simile.* peccem tibi. Sicut enim abſcondimus res pretioſas ab oculis latronum, ſic abſcondere debemus verbum Dei in cordibus noſtris, ne illud nobis volucres cæli eripiant id eſt dæmones. Aliqui F
*Hie.* 12. quidem in labijs tantum habent verbum Dei & in lingua, non autem in corde, de quibus ait Hie. prope es tu ori eorum, &
*Eſa.* 29. longè à renibus eorum. Item per Iſai. ait Deus, populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè eſt à me. Terra vbi
*Pphe.* 3. Dei verbum ſeminari debet, eſt cor, non lingua aut caro. Vn-
*Rom.* 8. de Apoſ. dicebat, Chriſtum habete per fidem in cordibus veſtris, in charitate radicati & fundati. In hac quidem maximas propagauerat radices Apoſ. cum diceret, neque mors, neque
*Iob.* 23. vita, neque angeli, neque principatus &c. Iob idem cenſebat.
1. *Re.* 17. Dauid habebat lapides in pera, vt ipſos educeret cum eſſet opus, G ad gigantẽ interficiendum. Si enim verbum Dei abſcondatur in corde, cum inde exit, dæmonem vehementiſsimè impugnat.
*Simile.* Vt autem optime recipiatur Dei verbum, debet cor ipſum apte diſpoſitum eſſe, nam pretioſæ margaritæ pulcher locus eſt præparandus, non debet verbum Dei recipi cum elatione
*Eccle.* 5. & præſumptione. Vndè Eccle. ait, eſto manſuetus ad audien-
*Pſal.* 24. dum verbum Dei, vt intelligas. Et regius Pſaltes, docebo inquit
*Iaco.* 1. mites vias tuas, & ipſi ad te conuertentur. Et D. Iac. ait, cum manſuetudine ſuſcipite inſitum verbum.

H

*Oculos quidem ad videndum dedit nobis Deus, & aures ad audiendum, quibus tamen male vtimur.*

*Senſibus bene vtamur.* SVNT qui aures habent ad videndum, & oculos ad audiendum, quia ita aſſentiunt malis quæ audiunt, & credunt verbis mendacij, ac ſi oculis mala illa vidiſſent. Mortem vero quam vident in cadaueribus eorum qui iam obierunt, credere nolunt, ac ſi non eſſent morituri. Habent enim ſe in his quæ vident, ac ſi ea audiſſent à non fide dignis. Habentes aures corporis, ſunt auribus cordis ob ſua ſcelera priuati. De his auribus ſpiritualibus loquitur & intelligitur hodie



A hodie in Euangelio Chriſtus cũ ait, Qui habet aures audiẽdi audiat: audire in hoc loco eſt intelligere. Itaq; videre & audire eſt per ſenſus in animũ inducere & ſibi perſuadere, iuxta illud Eze-
chi. qui oculos habent ad videndum, & non vident, & aures ad *Ezech.* 12.
audiendum & non audiunt. Sunt enim multi qui & ſi oculos ha-
bent corporis, mentis tamen oculis ſeipſi priuant, tales ſunt om- *Multi ſenſibus abutuntur.*
nes impij homines & ſceleribus contaminati, qui in rebus fluxis, vanis & terris immerſi non erigunt intellectum ad diuina conſideranda, qui iuxta Pſalm. Sententiam, oculos ſuos ſtatuerunt
B declinare in terram. vtinam hoc de nobis non dicatur quod ait *Pſal.* 16.
Iſa. audite audientes, & nolite intelligere, & videte viſionem, & *Iſa.* 6.
nolite cognoſcere: Excæca cor populi huius, hoc eſt annuntia eſſe ob eius impietates obcæcandum, non enim Deus homines obcæcat, eruens illis oculos aut rationem, ſed non dando gratiam, qua illi ſunt indigni, quia nec eam quærunt, nec petunt, ſed
contemnunt & pro nilo putant, & circumfundentes ſe tenebris *Ephe.* 4.
à via Dei ſe abducunt, iuxta illud Apoſ. alienati à via Dei per ignorantiam quæ eſt in illis, propter cæcitatem cordis eorum. Cæci in rebus diuinis, lynceos ſæpe oculos habent in rebus hu-
C manis. Hi ſignificantur per noctuam, vt ait D. Baſi. quæ cum no- *D. Baſil.*
cte videat, interdiu tamẽ cæcutit. Ideo præcipiebat Deus ne hãc *Simile.*
auem quis in lege comederet, eos enim deteſtatur, qui cum in *Leui.* 11.
rebus prophanis ſint periti, in ſpiritualibus ſunt penitus obcæcati. Quid profuit infelici regi ſedechiæ audire auribus corporeis Dei monitiones per Hiere. ca. 27. Si eis aſſentiri nolebat? Ioſe-
phus ita inquit, Ezechiel apud Babylonem tempore quo Hiere- *Hier.* 27.
mias apud Hieroſolymam vaſtationem templi prædicabat, idq; *Ioſe. li.* 10.
vaticinium Hieroſolymam tranſmiſit, ſed his oraculis nõ crede- *cap.* 10.
bat Sedechias, quia & ſi hi duo vates in omnibus conuenirẽt quod
D ciuitas caperetur, & Sedechias captiuus adduceretur, in hoc *Hier.* 39.
tamen diſcrepare videbantur, quod Hieremias aſſereret Sede-
chiam intraturum eſſe Babylonem, Ezechiel autem aſſeuerabat *Ezec.* 12.
eum non eſſe Babylonem viſurum, quare cum hęc repugnantia *Mali ob-*
dicere eos videret Sedechias, ne illa quidẽ vera putabat in qui- *cæcantur*
bus conſentiebant. Hæc ille. At poſtea experimento didicit infœ- *ſua obſti-*
lix rex, verum eſſe vtrumq; vaticinium. Nam iuxta Hieremiæ *natione.*
oraculum ingreſſus captiuus Babylonem, & iuxta Ezechielis *Hier.* 39.
Prophetiam, non eam vidit, quia fuit in Reblatha oculis priua- *Ezec.* 12.
tus à Nabuchodonoſore, & intrans ciuitatem, eam non vidit. 4. *Reg.* 1.

Hæc quidem maxime conſonant his quæ per Ezechi. dicũtur,
pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus tuis audi. Priuſquã *Ezec.* 44.

N 5 eidi-

ei dicat vt videat & audiat, eum hortatur vt cor apponat: parum enim prodeſſet videre & audire, niſi cor apponeret. Cor apponere eſt oculos mentis aperire, eiusq; aures præbere, diligẽter aduertere, & animum ad harum rerum contemplationem cum bona intentione dirigere, ideo Chriſtus ait, qui habet aures audiendi audiat. Aures animæ & cordis oculos quærebat, ſine quibus parum prodeſt oculos & aures corporis habere. Impij Iudæi Chriſtum videbant & audiebant, ſed quia non apponebant cor ad illum, minime conuerſi ſunt, quin potius nefandas ei intulerunt manus, eumque in diſcrimen capitis impie vocarunt. Quemadmodum veſtes non calefaciunt ſtatuam, cum non habeat calorem natiuum, ita verbum Dei non calefacit indiſpoſitos & nullo modo præparatos. Mirum plane eſt videre tantam verbi Dei diſſeminationem, & quod tam pauci ſe conuertant. Vnde Chriſtus tantos clamores edebat in hodierno Euangelio propter eam cauſam, nam certe magna obſeruatione dignum eſt, cum præſertim videamus tantas voces non emiſiſſe donec in cruce ſpirauit, & ſi maxima illi inflĩgerent tormenta: nunc vero dicens qui habet aures audiendi, audiat, magnas edidit voces, in quo oſtenditur quod aliquod magni momenti negotium ibi lateat, quandoquidem talis perſona tales edebat voces cum videret tanquam pia mater quod filius moreretur, & nulla ei prodeſſent pharmaca, quæ nolebat infirmus recipere. E F G

*Audire verbũ Dei parũ prodeſt niſi in corde reponatur.*

*Similitu.*

*Hebr. 5.*

Semper quidem verbum Dei maximam affert vtilitatem. Hinc eſt quod antequam moreretur Chriſtus, noluit ſigna aliqua edere in cælo, ſed in terra, ſeminando diuinum verbum cum tot ſignis: curando infirmos, quod erat ſignum vtile in terra, & alia feciſſe ſigna in cælo non tantæ erat vtilitatis. Vnde conſtat quod ſeminatores & prędicatores Euangelici, non debent ea prædicare quæ minus ad rem faciant. Qui quotidie verbum Dei audiunt, & nil proficiunt, ſimiles vtique ſunt his qui templa frequentant audituri organa & coraules, qui tamen muſicam ignorant, & tantum delectantur huiuſmodi auditu, laudant quidem muſicam & voces ipſas, ſed nullam huius concentus rationem aſsignare valent: ſic aliqui laudant concionatores, cum tamen neſciant quare eos laudent. Quod Chriſtus dicat, qui habet aures audiendi audiat, nil aliud eſt quam aures mentis & interiores deſiderare, quæ ſunt veræ aures, ſi enim verbum Dei tantum per aures corporis ingrediatur, ſtatim vna ingrediens aure, ſibi per aliam H

*Verbũ Dei quã ſit vtile.*

*Similitu.*

*Auditores verbi Dei quomodo proficient.*



A aliam exitum parat, non autem ſi mentis aures penetret. Vult quidem Deus vt eis auribus nos ipſum audiamus quibus ipſe nos audit. Vide enim quam attente ipſe nos audiat, ſi quidem ait propheta, ecce non dormitabit neq; dormiet, qui cuſtodit Iſrael. Si intra ſinum noſtrum ei loquamur, nos audit, ſicut videmus in Anna Samuelis matre. Item cum Moyſes Deũ alloqueretur tacitus in corde, dixit ei Deꝰ, quid clamas ad me?

*Pſal. 120. 1. Reg. 1. Exod. 14.*

Quod Chriſtus dicat, volucres cæli comederunt illud, nihil aliud eſt quam monere nos huiuſmodi aues eſſe dæmones, ſicut paulo poſt explicat: quando enim aliquis res ſpirituales tractare vult, venit turba dæmonum ad impediendum huiuſmodi actionẽ. Vnde Dauid dicebat, declinate à me maligni, & ſcrutabor mandata Dei mei. Et Eccleſ. ait quod muſcæ morientes perdunt ſuauitatẽ vnguẽti, hoc eſt importunæ, vanæ & immũdę cogitationes, quæ & mortuæ & mortiferæ ſunt: mortuæ quidẽ, quia de rebus mortuis, nõ ſoliditatẽ habẽtibus. Sunt mortiferæ, quia animę interitũ & mortẽ parãt hæ orationis & lectionis vnguẽtũ inficiũt. Vnde Iob ait, quod inter filios Dei adfuit etiã quadã die Sathã, nã in bonis operibus ipſe ſe interſerit vt perdat. B

*Pſal. 118. Eccl. 10. Iob. 1.*

C De ſancto Gregorio legimus quod cũ ad orandũ accederet, dicebat, declinate a me maligni. Vnde alibi ait, quos magis alios hoſtes patimur, quã malignos ſpiritus qui in noſtris cogitationibꝰ nos obſidẽt, vt ciuitatẽ valeãt noſtrę mẽtis corrũpere, eãq; ſub iugo Dominij ſui captam ſubſtinere? Sæpe enim cũ eloquijs ſacris intendimus malignorum ſpirituum inſidias grauius toleramus, quia mentẽ noſtrã cogitationum terrenarũ puluere aſpergunt, vt intẽtionis noſtræ oculũ à luce intimæ viſionis obſcurẽt.

*D. Greg. lib. 16. Mor. c. 8. Orationẽ conatur dæmõ perturbare.*

D

*Diuitiæ fallaces ſuffocant triticum: ſed tam multum incommodant poſſeſſoribus diuitiarum.*

CVm ſuperbus ille Babylonię rex auream illam ſtatuam erexit, ait Daniel quod eam ſtatuit in campo magno vt ab omnibus videretur & coleretur, ſed quid mirum hominem idolorum cultorem id feciſſe, cum hebræi in lege diuina inſtructi, aurum ſuum in idolorum ſtatuis conflandis profunderent? Hoc obijciebat illis Deus his verbis apud Oſeam. Argentum multiplicaui eis & aurum, quæ fecerunt Baal: ac ſi diceret, contuli in eos multas opes, at illi multiplicatum argentum & aurum, quo eos amplificaueram, in conflandis & ornandis idolis conſumpſerunt. Et alibi idem Propheta ait, aurum

*Daniel. 3. Exod. 32. Oſeæ. 2.*

aurum ſuum & argentum ſuum fecerunt idola ſibi. Et Apud E
*Ezec.* 7. Ezechi: ornamentum monilium ſuorum in ſuperbiam poſuerũt
& imagines abominationum ſuarum & ſimulachrorũ feceru nt
*Exod.* 14 ex eo. Quid quæris? egreſsi ab Aegypto per mare rubrum, vbi
eos Deus inſignibus, prodigijs, eius vim numẽq; ſanctiſsimum
declarantibus liberauerat, ipſo Deo repudiato, fecerunt vitulũ
*Exod.* 32. ex auro, quẽ pro Deo coluerunt. Vide quam cito obliti fuerũt
immortalium illorũ beneficiorũ, quæ paulo ante Deus eis con-
*Diuitiarũ* tulerat. Hi ſunt fructus auri & argenti, cæterarũq; diuitiarum,
*abuſ⁹ quã* quando poſſeſſores maculis ſcelerum notati, eius muneris obli- F
*tũ noceat:* uiſcuntur, cuius efficiendi cauſa eis Deus naturam compotem
rationis & cognitionis impertiuit. Si homines ex auro non cõ
*Eccleſ.* 8. flant ſtatuas, certe multi ex illis ipſum aurum colũt & vnice di-
ligunt. Id intelligens Eccl. multos inquit perdit aurũ & argen-
*Eccl.* 31. tum, & vſq; ad cor regũ extẽdit atq; conuertit. Et alibi, qui au-
rũ diligit, non iuſtificabitur, & qui inſequitur cõſumptionẽ, re-
plebitur ea: Multi dati ſunt in auri caſus, & facta eſt in ſpecie ip
*Diuitias* ſius perditio eorum: lignum offenſionis eſt aurũ ſacrificantium,
*ſectari* væ illis qui ſequuntur illud, & omnis imprudens peribit in illo.
*perniciosũ* Hæc ibi, aurum ſacrificantiũ vocat, quia illud tanquam idolum G
illi colunt, qui cæcæ cupiditatis animorum dominatricis ſtimulis
*Hiere.* 16 concitantur. Huiuſmodi hominibus dicebat Hier. ſeruietis dijs
alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. Ac ſi dice
*Col.* 3. ret, dabitis operam diuitijs, illis miniſtrabitis, quibus dijs collũ
exhibebitis. Ideo *D.* Pau. ad Col. Mortificate inquit auaritiã, quę
*Ephe.* 5. eſt ſimulachrorum ſeruitus, & in epiſ. ad Ephe. eandem repetit
ſententiam.

*Auari mi* Infirma eſt profecto & nunc irridenda, nunc miſeranda, aua-
*ſerabiliter* rorum conditio, qui ex auro & diuitijs non habent niſi laborem,
*viuunt.* dolorem, curas, anxietates & ærũnas. Perierunt ait Sopho. Om H
nes inuoluti argento. Quaſi dicat, peribunt ignibus æternis, deſ
*Sopho.* 1. cendent ad cruciatus nullum finem habituros, hi qui diuitias cu
*Simile.* pide & auare cumulant & retinent, qui veluti baiuli alienorum
*Auari* ponderum premuntur labore & ſudant, nullum inde aut exiguũ
*ſunt ſerui* lucrum reportantes: diuites enim auaritia laborantes non diui
*diuitiarũ.* tiarum Domini, ſed baiuli tantum ſunt. Neſcio cur homines tot
*Auari* tantiſq; conflictentur incommodis propter pecuniæ cupiditatẽ,
*ſemper cũ* quæ nunquam expletur. Nunquam ſatiatur diuitiarum ſitis. Nã
*nimia ſoli* cupidi non ſolum auiditate augendi quæ habent cruciantur, ſed
*citudine* etiam amittendi metu. Nil eſt tam abiecti animi, quã diuitiarũ
*viuunt.* ſtimulis agitari & vinci: nil illuſtrius, quam diuitias contemne-
re



A re ſi non habeas; ſi habeas, ad beneficentiam & virtutis opera
conferre.

Fateor e quidem diuitias per ſe malas non eſſe, nam vt recte *D. Amb.*
obſeruauit beatus Ambro. non in facultatibus crimen eſt, ſed in *Serm.* 1.
abuſu. Vt enim diuitiæ impedimenta ſunt flagitioſis, ita viris iu
ſtis ſunt virtutis adiumentum. At conſiderata imbecillitate & *Pli. li.* 23.
deprauatione noſtra, periculoſæ ſunt & metuendæ. Vt amigda- *Amigda-*
læ autore Plinio homines nutriunt, eorumq; varijs medentur *læ interfi-*
morbis, vulpes autem interficiunt, ſic diuitiæ quæ alijs vtiles *ciunt vul-*
B ſunt & fructuoſæ, alijs detrimentum ferunt: alijs medicamen- *pes.*
tum ſunt, alijs venenum, ſed plerumq; noxiæ quidem ſunt. Sed *Iuuena:*
id perſpicere nolunt diuites, quia quanto plus habent, tanto am *Similitu.*
plius deſiderant & vt ait iuuenalis, creſcit amor nummi quan-
tum ipſa pecunia creſcit. Vt enim ille quem momorderit ſitula *Auarus*
animal venenatum, ſtatim ſitit, & quanto magis bibit, tanto ar- *quãto plus*
dentiore appetitione bibendi flagrat, vt aiunt: ſic ille quem cu- *habet tan*
piditas vulnerauerit: ſiti diuitiarum incenditur, & quanto am- *to plus ſi-*
pliores comparat opes, tanto ardentius earum auiditas accreſ- *tit.*
cit, quare diues apellari non debet. Nam vt D. ait Chryſoſ. Si *D. Chryſ.*
C vis fieri diues, non augeas diuitias, ſed tolle cupiditatem. Et Se *Seneca.*
neca, diues inquit eſt, non qui plus habet, ſed qui minus cupit. *Democri-*
Idem ſentiebat democritus, qui interrogatus quomodo quis di *tus.*
ues fieri poſſet, ſi inquit cupiditatum pauper fuerit. Ex quo effici *Pſal.* 48.
tur vt diues paupertate laboret, eſt enim ſimul & diues & pau-
per. Eam ob cauſam aiebat in Apo. D. Ioannes hoc modo: dicis, *Apoc.* 3.
diues ſum, & locupletatus & nullius egeo: & neſcis quia tu es
miſer, & miſerabilis, & pauper & cæcus & nudus.

## DOMINICA IN QVINQVAGESIMA.

D

## CONCIO PRIMA.

ASSVMPSIT Ieſus duodecim diſcipulos ſuos, & ait *Frat. Lu.*
illis, Ecce *aſcendimus Hieroſolymam.* Luc. 18. Matth. 20. *Granat.*
Mar. 10. Optimi imperatoris officium eſt, milites ſuos *Simile.*
ante congreſſum armis munire & inſtruere. Cum autẽ *Iob.* 17.
hæc ipſa vita quam degimus, tot caſibus & periculis obnoxia
ſit, vt ea vel militia, vel tentatio, in literis ſacris appelletur, ma-
gna Chriſtianæ philoſophiæ pars eſt, ſalutaribus præceptis pe-
ctora noſtra armare, quibus ab impendentibus vndique ſibere-
mur malis. Inter quæ præcepta non poſtremum illud eſt quod
philoſo-

*Præuideamus ſem p quæ nobis euenire poßint.*

Philoſophi paſsim docent, vt videlicet mala omnia quæ nos in E
feſtare poſſunt, multo ante cogitatione præueniamus, & aduer-
ſus ea ſpiritualibus armis accingamur. Hac ergo de cauſa Chri
ſtus diſcipulos ſuos, malorum omnium quæ illis impende-
bant, frequenter admonere ſolitus erat. Hac etiam nos ſalutari
doctrina muniti, demus operam nequod malum improuiſos
nos & imparatos occupet, ſed quid quid accidere poteſt, multo
ante præcognitum & præmeditatum habeamus. Quod contra
*Eccl. 11.* his accidit, qui more pecudum nil niſi ſola præſentia vident. F
Huius igitur admonitionis ſumma eſt, vt illud Eccle. conſilium
nobis ante oculos proponamus, vt videlicet in die bonorum,
non immemores impendentium malorum ſimus.

*Origen. 11. tra. in Matth.* *Act. 21.*

Conſiderans Apoſ. ait Orige. quam ex animo Chriſtus di-
xiſſet quod aſcendebat in Hieruſalem, vbi traderetur, conſ-
pueretur, &c. Curauit etiam ipſe eum imitari, vt conſtat
Acto. 21. Vbi ſcribitur quod apprehendens Agabus Zonam
pauli, & ea ſibi pedes & manus āſtringens, dixit, Eum cuius eſt
hæc Zona, ita Iudæi conſtringent, & tradent eum gentibus.
Quod cum Apoſt. audiret, ſciens Chriſtum magiſtrum ſuum
dixiſſe, Ecce aſcendimus Hieroſolymam, & quod propter nos G
aſcendiſſet vt crucifigeretur, lætatus eſt ſe conſtringi debere,
*Serui Dei lætantur quod pro ipſo patiātur.* tradi, & interfici pro magiſtro ſuo Et quamuis diſcipuli cura-
rent impedire eam profectionem in Hieruſalem, ipſe tamen
reſpondit quod non ſolum lætabatur & paratus erat tradi & af
fligi, verum & deniq; mori pro Chriſto.

*D. Cypr. de diſci. & habi. virg. epiſ. 13.* *Richar. de ſ. victo. ā cōtēpla. gra. par. 1 ca. 76.* *Iſaac ſup hunc locū* *Simile.*

*Ecce aſcendimus Hieroſolymam.* Ad alta non facilis patet aſ-
cenſus, ait Cyprian. in quo intelligimus quod ad perfectionis
ipſius culmen non ſine laboribus aſcēdere poſſumus, per quos
etiam ſancti cælum ipſum conſcenderunt. Non debes ergo ti-
bi perſuadere quod per voluptates & blanditias illuc debeas H
conſcendere. pauci ſunt qui aſcendunt ad virtutum ipſarum fa
ſtigium, ait alius autor, pauciores qui perſeuerant. Vbi enim
difficultas modica accurrerit, ſtatim prope deſperant. Certe ſi
emetiuntur difficultatem ipſam viribus ſuis, impoſsibilis vt ita
dicam, res ea apparebit, verum ſi in Deo ſpem ſuam omnē col
locent, difficultatem omnem & aſperitatem ſuperabunt. Nos
quoq; aſcendemus Hieroſolymā, ſi nos prius humiliauerimus,
Nā vt aues cum volare intendunt, primū omniū ſeſe demittunt
& incuruant ad terram vſq;, quod experientia etiam magiſtra
diſcimus, tū in hominibus, tum in brutis, ita & nos vt aſcēdam⁹
ad ſuperiora & perfectiora queq;, atq; adeo ad celeſtem patriam,
prius



*Chryſ. in Epiſ. ad Ro. ho. 12.*

A prius per humilitatē nos demittere debemus. Laborioſior eſt per
ditionis via quā virtutis, ait Chry. & aſcenſus difficilior videtur,
quam ad virtutes. Vnde & ſi vt ita dicam, certitudinem non ha
beremus quod vitijs ipſis æternas incurramus pęnas, ſatis cer-
te eſſe deberet vt ea fugeremus, laborum copia, quam ſecum ad
ferunt. Vide enim quantos labores hi ſuſtineant qui malum ali-
*Vita mala laborioſior quā bona.* quem finem ſibi propoſuerunt, vt vindictam, fornicationē &c.
Quam multi, vt alia omittam, tunc conſcientiæ ſtimuli, quanta
mæſtitia & triſtitia, quam horrenda ſomnia. Dices laborioſam
B eſſe maxime virtutis viam: fateor quidem, ſed aduerte tamen
*Conſciētia mala excruciat impios.* diſcrimen maximum inter ipſa media quibus vterq; vtitur, &
diſtantiam inter fines ipſos.

*Coacte videmur deo ſeruire.*

*Ecce aſcēdimus.* Libēter quidē patitur, nos vero ſi aliquid boni
agimus, videmur quodāmodo illud coacte agere. Si peccata cō
fitemur, illud pręſtamus ne nos excōmunicēt. Si debita ſoluimus,
id quidē facimus coacti à curia. Si iniurias cōdonamus, illud effi
cim⁹ qa nos amici rogāt. Si eleemoſynas largimur, id pręſtamus
qa pauperes ſūt importuni. Si legata facim⁹, id certe eſt qa iā nos
medici dereliquerūt, & vicini ſum⁹ morti, tūc enī liberales ſum⁹.

*Didac. Stel: in Luc.* *Eſther. 6.* *Grati ſimus erga Deum.*

C *Tradetur enim gētibus.* Si Aſſuerus vſq; adeo ſe Mardochæo gra-
tū præbuit pro vitæ parua mora, quanto gratiori animo debēt
erga Deū Chriſtiani eſſe, à quo nō tantum vitā mortalem, ſed
æternā ſanguine eius emptā acceperunt? Liberatus eſt Aſſuerus
à morte corporis, at nos ab animæ interitu liberi ſumus. Nō ef-
fudit Mardochęus ſanguinē pro rege ſuo, at Chriſt⁹ pro populo
ſuo ſanguinem ſuum ex hauſit. ò quanta diligentia deberemus
in annalibus animæ noſtræ imprimere tantum Dei beneficium!
*Et ipſi nil horū intellexerūt.* Quomodo enim cōuenire crederēt ꝙ fi
D li⁹ hominis quē Dei filiū cōfitebātur, tot ludibrijs & iniurijs affi
ciendus eſſet? ad latrones enim pertinet flagellari, ad blaſpemos
cōſpui, ad ſtultos illudi, & ad parricidas crucifigi, hoc plane nō
intelligebāt. Et cū diſcipuli Chriſtū tenerrime amarēt, nullo mo
do ſibi perſuadebāt ea quę euenire nolebāt. Herodes cū audiſſet
Chriſtū natū eſſe ex prophetarū & Magorū ſentētia, & eſſe re- *Matt. 2.*
gnaturum, nō credidit. Saul ſciebat ꝙ Dauid eſſet regnaturus in *1. Reg. 20*
Iſrael, & ſciebat eſſe electū à Dño, cui⁹ volūtas immobilis eſt, ni *1. Reg. 24*
hilomin⁹ ſuadere ſibi nō poterat ꝙ eſſet regnatur⁹. Hac de cauſa *3. Reg. 22*
etiam nolebat Achab credere Michęę prophetæ veraci, quia nō *Ioann. 9.*
iuxta regis beneplacitum prophetabat. Et Ioannes dicit de cæ-
co nato, quod non crediderunt ei Iudæi, qui certe credidiſſent,
ſi quid contra Chriſtum loqueretur.

Ieſu

*Ieſu fili Dauid, miſerere mei:* Cur quæſo clementiſsime Domine tādiu illum clamare permiſiſti? an te latet nil eſſe tam carū quā quod precibus emitur? non defuerunt enim qui dicerent, malo emere quam rogare. Sed certe hac breui mora, non ſolum deuotionem, fidem atq; perſeuerantiam cæci dominus acuebat, ſed nobis etiam proſpiciebat, ne dilatione donorum quæ ab ipſo petimus, ſpem protinus abijciamus, iuxta illud Luc. Si perſeuerauerit pulſans &c. Quid vero blandius aqua? Quid porro durius lapide? Si ergo gutta aquæ aſsiduitate cadendi duriſsimos lapides mollit & excauat, quid faciet oratio, quę veluti ſagitta quædam eſt, ſi aſsidue paterna illa Dei noſtri viſcera feriat? Moſes quidem iuſſus à deo virga petram percuſsit, quæ cum primo ictu aquam non fudiſſet, ſecundo quidem copioſiſsimam vndam ſitienti populo propinauit.

*Differt Deus beneficia quæ petimus ad maius cōmodum noſtrum.* *Luc.* 11. *Simile.* *Oratio perſeueret* *Num.* 20

*Et qui præibant, increpabant eum vt taceret.* Turba ipſa nempe peruerſi Chriſtiani, ait Auguſt. curant quantum in ſe eſt impedire & obſiſtere his qui ad Deum ſeſe conuertere cupiunt, ne perſeuerantia ſua curentur: qui non debent ſane propterea conquieſcere vel ceſſare à virtute, nec debent cadere animo, & eſſe negligentes atq; ſecordes. Multos labores ſuſtinere debes ait Chryſ. Si vis ad patriam cæleſtem peruenire, non enim deerit qui te perſequatur, & tibi impedimento ſit, inimici tui, amici tui, parētes etiā, cognati, filij, paſsiones tuæ, dæmones deniq; tā varijs modis tum interioribus, tum exterioribus, te laceſſent, vt id plane mireris. Incipe ergo iam frænare & comprimere appetitus tuos, & videbis quænam exoriantur contradictiones, quamq; potentes ſint inimici tui. Videbis tibi quidem eſſe pugnandum & certandū viriliter. Qui enim ita ſe non gerit, haud ſane intelligit quam atrociſsimum ſit hoc bellum, quamq; opus ſit nobis auxilio cæleſti vt vincamus.

*Diſſonum videtur hoc ſimile expoſitioni quā aliqui dant ſuper Num.* 20. *D. Aug. de ver. do. in Euan. ſecū. Ma. ſerm.* 18. *D. Chry. in nō abſo. hom.* 35.

Hæc eſt vna de aſtutijs diaboli, ſuffocare bonum ſemen in germine. Vnde ſerpens religionem inchoantem in paradiſo ſuffocauit. Et per Pharaonem populum Iſraeliticum deſtruere voluit, ſubmerſione paruulorum. Et per Herodem Chriſtum paruulum occidere voluit, quod vt illum occideret, paruulos innocentes occidit. Sic & nunc per hanc turbam vult bonum inceptum ſuffocare, in hoc homine cæco. Diſcamus ex hoc loco non impedire eos qui virtutem ſectantur, ſed potius eoſdem iuuare. Latro ille in cruce ſtatim cæpit admonere ſocium ſuum. Sic Philippus poſtquam Chriſtum inuenit, Nathanaelem adducit. Idem fecit etiam D. Andreas cum D. Petro.

*Contradictionibus viriliter reſiſtamus.* *Gene.* 3. *Exod.* 1. *Matt.* 2. *Ioan.* 1.

Sæpe



A

Sæpe dum conuerti ad dominum poſt perpetrata vitia volumus, dum contra hæc eadem vitia quæ perpetrauimus conamur, occurrūt cordi phātaſmata peccatorū quæ fecimus & mētis noſtræ aciē turbāt, confundunt animū, & vocē noſtræ deprecationis premūt. Qui præibant ergo increpabāt eū vt taceret: quia priuſquā Ieſus ad cor veniat, mala quæ fecimus, cogitationi noſtræ ſuis imaginibus illiſa, nos ipſos perturbant. Sed quid adhuc illuminandus iſte cæcus fecit audiamus. Sequitur quidē, ipſe vero magis clamabat, fili Dauid miſerere mei.

*Tentationes & cōtradictiones multas dæmō repræſentat.*

B

Ecce quem turba increpat vt taceat, magis ac magis clamat, ait Gre. quia quāto grauiori tumultu cogitationū carnalium præmimur, tanto orationi inſiſtere ardentius debemus. Contradicit turba ne clamemus, quia peccatorum noſtrorum phantaſmata plerūq; & in oratione patimur. Sed nimirū neceſſe eſt vt vox cordis noſtri quo durius repellitur, eo valētius inſiſtat, quatenus cogitationis illicitæ tumultum ſuperet, atq; ad pias aures Domini nimietate ſuæ importunitatis erumpat. Oportebat ait Auguſt. Vt tantum clamaret cæcus iſte vt reſiſteret clamoribus & obſtaculis turbæ, & vt animo perſeueranti & conſtanti clama-

C

ret ad Chriſtum quo vſq; audiretur, ita & nos perſeuerare debemus clamantes & inuocantes Deum quo vſq; inaudiamur, & exuperemus vitia noſtra ac prauos mores, qui tanquam turba quædā intēdūt nobis intercludere aditum omnem ad ſalutem noſtram, ſola ergo perſeuerantia hæc ſuperare debemus.

*D. Grego. hom.* 2. *in Euang.* *In oratione procurat dæmō nos diſtrahere.* *D. Aug. li.* 1. *quæſ. Euange. cap.* 24.

*Ipſe vero magis clamabat.* Talis eſt natura fidei ait Chryſ. quanto enim magis vetatur, eo magis accenditur. Itaque ſerui Dei non ſolum in tentationibus non ſuccumbunt, quin potius videntur magis incitari & imflammari. Virtus enim fidei in periculis ſecura eſt, & in ſecuritate periclitatur. Quid enim aliud ſic

D

vigorem fidei in hominibus laxat ac longa tranquillitas? Et alibi ait idem ſanctus, conſtans & fortis animus quo magis vetatur, eo altius prouehitur. Permiſit quidem Chriſtus vt cæcus iſte contradictionem hanc & obſiſtentiam pateretur, quo nobis fieret manifeſtior eius animus, perſeuerantia ac feruor. Item alibi ait, non ideo diffidere debemus quod Deus nobis ſtatim non ſucurrat, quin potius patienter eius auxilium expectemus. Cum plantulam aliquam ſeris, non illico fructum refers, ſed ipſam diu expectas. Cum etiam pecuniam impendis in mercibus, non illico lucrum facis, ſed expectas tempus aliquod. Quæ cum ita ſint, debes patienter ſuſtinere, qui certus es de diuino auxilio, ſi perſeueraueris.

*Chryſ. in non abſo. hom.* 36. *Chry. in Matthe. hom.* 21. *Chry. in Matt. ho.* 21. *Similia.*

O Fili

*D. Aug. li. Solilo. cap. 2.* *Pſal. 137.*

*Fili Dauid miſerere mei.* Audi me creator ait Auguſtin. tua creatura ſum & perij, factura tua, & de formatus ſum: Tuæ iſtæ manus cruci affixæ fecerunt me, quam obrem opera manuum tuarum ne deſpicias. Contemplare manus tuæ vulnera, in quibus me deſcriptum habes: lege ſcripturam iſtam, & ſuccurrito mihi quæſo. Indigentia ſane qua laboro, efficit vt tam importunis vtar clamoribus: infirmus ſum, & clamo ad medicum. Cæcus ſum, & voco eum qui me illuminet: miſerere ergo mei fons miſericordiæ, lux tranſiens expecta quæſo cæcum iſtum, & duc eum: vita mea reſtitue, ac reſuſcita me mortuum. Cibus ſum vermium, & deſpectus omnino, miſere mei. Satis eſt enim me hominem eſſe quo miſerijs & calamitatibus abundem. Miſerere ergo mei fili Dauid.

*Quid debeamus à deo petere in oratione.*

*Deut. 4.* *Principes audiant pauperes.* *2. Tim. 3.* *Iſa. 1.* *Gen. 4.* *Prou. 21.*

*Stans autem Ieſus, iuſsit illum ad ſe adduci.* Non eſt alia natio tam grandis quæ habeat deos appropinquantes ſibi ſicut adeſt nobis Deus noſter. Diſcant hinc reges, principes, prælati, & horum miniſtri, pauperibus negotiantibus locum dare. Olim quidem mulier quædam Adriano imperatori dixit, vel me audi, vel imperatoris dignitatem depone. Sed iam omnes quærunt quæ ſua ſunt, negotia tractant ſua, omnes diligunt munera. Cæterum non minus clamat coram Deo ſanguis pauperis ſpreti, quam ſanguis iuſti Abelis. Qui obturat aurem ſuam ad clamorem pauperis, ipſe clamabit & non audietur.

*Petamus à domino confidenter* *Pſal. 36.* *Thre. 2.* *4. Re. 19.*

*Quid tibi vis faciam?* Vult hac interrogatione Chriſtus nobis inſinuare vt qua fiducia filij ad parentes impendente aliqua tempeſtate confugiunt, eiſque calamitatem ſuam familiariter aperiunt, eadem ad eius nos pluſquam paterna viſcera confugiamus, illique cauſam noſtram aperiamus, propheticum illud implentes, reuela Domino viam tuam. Et illud item Hierem. conſurge in nocte in principio vigiliarum, & effunde ſicut aquam cor tuum ante Dominum. Sic olim Ezechias rex feciſſe legitur, qui quas literas minarum & blaſphemiæ plenas à Sennacherib rege Aſsiriorum acceperat: aſcendens in templum expandit coram Domino. Perinde enim ac ſi Dominum coram videret, ita literas ante ipſum propoſuit, vt hac ratione intelligamus qua fiducia ſanctus ille rex ad Dominum confugerit; qui quaſi cum amico familiariter agens ita litteras ante eum velut ab eodem legendas expandit. Sic Propheta dicebat, effundo in conſpectu eius orationem meam. Nec vero timendum eſt quod ipſi Domino aſsiduis cla-





*Pſal. 141.* *Cant. 2.* *Hier. 33.*

A duis clamoribus noſtris faſtidium pariamus. Si enim moleſtæ eſſent ei preces noſtræ, non eas vtique tanto ſtudio à ſponſa ſua exigeret cum ait, oſtende mihi faciem tuam ſonet vox tua in auribus meis: Et alibi, fac me audire vocem tuam. Et per Hiere. dicit, clama ad me, & exaudiam te.

*Frater Lud. Gra.* *4. Reg. 4.* *Simile.*

Marci quidem hiſto: legitur de iſto cæco, quod proiecto veſtimento ſuo exiliens venit ad Ieſum. Mulier etiam olim illa quæ Eliſæum hoſpitio accipere ſolita erat, vbi vnicum filium quem habebat, mortuum vidit, in montem Carmeli B ad virum Dei iumento inſidens quanta potuit celeritate contendit, puerumque ſe inſequentem vrgebat acriter dicens, feſtina, ne mihi moram facias in eundo, & hoc age quod præcipio tibi. Si tu ergo ita animæ tuæ mortem, ſicut iſta filij ſui deplorares, & quid eſſet in corpore viuo mortuam geſtare animam cogitares, non dubito quin ſimili feſtinatione atque ſtudio illius vitam & ſalutem quæreres. Sed quoniam hæc te mors omnino latet, tot morandi cauſas nectis. ô te miſerum! ô infelicem! ſi oculos habes quibus lucra mundi videas, cur non etiam habes vt æternæ vitæ lucra C pariter & damna tua conſpicias? Sanctus ille adoleſcens Ioſeph cum pudicitiam ſuam tueri niſi pallio relicto non poſſet, pallio maluit quam pudicitia carere. Ad hunc ergo modum cæcus noſter vt celerius ad Chriſtum properaret, veſtimentum in ipſo itinere reliquit: cuius vtriuſque exemplo monemur vt omnia quæ ſalutem noſtram vel impedire vel remorari aliqua ratione poſſunt, quam ocyſsime relinquamus. Si enim propter corporis ſalutem, quæ paucorum dierum eſt, præcipua corporis membra ferro & igni crucianda tradimus, cur non veſtem, cæteraque inania impedimenta relinquimus propter vitam illam quæ æternum D duratura eſt? Si igitur tanta celeritate cæcus hic ad corporeum lumen accipiendum ſe præparabat, quid nos facere par eſt vt ſpirituale mentis lumen à Domino conſequamur? Præſertim cum tantis interuallis corpus ab anima quidem ipſa diſtet.

*Peccatum ſi cognoſceremus, ab eo velis & remis fugeremus.* *Gene. 39.* *Impedimenta fugiamus quæ nos à deo auocant.* *Simile.* *Simile.*

*D. Greg. ho. 2. ſup. Euang.* *Amor vbi figendus.*

*Domine vt videam.* Fratres chariſsimi, ait Gregor. imitemur quem & corpore audiuimus & mente illuminatum, non falſas diuitias, non terrena bona, non fugitiuos honores à Domino, ſed lucem quæramus. Nec lucem quæ loco clauditur quæ tempore finitur, quæ noctium interruptione variatur, quæ nobis communis cum pecoribus cernitur,

ſed lucem quæramus quam videre cum ſolis angelis poſsimus, E
quam nec initium in choat, nec finis anguſtat. Hunc aſpectum
*Palla.* comparare debemus, corporalis enim parui eſt momenti:
Magnus ille Antonius vt Palladius refert cum Didimum ocu-
lis captum inuiſiſſet; eum que de rebus diuinis mirabiliter diſ-
ſerentem non ſine magna admiratione audiuiſſet, & ab eo
*Cæcitas* quæſiſſet num orbitatem illam moleſte ferret, iſque tacen-
*animæ ti-* do magis quam loquendo animi ſui mærorem indicaſſet, cur
*menda.* ait ſanctus vir grauiter fers quod his oculis cares quos formi-
cæ habent, cum eos tamen habeas qui tibi cum angelis com- F
munes ſunt?

*Vult De⁹* *Domine vt videam.* Vt cæcus ſuam miſeriam fateretur inter
*vt benefi-* rogauerat eum Chriſtus, quid tibi vis faciam? Optime qui-
*cia ab eo* dem nouerat quid vellet, ſed tamen eius propriam requirit
*poſtulem⁹* confeſsionem, quæ fit cum homo ſeipſum accuſat apud Deum,
*1. Cor. 11.* & cognoſcens delicta ſua, aduerſus ſeipſum ſententiam fert.
Eam ob cauſam ait Apoſto. Si noſmetipſos iudicaremus, non
vtiq; iudicaremur: Dum nos metipſos accuſamus & damna-
mus, abſoluimur à deo, & eius bonitati fidentes, ad tutum di-
uinæ miſericordiæ portum confugimus. Audi Dauidem ſcelus G
ſuum agnoſcentem & clamantem, iniquitatem meam ego co-
noſco, & peccatũ meum contra me eſt ſemper, hoc eſt aſsidue
*Pſalm. 50* mihi ante oculos mẽtis verſatur. Viciſsitudo fuit inquit Chryſ.
*D. Chry.* Deus dedit dauidi miſericordiam, Dauid autem dedit Deo con
feſsionem, ac ſi diceret, ſcio Domine non futurum eſſe impu-
nitum flagitium meum, noui eius iuſtitiam cuius imploro mi
ſericordiam. Sed ideo à te Domine peto ne ſcelus meũ punias,
quia ego illud punio: ideo precor vt ignoſcas, quia ego cognoſ-
co: & quia te offẽdi, vim lachrymarũ profundo. Aut vt ait Gre.
quaſi diceret, ſcio quem inuocem, iuſtum inuoco qui & peccata H
*Grego. in* odio habet, & iſta impunita non dimittit: Sicut eius miſericor-
*Pſalm. 4.* diam expecto, ita etiam iuſtitiam eius attendo. Nam ſic poſtu-
*pœniten.* lo miſericordiam accipere, vt nolim ab eo iuſtitiam ſuam aufer
re: Nolo vt peccatum meum remaneat impunitum: Sic miſeri-
*Pœniten-* cordia eſt vt peccanti ignoſcat, ſic iuſtitia eſt vt peccatum im-
*tes quid* punitum non tranſeat. Sed quia peccatum meum ego ipſe
*debẽt à* paueo, ideo vt tu me non punias tam vehementer exoro: ideo
*deo poſtu-* agnoſco, vt tu ignoſcas. Nõ poſui ſuper dorſum quod feci, non
*lare.* intueor alios oblitus mei. Nõ affecto de oculo fratris feſtucã &
*Matt. 7.* trabẽ quę in oculo meo eſt nõ cõſiderare. Peccatũ meũ cõtra me
*Luc. 6.* eſt ſemper. Quicũq; miſericordiã Dei inuenire d̃ſiderat, neceſſe

eſt ſed



A eſt etiã grauiter peccata agnoſcat, puniat, quidem culpas fleti
bus, faciẽ Domini in confeſsione præueniat, ponat ante cor-
dis oculos & culpas operis, & vltimæ terrorẽ animaduerſionis. *Confitea-*
Pẽſet quã diſcretus iudex veniat, qui ideo peccatores ſuſtinet, *tur & cul*
vt eis cõuerſis minus inueniat quod cõdẽnet. Aſcendat tribunal *pã ſuã de*
mẽtis ſuæ, conſtituat ſe ante ſe, videat fœditatẽ ſuã vt corrigat, *teſtetur*
ne nolens tandẽ videat & erubeſcat. Sit ſibi iudex incorruptus, *qui vult*
torqueat eũ timor, erũpat cõfeſsio, vt cũ propheta poſsit dice *veniã im*
re Deo, iniquitatẽ meã ego cognoſco. Quod autẽ dicat prophe *petrare.*
B ta, peccatũ meũ cõtra me eſt ſemper vt ait grauis quidã autor, *Pſal. 50.*
eſt dicere, peccatũ meũ corã me eſt ſemper: nã præpoſitio cõtra *Pin. in*
ſæpe ſumitur pro e regione iuxta illud Matt. ite in caſtellũ quod *Eze. 7.*
cõtra vos eſt. Et illud Eccl. ſi humiliauerit ſe corãte. Quaſi dicat *Matt. 21.*
Dauid, aſsidue video & ſẽper corã me habeo peccatũ meũ. Qua *Eccl. 6.*
re ſupplex à te peto ne cognoſcere velis ſeu diiudicare hãc cauſã, *Lu. Car.*
quãdo quidẽ ego cognoſco & diiudico: noli eã punire, quãdo qui
dẽ eã in me ipſo puniã: eã ante oculos geſto & repræſento ſoli-
cite, tu igitur velis eãdẽ obliuiſci Hoc ſi quidem tibi proprium
eſt & peculiare. Verſatur vt ait ſanctus Brunus, quidem aſsi- *D. Brun⁹*
due ante oculos meos grauitas ſcelerum meorum, & propterea *in Pſal. 56*
C toto conatu veniam abſte poſtulo.

## DOMINICA IN QVINQVAGESIMA.

## CONCIO SECVNDA.

### *Mortis conſideratio quantum conducat.*

D ASSVMPSIT *Ieſus duodecim diſcipulos ſuos, & ait illis, ec
ce aſcendimus Hieroſolymã.* Luc. 18. Mat. 20. Mar. 10. Ante-
quam Chriſtus moriatur, mortis eſt memor, vt tu ſis *Eccl. 17.*
ante mortem memor mortis. Eccl. in omnibus operi-
bus tuis memorare nouiſsima tua, & in æternum non pecca- *D. Hier.*
bis. D. Hieronymus in epiſ. Platonis eſt ſententia, omnium *Plato.*
ſapientum vitam meditationem eſſe mortis. Sapientis ſum-
ma philoſophia, aſsidua eſt mortis meditatio. Vnde Eccle. *Eccl. 30.*
ait, memor eſto iudicij mei, ſic enim erit tuum, meum heri,
tuum hodie. Quæ verba dicuntur vnicuique viuentium in per-
ſona iam mortui. Leui. 1. Præcepit Dominus vt offerens ho- *Leui. 1.*
locauſtum de turturibus, aut de columbæ pullis, proijceret *Figura.*

 verſiculam

veſiculam gutturis & plumas in locum cinerum. Ille de turture E
holocauſtum offert, qui mundo relicto Chriſtum pauperem ſe- *Mundum deſeram⁹*
quitur : ille vero de columba offert, qui in mundo viuens , Deo *& Chriſtum ſe-*
ſeruire contendit: pluma vero leuitatem ſignificat: in locum er- *quamur:*
go cinerum veſiculam proijcit, qui conſideratione mortis ſuę,
cupiditatem ab ſe abijcit, non curans acquirere ea quæ breui
eſt amiſſurus & perditurus : & quod grauius eſt, ea à qui-
bus erit perpetuo perdendus. Vnde D. Bern. Vtinam tantum *D. Bern.*
congregata perirent, & non congregator eorum. Tolerabilius
eſſet inſudare labori perdituro, quam perempturo. Plumam ve- F *Conſideratio mortis*
ro in locum cinerum proijcit , qui conſideratione mortis, *plurimũ*
vanitatem huiuſmundi refugit , intelligens fatuum & ſtul- *conducit.*
tum eſſe , in via quæ ad mortem perducit , gaudio affici. D. *D. Augu.*
Auguſtin. enim ait, nil aliud eſſe tempus præſentis vitæ quam
curſum ad mortem.

Quanta vero commoda ex mortis memoria nobis vſu ve-
nire poſsint , facile explicari non poteſt. Mortis ſiquidem re- *Cõmoditates ex mor-*
cordatio fugat vitiorum exercitium : mundum contemnit, *tis memoria ſequen-*
omnes eius vanitates arguit , hominem ſeipſum contemne- *tes.*
re facit, quomodo ſe in hac vita recte gerat oſtendit : immo- G
deratam in rebus proſperis lætitiam moderatur, & tandem
in cauſa eſt vt homo de præſenti & de futura vita recte iu-
dicet. Fugat inquam vitiorum exercitium mortis memo-
ria : non enim tantum aduentum iudicis latrones timent, *Prima vtilitas.*
quantum vitia mortem . Vnde quemadmodum iumenta om- *Simile.*
nia, cauda quam habent ſe à muſcis defendunt , ita homo *Secunda vtilitas.*
a vitiorum impulſu mortis conſideratione . Omnes mundi
vanitates arguit, concupiſcentiam ſcilicet oculorum in hoc
quod homo nudus in terram à qua egreſſus eſt reuertitur,
vt Iob ait . Concupiſcentiam carnis , in eo quod corpus H *Iob. 1.*
delicijs & voluptatibus enutritum , vermibus datur. Super-
biam vitæ, in eo quod qui præferri & anteponi alijs om-
nibus appetebat, ſub viſceribus terræ, quæ infimum om- *Tertia vtilitas.*
nium elementorum eſt , ſepelitur & collocatur. Hominem
ſimiliter ſeipſum contemnere facit mortis memoria , eius
tandem in puluerem & cinerem reſolutionem ante oculos
ponendo . Et hoc erat quod obnixe Dauid deprecabatur di- *Pſalm. 9.*
cens, vt ſciant gentes quoniam homines ſunt, id eſt ex humo
& terræ limo ſumpti. Præterea quomodo ſe in hac vita ge- *Quarta vtilitas.*
rat, docet: quemadmodum enim aues cauda ſe ipſas volan- *ſimilia.*
do gerunt, & piſces natando , ſic homines memoria mortis.





A Vnde Iob ait , interroga iumenta & docebunt te, & volatilia *Iob. 12.*
cæli, & indicabunt tibi. Sicut etiam qui nauigare bene vult, in *Quinta*
nauis fine ſe collocat , ſic vir ſapiens finis ſui conſideratione gu *vtilitas.*
bernat recte omnes ſuas actiones. *Similitu.*

Prodeſt etiam quam plurimum mortis recordatio ad im-
moderatam rerum proſperarum lætitiam moderandam &
temperandam, cum tantam præſeferat amaritudinem, iuxta il-
lud Eccle. ô mors quam amara eſt memoria tua quieto vi- *Eccl. 41.*
ro &c. Et vt finem his addamus , huius memoria vir ſa-
B piens de præſenti & futura vita rite iudicat . Poſitus enim *Mortẽ, in*
in mortis meditatione aliquis in extrema hora , iudicat à pro- *fernũ, &*
pe terribiles infernorum pœnas , atque ineffabilem beatitu- *gloriã ſæ-*
dinis mercedem. Qui vero hac conſideratione non tenentur, *pe recole-*
ſed potius ſe diu eſſe victuros ſperant , à longe & pœnas & *re mente*
præmia conſiderant, ex quo fit vt quam modica eis videan- *debemus.*
tur omnia. Quaſi in initio vitæ ſuæ ſe ille tenebat qui dice-
bat, anima mea multa habes bona , poſita in annos pluri-
mos , requieſce , bibe , comede , epulare . Sed Deus ſubito *Luc. 12.*
ad finem vſque vitæ perduxit dicens , ſtulte hac nocte animam
C tuam repetam à te . Habitemus igitur & non ſicut Iſachar, *Gene. 42.*
inter terminos vitæ præſentis & futuræ, vt ſic rectius de vtra-
que iudicium ferre valeamus, ſicque vitam noſtram ad Dei
normam atque regulam inſtituamus, Chriſtumque ad mor-
tem aſcendentem imitemur.

Quid eſt enim fragilius homine? quid imbecillius ? Quid
calamitoſius ? Homo inquit Iob , quaſi flos egreditur , & *Iob. 14.*
conteritur , & fugit velut vmbra . Et regius vates , homo
ſicut fænum, dies eius tanquam flos agri ſic efflorebit in illo *Pſal. 102.*
D & non cognoſcet amplius locum ſuum. Et Iſa. Omnis ca-
ro fænum , & omnis gloria eius quaſi flos agri . Qui mo- *Iſa. 40.*
do vigebat , & admirabili pulchritudine ornatus , oculos vi-
dentium oblectabat , dicto citius tabeſcit , & inſtar floris
vento rapti decidit , & ad interitum vocatur . Nullum vitæ
tempus eſt aut metu liberum , aut calamitatibus vacuum *Securi nõ*
aut mæroribus ſolutum . Vitam ingredientes , ſtatim nos *ſumus in*
tradimus lamentis , & in ſignum futurarum ærumnarum, *hac vita.*
exordium ducimus à ploratu . Cum Ionas ſub vmbra hede- *Ionæ. 4.*
ræ quæ celerrime creuerat , requieſceret , eſſetque gaudio
perfuſus , venit vermis & percuſsit hederam , & exa-
ruit. Qua de cauſa fuit Ionas tot curis confectus , tot do-
loribus implicatus , vt exitum quidem ipſum profecto Ionas

vitæ optaret. Quæ eſt hædera hæc viriditate florens, cito pullulaſcens, & ſtatim euaneſcens, niſi vitæ iucunditas, & cætera illa quæ magnopere deſideramus, in quibus, voluptatem conſtituimus, quæ adepta ſtatim amittuntur? Venit vermis mortis aut mæroris, & omnia conſumit. Quot homines vidimus qui diuitias, honores, dignitates expectantes, ad quas auiditate inflammati rapiebantur, eas fuere conſecuti, ſed in medio ſuæ lætitiæ, omnia illa momento temporis euanuerunt, & ipſi ad ſummam mundi gloriam floreſcentes, illico calamitatibus preſsi, & indedecore verſati, aut ſtatim conſumpti ſunt, aut vitam ſibi acerbam eſſe putarunt? ô falſam mortalium ſpem! ô variam, volucremque mundi commutationem! ô cæcam noſtram cupiditatem! ô præpoſteram gratulationem! Quam cito vitam noſtram, mundi opes & honores, ex fallaci voluptate, ad verum luctum recidere intuemur! Omnia hæc inſtar imaginis conſumuntur & pereunt, & vt Pindari vtar verbis, cum vmbræ ſomnio comparantur. Tranſit mundus ait Ioann. & concupiſcentia eius. Et D. Paulus præterit figura huius mundi. Si mundus tranſit, ſi id quod ſubſtantiam eſſe exiſtimamus, figura eſt, cur vitam noſtram, ſpem, opes & voluptates cogitamus permanſuras? Videbis aliquando in aere nubem hominis magni figuram habentem, quæ mox expanditur, & turres excelſas repreſentat, ſed ſtatim vento rapta diſſoluitur & euaneſcit. Huiuſmodi eſt ſpes noſtra in mundo collocata. Ponit nobis mundus in imaginationis conceptu futuros nos eſſe magnos homines, & nomen ac celebritatem conſecuturos. Promittit nobis montes aureos, & turres gloriæ, & dignitatum, ſed omnia hæc ſunt arces in aere fabricatæ & caſtella ex vento compoſita, in vanitate fundata, quæ celerrime diſsipantur, ea pleroſque mortales falſis promiſsionibus oblectarunt, ſed ſpem ſuarum cogitationum ſæpe numero fefellerunt. Vnde Eccle. hoc inquit, ſecundum hoc viſio ſomniorum. Ac ſi diceret, diuitiæ quæ appellantur, quæ reuera non ſunt diuitiæ, ſed diuitiarum imagines, & alia huiuſmodi quæ non ſunt res ſolidæ & perpetuæ, vt mundus exiſtimat, ſed earum rerum vmbræ & figuræ & ſimulachra, omnia denique quæ non ſunt hoc, ſed id quod videtur hoc, ſunt abſque dubio res quædam viſæ in ſomnis, fallaces & inanes. Ideo exclamat Salomon, vanitas vanitatum. Et Pſal Vidi impium ſuper exaltatum &c. Oculi non vident ſe, at videntes

E F G H

*Figura.*

*Mortis cõſideratio quãtũ conducat.*

*Firmitas non eſt in rebus mũdanis.*

*Pinda.*

*1. Ioan. 1.*

*1. Cor. 7.*

*Simile.*

*Potentia mũdi quã cito tranſeat.*

*Eccl. 34.*

*Proſperitates humanæ quã ſint mutabiles.*





A ſpeculum, ſeipſos intuentur; nos non conſideramus fragilitatem noſtram, ſed ſi ſpeculum memoriæ mortis & cognitionis noſtri coram oculis poſuerimus, illud aſpicientes, nos ipſos in illo aſpicimus. Qui fieri poteſt vt alia cognoſcat, qui ſui ipſius non habet cognitionem? Hanc noſtri cognitionem appellat Deus collyriũ, dicens in Apoca: collyrio inunge oculos tuos vt videas.

*Eccl. 1.* *Pſal. 36.* *Simile.* *Apoc. 3.*

*Boni quotidie aſcendunt, & mali deſcendunt.*

B Viri iuſti & omni virtute præſtantes, quotidie dicere poſſunt, Ecce aſcendimus Hieroſolymam, cum eant de virtute in virtutem, vt videant Deum Deorum in Sion, at vero iniqui nõ ſic, ſed potius dicere poterunt, ecce deſcẽdimus in infernum, cum in peius ſemper proficiant, atq; quotidie deteriores fiant. Quare ſi Chriſtus ſtudioſum interrogaſſet, Quo vadis? reſpondere merito poſſet, ecce aſcendo: Quod ſi impium, ecce deſcendo. Itaq; iuſti ſingulis diebus iter diei peragunt in cælum conſcendendo, impij vero in inferos deſcendendo: Quotidie peragunt iter diurnum boni vtiq; cælum petendo, mali vero inferos: Scalam vidit C Iacob terræ innixam, cuius cacumen cælum tangebat, angelos etiam vidit aſcendentes & deſcendentes per illam: præterea dominum vidit illius cacumini incumbentem: Quo myſterio ſignificare aperte voluit Spiritus Sanctus, iuſtorum aſcenſum atq; peccatorum deſcenſum. Alij enim aſcendunt vſque ad cælos alij deſcendunt vſq; ad abyſſos. Scala igitur qua viri iuſti aſcendunt, charitas eſt, gradus vero huius ſcalæ quindecim enumerat D. Pau. dicens, charitas benigna eſt, patiens eſt, non æmulatur, non agit perperam, non inflatur; non eſt ambitioſa, non quærit quæ ſua ſunt, non irritatur, non cogitat malum, non gaudet ſuper iniD quitate, congaudet autem veritati, omnia ſuffert, omnia ſperat, omnia ſuſtinet. Per huiuſmodi igitur gradus vir pius aſcendit Hieruſalem quæ ſurſum eſt mater noſtra. Has aſcenſiones in corde ſuo diſponit viuens in hac lachrymarum valle. His gradibus quæ ſurſum ſunt quærit, quæ ſurſum ſunt ſapit, nõ quæ ſuper terram tales dominus altitudini huius ſcalæ innixus, prouocat dicens, venite ad me omnes qui laboratis bonis operibus inſudando, & ærũnis & afflictionibus onerati eſtis, & ego in hac peregrinatione reficillabo vos, & poſt peractam, prandio vitæ æternæ reficiã. At vero ſcelerati à charitate decidẽtes per oppoſitos gradus in infima deſcendunt, impatientes cum ſint, malitiæ æmulatores, agentes perperam, inflati, ambitioſi, quærẽtes quæ

*Pſal. 83.* *Studioſi in cæ. ũ, vitioſi in infernũ tendunt.* *Gen. 28.* *Figura.* *Pſal. 106* *1. Cor. 13.* *Scala qua in cælũ ſerui Dei cõſcendunt.* *Gal. 4.* *Pſal. 83.* *Galat. 3.* *Matt. 11.* *Scala per quã mali in infernũ deſcendũt.*

ſua ſunt, imitantes ſuum principem diabolum cuius fuit ſem- I
*Luc. 10.* per deſcendere. Videbam inquit dominus Sathanam ſicut ful-
gur de cælo cadentem.

*Virtutes in ſublimi ſitæ ſunt.* Aſcendunt in virtutem boni quia res eſt excelſa & ſublimis. Nil eſt enim excelſius virtute, nil illuſtrius & ſublimius. Neſciunt pleriq; mortales quantas vires virtus habeat: nomen tantum vir tutis vſurpant, quid ipſa valeat ignorant. Virtus in horribili procella, tranquilla eſt, in tenebris lucet, pulſa loco non dimoue tur quanto humilior videtur, tanto altior apparet. Nil tam altũ natura conſtituit, quod poſsit cum eius altitudine comparari. F

*Stoicorũ ſententia.* Hæc eſt quam ſolam ſtoici ſatis eſſe dicebant ab bene beateque viuendum: Sed illi vmbram quandam virtutis videbãt, ipſam au tem veram virtutem non intuebantur. *D. Augu. lib. 4. ciu. Dei.* Nam nõ eſt vera virtus vt ait D. Aug. niſi quæ ad eum finem tendit vbi eſt bonum hominis, quo melius non eſt. Sed virtutis altitudinẽ illi non aſpiciunt, quo rum cogitatio eſt in terram prona humiq; defixa, de quibus ait *Pſal. 16.* diuinus Pſaltes, oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram. *Seneca epiſt. 88.* Sene ca ſolo lumine naturali, aut Chriſtianorum cõſortio, aut vtroq; illuſtratus, ait, virtus extollit hominem, & ſuper aſtra mortales collocat. Et Tragædia. 9. Nunquam ſtygias fertur ad vmbras in- G clyta virtus. *Salluſt.* Et Salluſt. in proœmio de bello Catilinario, quæ ho- mines arant, nauigant, ædificant, virtuti omnia parent. *Virg. li. 6 Aen.* Æt Virg. Iuppiter; aut ardens euexit ad æthera virtus. Tanta eſt virtutis al titudo, ut non ſolum Chriſtiani eam lumine fidei & doctrinæ aſ- piciant, ſed etiam nonnulli ex infidelibus & indoctis eam quo- dãmodo intueantur. *Virtus à multis gẽtilibus amplexata.* Hæc eſt quæ hominem etiam in vita morta li fert in cælum, eius animum à rerum caducarũ cogitatione ab- ducens, & ad altiſsimam rerum diuinarum tranſferens contẽpla- tionẽ. *Phil. 3.* Vndè D. Pau. aiebat, noſtra cõuerſatio in cælis eſt. Sed vir- tus hæc de qua loquor quæ hominem rapit in cęlum, eſt cum illa H charitate coniuncta, quæ vt verbis vtar *D. Aug.* D. Aug. eſt rectiſsimi ani mi affectio, qua diligitur Deus propter ſe, & proximus propter Deum. Hæc eſt virtus ad quam debemus aſpirare, & in cuius ac- tiones debemus incumbere.

*Gen. 19.* Hic Chriſti aſcenſus denotat aſcenſum quẽ in virtutis culmẽ face re debemus: Volens Deus eripere Loth à Sodomorũ interitu & incendio, præcepit illi vt ab impia ciuitate diſcederet, & non reſ piceret poſt tergum, ſed in montem aſcenderet: ſed reſpiciẽs eius vxor retrorſum, verſa eſt in ſtatuam ſalis. Hic mons eſt perfecta virtus, omnibus numeris abſoluta, quæ altitudine ſua nubes trãſ cendit, & cælum attingit. Efficit enim vt homo in terra corpo- re



A re conſtitutus ſit in cælo animo collocatus. Hunc excelſum vir- tutis montem vult Deus vt relicto mundo ante oculos propona mus, ad eum aſcendamus, & in eius aſcenſu conſtanter perſeuere mus: at ſi retro reſpexerimus, mundi vanitates & impietates ite- rum cupientes, erimus omnibus virtutum ornamentis ſpoliati, & in ſalis ſtatuam conuerſi. *Per virtutem aſcendimus ad perfectionis mõtẽ.* Hæc ſtatua permanſit ad eccleſiæ vſ que tempora, & flauius Ioſephus aſſerit ſe illam vidiſſe. *Ioſe. li. 1. Anti.* Sed cum Deus ſtatueret vt hæc ſtatua vigeret memoria tot ſeculorũ, eãq; poſteritas intueretur, quæres fortaſſe cur eam nõ ex duro mar B more aut ſilice, aut ex aliqua alia dura & firma materia, ſed ex ſale eſſe voluerit. *Statua vxoris Loth quare nõ fuit ex marmore vel ſilice.* Reſponſio eſt in promptu, voluit Deus vt conſ cientias noſtras ſale & illo condiremus, eiusq; ſtatuæ cauſam me moria repetentes, cuncta deteſtaremur flagitia, vt ita conſtantia muniti, nullo modo reſpiceremus retro, ſed ad montis faſtigium & ſummitatem feſtinaremus. Hoc volens Deus ſignificare apud Ezechi. præcepit ne homines templum ingreſsi eo oſtio exirent quo introierant, ſed vltra tenderent, ne terga verterẽt, Deumq; relinquere viderentur. *Ezec. 46.* Vndè Apoſ. dicebat, quæ quidem retro ſunt obliuiſcens, ad ea vero quæ ſunt priora extendens meip- C ſum, ad deſtinatum perſequor brauium ſupernæ vocationis Dei in Chriſto Ieſu. *Phil. 3.* At ſentienda eſt inconſtantia noſtra, omnique lachrymarum copia deploranda: *Simile.* vt enim delicata aurificis ſta- tera paruo quidẽ quodam pondere mouetur, vt quolibet grano ſupra poſito deorſum tendat, ſic nos quacumque re ſiue proſpe ra ſiue aduerſa perturbamur & fundum petimus, & mutamus propoſitum, *Maximẽ vacillamus incõſtantia.* modo lætitia efferimur, modo dolore comprimi- mur: quos nunc toto ore laudamus, ſtatim de cælo deijcimus & maledictis laceſsimus: quos modo amore proſequimur, illico ad exitium & vaſtitatẽ vocamus, nunc virtutẽ amplectimur, ſed D confeſtim abijcimus. *Simile.* Quemadmodũ Chamæleon ad ſpeciẽ rerum quibus admouetur mutat colorẽ, ſic nos quacunq; tẽtatione ob iecta, mutamus virtutis propoſitum. *Chamæleõ quas habeat conditiones.* Et quemadmodũ Chamæ- leon colorẽ albũ non recipit, cũ cæteros recipiat, ſic nos ad om- nia facile & obſequẽter præterquã ad animi cãdorem mutamur. Quamobrem neceſſe eſt vt verè atq; ex animo in virtutis ſtudiũ incumbamus, atq; Hieroſolymã aſcendamus.

*Solicitudo rerum temporalium, cæleſtem nobis viam impedit atque retardat.*

MVlti quidem hunc cæcum impedire conabantur quominus Chriſtum vocaret: ſic etiam multa nobis obſtacula propo- nũtur ne ſalutis viam diligenter teneamus, præſertimque ſolici- tudo

*Simile.* tudo & cupiditas rerum temporalium. Cum enim bruta creata
non ſint ad poſsidendum cælum, ſed terram, decet eam mani-
bus terere & attingere: at homo ad Dei imaginem & ſimilitudi
nem creatus ad cæleſtem beatitudinem poſsidendam, non terit
*Terrena* manibus terram, ſed pedibus eam conculcat. Voluit Deus vt ipſa
*contemnā-* noſtra compoſitio nos moneret vt vellemus contemnere terrā
*mus.* & ad cælum ſemper aſpirare. Eam ob cauſam cum cæteras ani-
mantes natura abieciſſet ad paſtum, ſolum hominem erexit, eius
manus abduxit à terra, & oculos ad cæli conſpectum quaſi ad
proprium domicilium excitauit, Felices illi qui paucis contenti
*Diuitias* opes ſuas propter Chriſtum inopibus largiuntur & ad eas opes
*cæleſtes ap* aſpirant, ex quibus credunt poſſe verum decus refloreſcere, ve-
*petamus.* ramq; dignitatem redundare, qui poſſunt dicere cum Apoſtolis,
*Mat. 19.* Ecce nos reliquimus omnia & ſecuti ſumus te. De cupidis & ſo
*Pſa. 48.* licitis harum rerum tēporalium dicit regius Pſaltes, relinquūt
alienis diuitias ſuas, & ſepulchra eorum domus illorum in æter
num. Loca inferni vbi impiorum animæ ſunt ſepultæ vocat do-
mum illorum in æternum.

Hanc cupiditatem & ſolicitudinem rerum temporalium nobis
*Iſai. 2.* inſinuauit Iſa. cum ait, Repleta eſt terra argento & auro, & non
*Auaritia* eſt finis theſaurorū. Quoniam auarus nunquam ſatiatur, ait the
*inſatiabi-* ſaurorum non eſſe finem, hoc eſt nunquam expleri ſitim cupidita
*lis.* tis: quo enim magis auari diuitijs abundant, eo ardētius eas ap-
petunt. Auarus vt ait Salomon non impletur pecunia. Animad-
uerte, non inquit repletum eſt cor auro & argento, ſed repleta
*Eccle. 5.* eſt terra. Fieri enim poteſt vt terra impleatur diuitijs, & homi-
*Plato.* nis auari animus nunquam implebitur. Non ſine cauſa Plato &
*Archi. Ta* Architas Tarētinus, animum hominis cupidi perforato vaſi ſi-
*ren.* milem eſſe dixerunt, ob inſatiabilem atque infinitam voraginem
*Pſal. 16.* appetendi. Tunc ſatiabimur cum Deo fruemur in gloria. Cum
igitur caducæ diuitiæ non ſolum animum non expleant, ſed in
*Diſsimile* dies accendant, cur eas tantopere concupiſcis? cur Deo neglecto
ad eas aſpiras & raperis incredibili cupiditate inflammatus? Cur
quæris theſauros in terra, cum patrem habeas in cælo? nonne vi
des remedium ineptum eſſe ad ignem extinguendum, plura ſem
per apponere ligna? Quanto enim plures diuitias accumulas, tā
*Auari quā* to plus creſcit rerum temporalium cupiditas. Pereunt Chriſti
*ſint cæci* pauperes fame & nuditate & tu pecuniam qua illi poterant vi-
*non faciē* uere, in arcula recondis? nonne intelligis te habere incluſam vi-
*tes eleemo* tam pauperum? Quid dico? imo ſepultam. Quid eſt arcula auari,
*ſynam.* niſi ſepulchrum vbi ſepelitur vita pauperum? cur ſepelis vitam?
Sed



A ſed quid loquor? Imo cur ſepelis teipſum? Gazophylacium tuū
tumulus eſt tui ipſius: vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum. Cū *Simile.*
autem theſaurus tuus ſepeliatur, apertiſsimè colligitur te ipſum *Matt. 6.*
eſſe cum eo ſepultum. Hæc quidem cupiditas & ſolicitudo eſt al *Simile.*
tera linea æquinoctialis, cingēs totum vniuerſum. Et vt qui ſub
linea degunt, atri ſunt, qui vero ab ea diſtant, albedine afficiūtur,
& quanto longius diſtant, tanto ſunt candidiores, ſic qui auaritiæ
ſubijciuntur, improbi ſunt, qui vero ab ea longè diſtant, animi
candore ſunt præditi, & quanto longius abſunt, tanto puriores
B ſunt. Væ ait Iſa. qui coniungitis domum ad domum, & agrum *Iſai. 5.*
agro copulatis vſq; ad terminū loci: Quaſi dicat, væ vobis, æter-
nam enim damnationem incurretis, qui ſtudio auaritiæ incitati,
vi & fraude quoad fieri poteſt, poſſeſsiones veſtras augetis vſq; *Auari*
ad terminum loci, hoc eſt donec nō ſit amplius locus vllus. Quid *omnia ſi-*
facis ô infelix auare? nonne tres cubiti terræ ſolū te expectant? *tiunt &*
Nonne paruus lapis ad tuum miſerum corpus tegēdum ſatis eſt? *anhelant.*
cur igitur tot opes & poſſeſsiones tam ardenter quæris, & impe
dimenta æternæ beatitudinis concupiſcis? Filij Ruben & Gad ob *Figura.*
diuitias & multa pecora quæ poſsidebant, petierunt à Moyſe *Deut. 3.*
C vt daret illis terram pecoribus aptam ante Iordanem, non enim
volebāt terrā promiſsionis intrare. Qui diuitijs affluūt & oblec-
tantur, & iumentis abundant, nolunt tranſire Iordanem, nec in
terra veræ promiſsionis hæreditatem habere, eligunt cāpeſtria, *Auari di-*
paſcuntur terra, cæleſtem autem habitationem nequaquam re- *uites cælū*
quirunt, ob bruta animalia quæ nutriunt, hoc eſt ob indomitos *obliuiſcun-*
auaritiæ motus, ob inſatiabilem diuitiarum cupiditatem, ad al- *tur.*
tiſsimam promiſsionis patriam aſcendere non curant.

Quare qui inſiſtunt opibus aggregandis per fas, nefáſq; illud *Pſal. 7.*
D interim nouerint, quoniam incident in foueam quam foderint,
quemadmodum cuidam dictum eſt hæridipetæ, qui veneno quo
ſenem interimere parauerat, ipſe fortè fortuna captus interijt. *1. Tim. 6.*
Incidunt ait Apoſ. in laqueum ex inopinato. Sicut Abſalon per *1. Reg. 18.*
capillos ſuperflua videlicet corporis appenſus eſt. Dic inquiunt *Figura.*
Sibboleth, ſic loquela auarorum manifeſtat eos, in quorum ore *Iudic. 12.*
nihil aliud inuenies quam didrachmā auri vel argenti. O inquit
ſapiens quidam, nūquam fuiſſet ipſa pecunia, per quam miſimus
peregrinari lumen oculorum noſtrorum! Qui enim pecuniæ ſtu *Tob. 5.*
dio tenetur, Chriſtum lumen verum abijcit ab anima ſua, iuxta
quod ipſe conqueritur; Me dereliquerunt fontem aquæ viuentis, *Hier. 8.*
& exciderunt ſibi lacunas cænoſas.

DOMI-

# DOMINICA IN QVINQVAGESIMA. I

## CONCIO TERTIA.

*Paßio Chriſti cur tam ſæpe ad memoriam reducatur.*

ASſumpſit Ieſus duodecim diſcipulos ſuos & ait illis: *Ecce aſcendimus Hieroſolymam.* Luc.18. Matt.20. Mar.10. Sæpe Chriſtus loquitur de ſua paſsione, vt eam magis memoriæ commendaret. Vult enim ſaluator vt memores ſimus tanti beneficij. Multi principes & Magnates habuerunt ſibi aliquos amanuenſes ſiue ſcribas qui ea quę erant notatu digna, deſcriberent, & memoriæ proderent. Vnde 2. Reg. Legitur, porro Ioſaphat filius Ahilud erat à commentarijs, hoc eſt qui res geſtas memorabiles mandabat literis vt poſteris memoria vigerent: vel qui negotia gerenda commemorabat. Aiunt nonnulli regem Dauidem conſtituiſſe miniſtrum quendam, qui ei ad memoriam reduceret eos qui pro illo aliquid fecerant inſigne, vt rex illud munere & pręmio cõpẽſaret. Intuere admirabilem regis iuſtitiam & æquitatem, qui hominem iuſtum mercede cõducebat, vt ſibi ſubditorum ſuorum præclara facinora in memoriam reuocaret, vt illa digno præmio remuneraret, & alios ſtudio eorundem benefactorum incenderet. Cum rex Aſſuerus noctem quandam duxiſſet inſomnem, iuſſit ſibi adferri hiſtorias & annales, & cum coram eo legerentur, inuenit illic ſe beneficium quoddam accepiſſe à Mardocheo, & ſtatim illud remunerauit. Si hæc igitur ſolent memoriæ mandare principes & magnates, etſi cum ſubditis & ſeruis res agatur, vt poſsint gratos ſe exhibere: quanto diligentius hoc tantum beneficium mortis & paſsionis Chriſti ſempiternæ memoriæ commendare debemus, de quo nobis hodiernum euangelium mentionem facit? Vt nos ſemper gratos exhibeamus & Deo ſeruiamus, quamuis tantum cõpenſare beneficiũ nulla ratione poſsimus.

*3.Reg.8.*

*Memores ſimus acceptorum beneficiorum.*

*Dauid erga beneficos gratiſſimus.*

*Eſther. 1.*

*Principes memores ſint acceptorum beneficiorum.*

G

H

Conſidera obſecro quî poſſes illud tantũ beneficium compẽſare, de quo ſcribit Ioan. Dilexit nos, & lauit nos à peccatis noſtris, in ſanguine ſuo. Hic eſt ſanguis agni paſchalis, qui in poſtibus & ſuper liminaribus domorum poſitus, filios Iſraëlis eripuit in Aegypto. Hic eſt ſanguis Chriſti Dei noſtri, per quem intrauit ſemel in ſancta, æterna redemptione inuenta, cuius imaginẽ gerebat ſanguis agni paſchalis, & vituli immaculati, & ſanguis ille quo fuit aſperſum tabernaculum. Nam vt ait in epiſ. ad Heb.

*Apoc.1.* *Exod.12.* *Heb.9.* *Leui.9.* *Exo.24.*



A Heb. D Pau. omnia pene ſecundum legem in ſanguine mundabãtur, & ſine ſanguine nõ mundabantur, & ſine ſanguinis effuſione non fiebat remiſsio, quia futurum erat vt Chriſti ſanguis nos à maculis noſtris expiaret & ſcelera omnia deleret. Hic eſt ſanguis de quo dixit propheta Ezechiel: & aſſumẽs de ſanguine eius pones ſuper quatuor cornua eius, hoc eſt accipiens de ſanguine vituli immolati pones ſuper quatuor cornua altaris. Hic eſt ſanguis Chriſti qui quatuor crucis cornua tinxit, & quatuor mũdi partes liberauit & à dæmonis tyrannide redemit. Non corruptibilibus auro & argento inquit Apoſt. princeps redempti eſtis de B vana veſtra conuerſatione paternæ traditionis, ſed pretioſo ſanguine quaſi agni immaculati Chriſti & incontaminati. Et D. Pau. empti enim eſtis pretio magno. Et D. Ioã. in prima epiſ. ſuus ſanguis Ieſu Chriſti filij Dei emundat nos ab omni peccato.

*Heb.9.* *Eze.44.* *1.Pet.1.* *1.Cor.6.* *1.Ioan.1.*

Tum præterea paſsio Chriſti nobis hodie ante oculos cõſtituitur vt frenemus diſſolutiones & voluptates atq; bacchanalia quibus his diebus debacchari ſolent homines. Siquidem quamuis verũ ſit quod D. Aug. ait, volo tandẽ tibi parcas, nam ſapientẽ decet interdum remittere aciem rebus agendis intentam. Sed iſta C remiſsio animi à rebus agendis fit per ludicra verba & facta: ergo his vti interdum ad ſapiẽtem & virtutis ſtudioſum pertinet. Philoſophus etiam ponit virtutem Eutrapelię circa ludos, quam nos poſſumus dicere iucunditatem. Nihilominus tamen his vti debemus cum moderamine. Vnde Beatus Thomas ait quod ſicut homo indiget corporali quiete ad corporis refocillationẽ, quia non poteſt ſemper laborare propter hoc quod habet finitã virtutem quæ determinatis laboribus proportionatur, ita etiã eſt ex parte animæ cuius etiam eſt virtus finita ad determinatas operationes proportionata. Et ideo quando vltra modum ſuum in D aliquas operationes ſe extendit laborare, & ex hoc fatigatur pręſertim quia in operationibus animæ ſimiliter etiam laborat corpus, inquantum ſcilicet anima intellectiua vtitur viribus per organa corporea operantibus. Sunt autem bona ſenſibilia connaturalia homini, & ideo quãdo anima vltra ſenſibilia eleuatur operibus rationis intenta naſcitur exinde quædã fatigatio animalis ſiue homo intendat operibus rationis practicæ ſiue ſpeculatiuæ. Magis tamẽ ſi operibus contẽplationis intẽdat, quia per hoc magis à ſenſibilibus eleuatur, quãuis forte in aliquibus operibus exterioribus rationis practicæ maior labor corporis conſiſtat. In vtriſq; tamẽ tãto aliquis magis altero fatigatur quãto vehementius operibus rationis intendit. Sicut autem fatigatio corporis ita

*D.Aug. lib.2. Muſica.* *Ariſtot.* *D.Thom. 22.q.168 art.2.* *Non poſſumus ſemper in labore verſari.* *Spiritus nimia meditatione fatigatur.* *Simile.*

ita etiam oportet quod fatigatio animalis ſoluatur per animi quietem,quies autem animæ eſt delectatio. Et ideo remedium contra fatigationem animalem adhibetur per aliquam delectationem intermiſſa intentione ad inſiſtendum ſtudio rationis. Sic in collationibus patrum legitur quod beatus Ioannes Euangeliſta cum quidam ſcandalizarentur quod cum diſcipulis ſuis ludentem inuenerant,dicitur mandaſſe vni eorum qui arcum gerebat vt ſagittam extraheret,quod cũ pluries feciſſet, quæſiuit vtrum hoc continue facere poſſet:qui reſpondit quod ſi hoc cõtinue faceret,arcus frangeretur. Vndè beatus Ioannes ſubintulit quod ſimiliter animus hominis frangeretur,ſi nunquam à ſua intentione relaxaretur. Huiuſmodi autem dicta vel facta , in quibus non quæritur niſi delectatio animalis, vocantur ludicra vel iocoſa: Et ideo neceſſe eſt talibus interdum vti quaſi ad quandam animi quietem. Et hoc eſt quod philoſophus dicit quod in huius vitæ cõſeruatione quædam requies cum ludo habetur. Et ideo oportet interdum aliquibus talibus vti. Circa quæ tamen videntur tria eſſe præcipuè cauenda,quorum primum & principale eſt & quod prædicta delectatio non quæratur in aliquibus operationibus vel verbis turpibus vel nociuis. Vndè Tullius dicit quod vnum genus iocandi eſt illiberale , petulans , flagitioſum, obſcænum quidem : aliud autem attendendum eſt ne totaliter grauitas animæ reſoluatur. Vndè D.Ambro.dicit,caueamus ne dum relaxare animum volumus,ſoluamus omnem harmoniam quaſi concentum quendam bonorum operum. Et Tullius dicit quod ſicut pueris non omnem ludẽdi licentiam damus, ſed eam quæ ab honeſtatis actionibus non ſit aliena,ſic in ipſo ioco aliquod probi ingenij lumen eluceat. Tertio attendendum eſt ſicut, in omnibus humanis actibꝰ,vt congruat perſonæ & tẽpori & loco,& ſecundum alias circunſtantias debite ordinetur, vt ſcilicet ſit tempore & homine dignus vt Tullius dicit ibidem. Huiuſmodi autem ſecundum regulam rationis ordinantur. Habitus autem ſecundũ rationem operans eſt virtus moralis, & ideo circa ludos poteſt eſſe aliqua virtus quam philoſophus Eutrapeliam nominat,& dicitur aliquis Eutrapelus à bona conuerſione quia ſcilicet benè cõuertit aliquo dicta vel facta in ſolatium; & in quantum per hanc virtutem homo refrenatur ab immoderantia ludorum,ſub modeſtia continetur. Eſt autem contra rationem vt aliquis ſe alijs oneroſum exhibeat, puta dũ nil delectabile exhibet,& etiam eorum delectationes impedit. Vnde Seneca dicit,ſic te geras ſapienter vt nullus te habeat tanquam aſperum,

*Exemplũ S. Ioann. euan.* — *Aliqua interdum animi remiſſione vtendum nobis eſt.* — *Ariſt.4 Ethi.* — *Tulli.1. offi.* — *D. Amb. 1.offi.* — *Tulli.1. offi.* — *Simile.* — *Recreationes honeſtæ eſſe debent.* — *Eutrapelia.* — *D.Thom. 22.q.168 a.4.* — *Seneca.*



A rum,nec contemnat quaſi vilem:illi autem qui in ludo deficiunt nec ipſi dicunt aliquid ridiculum,& dicentibus moleſti ſunt quia ſcilicet moderatos aliorum ludos non recipiunt: & ideo vitioſi ſunt,& dicuntur duri & agreſtes vt philoſophus dicit. Sed quia ludus eſt vtilis propter quietem & delectationem,delectatio autem & quies non propter ſe quæruntur in humana vita ſed propter operationem, vt ait philoſophus, ideo defectus ludi minus eſt vitioſus quam ludi ſuperexceſſus. Vnde philoſophus dicit quod pauci amici propter delectationem ſunt habendi, quia pa- B rum delectationis ſufficit ad vitam quaſi pro condimento , ſicut parum de gula ſufficit in cibo:

*Ariſt.4. Ethi.* — *Ariſt.10. Ethi.* — *Ariſt. 9. Ethi.* — *Recreationes paucæ ſufficiũt.*

### *Humilitas longè vtiliſſima eſt.*

PErpende Chriſti humilitatem cũ dicitur,& filius hominis tradetur,qui cum ſit filius Dei naturalis appellat ſe filium Adã. ſuper verba autẽ illa Danielis,intellige fili hominis,dicit grauis quidam autor,Ne cæleſtium ſpirituum viſione,tantarumq; rerũ illuſtratione ſuperbiret,& ſanctitatis opinione inflatus ſe ferret in ſublime,quin potius humanam fragilitatem in memoriam re- C uocaret,filius hominis vocatur. In diuinis enim literis idem eſt filius hominis ac verus homo,imbecillus,& laboribus expoſitꝰ: eã ob cauſam Chriſtus Deus noſter cũ excelſa ac diuina haberet nomina,ſe in euangelio filiũ hominis ſæpenumero appellabat,vt nobis humilitatis exemplum præberet. Et hac de cauſa & nomẽclatione,nos à vanorũ titulorum cupiditate & ambitione ſepararet. Ideo dicebat apud Matt. Vulpes foueas habẽt,& volucres cæli nidos,filius autẽ hominis non habet vbi caput ſuũ reclinet. Vt auis ad aſcendendũ valde,prius quã volet ſe abijcit & demittit, vt maiore conatu feratur in ſublime, ſic debemus demittere nos D ipſos,& inclinare,ac ſubmiſsius gerere vt maiore impetu ad exceſſum cælũ aſcendamus. Vt fortiſsima pinus inſigni proceritate quia vento & procellæ reſiſtit,radicitus euellitur aut frangitur: harundo autẽ quia quo pellitur inclinat,& vergit,manet incolumis: ſic ſuperbus etiãſi ſit diuitijs cumulatus,tamẽ quia elatione erectus nemini vult cedere, turbine afflictationis extirpatur & deijcitur: humilis autẽ quia quacunq; calamitate mouetur, propendet,& rerum aduerſarũ vndis videtur locũ dare , integer perſeuerat,& procella tranſacta erigitur. Id voluerunt ſignificare principes illuſtris familiæ Colũnarum in Italia,qui pro armis & inſignibus ſumpſerunt frutices aquaticos viriditate conſpiciendos,qui fluminis impetu ac fluctibus exagitati flectuntur , ſed

*Dan.8.* — *Noſtram fragilitatẽ agnoſcamus,& nõ ſuperbiemus.* — *Mat.25.* — *Matt.8.* — *Simile.* — *Simile.* — *Humiles ſecuri viuunt.* — *Exemplũ*

non infringuntur, nec infirmantur, cum hac litera, flectimur, nō frangimur vndis.

*Luc. 2.*

Quid aliud fuit naſci Chriſtum inter paleas & fœnum, & reclinari à virgine ſanctiſsima in humili præſepio, quia non erat ei locus in diuerſorio, quam humani faſtus, inanis gloriæ, hominū pompæ, & huiuſmodi ſapientiæ, apertiſsima dānatio? quid aliud fuit illa profunda humilitas, quam mundi ſuperbiæ & iactantię clariſsima improbatio? Quid aliud fuit illa ſumma paupertas quam honoris, proſperitatis, fluxarumq; opū inconſtantiū in caſuq; ſitarum contēptio? in illa inopia voluit deliteſcere ſummus ille omnium rerum opifex, ampliſsimusq; cæli moderator & rector vt doceret fundamentum Chriſtianæ philoſophiæ, veræq; religionis initium in rerum humanarum contemptione ac deſpicientia conſiſtere, noſq; ad cæli patriæ deſiderium, firmiſsimāq; æternitatis ſpem & fiduciam excitaret.

*Humilitas Chriſti noſtrā confundit ſuperbiā.*

*Paupertas Chriſti confundit noſtrū immoderatū diuitiarū deſiderium.*

Si Chriſtus lachrymas fudit, ſi iniurijs affectus, vulneribus traiectus, ad mortem acerbiſsimam falſis criminibus vocatus, cum clamore valido & lachrymis preces Deo patri pro nobis obtulit, vt ait Apoſt. cur nos non plorabimus? cur delicias voluptates & falſam mūdi gloriam quæremus? Pudeat mēbra quibus caput ſuum exhibetur inglorium, ſectari gloriam: pudeat ardēter concupiſcere fallacem & fugacem corporis pulchritudinem, eū cuius De⁹ fuerit affixus cruci & vſq; adeo vulneratus, vt nō eſſet ei ſpecies, nec decor, vt ait Iſa. At nos cōtumelias in Deū iactas, & impia aduerſus ipſum facinora prætermittimus: ſi autē ipſi vel ſolo verbo vulneremur, ſtatim excandeſcimus & ſtomachamur, & in eos à quibus ſumus iniuria laceſsiti, impetū facimus: O cæcam noſtram vanitatē! ô vanam cæcitatē! ô ſuperbiā intolerandā! Chriſtus Deus noſter iniurias ſuæ humanitati illatas tolle- C

*Heb. 5.*

*Iſa. 53.*

*Patientia maxima Chriſti cōdēnat impatientiā noſtram.*

rāter ferebat, nō eas autē quę diuinitatē directè reſpiciebāt. Hæc eſt vera humilitas, hæc eſt Chriſtiana philoſophia ſe demittere, & abijcere, Deum autē ſummis laudibus efferre & magnificentiſſimis honoribus pro viribus extollere: Debet enim humilitas eſſe vera, non ficta more eorū qui animi fingunt ſubmiſsionem, vt alios fallant, & mundi gloriā aucupentur. Quemadmodum feræ prædam inuaſuræ ſe inclinant, vt fortiore conatu irruant & inſiliant, ſic ſuperbi & flagitioſi homines, vafri & callidi, ſe aliquādo demittunt & ſupplices gerunt, vt hac virtutis ſimulatione ſimplices decipiant, ſibi dignitates acquirant, alijs vero excidium machinentur. Id voluit diuinus vates ſignificare cum de ſuperbo & impio loquens dixit, inclinabit ſe, & cadet cum dominatus fuerit H

*Ver⁹ Chriſtianiſmus eſt ſe propter Chriſtū humiliare.*

*Simile.*

*Humiliāt ſe aliqui vt alios fallant.*

*Pſal. 9.*



A fuerit pauperum. Nos non ita ſed veram animi ſubmiſsionem amplectamur, eumque imitemur qui ait: diſcite à me quia mitis ſum & humilis corde.

*Mat. 11.*

Superbi enim & elati etſi florere, rebuſq; ſecundis vti videantur, infelices tamen ſunt, quoniam miſeros exitus cōſequuntur, & ex illo illuſtri rerum ſtatu ſæpenumero cadunt & quod peius eſt, in pœnas æternas præcipitantur. Quemadmodum hyeme frigore vigente, & ęſtate nimio calore omnia inflammāte, raro cadunt ingentia fulmina vt ait Plin. Sed verè & autumno quando B aër eſt ſerenus & tranquillus, tunc maxime adurunt & ſæuiunt, ſic maxime calamitates & acerbiſsimæ ærumnæ proſperitati inſidiantur, nō eos quærunt qui frigore & æſtu in humili ſtatu laborant, ſed illos repentino vulnerant impetu quos deijciunt, & incendio cōburunt qui in tranquillo proſperitatis vere & autūno ſuperbia extolluntur, & inani mundi gloria inſoleſcunt, & in ſublime vanitatis eleuantur. Nihil exiſtimo eſſe in vita ſecurius, nil vtilius, nil præſtantius quā vera humilitas & Chriſtiana animi ſubmiſsio ſit. In arte Arithmetica eſt quædam notula appellata cifra, hæc notula nil valet, ſed facit valere: coniuncta enim cum C notula valente decē efficit vt valeat centum, augens valorem, cum illum nō habeat. Sic enim ſubmiſsio & ſui abiectio cū ex ſe in hac vita apud homines nil valeat, præſtat tamē valorē. Animi demiſsio eſt vas vbi virtutes reconduntur, vt ait D. Bern. humilitas cordis receptaculū eſt gratiæ. Humiles vt ait D. Gre. dum ſe deijciunt, ad Dei ſimilitudinem aſcendunt: ſuperbi contra dū ſe extollunt, diabolum imitantur: Ariſt. hominē definiens ait eſſe animal rationis particeps mortale, has duas differentias formæ procreatrices poſuit in diffinione, vocat eum morti obnoxium, non ſolum vt à dijs ſuis commentitijs ſepararet, ſed vt illū D ſuæ fragilitatis admoneret. Si ſe extolleret aſpiciens ſe compotem rationis, & bonorum immortalium capacem, ſtatim ſe intueretur eſſe caducum & mortalem, quo ſuperbiam deponeret & imbecillitatem ſuam perſpiceret. Hac conſideratione ducti magni viri in ſublimi dignitate conſtituti & mentis operibus muniti, profundam humilitatem amplectuntur. Vt enim vaſa cum replentur liquore, aërem expellunt, ſic qui in virtute proficiunt, deijciunt vanitatem, omneque ſuperbiæ genus deteſtantur: contra vero quemadmodum vaſa cum euacuantur liquore, implentur aere, ſic multi deſtituti virtute, implentur ſuperbia: de ea ait. Eccleſiaſt. initium omnis peccati eſt ſuperbia. Hæc ſuperbia quidem de cælo præcipita-

*Simile.*

*Plin. li. 2.*

*Proſperitates mūdanæ periculoſæ.*

*Simile.*

*Humilitatis vires.*

*D. Bern.*

*D. Greg.*

*Ariſto.*

*Præſumptio humana quibus conſiderationibus deprimenda.*

*Simile.*

*Simile.*

*Eccle. 10.*

*Iſa.14. Gen.3.*

uit luciferum: hæc de paradiſo eiecit Adã. Vt ergo filius Dei hoc vitium extirparet, homo factus eſt, ſeq; vſq; adeo humiliauit, vt cũ Dei ſit filius, ſe tamen filiũ hominis hoc loco voluit appellare.

### *Ambitio deteſtabilis & execrabilis eſt.*

*Magna Chriſti affabilitas.*

AVdiens Chriſtus dominus cæci huius clamores, ſtetit & præcepit eũ ad ſe adduci, atq; interrogauit quid ſibi vellet. O bone Ieſu, ita ne te demittis vt cum tam miſerabili & deſpecto homine colloquaris, præſertim cum tanta in veneratione te omnes

*Dignitatibus humanis multi ſuperbiũt.*

habeant? hoc quidẽ facit vt exẽplo ſit his qui in dignitate conſtituti ſunt, quorum pleroſq; videas dedignari colloqui nõ dicã cũ inferioribus, ſed nec cum æqualibus vel etiam maioribus. Sed

*Conſiderationes ad humilitatẽ conſeruandã.*

ſcias ô homo quod tam terra es tu etſi potens ſis, tam fluxus & caducus quam alius quicunq;. Tam terra eſt ea quæ in ſerico ac pretioſo ceruicali includitur, quam ea quæ in vili & ſacco continetur. Tã vermibus obnoxius eſt rex quam agricola, diues quam pauper, claro quam obſcuro genere ortus. Omnes plorantes ingredimur vitam, & omnes gementes obeunt mortem: cõmunis eſt omnium eadem miſeria & imbecillitas. Id intueri deberent, & ſecum ſæpenumero cogitare principes & potentes, qui ſui obliti alios contemnunt, ſuaq; potentia & opum affluentia elati, non

*Simile.*

exiſtimant ſe eſſe aliquando morituros. Et hi celeriter his falſis potentiæ & opũ imaginibus ſpoliantur, & nudi ac egeni in æternos cruciatus detruduntur. Viperam ferunt exuſtam, incinereq; conuerſam mederi eiuſdẽ beſtiæ morſui: mordet vipera, fit tumor, & plaga mortifera & peſtilens, adhibe cinerẽ, & id in quod

*Mortis cõſideratio quantæ ſit vtilitatis.*

ipſum animal conuertitur, & ſanitatem conſequeris. Vulneratus es à ſuperbia, mundi gloria & potentia vipera venenoſa, habes animam tumidam, & peſtifero morſu ſauciã, conſidera cinerem, idq; in quod diſabitur & conuertitur vana mundi potentia, & ipſe puluis erit promptũ & ſalutare remediũ, quo poſsis ad vitam

*4.Reg.5.*

reuocari. Et quemadmodũ Naamã Syrus petebat ab Eliſæo onus terræ, quam volebat ſecũ aſportare, ne poſtea falſa gentiũ idola coleret, ſed repudiata ſuperſtitione ad Deũ cõfugeret & ſupplex

*Conſideremus quod mortales ſumus & in cinerem conuertendi.*

accederet, ſic nos ne in rebus fluxis & inanibus collocemus beatitudinẽ, & à Deo diſcedamus, terræ ſarcinã in memoria collectã & conſeruatã ferre debemus, cõſiderãtes animo, & ſæpenumero repetentes, eſſe nos terrã, & omniũ elementorum infimũ & abiectiſsimum, imo ipſam elementorum fęcem. Cum autem homo ſit formatus ex terra, terra autem ex nihilo, aperte concluditur inter hominem & nihil, ſolam terram eſſe interiectam.

Præterea



*Filij ſumus terræ nepotes ipſius nihili.*

A Præterea cum nos ſimus ex terra formati, terra autem ex nihil, quis non videt eſſe nos filios terræ, nepotes autem ipſius nihil? Hæc eſt noſtra progenies, hæc eſt noſtræ nobilitatis origo & claritas, hæc ſunt noſtra ſtemmata, & antiquæ familiæ monumenta. Hoc perpendens Eccleſ. his verbis exclamat: Quid ſuperbis terra & cinis? *Eccl.10.* Ad hanc ſalutarem & excellentem contemplationem nos tanquam oblitos noſtri inuitat Eccleſia dicens, *Eccleſia.* Memento homo quia cinis es, & in cinerẽ reuerteris. Ac ſi diceret, accipe hãc conſiderationem, quam tibi tribuo veluti clauem admirabilem,

*Cognitio ſui quãtũ proſit.*

B qua poteris oſtium tui ipſius aperire, teq; ipſum intueri & penetrare. Reſera ianuam, ingredere te ipſum, qui à te longè abes, & aſpicies totam domum cinere & puluere repletam: Nec te decipiat corporis pulchritudo & inſignis ornatus, nam omnia hæc interibunt, & in puluerem tandem reuertentur. Intellige te ipſum, quoniam hæc eſt prauitatis cauſa ignoratio ſui. Et hæc verba æqualiter dicuntur illuſtriſsimis regibus & abiectiſsimis ſutoribus, magnatibus, & media plebe ac obſcura progenie ſumptis:

*Potentiores interdũ in maiores miſerias prolabuntur.*

quoniam nulla eſt hac in re inter magnos & paruos differentia, imo principes diuitiarumq; copia affluentes, in acerbiores miſe-

C rias ſæpe numero incidunt, quod non ſolũ veterum annales, & antiquitatis monumenta loquuntur, ſed etiam noſtra hęc tẽpora apertiſsimè teſtatur. Et hinc eſt quod illi qui torquebãtur in inferno, dicebant inſigni illi tyranno & Babylonis quondã potẽtiſſimo regi, vulnerat⁹ es ſicut & nos, noſtri ſimilis effectus es. *Iſa.14.* Quæ omnia diuinus vates tragice ſcripſit, non quod ſic facta fuerint, ſed vt potentia hac, & pulcherrima orationis exornatione, miſerias in quas inciderit inſolentiſsimus tyrannus, deſcriberet & amplificaret, qui ex ampliſsimo dignitatis gradu præcipitatus fuit

*Tyranni quo tandẽ deueniãt.*

ad regionem illam terribilis horroris & cruciatus, æternarũque

D tenebrarũ detruſus. Vt figura in pariete picta, qualibet aquæ gutta deletur, ſic mundi potentia qualibet mutatione amittitur. *Simile.* Et vt ædificium in imo ſolo extructum, nec fulmine concutitur, nec hiatu abſorbetur: ſic abiectus vitæ ſtatus non eſt maximis *Simile.* ærumnis expoſitus, at res ſecundæ in faſtigio dignitatis ſeculi collocatæ, multis ſunt obnoxiæ ruinis & calamitatibus.

*Paupertas locus ſecurior proſperitate.*

Quamobrẽ qui in ſublimi & ſupremo ſtatu conſtituti ſunt, atq; diuitijs abundant, ne contemnant inferiores, neque deſpiciant, ſed diligentiſſime quidem attendant quam humiliter & affabiliter ſe gereret Chriſtus hodierno die cum hoc cæco, quantaque liberalitate & magnificentia, eidem largiretur quod tam inſtanter poſtulabat.

# DOMINICA IN QVINQVAGESIMA.

## CONCIO QVARTA.

*Mali nituntur impedire quæ bona ſunt.*

ASSVMPSIT Ieſus duodecim diſcipulos ſuos, & ait illis: ecce aſcendimus Hieroſolymã. Lu.18. Mat.20. Mar.10. Hunc quidem cæcum partim turba impediebat, partim etiam alij reprehendebant quo minus clamaret: vnde colligas quanta ſtatim ſeſe offerant impedimenta ei qui ex animo virtuti incumbere ſtatuit, & quam multi conentur bona opera noſtra impedire. Veruntamen quo tentant nos conturbare, eo magis proficimus ſi diligenter attendimus, reſiſtendo omnibus contradictionibus ſicut hic cæcus fecit. Vndè ſanctificatus ille Baptiſta aiebat de Deo verba faciens, permundabit aream ſuam, & congregabit triticum iuſti ſignificantur, per paleas vero iniqui & flagitioſi. Et quemadmodum ariſtæ triticiue tegumenta granum opprimunt & vndique conſtringunt: ſic impius virum iuſtum & pium vexat & vndique affligit. Sed vt quo arctius ariſtæ granum cingunt & comprimunt, eo maiori cuſtodia illud ab auiũ morſu tuentur: ſic quanto acerbiores calamitates infert malus viris virtute inſignibus, tanto eos clariores reddit, & ad importunas aues hoc eſt ad malas cogitationes arcendas munitiores. Vbi vides iniquos homines eſſe iuſtis adiumento. Non enim Deus homines crearet, quos impios futuros eſſe præſciſſet, niſi pariter noſſet eos viros optimos affligendo, eſſe in eos vtilitatem collaturos. Nihil eſt enim ad laudem illuſtrius quam calamitas ipſa: hæc namque ſolet virorum iuſtorum nomen ad immortalem memoriam propagare: atque ita vt D. Auguſtinus ait, Mundi ordinem Deus tanquam pulcherrimum carmen ex quibuſdam antithetis honeſtauit. Eſt autem antitheton contra poſitum: ita appellatur figura ea qua contraria contrarijs opponuntur, vt apud Ouidium, frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis. Xenophon ille cuius voce quaſi muſas locutas ferunt, qui teſte Volaterrano, dictus eſt Muſa Attica, ob eloquentiæ dulcedinem & ſuauitatem, in ſuo Oeconomico, inter opes & diuitias connumerat inimicos homines ſceleratos, & ait

*Virtus contradictiones patitur.* — *Matt.3.* — *Simile.* — *Calamitates illuſtriores reddũt homines probos.* — *Mali tandẽ præſtãt vt homines meliores fiãt.* — *D. Aug. lib.11. ciuit. Dei.* — *Ouidi.* — *Xeno.* — *Volater.*



ait eos eſſe nobis adiumento, ſi illis vti ſciuerimus. Et Plutar. librum edidit de vtilitate quam quis poteſt ex inimicis comparare.

Vide quomodo nouerit Deus bona multa educere ex contradictione malorum: Vide enim ante conuerſionem ſuam qualis eſſet Conſtantinus & quam contrarius Eccleſiæ ſed poſt conuerſionem vide quanta bona Eccleſiæ contulerit tempore diui Syluestri Pontificis maximi. Tunc enim filij tyrãnorum & eorum qui Eccleſiam vexabant, conuerſi ſunt ad Chriſtum, ad eumque humiles & ſupplices acceſſerunt. Nam Magnus ipſe Conſtantinus illuſtriſsimus orbis imperator, templum Romæ in honorem beati Petri Apoſtolorum principis, à fundamentis excitauit, & pulcherrimis ac precioſiſsimis ornamentis muniuit & ipſe ſuis manibus iecit fundamenta, ex quibus ſuis proprijs humeris duodecim corbulas terræ in honorem duodecim Apoſtolorum aſportauit. Tunc quieuerunt Chriſtiani, & ceſſarunt eorum afflictiones & cruciatus quibus ab infidelibus torquebantur. Vt enim Laban perſecutus eſt Iacob in terram promiſsionis reuertentem, & Deum verum adorantem, ſic ſcelerati homines iuſtos ac fideles affligunt, eoſque ad cœleſtem patriam veram promiſsionis terram aſpirantes ad excidium vocant. Nec eſt mirandum cum etiam Eſau eius frater, de eius cæde cogitaret. D. Paul. in epiſ. ad Galat. Loquens de Iſaac & Iſmaele, quomodo inquit, is qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum, ita & nunc. Quid voluit ſcriptura ſignificare quando dixit, oderuntque filios Iſrael Aegyptij, niſi impios & flagitioſos odio proſequi viros pios, virtute ac geſtarum rerum gloria præſtantes? Aiunt coruum pullos ſuos in nido exiſtentes in principio non cognoſcere, cum eos videat plumis albis indutos, ideo eos abijcere & contemnere: at videns eos poſtea nigris pennis coopertos, eos nutrit & reficit & vt filios ſuſtentat. Sic mundus eos quos videt innocentia & virtutis candore conſpicuos, irridet & contemnit, his tamen fauens, qui tetris ſceleribus conteguntur. At quanto acerbius impij viros pios affligunt, tanto magis illis proſunt & ſeruiunt. Pugnantibus in vtero Rebeccæ, Iacob, & Eſau, dixit Deus eorum matri, duæ gentes ſunt in vtero tuo, & duo populi in vtero tuo diuidentur: populuſque populum ſuperabit, & maior ſeruiet minori. Hi duo populi ſunt boni & mali, per Iacob & Eſau intellecti. Mali autem ſeruiunt bonis, non profecto obediendo,

*Plutar.* — *Conſtant. Impera. conuerſio.* — *Conſtant. Imperat. quã fuerit liberalis in Eccleſiam.* — *Gen.31.* — *Figura.* — *Gen.27.* — *Gal.4.* — *Exod.1.* — *Simile.* — *Mali bonos cõtemnunt.* — *Gen.25.*

*D. Aug.* *Simile.* diendo, ſed vexando. Ita D. Auguſti. hunc locum interpretatur. E Vt enim vt ipſe ait, paleæ in aurifici s fornace ſeruiunt auro, illud purificando, & cũ videntur ipſum comburere, illuſtrius reddunt, ipſæ autem comburũtur: ſic mali cum videantur bonis perniciem moliri, eos ſplendidiores reddunt, ſibi autem ipſis excidium machinantur. Occidebant tyranni vnum martyrem: & eius ſanguine rigabatur Eccleſia, eiuſq; miraculis multi conuertebantur. Volẽtes tyranni, iuſti famam obſcurare, amplius illuſtrabãt; & volentes Eccleſiam extinguere, eam amplius extendebant & propagabant: quemadmodum in Exodo referunt diuinæ literæ, F Hebræos tanto magis fuiſſe multiplicatos, quanto durius ab Aegyptijs opprimebantur: vice diuinam potentiam & pietatem. Hi qui Eccleſiam affligebant, erantque tyrannorum filij, ad ipſam Eccleſiam poſtea ſupplices acceſſerunt. Quare cum Deus optimus maximus tanta bona educat ex contradictione virtutũ, ne cadamus animo in contradictionibus quæ à malis nobis fient, ſed magis reſpirantes & animati in virtute perſiſtamus.

*Mali bonos perſequẽdo, eos illuſtriores reddũt.* *Simile.* *Exod. 1.* *Perſeueremus viriliter in virtute.*

Vix bonum aliquod aggredieris quod non labatur in aliquam difficultatem, ſed debes eam exorbere, & vltra progredi, & in excellẽtis operis propoſito conſtanter permanere, ideo dicebat G Eccle. fili accedens ad ſeruitutem Dei, ſta in iuſtitia & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Cum Iſraëlitæ ex Babylonica ſeruitute reuerſi, templum Dei inſtaurarent, fuerunt ab hoſtibus impedimenta illis inferentibus, vexati, & ſæpenumero afflicti, ſed non à ſententia deiecti. Ferebant quidam homines vt ait D. Marcus, paraliticum ad Ieſum, vt illi mederetur: ſed non poterant accedere propter turbam. Bonum opus incipiebant, ſed ſtatim ſe obtulit impedimentum. Ibant piæ mulieres ad Chriſti monumentum cum aromatibus vt vngerent eum, at oblata eſt illis difficultas: quare dicebant, Quis reuoluet nobis lapidem ab oſtio monumenti? Sed perſeuerantes inuenerunt H illum reuolutum. Quare in rebus arduis aggrediẽdis, danda opera eſt vt difficultas vi conſtantiæ ſuperetur, nam vt Plato ait, difficilia quæ pulchra. Vnde Ariſto. ait ars & virtus in difficilibus verſantur. Eodem pertinet litera Pythagoræ, diſcrimine ſecta bicorni: Et euangelicum illud de via arcta quæ ducit ad vitam, quę in quã ducit ad vitam, quæ conſtantia perfruitur. Vt ingentes fluctus in rupem firmiſsimam impetum facientes, volentes eam frangere, franguntur, ipſa immobili permanente: ſic moleſta impedimenta virum ſtabilem tentantia, in eumque incurſionibus grauiſsimis irruentia maximopere prof ecto ipſa commi-

*Eccle. 2.* *1. Eſd. 4.* *Num. 4. & 6.* *Mar. 2.* *Luc. 24.* *Mar. 16.* *Ioan. 20.* *Plat. li. 4 de repub.* *Ariſto.* *Pytha.* *Matt. 7.* *Luc. 13.* *Simile.*



A comminuuntur, cum ille in propoſita firmitudine rebus aduerſantibus conſtans perſeuerat. Id animo percipiens princeps quidam italus conſtantia roboratus pro inſigni ferebat ingentem Petram fluctibus concuſſam cum litera hac, conantia frangere, frangit. Et Greg. Nazan. pro conſtantia Salamandrã ponit, quæ in medio igne omnia domante non ſolum viuit & lætatur, ſed illum penitus extinguit. Daniel & eius ſocij decreuerunt abſtinentiam ſeruare, ſed obtulit ſe illis impedimentum, & Aſphenez repugnantia at in ſancti propoſiti conſtantia manentes, ob- B tinuerunt à Malaſare ne illos ad regis epulas compelleret.

*Tentationes malas ſuperem.* *Inſignia præclara* *Gre. Na.* *Similitu.* *Danie. 1.*

*Fides quantæ ſit excellentiæ.*

DIXIT Chriſtus cæco fides tua te ſaluum fecit: fides eſt porta & principium ſalutis, nam ſine fide autore D. Paul. impoſſibile eſt placere deo: credere enim oportet accedẽtem ad Deũ, quia eſt, & quod inquirentibus ſe remunerator ſit. Neceſſaria eſt nobis naturalis ratio, ſed non ſatis eſt: ratio & fides ſunt veluti duæ ſtellæ, arctica & antarctica, quibus nautæ gubernantur. C Vt enim qui ex noſtra Hiſpania ad indiam tendunt orientalem, immenſum mare nauigantes, vſq; ad lineam æquinoctialẽ oculos conijciunt in polum arcticũ, vbi eſt ſtella illa ſeptẽtrionalis, qua reguntur, at tranſacta linea, ſtellam illam ſeptentrionalem amittunt, & ab eius aſpectu penitus diſcedunt, atq; alteram ſtellam nimirum auſtralem in polo antarctico intuentur, qua deinceps gubernantur: ſic in hac vita incæpturi ſumus nauigationem noſtram ducti ſtella rationis, & ad illam actiones noſtras directuri. Sed ſi volumus ad cælorum indiam peruenire, opus D eſt nauigationi noſtræ, hanc rationis humanæ nauigationem relinquere, & firmam fidei ſtellam intueri, illaq; nauigare, & iuxta eam opera noſtra, vitæq; concurſum conficere & ab eius regula nõ declinare. Cum enim ſe obtulerunt res illæ quæ humanam rationem tranſcendunt, & noſtri iudicij limites excedunt, quales, ſunt eæ quæ ad Chriſtianam religionem, ad eccleſiæ catholicæ ſacramenta, ad redemptionis humanæ myſteria, & ad alta, celeſtiaq; arcana conſcendunt, opus eſt non ad rationis humanę ſtellam ſed certiſsimum fidei ſydus intueri, eoq; gubernari. Gẽtes à fide alienæ ideo ad cælorum portum accedere non poſſunt, quin potius in mundi mari obruuntur, quia vnam tantum habent ſtellam, nimirum rationem naturalem: quamuis enim quis fidem habeat, ſi tamen eſt peccato mortifero aſtrictus, non

*Heb. 11.* *Similitu.* *Polus arcticus & antartic. dicuntur ratio naturalis, & fides.* *à fidei polo nunquã debemus recedere.* *Senſus & ratio naturalis ob tẽperent fidei.*

proderit fides ad æternã ſalutem conſequendam. Fides qua vi- E
*Gal. 5.* tã æternã mereamur, ea eſt, quæ vt ait Apoſ. per dilectionẽ ope
ratur. Nã ipſe ait, ſi habuero omnẽ fidẽ, ita vt mõtes transferã,
*1. Cor. 13.* charitatẽ autẽ non habeã, nihil ſum. Hoc quidẽ eſt quod ait D.
Iacobus Apoſ. videtis quod ex oper bus iuſtificatur homo, &
*Iacob. 2.* nõ ex fide tantum: loquitur de ſecunda iuſtificatione, de qua ait
D. Ioã. in Apo. Qui iuſtus eſt, iuſtificetur ad huc, & ſanct⁹ ſancti
*Apoc. 22.* ficetur adhuc. Ex operibus enim adiuncta gratia meremur ſa-
lutem, & iuſti nominamur. Nec repugnat hæc D. Pro. ſententia,
pauli doctrinæ, qui in epiſ. ad Rom. ait hominẽ nõ iuſtificari ex F
*Rom. 11.* operibus: ibi enim loquitur Apoſ. de prima iuſtificatione, quan
*Apo. 22.* do peccator ex impio fit iuſtus per Dei gratiã: Iacobus autem
loquitur de ſecunda iuſtificatione, de qua loquitur Ioannes in
*Quomodo* Apo. D. Paulus errorem Iudæorum refellit, qui ſe meritis bo-
*intelliga-* norum operum gratiam Euangelicam arbitrabantur obtinuiſ
*tur illud,* ſe, aſſerentes non eſſe ad Euangelium recipiendos gentiles, qui
*nõ iuſtifi-* fuerãt idolorũ cultores, & in opera legis veteris nõ incubuerãt,
*catur ho-* Apoſ. autẽ docet nõ iuſtificari hominẽ ex operib⁹ fidẽ & primã
*mo ex ope* iuſtificationẽ præcedẽtibus, ſed ex Dei gratia. Sed quoniã erãt
*ribus legis* nõ nulli qui ex hac Pau. doctrina perperã intellecta, bona opera G
*Iaco. 2.* contẽnebãt, & ſolã fidẽ ad vitam æternã cõſequendam ſatis eſſe
affirmabant, voluit illis D. Iaco. veritatem illius doctrinæ beati
*Iaco. 2.* Pau. oſtendere, aſſerens hoc de prima intelligi iuſtificatione, nõ
autem de ſecunda: nam ſi poſt primã iuſtificationem quis bona
*Galat. 5.* opera reliquit, ſeq; ſceleribus cõtaminauerit, amittet gratiam
manẽte fide, quę ſine operibus mortua eſt. Fides noſtra debet eſ
ſe charitate formata, quæ vt ait D. Pau. per charitatẽ operetur:
nã quemadmodũ gladius debet eſſe in manu, & nõ in arca, vt va
leas de inimicis cõſequi victoriã, ſic fides non ſat eſt vt ſit in ani
ma, ſed debet eſſe in manu, vt eius operibus in charitate funda- H
*Iacob. 1.* tis, vincas inimicos animæ, & de illis mirabiliter triumphes. Vn
de ait D. Iaco. eſtote factores verbi, & non auditores tan-
*Simile.* tum, fallentes voſmetipſos. Vt enim qui incidit in fluuium
quãuis optime natandi artẽ norit, ſi tamen nec brachia mouet,
*Fides cõſo* nec manus, nec crura, ſtatim obruitur, & mortuus in profun-
*cietur ope* dum decidit, ſin autem natat, eripitur; ſic qui in ſola fide nixus,
*ribus.* virtutis actiones reliquerit, in profundiſsimũ barathri gurgitẽ
mergetur, qui autẽ manus, pedeſq; agitauerit, illiſq; remorũ lo-
*D. Greg.* co vſus fuerit, & fidei coniunxerit opera charitatis, hic incolu-
*in Euan.* mis exibit in terram, & portum æternæ ſecuritatis obtinebit.
*hom. 20.* Fortaſſe vnuſquiſq; apud ſemetipſum dicat, ego iam credidi,
ſaluus



A ſaluus ero: verum dicit, ſi fidem operibus tenet: viua enim fides
eſt, quæ in hoc quod verbis dicit, moribus non cõtradicit. Hinc *ad Tit. 1.*
eſt enim quod de quibuſdam falſis fidelibus Pau. dicit: Qui con- *1. Ioan. 2.*
fitentur ſe noſſe Deum, factis autem negant. Hinc Ioan. ait, qui *Reipſa*
dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit, mendax eſt. *præſtemus*
Quod cum ita ſit, fidei noſtræ veritatẽ in vitæ noſtræ conſidera- *quod in*
tione debemus agnoſcere: tunc enim veraciter fideles ſumus, ſi *baptiſmo*
quod verbis promittimus, operibus complemus: in die quippe *polliciti*
baptiſmatis omnibus pompis abrenuntiare promiſimus: itaq; *ſumus.*
B vnuſquiſq; veſtrum ad conſiderationem ſuam mentis oculos re
ducat, et ſi ſeruat poſt baptiſmum quod in ipſo ſpopondit, cer-
tus iam quia fidelis eſt gaudeat.
Quemadmodũ ignis recordatio corpus nõ calefacit ſic fides ſine *Similitu.*
charitate nõ operaẽ in anima cognitionis omnẽ illuminationẽ. *Iacob. 2.*
Quod autẽ fides ad ſalutẽ non ſufficiat, Chriſti etiam diſcipulus
oſtendit ſcribens, tu credis quia vnus Deus eſt, dæmonia etiam
credunt & horreſcũt. Si ergo fides ſola ſufficeret, multitudo de
monum perire non poſſet. Quare oportet ad fidem opera chari
tatis accedere. Qui ſic facit, is & in Chriſto per fidem ſic manet,
C & verba eius in corde ſuo conſeruat, Quemadmodũ cæteræ vir *Simile.*
tutes ſine charitate mortuæ ſunt (ab ea enim & vitam, & me-
rendi vim accipiunt) ita etiam fides ipſa ſine charitate neque
ſpiritualem vitam, neque ſalutarem acrimoniam & meriti di- *D. Aug.*
gnitatem habet. Hinc D. Auguſtin. Fides inquit ſine charita- *D. Cypri.*
te poteſt eſſe, ſed non prodeſſe. D. quoque Cyprianus, creden *Fides de-*
ti inquit præmium datur, ſi quod creditur operatur. Fides *bilitatur*
non amittitur communibus peccatis quæ committimus, de- *frequẽtia*
bilitatur tamẽ eorum frequentia. Vt enim arbitrij noſtri liber- *peccatorũ*
tas peccatorum multitudine debilitatur, quamuis non extingua *Hæretici*
D tur (ſemper enim liber ad peccandũ vel nõ peccandũ, homo ma *fidẽ amit*
net) ita fides quo magis homo delinquit, & peccata peccatis ad *tunt.*
dit, hoc magis obſcuratur & impeditur, nũquã tamẽ, niſi hęreſis *Cũ fides*
perfidia intercidit. Qua de cauſa huiuſmodi fides peccatis im- *nos doceat*
pedita, à Iacobo Apoſ. mortua nominatur. Quid ergo mirũ ſi *talia eſſe*
quod mortuum eſt, vim illã & acrimoniã, quã dum viueret habe *parata præ*
bat, amiſerit? Hoc igitur in cauſa eſt fratres, cur tam multi fide- *mia, tales*
liũ, qui fidei lumine inſtituti, imperueſtigabiles cęleſtis glorię di *q; punitio*
uitias, & ſempiterna gehẽnæ ſupplicia, pijs & improbis cõſtitu- *nes, cur*
ta, & rationẽ de tota vita ad verbũ vſq; otioſũ eſſe reddẽdã fir- *ita diſſolu*
miſſime credunt, flagitioſe tamen viuant, quia quamuis harum *te vivi-*
rerum fidem habeant, mortuam tamẽ habẽt: quæ vitalẽ illã vim *mus.*
quam

*Non ſimus* quam antea habet, amiſit. Non igitur tam negligenter viuere de E
*aduerſus* beremus, cum habeamus Deum tam noſtræ ſalutis ſtudioſum.
*Deum in-* Si enim leones, ſi tygrides, ſi ſerpentes in bene factores ſuos &
*grati.* obſequentes grati ſunt & beneuoli, cur nos huiuſmodi ſaltem
feras non imitabimur?

*Grati ſimus erga Deum, & homines.*

GRATVM ſane ſe hic cæcus exhibuit, ſi quidem vt ait
Euangelium, ſequebatur illum, magnificans Deum, lauda F
bat quidem Deum mirifice pro tanto aſpectus beneficio, & om
nibus beneficia diuinitus accepta prædicabat. Quoniam Aegy
*Exod. 1.* ptij fuerant in Ioſeph ingrati, qui in eos immortalia contulerat
beneficia, voluit Deus vt in mari rubro perirent, & tumulus ille
*Gene. 41.* frigidus & inquietus qui eorum corpora contegebat, eorum
etiam gloriam obrueret. Quemadmodum luna accipit lumen à
*Similitu.* ſole, & ipſa eum obſcurat & eclypſat, ſic ingratus eum à quo
beneficijs cumulatus fuit, odio proſequitur eius nominis ſplen-
dorem eripiens, & tenebras offundens. Peſtilentes ſine dubita-
tione ſunt homines ingrati, qui in eos quos deberent laudibus G
*Ingratitu* celebrare, & relatis gratijs ingenti obſeruantia colere, ventos
*do deteſta* excitant, inuidiáq; conflant, eos maledictis vulnerantes & odio
*bile vitiū.* proſequentes. Et quamuis eis nulla inferant detrimenta, nō ne
ſcelus eſt nefarium, eſſe beneficiorum acceptorum penitus im
memores? vt ſturni cateruatim volantes cedunt in olueta, vbi
*Simile.* eorum fructu aluntur, ſed finitis & conſumptis oleis, ipſi ſtatim
diſcedunt & olueta relinquunt, eorum obliti quorum pabulo
fuerant ſuſtētati: ſic ingrati homines dum ope fauoreq; aliquo
*Ingrati* rum egent, eos viſunt & obſeruant, & acceptis optatis muneri
*quales ſint* bus, quorum memoria illis ſtatim excidit ex animo, recedunt, H
eoſq; quos perpetua deberent obſeruantia venerari, contēnunt
*2. Tim. 2.* & aſpernantur. Volens Apoſt. oſtendere fore vt homines eſſent
*Similitu.* perditiſsimi, ait: erunt ingrati, ſceleſti, ſine affectione. Malum
medicum defertur honorifice ad menſam magnatis, vt eius ſuc
co nonnulli cibi condiantur, at extracto ſucco proijcitur in ſo-
lum: ſimillime multi cum ſuccum habent, cum proſpere vitam
*Grati ſi-* degunt, magni æſtimantur, at vbi carent ſucco, poſtquam in ca-
*mus erga* lamitates incidunt, etiam ab his in quos beneficia contulerant,
*Deum.* deijciūtur, & pro nihilo putantur. Vide ingratorum hominum
impietatem. Si erga homines ſumus gratum animum oſtenſuri,
quanto magis erga Deum? Qui Dei beneficiorum obliuiſcitur,
non ſo-



A non ſolum ingratus, quod ipſum graue eſt ſed etiam impius ap
pellatur. Id intuens animo Apoſ. gratias inquit agentes ſemper *Ephe. 5.*
pro omnibus. Et ad Col. 3. cap: grati eſtote. Et alibi, in omnibus *Col. 3.*
gratias agite. *1. Theſa: 5*

Impij quidem parui faciunt diuina, ſicut faciebant peſsimi illi
duo Dathan & Abyron, qui dixerunt ſancto Moyſi, nunquid pa *Num. 16*
rum eſt tibi quod eduxiſti nos de terra quæ lacte & melle mana
bat, vt occideres in deſerto, & vt noſtri dominatus eſſes? Reue-
ra induxiſti nos in terram quæ fluit riuis lactis & mellis, & dedi
B ſti nobis poſſeſsiones agrorum & vinearū, an & oculos noſtros
vis eruere? Hoc quidem per ironiam dicebāt: ac ſi diceret, pro
miſiſti nobis fertilem terram, & dediſti deſertum. Idē dixit vni
uerſus populus ad Moyſen & Aaron vt ſcribitur in Nume. Di- *Num. 20.*
cens, quare nos feciſti aſcendere de Aegypto, & duxiſti in locū
iſtum peſsimum, qui ſeri non poteſt, qui nec ficum gerit, nec vi-
neas, nec malogranata? ô generatio peruerſa, quam male com *Ingrati*
penſabas tantis viris accepta beneficia, qui tam ſæpe prote vitā *non bene*
in diſcrimen vocauerant, tum etiam Deo qui tam liberalis erga *cōpenſant*
vos extiterat! Si enim in deſerto tales præbet vobis cibos, quid *accepta be*
C in ipſa terra promiſsionis facturum exiſtimatis? Aequum ſane *neficia.*
erat cum his veſtris populi ducibus vos reuerenter gereretis,
& cum Deo pietatem maximam & obſeruantiam oſtenderetis.

Magna quidem fuit Aegyptiorum ingratitudo erga Ioſeph, *Exod. 1.*
quod ſcilicet tā cito obliuiſcerentur tanta beneficia in regnum
& prouincias omnes collata ab ipſo. Talis compenſatio ab in-
gratis ſolet benefactoribus exhiberi. Vnde vulgo dicitur quod
qui communitati ſeruit, nulli ſeruit Hinc fit vt principes ipſi tā *Nemini*
liberales in benefactores eſſe ſoleant, cum videant fore vt ſucceſ *ſeruit qui*
ſores forte obliuiſcantur huiuſmodi beneficia. Si Aſſuerus qui *cōmunita*
D tam ſingulare beneficium à Mardochæo acceperat, tā cito illud *ti mini-*
obliuioni tradiderat, quid miraris quod tota communitas ſit ti *ſtrat.*
bi ingrata? Præceperat Deus in Exodo vt agnus noctu mādnca- *Heſthe. 6*
retur, ſi quidē tali hora ſingulari beneficio diuinitus Hebræi affe *Exod. 12.*
cti fuerant. Vult igitur Deus vt noſtra gratitudo ſit omnibus or
namentis & circunſtantijs ornata; pęnam autem mortis incurre *Gratitu-*
bant qui hoc non præſtabant. Vnde textus ait, exterminabitur *do omnibus*
anima illa de cætu Iſrael: vide quam atrox ſit delictum ingrati *ornetur*
tudo, ſi quidem tali plectebatur pæna. Solebant olim viri pij cū *circunſtan*
inſigne aliquod beneficium diuinitus accepiſſent, componere *tijs.*
& cantare canticum aliquod in quo numerabant diuina benefi- *Exod, 15.*
ficia cum ſuis circunſtantijs. Vnde in Exo. dicitur: Tunc cecine-
runt

runt Moyſes & filij Iſrael canticum Domino. Nec ſolũ in maxi E
*1. Reg. 2.* mis & cõmunibus beneficijs hoc faciebãt, verũ etiã in particula
ribus ſicut fecit Anna Samuelis mater. Nos vero eius naturę tã
peruerſæ ſumꝰ vt neq; pro cõmunibꝰ, neq; pro particularibꝰ be
*Iudicũ. 5.* neficijs gratias agamꝰ. Cãticũ edidit Debora ꝓ victoria parta:
*Luc. 1.* itẽ Zacharias pro nato ſibi filio: Dauid inſuper ad ſingula be-
neficia ſtatim pſalmos cõponebat & gratiarũ actiones. Nos ve-
ro multa quotidie accipimꝰ beneficia, & nũquã gratias agimus.
Sumus quidẽ vſq; adeo ingrati vt quærat Deus teſtes quibꝰ an
*Exod. 17.* nũtiet beneficia quę nobis quotidie largitur. Vnde dixit in Exo- F
do ad Moyſen, tolle tecũ de ſenioribus Iſrael, vt ſaltẽ præ verecũ
dia tãtorũ teſtiũ nõ ſimus ingrati. Nõ igitur debemus ingratitu-
dine vti tot, tãtiſq; collatis beneficijs: vnde Propterea exiſtimo ꝙ
Moyſes teſtaretur cælũ & terrã, tũ etiã alij Prophetæ. Hoc etiam
*Ioſue. 24.* præſtitit Ioſue cũ dixit: ecce lapis iſte erit nobis in teſtimoniũ,
quia ipſe audiuit omnia eloquia Dñi, quæ locutꝰ eſt vobiſcũ, &
erit cõtra vos in teſtimonium, ne forte negetis. Ingrati Hebręi
*Num. 14.* dicebant ſimulatq; ſe in aliqua afflictione conſtitutos videbant,
vtinam mortui eſſemus in terra Aegypti. Sic ſolẽt ingrati com-
*Differentia inter gratos & ingratos.* penſare accepta beneficia: grati vero beneficia quæ acceperunt, G
etiam amplificant, & ita ſe indignos illis iudicant, ingrati vero
contra faciunt. Solet Deus ingratos varijs modis punire, inter-
dum quidem eos punit vt beneficia non numerent, aut gratias
pro eis non agant. Cæterum quãdo vult eos acrius punire, ita
punit, vt nec oculos ad videndum ipſis concedat, neq; mentem
*Iſa. 6.* item ad cognoſcẽdũ. Vnde Iſa. ait, audite audiendo, & ne intelli
gatis, & videte vidẽdo, & nõ cognoſcatis: excæcator populi hu
*Punitꝰ Deus intus.* iꝰ, & aures eius aggraua, & oculos eius claude, ne forte videat
oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, & con
uertatur, & ſanem eum. Sed vſquequo Domine? Donec inquit H
deſolentur ciuitates abſq; habitatore, & domus ſine homine, &
terra deſoletur deſolatione.

## FERIA QVARTA IN CAP. IEIVNII. CONCIO PRIMA.

*Glo. Ord. in Matt.* CVM *ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.* Matt. 6. fictã
virtutis ſpeciẽ prohibet, nõ virtutẽ. Bonum eſt ieiunio
pro peccatis triſtes eſſe ad pænitentiã & humiliare ani-
*Pſal. 50.* mam noſtrã. Vnde Pſal. cor cõtritũ & humiliatum Deus
non deſpicies. triſtitiã autẽ hypocritarũ quæ pro laude ducitur
ab



A ab ipſis, prohibẽt: vnde nõ ait ſimpliciter, nolite ieiunare, ſed ad
dit ſicut hypocritæ triſtes. Vnde Lyra ait. excludit intẽtionẽ va- *Lyra. in Matth.*
næ gloriæ ab operibus pęnitẽtię dicẽs, cũ ieiunatis. *Nolite fieri.* Id
eſt ipſa vultus triſtitia nolite oſtẽdere ieiuniũ. Hypocritæ quidẽ *Glo. int. in Matt.*
ſunt repræſentatores alterius perſonæ, qui nõ virtutibus ſtudẽt,
ſed fauorẽ vulgi quærunt, vt ait interli. Vnde Ber. ait, non om- *D. Bern. ſerm. 1. in cap. ieiun.*
nimodã nobis triſtitiam interdicit, ſed eã quæ in facie eſt corã
hominibus: alioqui enim cor ſapientis vbi triſtitia, dicit Eccle. *Eccle. 7.*
Et Paulũ quoq; diſcipulos contriſtaſſe non piget, pro eo quod
B contriſtati ſunt ad ſalutẽ. Nõ eſt enim talis triſtitia hypocritarũ, *2. Cor. 9.*
quæ non in corde, ſed in facie eſt. Nota autem quod dixit, noli
te fieri ſicut hypocritæ triſtes, id eſt fingi.

Noli obſeruare faciem tuam more hypocritarũ: obſcuratur
quidem facies cum internus affectus externa ſpecie velut incru *D. Baſil. in hom. de ieiu. laud.*
ſtamento quodã inducto tegitur, & mẽdacio ceu velo obtento
celatur. Siquidẽ hypocrita dicitur hiſtrio, qui in theatro per-
ſonam ſuſtinet alienã, ſæpe profecto heri, cum ſit ſeruus, aut re- *Simile.*
gis, cum ſit priuatus: itidẽ in hac vita pleriq; vitam ſuã velut in
proſcenio ad oſtentationem cõponunt, aliud in corde gerentes,
C aliud in ſpecie hominum oculis præſeferẽtes, vt ait Baſilius. Idẽ *Ambr. li. de Elia. & ieiu. c. 10.*
etſi diuerſis verbis ait Ambro. dicens: ideo dixit hypocritas,
quoniam ſimulatione alienam perſonam induant, ſicut in ſcena
qui tragædias agunt, pro eorum dictis quorum perſonas gerũt,
mores ſuos excitant, vt aut iraſcãtur, aut mæreãt aut cãtẽt. Affe *Simile.*
ctãt enim iſti vt ieiunare videãtur hominibus magis quã Deo.

Si faciei corruptio eſt propter inanem gloriam, ait Chryſ. *Chryſ. in Matt. ho. 21.*
pallidum apparere quenquam, quidnam dicendum eſt de fu-
cis atq; picturis corrumpentibus facies fæminarum, in perdi-
tionem iuuenum laſciuorum? Nam hi quidem qui oſtentant
D pallorem ieiunij, ſemetipſos tantummodo, hæ vero & ſe ip-
ſas, & eos à quibus videntur interimunt: propterꝙ vtrãq; peſtẽ *D. Chriſ. in 1. ã alſo. hom. 13.*
multo cũ ſtudio oportet effugere. Et alibi dicit idẽ ſanctus, vana
carnis natura quemadmodum primũ difficilis eſt ad benefaciẽ-
dũ, ita etſi benefeceris facilis eſt ad iactãtiã boni operis: Propte-
rea & in hac parte nos inſtruit dicens, cum ieiunatis. Et attendi
te ne iuſtitiam veſtrã faciatis coram hominibus: vt bonũ veſtrũ
non ad miniſterium vanitatis proficiat, ſed ad vſum ſalutis: *Chryſ. ex var. in Matt. locis ho. 10.*
cõcupiſcentia vanæ gloriæ non ſolũ ſeruos diaboli, ſed etiã ſer
uos Dei & viros fideles impugnat, magis autẽ ſeruos Dei q̃ ſer
uos diaboli. Vbi enim res agit glorioſa, ibi facilꝰ locum inuenit
gloriationis occaſio. Itẽ alibi ait, ꝓpter futurã ſpẽ ſoli Dño ie-
iune-

ſunemus, à quo expectamus humilitatis huius deuotæ mercedē E
nam qui ita ieiunāt vt magis hominibus quā deo placeāt, habēt
quidem laborem de corporis afflictione, ſed per inanem gloriam
mercedem laboris apud Deum habere non poſſunt.

*Leo Papa de ieiu. ſeptimi menſis ſer. 3.*

Hortamur vos ait S. Leo Papa, vt vnuſquiſque ſecūdum men
ſuram poſsibilitatis quam accepit à deo, in bonis operibus eni-
teſcat, quia & inimici noſtri qui noſtra ſanctificatione torquen-
tur, in his rebus quas ad maiorem obſeruantiam nobis diſpoſi-
tas eſſe nouerunt, vehementius ſæuiunt, & ſubtiliore inſidian-
tur aſtutia, vt alijs immittendo metum inopiæ de largitatis expē F
ſis, alijs immittēdo triſtitiam de labore ieiunij, complurimos à
conſortio huius deuotionis abducant. Contra quas tentationes
dilectiſsimi vigilet in nobis pij cordis intentio, & à Chriſtianis
membris cogitationes diffidentiæ repellantur.

*Radulph. Arden. ſuper Mat.*

*Triſtes.* Qui triſtatur ſuorum recordatione peccatorū, vel de
alieno malo; vel de dilatatione patriæ cæleſtis, bene cōtriſtatur,
ait Radulphus. Hypocritæ vero vel non triſtantur, ſed triſtitiam
ſimulant. Vel ſi triſtantur, ſimulant intentionem, quia ſimulāt ſe
ex bona intentione cōtriſtari, cum de dilatione potius vanę glo

*D. Thom. in Matt.*

riæ quam deſiderant triſtētur. Hoc quidem vt ait S. Thomas, nō G
ſolum prohibet non facere, ſed velle, quia in voluntate radix me

*Iſido. ſup Amos.*

rendi & demerendi eſt. Vnde dicit, nolite fieri. Hinc & Iſido. Su
per Amos ait, qui à cibis abſtinent, & mala agunt, dæmones imi
tantur, quibus culpa adeſt, & cibus abeſt. Dominus noſter virtu

*Maxim. epiſco. in hom.*

tum ſpiritualium retributor, ait Maximus, ſacratam nobis per
fectamq; dedit regulam ieiunandi dicens, cum ieiunatis: non
enim deo ieiunat ſed hominibus quicunq; oſtentatione ieiunij
ſui gloriam requirit humanam. Non quidem vult diſciplinæ cæ
leſtis magiſter, irreligioſe agi, quod fieri pro religione præcipi-
tur, nec patitur inuocantium ſe laborem quibus æternam parat H

*Ioan. Maio. in Ma.*

mercedem, infructuoſa iactantia perire. Cæterum audiui, ait
grauis quidā doctor, nonnullos mendicantū exquiſitis quibuſ-
dam herbis membra ſua deformare, vt morboſi videantur: ſic

*D. Augu. de ſer. do. in monte lib. 2.*

voluptuoſi hypocritæ ſuis verbis facere ſolent, vt quaſi perſona
ti ſuam fabulam ieiunij agant. In hoc autem Euangelio maxi-
me aduertendum eſt, ait Aug. non in ſolo rerum corporearum
nitore atq; pompa, ſed etiam in ipſis ſordibus luctuoſis eſſe poſ

*D. Augu. ad fra. in ere. ſer. 41*

ſe iactantiam, & eo periculoſiorem, quo ſub nomine ſeruitutis
Dei decipit. Et alibi ait: eſt fratres quoddam ieiunium commen
dabile, & quoddam damnabile: damnabile quod videt homines
& fit propter homines, cōmēdabile quod ſolū propter Deū fit.

Sicut



*D. Chryſolog. ſer. 7.*

A *Sicut hypocritæ.* Hypocriſis ait Chryſologus, ſubtile malum, ſe
cretum virus, venenum latens, virtutem fugans, tinea ſanctita-
tis: aduerſa omnia nituntur vocibus ſuis, armis ſuis pugnant, im
pugnāt palā, vnde & cauentur tam facile quam videntur: hypo
criſis ſecura ſimulat, fallit proſpera, curioſa mentitur, & crudeli
tate virtutes trūcat mucrone virtutum: ieiunium ieiunio peri-
mit, oratione oratione euacuat, miſericordia miſeratione pro-
ſteruit. Hypocriſis cognata febris, frigido poculo propinat ardo
rem: quod corporibus eſt hydropis, hypocriſis animabus hoc
B eſt: hydropis bibendo ſitit, hypocriſis inebriatu ſitit.

*Lu. Gra.*

*Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.* Vereor ne hinc perperam perdi
ti homines putent eſſe maximum vitæ ſolatiū, quamuis vitioſi
ſint, ſi modo longiſsime ab hypocriſi abſint. Quid quęſo iuuat te
ab hypocriſi abeſſe, ſi cæteris vitijs & criminibus ſis ob noxius?
Quid abſurdius quā vt hypocriſim fugias, ſcurrā agere? præſer-
tim cum is qui vetuit ne iuſtitiam noſtram faceremus corā ho-

*Matt. 5.*

minibus, idē etiā præceperit dicēs, ſic luceat lux veſtra &c. aliud
eſt enim bona opera facere vt humanam gloriam aucuperis,
aliud vero vt bonorum omnium autorem glorifices.

C *Exterminant enim facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes.* Il
li facies exterminant, qui quādā triſtitiam extra modum ſolitū

*Lyranus. Simile.*

aliorum demonſtrant, ait Lyra, vt religioſi prę cęteris appareāt.
Vel aliter, ſicut fiunt quandoq; vnguenta ad decorandum faciē,
quibus vtuntur mulieres ad ſimulandum pulchritudinem, ita
fiunt vnguenta, ad exterminandum prædicto modo faciem, &
forte talibus vtebantur ad ſimulandum pænitentiam. ô miſeri

*D. Greg. li. 8. mor. ca. 37.*

ait Greg. qui affectantes laudes hominum, in ſemetipſis diſſipāt
fructus laborū, cumq; ſe oſtendere alienis oculis appetunt, dam
nant quod agunt: quos nimirum maligni ſpiritus cum ad iactan
D tiam prouocant, eorum opera captiuantes denudant. Noli obſ

*D. Baſil. ho. de lau. ieiun.*

curare faciem ait Baſi. qualis es, talis appare. Ne te ipſum trāſ
figures in habitum triſtem ac tetricum, hinc laudem & gloriā
aucupans, ſi videare ſobrius & temperans: nam quæ gerūtur ad
præſentem oſtentationem, ea nequaquam porrigunt fructum in
ſeculum futurum, ſed ad hominum laudem detorquentur. Pro

*Hugo Car. in Matth.*

inde hilariter curre ad ieiunij domum. Non eſt tutum, ait Hugo
Car. labijs hominum committere gloriā ſuā, arcæ vtique ſine ſe
ra & claue: nā ſi ponit in os meū, non iā in tua poteſtate, ſed in
mea eſt poteſtate, cū meo libito poſsim laudare te, vel derogare

*Diony. Carthu.*

tibi. Quēadmodū ergo Eſther regina, ait Diony. Cart. triſtē ani
mū celauit vultu iucūdo, ſic hypocritæ animū celāt facie męſta.

Q Amen

D. Greg. 8. M… cap. 28. Chry. in non abſo. hom. 15. Simon de C… 10. cap. 56. Clau. Gui. in Matt.

*Amen dico vobis receperunt mercedem ſuam.* Quicunq; pro virtute E quam agit, humanos fauores deſiderat, ait Gregor. magnum meritum vili pretio venale portat. Vnde enim cæli regnum mereri potuit, inde nummum tranſitorij ſermonis quærit vili ergo pretio opus vendit, quia magna impendit, ſed minima recipit. Delectatio illa laudis ait Chryſoſt. tandiu ſentitur, quamdiu auditur, mox autem vt aures tranſierit, tranſit & delectatio laudis. Ex his quibus poſſumus mercari cæleſtia, perfunctoria & terrena nanciſci, quid huic dementiæ poſsit æquari, pentus non inuenio. Væ autem accipientibus in hac vita de F virtute mercedem. Venati ſunt iſti, ait Claudius, ſuo labore auram popularem, auram ergo & ventum habent, hoc eſt inanem & vanam rem, nempe rumuſculum apud homines in ſtar auræ ináneſcentem, nam cum laudantur ab hominibus, totum acceperunt ab hominibus.

Abulen. in Matt.

*Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua:* Ita erat conſuetudo in terra Chanaam, ait Abulen. Partim propter colores, partim propter iucunditatem, quod tam viri quidem quam fæminæ, oleo capita vngebant. Lauemus facies lachrymis cum ieiunamus, & caput vngamus, nempe Chriſtum G ait Auguſt. qui caput eſt cunctorum Vngemus autem oleo miſericordiæ, eleemoſynas dando, & verba contritionis clamando, peccauimus Domine, ſed miſerere: facies animæ conſcientia intelligitur: proijce ergo abſte auaritiæ ſordes, ait Chryſ. periurij ſtercora, malitiæ putredinem, & lauaſti faciẽ, id eſt conſcientiam tuam, aqua Prophetica; de qua dicebat Iſa. lauamini, & mundi eſtote. Item caput tuum Chriſtus eſt: ſitientem pota, eſurientem ciba, algentem veſti, & ſic oleo miſericordiæ vnxiſti caput tuum id eſt Chriſtum, qui clamat in Euangelio dicens quia quod vni ex minimis iſtis feciſtis, H mihi feciſtis. Hoc quidem ita fieri debet, vt dicit idem Sanctus alibi, vt ſi fieri poſsit, opus religioſi ieiunij, & ipſius corporis atque animæ afflictionem, vultus hilaritate velemus. Nam ſanctiſsima Iudith cum magno mærore pro populo eſſet afflicta, poſt ſolennitatem triduani ieiunij capite vncto & lota facie, ita internæ afflictionis triſtitiam texit, vt ſimulato gaudio lætari hoſtibus videretur: ac ſic ieiunium vultus lætitia texit, & de hoſte triumphum ipſum victoriæ reportauit. Similiter Eſther ſanctiſsima dum lota facie & capite vncto poſt triduanum ieiunium intelligi à rege potuit, Aman illum populi ſui inimicum iniquiſsimum interemit. Quid de Daniele & tribus

D. Augu. ad fra. in ere. ſer. 41
D. Chryſ. in non abſco. 15.
Iſa. 1.
Matt. 25.
D. Chryſ. ex va. in Matt. locis l. o. 10.
Iudith. 9. & 13.



A tribus pueris dicemus? Qui in tanta abſtinentia, inter tot, adoleſcentes qui cibis regalibus paſcebantur, ſoli vultu cæteris gratiores inuenti ſunt?

Danie. 1.

Intelligendum eſt ait Auguſt. hoc præceptum vngendi caput & faciem lauandi, ad interiorem hominem pertinere. Vngere ergo caput, ad lætitiam pertinet, lauare autem faciem ad munditiam: & ideo caput vngit qui lætatur interius, & mente atq; ratione: *Vnge caput tuum.* iuxta ritum prouinciæ Paleſtinæ, ait Hiero. loquitur, vbi diebus feſtis ſolebant vngere capita, præcepit ergo vt quando ieiunamus, lætos & feſtiuos nos eſſe monB ſtremus: *Ne videaris hominibus.* Non prohibet ſimpliciter videri, & inde laudari. *Sed patri tuo qui eſt in abſcõdito.* Iſa. Vere tu es Deus abſconditus *Reddet tibi.* Sap. 10. Reddet Deus mercedem laborũ ſanctorum ſuorum. *Et pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi.* Quid eſt quod opus noſtrum ait Gre. & ita faciendum eſt ne videatur, & tamen vt debeat videri præcipitur, niſi quod ea quæ agimus & occultanda ſunt ne ipſi laudemur, & tamen oſtendẽda ſunt vt laudem cæleſtis patris augeamus? Vnde fit plerunque vt bonum opus & in occulto ſit, cum fit publice, & rurC ſus in publico, cum agitur occulte. Non ſolum ieiunium, ait Claudius ſed omnis Chriſtianorum vita hoc ſcopo & fine inſtituenda eſt, vt tantum oculis Dei pateat & accepta ſit Impij oculos quidem cum ſuo rege mundo habent.

D. Aug. de ſer. do. in mon. lib. 2.
D. Hiero. lib. 1. in Matth.
Hug. Car. in Matth.
Iſa. 45.
Sap. 10.
D. Greg. 3. par. paſto. admo. 36.
Matt. 5.
Claud. Gui. in Matth.

*Nolite theſaurizare vobis theſauros in terra, vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur.* Aerugo metalla conſumit, ait Gloſſa, tinea veſtes, quod ab his intactum eſt, tollunt fures, his tribus modis omnis auaritia condemnatur. Omne quidem terrenum vel ærugine conſumitur, vt aurum & argentum: vel putredine & vermibus ſoluitur, vt veſtes, D vel quod ab his immune eſt, à furibus tollitur, vt lapides pretioſi. Quid tam paternum, ait Chryſologus, quid ſic veniens de amore? Quod tam prouidum de charitate conſilium? Nil tibi perire vult, qui tua in theſauris cæleſtibus uult reponi. Quam ſecurus dormit, qui Deum ſuorum meruit habere cuſtodem. Mala depoſitaria terra, ait grauis quidam auctor, in qua repoſitum depoſitum, patitur ab omni corporalium genere detrimentum: ab inſenſibili, vt eſt ærugo, & à ſenſibili, vt eſt tinea, a rationali, vt ſunt fures.

Glo. ordi. in Matt.
Petrus Chryſolo. ſerm. 7.
Gorra. in Matth.

*Theſaurizate vobis theſauros in cælo, vbi nec ærugo, &c.* Hos vermes non exiſtimes debiles eſſe, hi ſiquidem vermes ſunt, tẽpus,

Suarez in Matth.

 dies

dies & horæ, & ipſa minutiſsima momenta temporis. Quid ita E
ſilenter ſurripit, & vita ſpoliatum hominem nudum in terram
deijcit, atque tempus? Cuius ſi ſpatia quæres, verius id quod
deficit enumerabis, quam quod exiſtit. Nam ſi quis te percon-
tetur, heus tu bone vir, quot habes annos ætatis? Si vere quidē
ſic interroganti reſpondere velis, non dices. annos natus ſum
quadraginta, imo quadraginta mihi deſunt anni. nec reſpon-
debit alius commode quinquaginta ſe habere annos, quos iam
non habet, nullum enim habemus annum præſentem, non men
ſem, non diem, non horam, vt hinc iam veriſsime Ariſto. ſenſiſ- F
ſe credam, cum dixit, de tempore non habemus niſi nunc, quod
ſane nunc vix dum prolatum cecidit, euaneſcitq;, vt nuſquam
ad nos redire, nec etiam nos ad illud tranſire liceat vnquam.
ô valde caduca & labilis ætas! ô vermis & tinea, cui nec reges
reſiſtere poſſunt. Quod ſi etiam furem mortem intelligas, non
*Heb, 9.* abs re erit. Nam quis viuētium è manibus mortis euadit? Quis
non ab illa correptus, quis non proſtratus fuit? Statutum qui
dem eſt hominibus ſemel mori, vt ait Apoſt. Optime igitur con
ſulit Ieſus, ne theſauros noſtros reponamus in loco temporis
*Eccl. 29.* tranſeuntis, vermibus obnoxio. In cælo quidem reconditur G
quidquid in vſum pauperum erogatur, dicente ſcriptura, qui
dat pauperi, deo fæneratur.

*Et vbi fures non effodiunt, nec furantur*. Si theſaurus eſt ti-
*Pau. de* bi in cælo repoſitus ne crede ſolum in cælo, ſed in ipſo Deo,
*Pa. in* in ipſo Dei ſinu, in ipſo corde Dei theſaurum collocatum.
*Matth.* ô quam vere tutum locum habent opes tuæ! quis poterit
eis incommodare? ſed ô miſeriam! peccatum eſt quod no-
bis eas auferre è ſinu poteſt Dei. ô longiſsimos & rapaciſ-
ſimos vngues peccati, qui ad cælum pertingere, & à deo the-
ſauros nobis noſtros rapere poſſunt! *Vbi eſt enim theſaurus tuus,*
*D. Chryſ.* *ibi eſt & cor tuum.* Qui collocat theſauros in terra, ait Chry- H
*in non ab* ſoſt. Non habet quid ſperet in cælo. Vt quid enim aſpiciat in
*Io. ho. 15.* cælum, vbi nil repoſitum habet? Hoc non ſolum de pecunia,
*D. Hier.* ait Hie. ſed etiam de cunctis paſsionibus ſentiendum eſt; guloſi
*lib. 1. in* Deus venter eſt, ibi ergo habet cor vbi eſt theſaurus: luxurioſi
*Matth:* theſaurus libido eſt, laſciui ludicra, amatoris laſciuia, ei ſeruit
*Clau. Gui.* deniq; vnuſquiſq; quo vincitur. nomine theſauri ait Clau. in-
*in Matt.* telligitur in hoc loco quidquid fuerit in quo ſpes tota reponi-
*Caiet. in* tur, cui & præcipue in quo animus conquieſcit. Et alius grauis
*Matth.* autor ait, valde certe degeneras, ſi cor, hoc eſt immortalem ani
mum cuius eſt velle & prouidere de theſauro, in terra figis.

Cum



A Cum videmus medicum ipſum magna diligētia applicare va
ria pharmaca, intelligimus ſane vehementer periclitari infir- *Simile.*
mum, & ad mortem tendere. Hodie quidem videmus ſanctam *Miſerabi*
matrem Eccleſiam nobis diuerſa medicamina ad hibere, aufert *le maxi-*
enim nobis cantica lætitiæ, nudat altaria veſtimentis iucundita- *me eſt pec*
tis, & operit veſte lugubri, organa adimit, veſtes promit nigras, *catū, quo-*
miniſtros pauperrime veſtit, cantica inducit triſtia: noſtra ca- *niā ad il-*
pita cinere aſpergit dicens quod puluis ſumus, & in puluerem *lud curan*
reuertemur. Abſq; dubio, infirmitas noſtra ad mortem tēdit, cū *dum tāta*
B Eccleſia mater noſtra tot applicet remedia: nā ſi mille haberet *ab Eccleſ.*
linguas, his omnibus nobis hodiernam inculcaret epiſtolam, di *ad hiben-*
cens, conuertimini ad me in toto corde veſtro, in ieiunio, fletu, *tur phar-*
& planctu. *maca.*

Dic obſecro mater Eccleſia, non ne ſatis erat dicere quod *Ioel. 2.*
mortales ſumus, & quod recordaremur nos homines eſſe, ſi
quidem dictum ſapienti ſat eſt: Sed potius dicis quod ſumus *Magna*
puluis, & in puluerem conuertendi? Videntur ſuperuacanea *eſt noſtra*
tot exteriora ſigna, cum pauca ſuffeciſſent verba. Verum id qui *cæcitas:*
dem eſt, ſi tales eſſemus, quales eſſe debebamus, nobis etiā pau-
C ciora ſufficere: ſed tamen cum negligentes ſimus, etiam pluri-
bus adhuc egemus verbis: ſi quidem niſi res ipſas oculis videa- *Obiectum*
mus, & manibus tractemus, vt præſens nos obiectum moueat, *præſens*
ita frigidi ſumus, vt nil moueamur, & nullum reportemus fru *plurimū*
ctum. Vnde factum eſt vt non dixerit Hieremiæ vt populum ſo- *mouet.*
lis verbis moneret, ſicut fecit cum Iſaia cum dixit Iſa. 30. vt mo- *Exēplum*
neret populum, quod propter eorum peccata comminuetur, ſi- *Iſa. 30.*
cut conteritur lagena figuli, contritione præualida, ſed potius *Hiere. 19*
præcepit vt ad ferret vas figuli, & moneret populum ſuę ruinę,
& punitionis Dei imminentis, atq; cum populus attētior eſſet,
D eductum vas figuli in terram proijceret magna vi, ita vt pænit⁹ *Prophetæ*
comminueretur atq; his verbis vteretur: hæc dicit Dominus *quā vehe*
exercituū, ſic conterā populū iſtū, ſicut cōteritur vas figuli, quod *mētia præ*
nō poteſt vltra inſtaurari. Apertū ſane eſt hoc modo plus moue *dicarent.*
ri populū quā ſolis verbis ſicut dixit Iſa. Quare modo & ſtylo
prophetico vtitur nūc Eccleſia huiuſmodi ſignis, cinere nos aſ-
pergendo. Cum Gabaonitæ atrociſsimum illud ſcelus commiſe *Exēplum*
runt, interficientes vxorem Leuitæ cum tanta turpitudine, ſatis *Iudic. 19.*
poterat vir ipſe ſolis verbis iuſtitiā poſtulare à cęteris tribubus,
contra tribū Beniamin & cōtra Gabaonitas: verūtamen cōſide
rans quanto plus moueat obiectū præſens quā ſola verba, dicit
textus quod arripuit gladium, & cadauer vxoris cū oſſibus ſuis

Q 3 in duo-

in duodecim partes ac fruſtra concidens, miſit in omnes termi E
*Horribile* nos Iſrael. Quod ſpectaculum ita hebræos commouit vt textus
*factum.* dicat, quod cum vidiſſent ſinguli, conclamabant, nunquã res ta
*Iudic.20.* lis facta eſt in Iſrael. Vnde & conſtituerunt atrociſsima ſumere
*Offenſas* de tanto ſcelere ſupplicia ante quam domum reuerterẽtur. Et
*cõtra Deũ* ita tercõflixerũt ita crudeliter & vehementer, vt in diuinis lite
*quomodo* ris nuſquã ſic geſtũ legatur, vt inde intelligamus quãtũ moueat
*ipſe pu-* obiectũ præſenſ. Poterat quidẽ Deus ſolis verbis aperire miſé-
*niat.* riã, nuditatem & paupertatẽ in Aegyptũ & Aethiopiã venturã
cũ eſſent in captiuitate regis Syriæ, ſed vt obiecto præſenti plus F
*Iſa.20.* moueret, dixit ad Iſa. Vade, & ſolue saccũ de lumbis tuis, & cal
ciamenta tua tolle de pedibus tuis, & fecit ſic, vadens nudus &
diſcalceatus per ſpatium trium annorum: ſignum & prodigium
*Singula-* ſuper Aegyptum & ſuper Aethiopiam: Abſq; dubio hæc plus
*ris prædi* terrebant, quod viderent illuſtrem Prophetam tribus annis
*candi mo* diſcalceatum incedentem, & prædicantem horribilem populi
*dus Iſaiæ.* vaſtationem. Tum etiam poterat Deus monere illos quinq; re
*Hier.27.* ges miſerabilem ſubiectionem in quam deuenturi eſſent, niſi ſe
*Exẽplum* ipſi Nabuchodonoſori ſubijcerent, quẽ ipſe miniſtrũ ſuæ iuſti-
tiæ elegerat, abſq; eo ꝙ Hieremias catenas ſibi circũduceret, G
*ſingularis* & eaſdẽ ſimul cũ literis ad quinq; reges trãſmitteret. Verũ his
*perſuaden* vti voluit ſignis, vt magis terrerẽtur. Quamobrẽ ita videamus
*di modus* hodie ſe gerere nobiſcum piã matrẽ Eccleſiam, dicendo, puluis
*Hieremiæ* es, & in puluerẽ reuerteris. Inſtitutũ quidẽ Eccleſiæ matris no-
*Eccl.7.* ſtræ hodierno die eſt, reducere nobis ad memoriã mortẽ ipſam,
*Refrice-* vt eius cõſideratione peccata omnia deteſtemur, iuxta illud, me
*mus ſæpe* morare nouiſsima tua, & in ęternũ nõ peccabis. Ignominioſum
*memoriã* etenim homini eſt qui de prudentia ſe iactat, ꝙ ita ſui oblitus
*quod pul-* ſit, vt tam obuiam & præſentẽ rẽ non facile recordetur, videli-
*uis ſumus* cet quod mortalis ſit & puluis, & in puluerem redigendus: imo H
*Magna* potius quod dæmon, vt penitus ex memoria deleret peccato-
*eſt cæcitas* rum noſtrorum pænitentiam, nos eo redegerit, vt iam fere nil
*noſtra.* magis ex memoria noſtra expunctum & obliteratum habea-
*Sepulchrũ* mus, quam mortis recordationem. Quæ maior dementia ex
*ſumꝰ mor* cogitari poteſt, quam cum videamus nos quotidie tot corpori
*tuorũ cor-* bus mortuis paſci, vt piſcibus, auibus, & varijs alijs animalibus,
*porum.* eſſeq; ſepulchrum mortuorum, non tamen exiſtimamus nos
mortales eſſe? Talem habebat cæcitatẽ populus Iſrael, cum dice
*Deut.32.* ret de eis Moyſes Deut. 32. Gens abſque conſilio eſt, & ſine pru
dentia, vtinam ſaperent & intelligerent, ac nouiſsima prouide-
rent. Prudentia namq; in hoc conſiſtit, quod in præſenti ex prę
teri-



A teritis coniectamus futura. Vis ô homo ſcire nunc quid de te fu
turum ſit, ne velut harundo à quocunq; vento agiteris? id certe
quod factum eſt de patre tuo, de auo tuo, proauo, & atauo, mo *Magna*
rieris tandem. Conſidera ergo non quod rex es, imperator, Pa- *eſt pruden*
pa, prælatus alius, vel diues, vel iuuenis, vel nobilis, ſed quemad *tia ex præ*
modum deſines rex eſſe, deſines imperare, relinques diuitias & *teritis fu*
florem iuuentutis, atq; ignobile & fædum ſepelietur cadauer: *tura con-*
Quæ cum ita ſint, optime te monet Eccleſia quod puluis es, & *iecturare.*
in puluerem reuerteris. *Mũdana*
B Amor quidem proprius & affectus terrenorum, in cauſa eſt *potentia*
cur homines tam facile aliorum fragilitatem & immortalita- *quo tandẽ*
tem intelligant, ſuam non intelligant, & tamen non magnifice *redigatur*
de generis humani fragilitate philoſophantur. Tacita enim quæ *Amor pro*
dam perſuaſio intus latens, bono eos animo eſſet iubet, quã *prius nos*
diuturnam ætatem, nulla tamen ſatis firma ratione dictãte, ſed *excæcat.*
naturali vitæ amore ſuadente, ſibi pollicentur, quod ſignifica- *Hiero. ad*
uit Hier. cum ait, quotidie morimur, quotidie commutamur, *Nepotia.*
& tamen æternos nos eſſe credimus. Hinc videas frequenter ſe- *Senes quo*
xagenarios homines & amplas domos à fundamentis erigere, *demẽtia*
C & pecunijs congregandis auidiſsime inhiare. Quid autem de- *redigãtur*
mentius, quam quominus ſuper eſt vitæ, hoc plus viatici conge
rere? Has vanas ſpes & craſſas tenebras conatur Eccleſia hodie
delere dum ait, puluis es, & in puluerem reuerteris.

Oculi quidem ipſi ſeſe contueri non poſſunt, ſuaſq; maculas *Simile.*
dignoſcere, niſi ante ſpeculum ipſum apponantur: ad eundem *Defectus*
modum vix noſtros defectus poſſe agnoſcere videmur, niſi *proprij nõ*
mortem ipſam ipſis temporis momentis impendentem tan- *facile di-*
quam ſpeculum quoddam nobis ante oculos conſtituamus. Fe- *gnoſcũtur.*
runt naturales philoſophi, quod ſi forte murmur ſiue; lis quæ-
D dam inter apes ipſas exoriatur, præſens remedium ſit ad ea- *Simile.*
rum ſedandum murmur, puluere apes ipſas conſpergere: ſic
vt turbationes quandoque noſtræ contentioneſque inanes ceſ *Apes litẽ*
ſent, operæ pretium eſt conſiderationem perattente ineamus *dirimunt*
quod mortales ſimus, & mortem ipſam iam iam expectemus. *puluere cõ*
Cum defunctum videris ad ſepulturam ferri, conſiderare debe- *ſperſæ.*
bis te perinde etiam mortalem eſſe iuxta illud Eccl. memor eſto *Eccl. 38.*
iudicij mei, ſic erit & tuum: mihi heri, & tibi hodie. *Simile.*
Eſt etiam mortis memoria ſæpe repetita, ceu horologiũ quod- *Similitu.*
dã, quo vitæ noſtræ actiones, metimur & mẽſuramꝰ, & in melio
res cõmutamus. Et queãdmodũ Daniel cineris aſperſione frau- *Dan.14.*
des & machinas ſacerdotũ illorum Babyloniorum deprehendit

 atq;

atq; aperuit, ita etiam nos conſideratione mortis debemus machinas, aſtutias & dolos ipſius dæmonis detegere & aperire nobiſq; ab eiſdem diligentiſsime cauere. E

*Seneca l. 10. epiſ. epiſ. 17.*

De morte ſæpiſsime cogitare plurimum cõuenit, iuxta illud Senecæ, quid eſt inquit, quod nos pigros, inerteſq; reddit? Quia ſcilicet nemo noſtrum cogitat tandem aliquando ex hoc corporis domicilio atque ergaſtulo emigrandum eſſe. Vis belliſſime te gerere? Tanquam ſtatim migraturus viuito, proponeq; tibi incertam mortis horam ante oculos, & certam tamen mortem. Philonorius Gala. vt ſcribit Heraclides, referente Marulo ſex totos annos in ſepulchro quodam delituit, vt facilius & ſæpius mortis recordatio menti occurreret. F De Brachmanis quidem philoſophis orientalibus prodiderunt hiſtoriæ quod vt facilius in mortis memoriam inciderent, pro foribus ipſis patentia haberent ſepulchra. Scribit etiam Quintilia. nil eſſe acerbius morte ipſa inopinata & impræmeditata. Cum igitur tot gentiles abſq; fide tales inirent conſiderationes, multo quidem diligentius tu Chriſtiane meminiſſe debes quod puluis es, & in puluerem reuerteris.

*Philono. Gala. Heracli. Marulus. Brachmani Philo. Quint. in 2. decla.*

*Similitu.*

Nauta quidem in puppi ſedens ſuam gubernat nauem, idem tibi faciendum eſt nauiganti in mari tempeſtuoſo huius mundi G ſcilicet vt ſedeas in vltimo fine illius, vbi mortem contemplaturus es, ſi vis vt vita bene gubernetur. Cinis ignem conſeruat, & recordatio cineris, in quem vertendus es, gratiam conſeruabit. Nil enim ita propemodum à peccato reuocat, quam crebra mortis recordatio: ratio enim ipſa poſtulat, vt quod aſsidue oculis cernis, credas: nulla vanitatum quas modo diligis, tibi proderit in illo tremendo tranſitu mortis. Viperam ferunt exuſtam, incineremque conuerſam, mederi eiuſdem beſtiæ morſui, vt ait Lactan. Firmia. Sic ſi te momorderit auaritia, ſuperbia &c. H Conſidera cinerem in quem commutantur diuitiæ, potentia mundana, & ſimilia, & finem eorum: atque hac ratione medicinam facies eorum morſibus. Naaman Syrus petijt ab Eliſæo onus terræ quam volebat ſecũ aſportare, nec vltra adorare idolum: ſic nos terrã in quam vertendi ſumus, aſportemus in noſtra memoria, vt non adoremus idola vitiorum noſtrorum.

*Simile. Quomodo à peccatis ceſſabim⁹. Simile. Lac. firm. li. de ciui. Dei. c. 13. Figura. 4. Reg. 5.*

*Inuitat nos Deus ad pacẽ, & eã ſiec ci facim⁹.*

Dic obſecro peccator, cur non ferreum pectus emollis, videns quod te hodierna epiſtola ad pacem inuitet is, à quo procumbens & genibus aduolutus, multis etiam adhibitis lachrymis, eam tu poſtulare frequẽter debebas, etiam terramq;

celumq;



A cælumq; de precatores adhibendo. Quænam tibi obſecro maior & præſtantior commoditas offerri poterat, quam hodierna, vbi vides Chriſtum te ad pacem inuitantem, atque veniam tibi concedentem, ſi verè & ex animo ad eum conuertaris? Refert Valer: Maxi. quod quando Alexander Magnus vrbem aliquam obſidebat, facem accendi præcipiebat, atque præconis voce publicari, quod quicumq; ante extinctam facem, ad ipſum veniam petiturus accederet, liberaretur, & beneficia multa à rege impetraret: ſin minus gladio periret ipſe cum vniuerſa familia, & bona omnia diſsiparentur. B Tale præconium hodie Deus Optimus Maximus nobis voce Ioelis denuntiat tuba prius clangente cum dicitur, canite tuba in ſion, & poſtea aſſeritur, conuertimini ad me in toto corde veſtro.

*Val. Max. Conuertamur ad Deũ ante quã veniæ ianua claudatur. Ioel. 2.*

Præterea quod puluere hodie aſpergamur, indicat planè quod etſi ſceleſtiſsimi fuerimus, ne diffidamus, ſed veniam ſperemus: ſiquidem quandiu hic viuimus, tanquam incinere deſcripta ſunt peccata noſtra, vndè facile deleri queant. Sicut enim quod incinere ſcriptum eſt, facile deletur, & leuiuſculo vento diſsipatur: ſic vtiq; peccata noſtra ſi hoc ſancto tempore ea confiteamur, & C conteramur toto corde, atque deploremus ea & orationibus, eleemoſynis, ieiunijſq; vtamur, quod iugum ſuauiſsimum eſt & leue, faciliime obliterabuntur. Quod cum ita ſit, conuertimini ad dominum Deum veſtrũ, quia benignus & miſericors eſt. Si enim aliquando conuerti debemus ad dominum, & quod quæſo tempus acceptabilius fingi & excogitari poteſt? Ne expectemus quæſo quod ianua clauſa ſit, vt fatuæ illæ virgines fecere: ſed hoc iam ſalutari tempore & opportuno conuertamur, quo lachrymæ noſtræ eam habebunt vim, ſi vere & ex animo emanẽt, vt peccata omnia quantumuis grauia & enormia, delere poſsint. D Veniet autem tẽpus quando vel ſi lachrymas funderes inſtar oceani non tamen ſufficient ad obtinendam veniam etiam vnius dũtaxat venialis peccati. Vndè Regius Pſaltes dicebat, pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tempore opportuno. Reuera dicendũ eſt, totum tempus præſentis vitæ eſſe tempus veniæ obtinendæ, & miſericordiæ à domino impetrandæ: nihilominus tamen aliud tempus eſt alio accommodatius & opportunius ad pœnitentiam agendam. Quod cum ita ſit, quis obſecro te, erit tam cæcus qui non videat, hoc Quadrageſimale tempus ſanctum, quod hodierno die inchoamus & auſpicamur, eſſe longe accommodatiſsimum & maxime opportunum? Nõ igitur procraſtinemus, nec tantam temporis commoditatem negligamus: fieri quippe

*Ne diffidamus & ſi peccatis maxime onerati ſed ad deũ reuertamur. Simile. Ioelis. 2. Matt. 25. Pœnitẽtiæ magnæ vires. S. Th. 4. ſen. diſ. 21 q. 1. ar. 2. q. 3. Pſal. 31. Quadrageſimale tẽpus accõmodatiſſimum ad pœnitentiam agendam.*

 poteſt,

poteſt, vt paulopoſt tam oportunam occaſionem non nanciſcamur, etiam in reliquo totius vitæ noſtræ progreſſu. Attendamus quæſo, quod nos Deus exterius, interiuſque vocet, requirat, inuitet, paratus ad condonandum: dum igitur eſt occaſio, vt ait ille, fronte capillata, eandem apprehendamus, ne poſtea calua fiat. E

## FERIA QVARTA IN CAP. IEIVNII.

## CONCIO SECVNDA. F

CVM ieiunatis nolite fieri ſicut Hypocritæ triſtes. Matth. 6. Id quidem præſtare debemus vt tota noſtrorum bonorum operum intentio ſit in abſcondito, & propter Deũ. Præcipiebat Deus in lege olim vt capilli leproſi reſecarẽtur, vt lepra manifeſta appareret: ſed capilli Nazarei & ſancti non reſecabantur, ſed potius capillis caput decenter tegebatur. In quo quidem nobis inſinuatur quod peccata ipſius viri improbi & peccatoris ſacerdoti aperiantur: bona vero opera abſcondamus propter Deum. Pincerna quidem regis Pharaonis qui pocula geſtabat cooperta, reſtitutus fuit ad priſtinum gradum: piſtor vero qui caniſtrum apertum adferebat, ſuſpenſus eſt. Pro ratione ipſorum ventorum, ita ſolent nauigantes ad portum appellere: hypocritę ventus eſt vanitas, & ita portũ conſimilem recipit: vir autem virtutis ſtudioſus cum ſecundo vento amoris Dei nauiget, idcirco fęliciſsimum obtinet portum. Pſal. ſpiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. G

*Leuit. 13. Intentio noſtra in Deum dirigatur. Nume. 6. Gen. 40. Simile.*

Puteos Iſaac terra oppleuerunt Philiſtæi: ſic puteos quos Deus in nobis producit rectarum intentionum, vt inde bona emanent opera, conatur dæmon cogitationibus terrenis & mundanis obruere. H

*Gene. 26.*

Sichimitis circunciſio interitum attulit, quæ tamen aliis ſalutem dabat, ſic bonis operibus multi proficiunt quod habeant rectam intentionem, alij vero pereunt, quod deprauatam habeant intentionem. Sichimitæ propter ſenſualitatem & cupiditatem, circunciſionẽ ſuãſecerunt, & ita perierunt, Hebræi vero eã ſubierunt propter Dei præceptum, & vt originali labe mundarentur, vt inde intelligas quantum in bonis operibus valeat recta intentio. Quare vt ait Apoſt. Col. 3. omnia quæ facitis in verbo aut in opere, omnia in nomine Ieſu Chriſti facite.

*Gene. 34. Intentionẽ rectam requirit Deus. Col. 3.*

*Cum ieiunatis.* Ieiunium quidem vt ait Apoſt 2. Cor. 6. debet eſſe

*2. Cor. 6.*



A eſſe in multa patientia, in omnibus inquit, exhibeamus noſmetipſos ſicut Dei miniſtros in multa patientia. Nota autem quod dicit in multa patientia: nam patientia cum tribus debemus vti, primo nobiſcum, deinde cum proximis, & tertio cum domeſticis: & nobiſcum quidem, quia cum non ſimus aſſueti ieiunijs, illico primo mane famem ſentimus, & nocte dormire nequimus, itẽ dolores capitis experimur: ſed tamen patientia vtentes tandem omnia vincemus, & vſu facilia fient: non debes propterea ieiuniũ relinquere, conſiderans quod propter te plura ſit paſſus Chriſtus: B & quoniam ſępe propter medici conſilium abſtinentia vteris, melius erit ſi propter Chriſtum, & Eccleſiæ mandatum. Secundo debemus patientia vti cum proximis, multos enim videas qui cum ieiunant redduntur irati & intolerabiles cum proximis. Tertio debemus patientia vti cum domeſticis: multos enim videas, qui cum ieiuni domum accedũt, niſi omnia ſint parata, niſi cibi egregiè ſ. le conditi, ſtatim clamores edunt. O infelices qui tam minima de cauſa ieiunij fructum perdunt.

*Patientia vtiliſsima. Virtꝰ exercitata facilior redditur. Ieiunium ſine patiẽtia nõ videtur prodeſſe.*

*Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.* Hypocritæ ſunt falſarij, plus autem offendit qui falſam cudit pecuniam, aut qui ſcripturam C aliquam falſificat, quam latro. Sunt hypocritæ inſtar alicuius nauis patientis tempeſtatem, & tandem in manus pyratarum deuenientis: ſic enim hypocritæ tota vita ſe affligunt, & tãdem pereunt, & diuitias ſuas inimicis tradunt, vt ait Dauid Pſal. 77. & ita videntur poſſe quodammodo dici martyres dæmonis (vult enim & dæmon in ſuo inferni tabernaculo, vt aliquid facete dicamus, habere ſuos martyres) Moyſes quidem cum manus efferebat & eleuabat in altum, vincebat, ſic tu intentionem tuam dirige in Deum, & vinces. Vt hoc nos Chriſtus cæleſtis magiſter doceret, oculos in cęlum ferebat cum aliquid inſigne præ- D ſtare volebat, vt patuit in miraculo panum, & in ſuſcitatione Lazari. Quando volumus aliquid ad rubricam dirigere, ſolemus ſiniſtrum claudere oculum: ſic nos mala intentione deleta, bonam ſemper Deo aperiamus. Hypocritæ quidem non id faciunt, ſed potius vultum ſuum prorſus exterminant, vt hominibus placeant.

*Hypocritæ quibus comparentur. Pſal. 77. Exod. 17. Mat. 14. Ioan. 11. Simile.*

Memento homo quia cinis es, ait nobis Eccleſia hodierno die, ſiquidem mortis memoria eſt horologium vitæ, illam excitans & ordinans ad munditiam, ad virtutes acquirendas, & ſordes vitandas. Vt enim aqua cineris abſtergit veſtiũ maculas, ita mortis memoria & lexiuium lachrymarum, animæ ſordes abſtergit, & noxias ſolicitudines atq; cupiditates.

*Mortis memoria quam ſit vtilis. Simile.*

Conſide-

## *Conſiderationes ad pœnitentiam viriliter capeſſendam.* E

*Hu. Car. in Matt.* — *Iſa.58.* — *Iſa.58.* — *Dan.1.*

CVM *ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.* De ieiunio, ait Hugo Cardi. non remouet dominus triſtitiam omnimodã, ſed triſtitiam hypocritarum, quæ non ſolum meritum non habet, ſed ſupplicium promeretur. Notandum autem quod ieiuniũ aliud ſpirituale eſt, aliud vero corporale: ſpirituale eſt quod abſtinet à peccato, de quo Iſa. dicit, nonne hoc eſt magis ieiuniũ quod elegi? Diſſolue colligationes impietatis &c. Ieiunium corporale eſt abſtinere à cibo corporis certo tempore, quod multa F bona efficit cum rectè fit. Primo pauperem reficit, tum enim eſt rectum ieiunium quando quod ventri ſubtrahitur, pauperi datur. Vndè Iſa. poſtquam monuit ad ieiunium, ſubiungit, frange eſurienti panem tuum. Item intellectum exacuit. Dani. 1. tollebat cibaria & vinum potus eorum, & dabat eis legumina: pueris autem his Deus dedit ſcientiam & diſciplinam in omni ſcientia, Danieli autem intelligentiam omnium viſionum.

*Vita noſtra breuis.* — *Pſal. 89.* — *Cyprian. contra demetrium.* — *Simile.*

Plurimum quidem ſanè confert ad pœnitentiam in nobis excitandam, conſiderare quanta ſit vitæ noſtræ breuitas, nõ ſolú autem dico breuem facta comparatione ad æternitatem, iuxta G illud Pſalm. mille anni ante oculos tuos tanquam dies heſterna quæ præterijt: Verum etiam comparata cum vita maiorum noſtrorum & patrum antiquorum, qua viuebant octingentos & nõgentos annos ante diluuium vt notauit martyr ille & doctor eximius D. Cyprianus, qui ait, vix peruenit homo ad trigeſimum annum cum iam cani oriuntur, item in ipſa adoleſcentia ſunt iã aliqui calui, & ſexagenarius iam ſenex reputatur, octogenarius vero iam decrepitus cenſetur. Vtique ſimiles ſumus imperio Romano, nam tempore Octauiani & aliorum huiuſmodi imperatorũ, vix apparebat in toto orbe natio cui non dominaretur: deinceps vero tantas hinc inde incurſiones & diſcordias ſuſtinuit, vt H longè breuiſsimum effectum ſit, & in dies breuius fiat.

*Vita noſtra inſtar Romani Imperij ſemper breuiata eſt.* — *Iob.42.* — *Ariſto.*

Talis eſt vita noſtra quæ quotidie breuiatur, ante diluuium quidem viuebant homines nongentos annos, & paulopoſt quadringentos, iã tempore Iob ducentos, de quo dicitur quod poſt perſecutiones ſuas vixerit centum & quadraginta annos: nunc vero vide quo tandem deuenerimus, vt dicat philoſophus quod vigor ætatis hominis ſit vſque ad trigeſsimum quintum annum, inde enim iam ætas ingraueſcit, denique ſi alios triginta quinque annos addas, ecce tibi ſeptuaginta annos humanæ vitæ, nam in trigeſimo quinto quaſi in meridie verſamur, hinc vero tanquam ſol ad occaſum



*Vita quomodo extenuetur in hominibus.* — *Si infãtiã & pueritiã demas & somni tẽpus, ac edendi, vide quã exigua vitæ portio relĩquatur.*

A caſum tendimus. Videmus igitur apertè quod plures quam quatuordecim partes fuerit vita noſtra extenuata, nec tamẽ id volumus agnoſcere: Tanta enim cæcitate laboramus, vt id penitus negligamus. Quod ſi hinc etiam demas infantiam & pueritiam, tempus etiam quo ſomno indulgemus, & decrepitam ætatem, quæ vix loco vitæ ducenda ſunt, iam aperte vides quam exiguam ducamus vitam. Si igitur hanc ipſam exiguam vitam, in pœnitentia nõ cõſumimus, quid nobis miſeris fiet? In hoc certè ſumus diligentiores quod plus peccamus in tam tenui vita, quam pecca-B rent illi in diuturna, & videas modo innumeras vitiorum & peccatorum ſpecies. Si igitur illi qui tandiu vixerunt, iam nunc in obliuione verſantur, quid de te exiſtimas fore qui tam breuem viuis vitam?

*Quorſum quæ futura ſunt negligimus, gloriã ſempiternam nõ amãtes & inferni pœnas nõ metuẽtes?* — *Quã miſerie ſe inueniunt in inferno miſeri.* — *Quanta fruetur iucunditate boni in gloria.* — *Purgatoriũ velis & remis fugiamus.* — *Præſentia tantũ tan*

Neſcio planè qua de cauſa bona æterna non diligamus, & inferni pœnas non perhorreſcimus, cum tamen præſentia incommoda ſentiamus, & præſentia bona tantopere diligamus. Nã mihi perſuadeo illud eſſe in cauſa, quod cum æterna bona & æternæ pœnæ nobis longiſsimè diſtare videantur, minorem in oculo noſtro angulum efficiunt, bona vero terrena quæ præ mani-C bus habemus, maiorẽ in nobis efficiunt angulum. Contra quos ſic argumentor, quando malus propter eiuſdem vitia erit in inferno, & inde tam procul conſpiciet voluptates quas hic viuens habuit, apertum ſanè eſt quod cum minores angulos efficiant, illi etiam exiguæ videbuntur, ſiquidem tantum abhinc diſtat infernus, quantum nos ab inferno: cum igitur propter tam exiguas voluptates ſe in inferno poſitum videbit, quid quæſo ſentiet infelix? Sic igitur verſa vice de cęlo philoſophari poteris. Quodſi res præſentes quia maiorem angulum efficiunt, plurimum nos mouent, quid dicemus cum damnati præſentes experientur pęnas D ſempiternas & immortales? Sic etiam vice verſa de cęlo philoſophari potes, cum enim videbis pro exiguis laboribus hic pro Chriſto toleratis, immortalia tibi dari præmia, immortales ſanè Deo gratias ages, qui tantã tibi beatitudinem contulerit tã vili pretio: ſicut contra malus ſe confuſum videbit quod pro tam momentanea delectatione, æternas incurrerit pœnas. Poteſt etiã hæc doctrina purgatorio accommodari, cuius quidẽ pęnas videmur nos nihili facere. Cum igitur hæc ita ſe habeant, cur nõ redimimus tam atroces pœnas, pœnitentia in præſenti vita? Si enim præſentia tantum contuemur, quid diſtamus à brutis, quæ futurorum notitiam non habent? Imo & brutis deteriores videmur, ſiquidem nos Salomõ ad formicas remittit, vt earum prouiden-

*quã bruta* *gernemur.* *Prou.6.* *Prou.10.* *Prou.20.* *Mat.25.*

E uidentiam diſcamus. Si tam vile & tenuiſsimum animalculũ tẽ excedit propter negligentiam tuam, cur non confunderis, cum tanta abundes prudentia ad futura contuenda, & præterita reſpicienda, tum etiam tantis diuinitus abundes præmijs & muneribus? O virum ſibi ipſi crudelem! O virum perditum & miſerabilem! Congrega, congrega in æſtate, ait Salomon, noli ſæuam hyemem expectare, omnes enim hyeme te deridebunt: qui namq; laborare non vult, mendicabit æſtate, vt ſapiens alibi ait, propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æſtate, & non dabitur ei, ſicut accidit fatuis virginibus. F Quamobrem cum ſanctiſsimũ hoc Quadragesimale tempus nos ad pœnitentiam inuitet, & ieiunium, iuſtum planè erit vt nos in his exerceamus.

### *Inanis gloria perniciosum malum.*

*Occultã ſuperbiæ radicẽ habemus.*

NOlite *fieri ſicut hypocritæ triſtes.* Quod homines prætẽdant, ſiue ſibi proponãt videri ab hominibus, prouenit ex occulta quadam ſuperbiæ radice, & propria ſui æſtimatione, atq; magno deſiderio vt videantur in hac vita. Hunc autem peſtilentem appetitum conatus fuit Chriſtus extirpare ab hominibus in tota ſua G mortali vita, inferendo & plantando veram humilitatẽ in cordibus hominũ & verã mortificationẽ, quæ ſunt prædictis cõtraria, videlicet ambitioni & propriæ excellentiæ. Hæc quidẽ humilitatis virtus ſicut ſumme eſt neceſſaria, ita maximè eſt difficilis. Cũ enim homo per ſuperbiã ceciderit, hinc factum eſt vt nobis multæ huiuſcemodi morbi reliquiæ cõmiſſæ fuerint: tũ etiam quod nobis ſit vſque adeo cõmunis appetitus propriæ excellẽtiæ, quę veræ humilitati obſiſtit: ſic enim fit vt tãto difficilius humilitatis virtus acquiratur, quanto propria exiſtimatio altiores in nobis iecit radices. Vnde Chriſtus tã diligenter curauit vt humilitatis H virtus in nobis plãtaretur, cũ videret quot mala ex propria vniuſcuiuſq; æſtimatione orirentur, ex hac enim tot inimicitiæ in mundo oriuntur & diſſenſiones, cũ nullus poſtponi alicui velit, nec velit ſibi aliquem præferri. Vndè ſi diligenter conſideramus, inueniemus profectò, ab vtero vſq; matris vſq; ad crucẽ Chriſtum direxiſſe actiones ſuas, vt homo humilitatẽ ab ipſo diſceret, ſicut diſcurrenti per eius vitã facile poterit apparere in tot laboribus & perſecutionibus, quin etiã cum permiſerit ſceleſtiſſimum hominem ſibi præferri videlicet Barrabã. Quamobrem ô ſuperbe & miſerabilis, cũ videris te vehemẽter huiuſmodi peſte infectari, ad Chriſtũ crucifixũ oculos tuos leua, vide quomodo ibi cruci-

*Humilitatem amemus.* *Humilitas cur appareat difficilis.* *Christus nobis humilitatẽ, & verbo & exẽplo tradidit.* *Mat.27.* *Mar.15.* *Luca.23.*



A crucifixus ſit, non pretioſis indutus veſtibus, ſed nudus & vulneratus: non manibus lapillis pretioſis ornatis, ſed acutiſsimis clauis transfixis: non pileo ornatus cũ plumis pretioſis, ſed ſpinea corona, non collo monili decorato, ſed aſperrima catena: nõ redolet pretioſa vnguenta, ſed ſputo conſperſus eſt. Si tali conſideratione & tam horrifico ſpectaculo non moueris, durior es ſanè aſperrimis & immanibus ſaxis, ſiquidem hæc talia quidẽ conſpiciendo ſciſſa fuerunt: etſi tali cõſpectu non reſurgis, magis mortuus es quam corpora omnia mortua, ſiquidem hæc tũc B ſurrexerunt multa & à ſepulchris exierunt, etſi tanto motu non moueris, immobilior es terra, hæc ſiquidem tota tremuit: item obſtinatior es populo Iudaico, qui circa crucem poſitus multos habebat pectus ſuum percutientes. Humiliare igitur iam, humiliare, neque enim tantum humiliaberis, quantum peccata tua merentur. O quantum humiliaberis in futuro ſeculo, ſi hic humiliari dedignaris! Ommitte iam, ommitte iſtos inſolentiæ ventos & æſtimationem iſtam apud homines, ad Deum oculos tuos leua, qui ſcrutatur renes & corda, & debet opera tua præmiari, atq; apud hũc cura aliquid eſſe, nõ apud C homines, miſſas denique facito vanitates omnes mundanas.

*Ioan.18.* *Actio.3.* *Conſideremus Chriſtũ crucifixũ, & ſuperbiã omnẽ frænabimus.* *Matt.27.* *Luc.23.* *Conſidera quod Deũ habiturus es iudicẽ.*

Cum virtuti præmium honoris debeatur, atque ieiuniũ & alia huiuſmodi exercitia ſtudioſa ſint, hinc dæmon fallaciter argumentatur, licere honorem mundanum quærere, quandoquidẽ talia honorifica media aſſecuti ſumus. Contra quã dęmonis aſtutiam nos Chriſtus armat dicens, cum ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.

*Aſtutia dæmonis.*

O miſeri qui affectantes laudes hominum, in ſemetipſis diſsipant fructus laborum! Tale quiddam his accidit, quale habenti arborem aliquam fructibus onuſtam, & decorticat eam, nam ſta D tim fructus omnes pereunt. Quod ſignificare voluit Ioel cũ ait, decorticauit ficum meam, nudãs ſpoliauit eam, albi facti ſunt rami eius: hæc enim accidunt, cum propter humanam oſtentationem bona noſtra publicamus & propter inanem gloriam: tãdiu enim illæſa durant, quandiu ſeruantur ſub ſilentij cortice. Cæterum obſerua quod tametſi ſi totum corticẽ arbori adimas moriatur, non tamen ſi partẽ, ſiquidẽ ex maiori alia parte alimentũ ſumit & ſuſtẽtatur. Quãdo opus facis omnino propter inanẽ gloriam, penitus illi vitam adimis ſiue valorem: ſi autẽ præcipuè illud propter Deũ facis, & exinde cupis vt etiã ad gloriã Dei innoteſcat, & alij animẽt ad bona peragẽda, nõ propterea valorẽ operis perdidiſti, etſi quodãmodo gaudeas in eo opere, ſiquidẽ hæc non

*Simile.* *Ioel.1.* *Opera bona occultemus, ne ea amittamus.* *Finis præcipuus noſtrorũ bonorũ operum ſit Deus.*

non deſerimus quando hic viuimus. Vndè Chriſtus ait, ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videãt opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt. Item nemo accendit lucernam, & ponit eam ſub modio, ſed ſuper candelabrum.

*Matt. 5.*

Super illa verba Apoſto. Quæ enim ſecundum Deum triſtitia eſt, &c. ait beatus Tho. ſciendum eſt quod triſtitia & gaudium, & communiter omnis affectio ex amore cauſatur: duplex autẽ eſt amor, nempe amor Dei, & ex hoc cauſatur hæc triſtitia ſecundum Deum: alius vero eſt amor mundi, ex quo cauſatur ſecundum mundum. Amor Dei facit nos Deo obſequi libentiſsime, I cum autem contra eum operamur, verum guſtum amittimus, & triſtamur cum à Dei obſequio nos elongemus, & bona eſt triſtitia. Quæ eſt ſecundum mundum triſtitia, tunc fit, cum mundana nobis ex animi ſententia non ſuccedunt: ex quo colligas quã raro nos triſtitia bona apprehendat, quæ eſt ex eo ſuſcepta quod Deũ offenderim⁹. Super verba illa ſupradicta Apoſ. ait Remigius, ille contriſtatur ſecundum Deum, qui Deum per pœnitentiam ſibi placari deſiderat. Hinc liquet quomodo neq; hæc, neque triſtitia hypocritarum in nobis reperiatur, ſiquidem hypocritæ fingunt triſtitiam ſanctorum, nos autem non curamus ſancti eſſe: G neque triſtitiam habemus ſecundum Deum, quoniam non ſentimus dolorem quod eum offenderimus. Solum habemus triſtitiã ſecundum mundum, de qua ait Chryſoſt. quod ſit inutilis, imo vero nocet. Quę enim nobis euenit cõmoditas, ex triſtitia propter amiſsionem bonorum, ſalutis, delectationis, & aliorum huiuſmodi? Imo vero nobis plurimum nocet, & animum affligit, & cor lædit. Verum triſtitia ſuſcepta propter amiſsionem Dei, & amicitiæ eius, & propter amiſsionem virtutũ & aliorum bonorum ſpiritualium, nobis plurimum cõducit adhæc ipſa denuo recuperanda. Vndè ſide Cain dicitur quod triſtis incederet poſt- H quam fratrem ſuum occidit, & tamen parum ipſi profuit: reſpondemus Cain non triſtari propterea quod Deum offendiſſet, ſed quod fratris virtus plus manifeſtaretur in morte quam in vita, cum Deus cauſam eius ſuſcepiſſet. Quod ſi propter diuinam quidem bonitatem, non tangeris aliqua lethali culpa, ſaltẽ triſtitiam habe quod non plus profeceris in virtute, triſtare de offenſis quas vides contra Deum à multis committi, ſiquidem ipſum amas, de his enim triſtari debes ſi vere Deũ diligis, & proximum.

*D. Tho. 2. Corin. 7. Lec. 5.*

*Duplex amor.*

*Triſtitia duplex.*

*Remig. in 2. Cor. 7.*

*D. Chryſ. ſuper 2. Cor. 7.*

*Gen. 4.*

*Agit De⁹ cauſam ſeruorũ ſuorum:*

*Qualis eſſe debeat triſtitia noſtra.*

### *Ambitio deteſtabilis eſt.*

E*Xterminant enim facies ſuas vt appareant hominibus ieiunantes.*





A Fictos quoſdam exquirunt modos quibus videri poſsint hominibus pęnitentes, & pallidi atque macilenti. Ea enim eſt conditio noſtra, vt antequam bonum aliquod operemur, multo ſudore deſudamus, & multas prius emittimus lachrymas, & multo conatu opus eſt, & poſtquam huc deuenimus tandem, tanta tenemur appetitione publicandi quæ fecimus, vt maiori fere conatu opus ſit ad retinendum quo minus publice illud opus diuulgemus, & mundanos honores pro eo appetamus. Quod ſi diligẽter ſcrutemur, facilè ita eſſe comperiemus, ſi enim eleemoſynã B damus, aut aliam habemus deuotionem, vel diſciplina corpus maceramus, ſiue propter proximum aliquid boni facimus, aut propter Deum laborem aliquem capeſsimus, etſi purè propter Deum, ſolo Deo ſciente id fecerimus qui eius remunerator eſt, ſtatim tamen id inuulgare peroptamus, & occaſiones quęrimus id commemorandi, atque fingimus nos aliter nunquam id dixiſſe, niſi ſeſe occaſio obtuliſſet, dicimuſq; nos quaſi coactos id recenſere. O dementem virum, an non vides te hoc pacto tui operis fructum amittere propter inanem gloriam? an times quod niſi ad notitiam hominum veniat, Deus illud non præmiabitur? C nequaquam id vereri debes, ſiquidem Chriſtus ait, quod pater tuus qui videt in abſcondito reddet tibi. Conſidera quod quando Abraham tres Angelos hoſpitio excepit, Sarra in abſcondito pararet quæ eſſent neceſſaria ad veſcendum: non tamen eam ſancti hoſpites obliuioni tradiderunt, ſiquidem ei fęlicem partum denunciarunt tam optatum. Vnde & Abrahæ dixerunt, vbi eſt Sarra vxor tua? Quaſi dicerent, ne exiſtimet quod quamuis lateat, eius bona opera non recordemur: ſed ſciat quod quæ facit in occulto bona, publice Deus remunerabitur: vnde ait, reuertens veniam ad te tempore iſto vita comite, & habebit filiũ Sar- D ra vxor tua.

*Quanta ſit humana fragilitas.*

*Magna eſt ambitio noſtra.*

*Statim volumus bona noſtra opera in publicũ diuulgare*

*Diuulgando temere opera noſtra, eorũ fructum amittim⁹.*

*Gen. 18.*

*Occultemus bona opera noſtra.*

*Gen. 18.*

Nouit quidem aſtutus dæmon, nullum eſſe animal ita auidum exquiſiti cibi, atq; eſt auidus homo humanæ laudis & honoris. Siquidem irrationale animal vbi primum appetitũ ſuum cibo ſaturauit, ſtatim illum relinquit, nõ ita ſe gerit homo cũ vanagloria, quin potius quo magis ea paſtus eſt, adhuc longe plus eandẽ eſurit: hinc fit vt quam cito bonum aliquod fecit quis, ſtatim dæmõ eum de inani gloria & laude tentat. Quod cum præclarè magiſter noſter & verus medicus Chriſtus norit, vt hanc infirmitatẽ longè à nobis propellat, præmonet nos in hodierno euangelio, vt inanẽ gloriã procul à noſtris operibus pellamus, neq; tam vile præmiũ ex operibus noſtris reportare cupiamus.

*Laudari omnes cupimus.*

*Inani gloria auidi ſumus.*

*Laudes hominũ declinemus.*

Varijs quidem & diuerſis modis conatur aſtutus dæmon atque E molitur, nos in gloriam inanem impellere : aliquas enim mulieres in hoc vitium curat detrudere, varijs ornamentis & veſtibus pretioſis, atque fuco, vt diuites videantur, atq; ab hominibus pulcherrimæ iudicentur. Alios in hoc vitium conatur impellere, exterminando facies eorum, & pallidas eas reddendo ac macilentas, tantum abeſt vt eas ornent & colore afficiant, vt potius extra omnes terminos coloris & boni habitus naturalis eas conſtituant varijs modis & artificijs. Alios conatur in ſimilem culpã protrudere pretioſis veſtibus & redolentibus vnguentis: alios vero tenuibus & ſordidis, atq; laceratis, qui omnes his tam diuerſis modis auram popularem captant, & ita eorum paſtor per talia prata eos ducit, & eoſdem paſcit in tam horrendis ſaltibus & præcipitijs. O rem miram, quod vel ſi ieiunes, vel ſi bene induaris, ſi male, ſi loqueris, ſi taces, ſi incedis, ſi quieſcis, ſtatim hæc nos tentatio vrget, & tales nos ſpinæ exertæ pungere & lacerare curant. Quæ tamen omnia facile vitabimus, ſi Chriſti hodiernam doctrinam diligenter audiamus, cum ait, Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua. Itẽ pater tuus qui videt in abſcondito, reddet tibi.

*Multæ mulieres inani gloria capiũtur. Multi modi inanis gloriæ. Aſtutia multa dæmonis. Circunſpectè viuamus. Opera bona in Deũ dirigamus.*

Quibuſdam videtur quod iam ſalui ſint, eo quod non ſunt hypocritæ, & ita ſe alijs tradunt vitijs: Verum quid tibi miſer prodeſt quod hypocrita non ſis, ſi diſſolutè viuis? Nam etſi propter hypocriſim non damnaberis, damnaberis vtique quod ſuperbus ſis, auarus, carnalis, iracundus, blaſphemus, vindictam cupiens, homicida, crudelis. Quid tibi prodeſt, quod ne videaris hypocrita, fias ſcurra, diſſolutus, & ſcandaloſus? An non vides, quod qui hodie dicit, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, idem etiam dicit, ſic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona, & glorificent patrem veſtrum qui in cælis eſt? Hæc quidem conſonantia & harmonia, quam interius vir Chriſtianus ſeruare debet ſine vlla fictione & hypocriſi, ſignificata eſt in duabus illis legis tabulis, digito Dei ſcriptis, intus & foris: ſic enim vir Chriſtianus digito Dei moueri debet, & intus, & foris egregiè conſonare, hoc eſt candida & præclara opera propter Deum faciendo, non autem propter inanem mundi gloriam & laudem, & à ſolo Deo Optimo Maximo, ſuorum bonorum operum fructum, & præmium ampliſſimum, atq; vberrimum expectare.

*Dũ vitãt ſtultè vitia in contraria currunt. Matt. 5. Exo. 32.*





## FERIA QVARTA IN CAP. IEIVNII.

## CONCIO TERTIA.

CVM ieiunatis. Matt. 6. Docet nos Chriſtus hodie, & mater noſtra Eccleſia, modum quo poſsimus Deo placere interius & exterius. Videlicet exterius in hilaritate vultus, ne videamur id coactè facere: interius vero, vt omnia propter Deum faciamus qui debet opera noſtra remunerari, B non autem vt videamur ab hominibus. Interiorem quidem modum docet cum ait, Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes, qui exterminant facies ſuas, vt appareant hominibus ieiunantes: exteriorem vero dum dicit, Tu autem cum ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua: Quaſi dicat, hilarem te oſtende, vt oſtendas quod libenter id facias. Hanc duplicem pulchritudinem habebat ſponſa, iuxta illud quod ait ſpõſus, Quã pulchra es amica mea, Quam pulchra: bis enim vocat eam pulchram. Et quamuis eam de exteriori pulchritudine laudat, vt de dentibus, & labijs: eam nihilominus de interiori laudat, & de ſimplicitate etiam inte- C riori, cum ait, oculi tui columbarum, abſq; eo quod intrinſecus latet. Docet igitur nos Chriſtus hodie quo ipſi placeamus. Benedictus dominus Deus meus, poſſumus dicere cum Dauide, qui docet manus meas ad prælium, & digitos meos ad bellum; Armat nos ieiunio, oratione, & eleemoſyna, & docet nos quo pacto his vti debeamus. Quid enim multis prodeſt eximia habere arma, ſi his vti neſciant, cum opus eſt?

*Læto animo debemus Deo ſeruire. Can. 4. Pſal. 143. Simile.*

*Cum ieiunatis.* Non præcipit ieiunium, ſed illud iam ſupponit tanquam rem antiquiſsimam & celebrem: ordinem autem dat quomodo fieri debeat: cibus enim noſter moderatus eſſe debet, D qui corpus ſuſtentet, non autem ſpiritum aggrauet: Salutare quidem eſt ieiuniũ tũ corpori, tum animæ. Medici maximè laudãt diætam; quod ſi tantum corpori prodeſt, quid putas proderit ſpiritui? poſtquam diſcipuli agnum comederant, & vinum biberãt, non poterant vna hora vigilare cum Chriſto ea nocte, cum tamen eſſent ſobrij & egregiè in omnibus moderati, quid igitur nobis euenturum cenſes?

*Excellẽtia ieiunij. Mat. 26.*

*Cum ieiunatis.* Primum illud & egregium factum Saul fuit, liberare populum ab iniqua illa conditione Naaz, qui volebat oculos omnium dextros eruere, per quos recta intentio ſignificatur. vnde & primũ quod nos modo Chriſtus monet, eſt, vt rectã intentionẽ Deo cõſeruemus. Quod Sãſon indicauit, vbi nã vires

*1. Re. 11. Intentio ſit recta.*

*Iud.* 16. haberet, hinc factum eſt vt & vires, & vitam amitteret. Item qui E
*Hie.* 41. theſauros ſuos habebant abſconditos, liberati ſunt ab Iſmaelis
*Exo.* 2. gladio. Moyſes abſconditus in fiſcella, non perinde fuit ſubmerſus ac alij infantes qui non erant abſconditi.

*Cum ieiunatis.* Quam cito ſoleat Deus placari ieiunio & pœnitentia, ſatis quidem aperte conſtat ex Achab, cũ interfecerat Naboth, vide 3. Reg. 21. *3. Re.* 21.

Ieiunia quidem omnia huius ſanctæ Quadrageſimæ eo dirigi debent, vt Deũ nõ offendamus, & à peccatis abſtineamus. Quod Eccleſia à Deo poſtulat cum ait, ſic corpus extra conteri dona F per abſtinentiam, &c. Vndè D. Petrus ait, obſecro vos fratres, vt abſtineatis à carnalibus deſiderijs &c. Aliter enim parum nobis proſunt ieiunia. Iſa. 58. nunquid tale eſt ieiunium quod elegi? Iam igitur aduenerunt dies pœnitentię, nolimus quæſo more debitorũ quotidie nouas procraſtinationes & inducias à Deo poſtulare, & nunquam ſoluere.

*Verũ ieiunũ etiam eſt nõ peccare. Eccleſia. 1. Pe. 2. Iſa. 58. Ne proponamus procraſtinatiões apud Deum.*

*Sicut hypocritæ triſtes.* Solet dæmon nos decipere ſub uirtutis ſpecie, & tanquam aſtutus piſcator hamum tegit eſca, & tanquam aſtutus auceps, rete occultat herbis, vel puluere. Sed iam his temporibus fere iam deficit hypocritarum regnum, & regnant procaces & effrontes, abſq; eſca vlla & ſimulatione vitijs ſe ingurgitantes, imo pro honore ducunt ſe diſſolutos eſſe. Pro. 2. lætantur cum male fecerint, & exultant in rebus peſſimis. G

*Aſtutia dæmonis. Prou. 2.*

Comparat S. Ioannes Climacus, hypocriſim cum formica, quæ vix dum triticum in area congregauimus, cum iam adeſt, & illud, in ædiculas ſuas comportat, ſic hypocriſis, ſimulatque oramus, vel aliud bonum perpetramus, ſtatim nos inuadit: quod ſi eam viceris, denuo de victoria te tentat, dicẽs te ſanctum eſſe virum, idcirco cum ieiunatis &c.

*Climacus. Vanagloria impertuna.*

Dirigantur opera noſtra ad Deum ſolum, & quamuis ipſa ma- H nifeſta ſint, tamen intentio ſit oculta. Quandiu Moyſes habuit in ſinu manum, munda erat, ſed poſtquã eam eduxerat, leproſa apparebat. Vitulum quidẽ Elias & prophetæ Baal immolabant, quin & hi maiorem adhibebãt diligentiam, lanceis ſe vulnerãdo ſed quoniam intentiones diuerſæ erant, propterea tam varius fuit euentus.

*Intẽtio in Deũ dirigatur. Exod. 4. 3. Reg. 18*

*Nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.* Iam mundus in maligno poſitus eſt, & in occaſum tendit: nam ſicut ſtatua illa Nabuchodonoſor erat capite aureo, ſic initio Eccleſia multos habebat viros: eo tamen modo redacta videtur, vt iam pedes fictiles ſimus, & nil reſtet niſi vt lapis deſcendat de monte, hoc eſt Dei filius, adiu-

*Dan. 2. Extenuatur virtus in mundo.*



A dicandum veniat, & noſtra vitia ſeueriſsime puniat. Iam quadrare videtur illud dictum, Candidiores Nazaræi eius niue, & paulopoſt, denigrata eſt facies eorum ſuper carbones. Sumus iam inſtar illius ignis abſconditi. 2. Ma. 1. qui poſtea inuentus eſt tanquam congelata aqua & craſtales ſumus nos, cum tamẽ initio Eccleſiæ eſſemus ignis ſplendidus. Si modo veniret ad iudicandum Deus, inueniret ſicut fecit Iudas Machabæus, ſanctificationẽ deſertam, altare prophanatum, portas exuſtas: ſic enim nos Eccleſiã quodammodo prophanamus noſtris vitijs & iniqui- B tatibus, tantum apparentiam videmur habere Chriſtianorum ſine fundamento virtutis, more hypocritarum.

*Thre. 4. 2. Ma. 1. 1. Ma. 4.*

*Nolite theſaurizare, &c.* Cauſam ſubiungit Sap. 5. cum ait, Tranſeunt enim vt vmbra. Et Pſalm. 61. diuitiæ ſi affluant &c. Et Pſalm. 48. relinquent alienis diuitias ſuas. Solent enim diuitiæ & exteriora ornamenta nocere, niſi prudentia & mortis memoria adhibeatur: Palma non creſcit, nec lætos edit fructus in terra fertili & pingui, gaudet terra leui & infrugifera. Et vbi terra pinguis eſt, ait Plin. aſpergunt coloni ſalem non longè à radicibus. Et Palladius ait, oportere iuxta eius radices non ſo- C lum mittere ſalem, ſed cinerem. Eodemmodo homo in rerum proſperarum fœcunditate, & mundi fertilitate ſatus, diuitiarũ affluentia nutritus, nec fertur in contemplationis excelſitatem, nec fruges fundit virtutum, niſi ſibi adhibeat ſalem prudentiæ, quo diuitias diſpenſet ac diſponat, & cinerem memoriæ mortis, quo ingyrum rationis & doctrinæ ducatur, vt ſibi conſulat, finem ſuum proſpiciat, & rerum humanarum varietatem, interitumq; intueatur.

*Sap. 5. Pſal. 61. Pſal. 48. Simile. Plin. l. 13. na. hiſto. Palla. Delectationes & proſperitates, cœli viã nobis impediũt.*

*Nolite theſaurizare.* Manna quidem ſi accipiebatur vt pro diebus hebdomadæ ſeruaretur, corrumpebatur: ſi vero pro Sabba- D tho & die feſto, conſeruabatur. Noli igitur theſaurizare pro diebus hebdomadæ, ideſt pro præſenti vita, omnia enim perdes: ſed theſauriza pro Sabbatho beatitudinis æternæ, vbi nec ærugo, nec tinea demolitur.

*Exod. 16.*

### *Caro quam ſit contraria ſpiritui.*

CVM *ieiunatis.* Totum inſtitutum Eccleſiæ hoc ſancto tempore, & in hoc Quadrageſimali ieiunio, eſt vt caro ſpiritui ſubijciatur: ſiquidem tanquam inimica ſemper dolos machinatur nobis, vt nos perdat, quaſi ipſa tunc immunis euaderet, ſi animam perimeret. O noxiam humanæ naturæ corruptionem,

*Ieiunium quare fuerit inſtitutum.*

tionem ; quæ eo deuenerit , vt cum benenorit , bonam par- E
tem tanti incommodi ſupra ſe venturam , ita vt ardeat à tem-
pore vſque iudicij in ſempiternum , machinetur iam vt ani-
ma ab exitu ipſius corporis in ſempiternum ardere incipiat!
Et quod homo rationis compos qui hoc bellum componere
deberet , remedium non adhibeat , etſi opus eſſet medijs vti
difficillimis , arduis , & ſanguinolentis ! Maximam certè di-
ligentiam adhibere deberet vt tam feram belluam domaret,
quæ ita clauſis oculis mortem ſibi intentat. De quodam prin-
cipe legitur , quod cum in regno ſuo duos haberet homines, F
vnum quidem maximè auarum , alterum vero maximè inui-
dum , ambos adſe accerſiri iuſsit , dixitque ſe velle ampliſsi-
mis eos beneficijs afficere , hoc tamen pacto vt ipſi ea pete-
rent , & qui poſteriori loco poſtulaſſet , duplicatum acceptu-
rus erat beneficium : contenderunt illi interſe vter prior pe-
teret vt propter ea poſterior cumulatius beneficium acciperet:
ſed tandem edicto regis compulſus eſt inuidus prior petere:
qui apud ſe ratiocinabatur , ſi diuitias poſtulo , huic duplica-
buntur , & ego perpetua vrar inuidia : petam igitur quod huic
gratum non ſit , itaque poſtulauit ſibi oculum erui , vt hac G
ratione alteri ambo eruerentur oculi: Sic ſe habet caro cum
ſpiritu , ſiquidem ipſa non videtur curare de ſua condemna-
tione , dum ſpiritum ad ſempiternas pœnas inferni protru-
dit , ipſa patitur ſe condemnari à die vſque iudicij ad ſempi-
ternas pœnas , dum ſpiritum ſtatim ad patiendum inducit
ſempiternos cruciatus: Tale quiddam accidit quibuſdam qui
graues interſe inimicitias ſuſtinebant , cum enim in tempeſta-
te verſarentur , petiuit alter eorum à nauclero , quænam
pars nauis primo ſubmergeretur , qui reſpondit proram prius
ſubmergi cum eſſet anguſtior , ipſe igitur ſe in puppi colloca- H
uit , vt hoc pacto inimicus in prora periret . Tale videtur eſ-
ſe odium inter carnem & ſpiritum , & eſt tanquam altera Eua,
quæ ſemper nos inuitat cibo vetito : tanquam vxor Putipha-
ris quæ caſtos adoleſcentes inuitat ad res veneras : eſt tan-
quam Iael , quæ candido lacte inuitat , & acutiſsimo clauo
transfigit , eſt fallax dalila , quæ Sanſonem blandis demulce-
bat verbis , & tamen fraudulenter eundem inimicis Philiſtæis
prodebat , ſic nos ipſa dæmonibus prodit: eſt impudica illa puel
la , quæ in honeſtis ſaltationibus , Baptiſtæ caput amputari po-
ſtulabat : ſic tanquam catulus dæmonis impudicis delicijs ce-
lebrat animæ noſtræ prædam : hæc eſt impudica illa ancilla
oſtiaria,

*Caro pugnat aduerſus ſpiritum.*

*Exemplũ Inuidia deteſtabile maiũ.*

*Inuidorũ conditio.*

*Caro ſeipſam perdit, dũ ſpiritũ perdit.*

*Exemplũ inuidorũ.*

*Inimicitia quantũ nos cæcos reddat.*

*Gen. 3.*
*Gen. 39.*
*Iud. 4.*
*Iud. 16.*
*Mat. 14.*
*Simile.*
*Ioan. 18.*



A oſtiaria ; ad cuius vocem Petrus ternegauit Chriſtum . Iu-
ſtum eſt igitur ac rationi conſentaneum , vt cum tot ac tan-
ta committat facinora , nunc ieiunet & pœnitentiam agat , vt
dicere cum Apoſtolo valeamus , caſtigo corpus meum , & in
ſeruitutem redigo. Si enim iſte in gratia confirmatus , id fa-
ciebat , quid nos miſerabiles peccatores facere oportet , qui tam
incertam ſalutem noſtram habemus?

*1. Cor. 9.*

B *Ieiunium quantum conducat.*

CVM viderent Hebræi ſe tantopere à Philiſtæis oppri-
mi , & quod peccata ipſorum cauſa erant tantæ oppreſ-
ſionis , quæſiuerunt medium optimum ad Deum placan-
dum , videlicet ieiunium , atque ita inimicos ſuperarunt : cur
non igitur intelligimus peccata noſtra cauſam eſſe quod ita
paſsionibus & vitijs ſubijciamur? Quod ſi bella corporalia ie-
iunio vincuntur , quanto magis ſpiritualia ieiunio ſuperabun-
tur? Si corporei inimici ita proſtrantur ieiunio , quid facturos
C ros cenſes animæ hoſtes? Maceremus ergo carnem noſtram,
alioqui enim ſpiritus dignitatem ſuam amittet , nam ſeruiet
ipſe cui ſeruiendum potius erat à carne , quod quidem maxi-
me ignominioſum eſt , vt ſatis ex hoc exẽplo cõſtare poteſt.
Siquidem quod aliquis tantum deſcendat , vt ſeruiat cum po-
tius contra ſibi ſeruiendum eſſet , magna eſt miſeria : ſeruire
autem ei , qui ſeruus eſſe debebat ſuus , hoc quidem igno-
minioſius eſt iuxta humanas , diuinas , & naturales leges , quam
ſi ſeruiam ego ei , qui aliquando fuit ſeruus meus , tales e-
nim caſus facile fieri ſolent , in quos cadunt homines per tot
D diſcrimina rerum. Quod igitur ſpiritus carni ſeruiat , & ani-
ma corpori , hæc maxima eſt diſſonantia contra leges omnes,
& omnem naturæ ordinem. Seruitus quidem inter homines
tolerabilis eſt ; at vero quod anima corpori ſeruiat , hæc vero
eſt quidẽ omnium maximè miſerabilis ſeruitus , veluti ſi illu-
ſtris quidam vir ſeruiret non dicam Aethiopi , ſed bruto ani-
mali , mundando eius cœnum & ſordes atque ei genibus fle-
xis ſeruiendo. Hæc igitur tam miſerabilis ſeruitus ieiunio tolli-
tur , diſsipando vitia per abſtinentiam , pœnitentiam , & carnis
mortificationem: vt inde ſane intelligas quantum conducat
quidem atque etiam conferat ieiunium ipſum , atque etiam ip-
ſorum ciborum abſtinentia.

*1. Reg. 7.*

*Simile.*

*Ieiunij virtutes.*

*Miſerabilis ſeruitus ſeruit , quod ſpiritus carni ſeruiat.*

*Quod ſpiritus carni ſeruiat extrema miſeria eſt.*

*Simile.*

*Leo Papa de iei. ſeptimi mēſis ſer. 2.*

In omni agone certaminis Chriſtiani, vtilitas continentiæ plurimum valet, ita vt quidam ſæuiſſimorum ſpiritus dæmonū qui ab obſeſſis corporibus nullis exorcizantiu fugantur imperijs, ſola ieiuniorum & orationum virtute pellantur, dicente domino, hoc genus dæmoniorum non eijcitur niſi per orationem & ieiunium. Grata ergo eſt Deo, & terribilis diabolo, ieiunantis oratio. Nec latet quantum acquirit ſuæ ſaluti, qui tantum præſtat alienæ. Si viderem nos tam amicos carnis vt nullam ei moleſtiam pro quacumque cauſa exhibere vellemus, non mirarer quod tam inimici eſſemus ieiunij & diſciplinæ, atq; ſolitudinis, ſed video quod pro corporis ſalute maximè carnem affligimus fame & ſiti, adeo vt inuentus fuerit qui ad curandam hydropiſim per triennium non biberit: alij etiam ſunt qui à multis ſe cibis abſtinent pro ſalute corporis tuenda ex præſcripto medici, quos tamen maximè appetũt: alij inſuper ſunt qui præ auaritia, mare tranant, & vix etiam fœtida & ſalſa aqua ſe exaturare audent, atq; vermibus ſcatente bubula, & immundiſſima copta: qua in re ſimiles videmur prophetis Baal, qui ſe lanceis vulnerabant, & clamabant dicentes, Baal exaudi nos, vt placerent idolis ſuis: Qui igitur talia faciunt, cur tam delicati erunt, vt carnem ieiunio macerare non audeant & pœnitentiam hoc ſancto tempore viriliter inchoare?

*Mat. 17. Mar. 9. — Auaritia hominum quo deueniat. — 3. Re. 18. — Pœnitentiā valde fugimus.*

Sunt aliqui qui facile ſtatim ieiunium deſerunt, & pro ratione appetitus interdum propter viles cibos ieiunium quod toto die ſeruarant, nocte ſoluunt, & tanquam Eſau primogenituram perdunt, ideſt Deum, & præceptum Eccleſiæ derelinquunt propter vilem cibum. Quæro modo, cum iſti tam exiguæ titillationi gulæ reſiſtere non audeant, qui motus ſi comparetur ad carnis titillationes, & ad vindictas longè remiſſior eſt, quomodo grauioribus & vehementioribus paſſionibus reſiſtent? item quomodo timorem qui ſe offert in ſuſtinendo martyrio, ſuperabunt? Cum ſcilicet viderent furibundum tyrannum pro tribunali ſedentem, & circunſtantes vndique crudeliſſimos tortores, qui iam noua excarnificandi & inſolita artificia parant? Quid faceres miſer ſi te videres barbaris cinctum carnificibus ante crudeliſſimum tyrannum, vt contigit ſanctis Macchabæis? O quam inuictum animum oſtendebant Laurentius & Vincentius ante tyrannum! Tu vero in tanta verſaris puſillanimitate? Si pro leui delectatione, Dei odium non dubitas incurrere, quid de te in maioribus occaſionibus ſperādū eſt? Laudat tātopere ieiuniū D. Baſi. in quodā ſermone quidem

*Ieiunium multi deſerũt, propter leues cauſas. — Gen. 25. — Tentationes viriliter ſuperemus. — Leuib' tentationib's ſuccumbimus. — 2. Ma. 7. — D. Baſil.*





vt dicat angelos iucundius ieiuni hominis animam cuſtodire, quam ſaturi. Et Paulo poſt ait quod angeli per ſingulas Eccleſias eorum qui ſe ieiunio purgauerunt Catalogum faciũt, & eos in libro cæleſti ſcribunt, atq; oſtiatim quæritant: vt intelligamus quanta ſit ieiunij virtus. Vnde dixit Eliachim ſacerdos cum videret populum exanimatum, ſcitote quod exaudiet Dominus orationes veſtras, ſi manentes permāſeritis ieiunijs & orationibus in conſpectu eius. dixit autem ſi manentes permanſeritis, vt intelligamus quod debemus in ieiunio perſeuerare.

*Excellentia ieiunij. — Iudith. 4.*

## *Pœnitentiam agamus.*

AD pœnitentiam hoc ſancto tempore agendam nos mouere debet maxime, quod Deus quem offendimus, & qui facile nos ad barathrum detrudere poteſt, nihilominus tamen nos hodierna epiſtola per Ioelem inuitet dicens, conuertimini ad me in toto corde veſtro: & conuertimini ad dominum Deum veſtrum, quoniam benignus & miſericors eſt, ſi principem aliquē terrenum offendiſſes, & maxime eius iram timeres, ipſe vero te ad ſe vocaret, & rogaret vt eius amicus eſſes, atq; ipſe tibi delicta omnia condonaret, quantam quæſo animo voluptatem caperes? Annon igitur multo magis hodierno die gaudere debes, quod Deus Optimus Maximus quem toties offendiſti, tuam velit amicitiam, imo potius minetur ei qui ſuam noluerit inire familiaritatem, quam iuſte negare poteſt? Itaq; explicans Tertullianus illa verba Apo. 2. cap. age pœnitentiam, alioqui veniam tibi, & mouebo candelabrum tuum de loco ſuo, ait: inauditum miſericordiæ genus eſt, quod cum Deus iuſte ſuam nobis amicitiam negare poſſit, nos tamen non ſolum ad eam inuitet, verū etiam minetur ſi qui eam reſpuerit: tam pater nemo, tam pius nemo. Quod cum Ionas cōſideraret, nō audebat Niniue ſubuerſionem denunciare, ne eum mendacij arguere poſſent. Hoc in Chriſto perfidi Iudæi vituperabant, quod ſcilicet tanta eſſet præditus miſericordia, vt etiam Sabbatho curaret: & cum peccatoribus manducaret, vt hoc modo maiorem haberent occaſionem veniam impetrandi. Atq; hæc quidem vna eſt ratio, propter quam pœnitentiam agere debemus: verumtamen tanta præditi ſumus iniquitate, vt tanta miſericordia abutamur, & potius eam ad grauiora & plura patranda ſcelera transferamus.

*Ioel. 2. — Simile. — Inuitat nos Deus ad veniā. — Tertullia. Apo. 2. — Piſſimus eſt pater Deus. — Ionæ. 4. — Ioan. 9. Mar. 2. Luc. 5. — Magna Dei miſericordia.*

Si hæc non te mouent ad pœnitentiam, moueat te vitæ bre-

uitas & miſeria, quātā ſæpe nobis ſacræ literæ inculcāt, interdum E
*Similia.* fumo vitā noſtrā cōparādo, interdū pulueri à vēto rapto, ima-
*Sap.* 5. gini in ſpeculo, vmbræ, telæ aranearū, fæno in tecto, flori agri,
*Eccle.* 10. nebulæ, viæ nauis in mari, fluenti aquæ, memoriæ hoſpitis, fron
*Iacob.* 1. di decidēti, & alijs ſimilibus fragilibus rebus. Quod cū ita ſit, nil
1. *Petr.* 1. aliud præſtare poſſumus quam pœnitentiam agere, cū tā incer
*Pſal.* 102. ta ſit vita noſtra. Hoc nobis inſinuauit Chriſtus cum ait, vigila-
*Sap.* 5. te, quia qua hora non putatis, filius hominis veniet.
*Luc.* 12. Tertia conſideratio quæ te ad pænitentiam inuitare debet eſt
*Luc.* 13. comminatio Chriſti per Lucam cum ait, niſi pœnitentiam ege- F
ritis, omnes ſimul peribitis. An videtur tibi leuis comminatio?
*Pænitētia* Quis quæſo vult in ſempiternum perire? Porro peccatorē velle
*neceſſaria* ſine pœnitētia ſaluari, eſt velle cælū digito cōtingere: hoc nec
*ad ſalutē.* ſancti poterūt impetrare, nec eius mater, & vſq; adeo hoc verū
eſt, ꝙ impænitētē mortuū Deus beatū efficere nequeat. Pugnant
enim interſe, & beatū eſſe, & peccata amplecti, & deteſtari nolle
*Simile.* quod eſt pęnitētiæ proprium. Fixa enim manet illa ſentētia, aut
*Muti⁹ Scæ* pęnitendū, aut ardendum. Quod ſi aliud in inferno nō eſſet tor
*uola.* mentum præter ignem, annon tibi videtur ſuperare tormenta
omnia præſentis vitæ? Si tantum rex ille commotus eſt, cū ſuo G
*Simile.* exercitu, videns quod Mutius ſceuola ſponte comburi ſineret
*Horribi-* manum ſuam, quanto horribilius erit, corpus & animam arde
*les infer-* re ſempiterno inferni igne? Quæ lingua poterit hoc ſatis ex-
*ni pænæ.* plicare? Si tu æſtate ſuſtinere non potes præ calore in lecto deli
*Similitu.* catiſsimum lintheum, & ſimplicem lodicem, quid fore putas cū
*Simile.* ſempiterna illa inferni flamma cruciaberis? Si leuiuſcula fe-
*Anima* bris te ita vrit, vt lingua palato ad hæreſcat, & limpidum fluuiū
*quā miſe-* optas, aut ingentem niuis copiam: quid facies in perpetuo illo
*re in infer* inferni calore? Vidiſti vnquam metallum liquefieri, & qua ra-
*no crucia-* tione vorax flamma illud circuniiet, ſic erit animæ in inferno, H
*bitur.* neq; deſinet eſſe, neq; mori poterit, vt tormenta effugiat. Vę mi
ſeris, qui tantas pænas in inferno prius patientur, quam eas hic
*Magna* credant. Quæ cum ita ſint, quæ tanta eſt ſecordia noſtr. & negli
*eſt negli-* gentia, vt ad mortem potius ſempiternam properemus, quam
*gentia no* ad cæleſtem patriam? Cuius quidem cæleſtis beatitudinis eſt
*ſtra.* ſecura via ipſa pænitentia, & ſanctum ieiunium quod nobis
hoc tempore Eccleſia proponit.
Cæterum aliqui noſtræ huic doctrinæ reſpondent, dicentes
*Pæniten-* verum quidem eſſe pænitentiam eſſe neceſſariam, veruntamen
*tiam non* non eſſe neceſſarium tam cito eam præſtare & præſertim in
*differam?* flore iuuentutis, ſed ſufficere eam differre vſque ad ſenectā &
pulſan



A pulſantem mortem. Sciant tamen iſti non eſſe hoc conſilium
ſpiritus ſancti cum dicitur Eccle. 21. Quaſi à facie colubri fu- *Eccl.* 21.
ge peccatum: non enim ſolemus tarde & negligenter fugere; à
facie colubri, ſed cum magna feſtinatione. Cum Eliſæus pue- 4. *Reg.* 4.
rum ſuum miſit cum baculo ad filium mulieris illius ſuſcitan-
dum, tantam ei feſtinationem iniunxit, vt neque obuios ſa- *Magnam*
lutare permitteret: quod procul dubio ſignificat curam quam *diligentiā*
adhibere debemus in ſuſcitanda anima, nam quod ad ſuſci- *adhibea-*
tationem pueri ſpectabat, parum intererat vltra horam aut *mus in de*
B citra horam fieret. Quid igitur expectas, vt iam mors claſ- *ſerēdo pec*
ſicum canat? Nauis quidem prius diligenter præparatur, an- *cato.*
tequam ex littore ſoluat: neque expectat miles arma ſuſci-
pere, donec tuba inſonet: neque nauclerus ea quæ ſunt ad *Similitu.*
nauigationem neceſſaria, differt ad extremum vſque, cum *Exēplum*
iam vela ventis permittit. De Magno Alexandro ferunt, quod *Ale. Mag.*
ab ſe militem abiecerit, qui arma tunc præparabat cum iam
bellum immnebat. Si aliquem offendiſſes, qui poſtea rex
crearetur, & pacem tecum inire vellet, differres ne cum eo *Simile.*
amicitiam inire? Cur igitur ad extremum anhelitum pœniten
C tiam differs & Dei reconciliationem? Expectas vt exiſtimo,
quod tibi dicat illud Iudicum. 10. Ite, & inuocate deos quos *Iudic.* 10.
elegiſtis, ipſi vos liberent in tempore anguſtiæ: ſic viro im- *Malis*
pio dicet Deus quoniam vſque ad mortem differt ex toto *quid dicet*
corde conuerti, ito, auxilium poſtula à falſis dijs quos colui *Deus mor*
ſti, à diuitijs & poſſeſsionibus, ab agris, à grege, à theſau- *tis hora.*
ris, à mundanis honoribus quos tantopere conſectatus es:
ego enim nolo tibi auxiliari, quem tam ſæpiſsime contem-
pſiſti.
Dices tu Deum eſſe ſumme bonum, qui in quacunque ho *Ezech.* 18.
D ra peccator ingemuerit, ſtatim ei condonabit; fateor qui-
dem, verumtamen ſcias talem fauorem propter ſuam negli-
gentiam ſæpe multos, non obtinere: imo citius ſubuenire
conſueuit his qui nuper admodum in peccatum inciderunt, *Simile.*
vt Petro, & dauidi, & ſimilibus, quam in peccato obſtinatis.
Ignis quidem & viride & ſiccum comburit lignum, veruntā-
men iam vides quam citius comburat vnum quam alterum *Eccl.* 10.
non temere dixit Eccle: Quod languor prolixus grauat me-
dicum. Conſideremus obſecro, quod qui modo tanta vti-
tur erga nos liberalitate, paulo poſt futurus eſt ſeuerus iu-
dex & vindex.

*Cinis ſumus.*

Cinere

Cinere nos hodie Eccleſia conſpergit, vt intelligamus quo tã E
*Simile.* dem deuenire debeamus: etenim arbor prius fuit procera &
*Cur cine-* pulcherrima, ac frugifera, cum autem ſcinditur, pulchritudinẽ
*re inſigni-* amittit, & ſi comburatur, in cinerem conuertitur. Quæ igitur
*mur.* expreſsior vitæ noſtræ imago proponi poteſt? Videbis hominẽ
robuſtum, florentẽ, honoribus & diuitijs affluentem, hunc mors
*Mors om-* ſecuri percutit & ſtatim pulchritudinẽ amittit, & paulo poſt ver
*nes exæ-* mibus ſcatet. Vide quo tandem redacta ſint tot pulcherrimorũ
*quat.* imperatorum egregia & inuicta corpora, quæ vniuerſum mun
dum perterrebant: item tot ducum Romanorum, qui trium- F
*Quãta ſit* phantes Romam ingreſsi ſunt, contra quos potentiſsimi exer-
*humana* citus, terra, mariq; nil poterant, hos tamen febricula proſtrauit
*fragilitas* & poſt triduum ſepeliuit. Mirabile ſane eſt & horrendum, cada
uer videre alicuius robuſtiſsimi viri, quem omnes metuebant:
*Mors quo-* omnes ſiquidem apud ſe ratiocinantur, heu quam florente æta
*modo om-* te, & robuſto corpore hic vigebat, quam potens erat, & quan-
*nes turbet* tis fruebatur delicijs, quomodo omnes eum timebant, nunc ve
ro ecce iam muſcas toto corpore volitantes, nec mouetur ta-
men, & in quoquo eum ſitu locaueris, ibi permanet.

*Simile.* Alia inſuper eſt conſideratio arboris, cuius cinere hodie cõſ- G
*Mors non* pergimur, videlicet quod quamdiu viuit eius ſpecies dice ni-
*ſolet acce-* tur, ſit ne mali medici arbor, an vero oliuæ, aut arbor pomifera
*ptare per-* vbi autem in cinerem reſoluitur, non eſt qui talem ſpeciem diſ
*ſonam.* cernat, ſiquidem pulchritudinem ſuam perdit: eundem habent
colorem cinis infimæ arboris, ac cinis cedri libani. Sic vtiq; vir
potens quãdiu hic viuit, celebratur apud homines, & cognoſci-
tur diſcrimen eius à viro plebeio: poſt mortem vero neſcias diſ
*Simile.* cernere eius oſſa ab oſsibus pauperis, nec cinerẽ à cinere, non
agnoſcas iam quis ſit rex, quis herus, qui ſeruus. Veluti in ſcena
quidem ſtatim agnoſcas quis regem agat, quis paſtorem, & quis
*Mundus* ſeruum aut liberum; abſoluta autem comœdia, iã nihil tale diſ- H
*inſtar fa-* cernas. Vnde Octauianus imperator morti vicinus, aſtantibus
*bulæ.* ſibi dixit, qualis vobis videtur mundi huius comædia?

Videbitur fortaſſe quibuſdam res diſſona & minus conſenta
nea, quod hodie cinere nos Eccleſia conſpergat: veruntamẽ nil
vnquam congruentius excogitari potuit: ſiquidem commiſſura
ex eodem panno eſſe debet atq; ita homo qui eſt ex puluere &
cinere, etiam cinere debet inſigniri: neq; congruentior medicina
ad perſanandam ſuperbiam noſtram poterat inueniri, quam ſi
ad memoriam reducamus quod puluis & cinis ſumus. Serpen-
te curabat Moyſes morſum ſerpentis, ô ſi ſemel ſaltem in die
contem-



A contemplaremur nos cinerem eſſe! Cum aliquis extra patriã
in firmatur ſolent medici conſulere vt ad patriam ſuam ad fera *Num. 21.*
tur, quod eius aere refectus citius conualeſcat: ſic cum homo *Simile.*
propter peccatum ægrotet, ſalutare quidem eſt remedium vt ae *Mortis cõ-*
rem ſuæ patriæ reſpiret, hoc eſt crebro recordetur quod pul- *ſideratio*
uis eſt, & in puluerem redigendus. *ſalutaris.*

Quæ cum ita ſint, quorſum tanta vanitate efferimur? Et huma
nas dignitates tam hiãti ore ſitimus, quę tantis infortunijs ſub *Exẽplum*
iectæ ſunt & obnoxiæ? de philoſopho quodam ferunt, quod *memorabi-*
B ampliſsimas opes & diuitias teſtamento reliquerit, atq; eas con *le.*
ſignari iuſſerit per teſtamentarium executorem, qui etiam inſi
gnis quidam erat philoſophus, viro omnium imprudẽtiſsimo
in tota vrbe. Accidit tunc Romæ quod ſenator quidam iuſſu ſe
natus capite plecteretur, quod in officio ſuo deliquiſſet: ſtatim
vero alter eius officium libenter à ſenatu oblatũ, accepit: quod
cum teſtamentarius philoſophus reſciſſet, ſtatim cum ampliſsi *Quã ſint*
mis pecunijs ad eum acceſsit, & eaſdem ipſi tradidit dicens ſibi *cæci qui*
iure deberi: cum autem ille cauſam quæreret, reſpondit ita in *mũdanis*
teſtamento talis philoſophi cautum eſſe, vt omnium impruden *dignitati-*
C tiſsimo in tota vrbe ea pecunia legaretur: tu vero inquit mihi *bus inhiãt.*
omnium ſtultiſsimus videris qui tale officium & munus acce-
ptaueris, in quo vides alterum periſſe: accipe igitur pecuniam,
quæ tibi optimo iure teſtamentario debetur. Si igitur ita Ethni
cus ſentiebat, cur quæſo vir Chriſtianus, tanta fidei luce illu-
ſtratus, mundanis honoribus & dignitatibus inhiat, præſertim
cum ſit puluis & cinis, ſicut & experientia magiſtra didicimus,
& alma mater Eccleſia nos hoc tempore docet?

## FERIA QVARTA IN CAP. IEIVNII.

D
## CONCIO QVARTA.

CVM *Ieiunatis nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes* Matt. 6. *Hominis*
Celebrat Eccleſia hodierno die feſtum hominis, & *inſignia*
vt videas eius nobilitatem & excellẽtiam, heri mun *quã ia ſint.*
dus celebrabat eius vanitates, & hodie Eccleſia cele-
brat eius mortem & exequias. Annon vides quam
appoſite & decẽter ſe gerat hodierno die Eccleſia? Ponit enim
vnicuiq; ſua inſignia, & decantat exequias dicens; Memẽto ho
mo, quia cinis es. Quænam quæſo tanta eſſe poterit ſuperbia,
quæ tam horrendo propoſito ſpectaculo, non deprimatur?

Sicut

Sicut ignis cinere conſeruatur, ſic bona conſcientia memo- E
*Simile.* ria mortis, nam etiam minutiſsima ſcelera tali conſideratione
euitamus. Vnde Daniel ſuppoſito cinere effecit, vt etiam in-
*Dan.* 14. fantium veſtigia minutiſsima diſcernerentur Daniel. 14. Hac
enim conſideratione etiam exigua cognoſcuntur peccata.
*Gene.* 18. Quod Abraham cognoſceret ſe eſſe cinerem, ideo tanta diuini-
tus accepit beneficia.

Cinere quidem ruffæ vitulæ & aqua aſpergebatur populus
*Num.* 19. ante ingreſſum tabernaculi: ſic facit hodie Eccleſia aſpergens
nos cinere in primo quadrageſimæ ingreſſu, vt corda noſtra mũ F
dentur. Plumæ quidem auium in ſacrificijs, debebant in ci-
*Leui.* 1. nerem proijci: ſic noſtras vanitates deponamus illa conſidera
tione quod cinis ſumus, atq; in hunc locum omnes mundi pom
pas & cupiditates reijciamus.

*Similitu.* Morſus viperæ, cinere eiuſdem curatur, ſic tu ſi vis curari à
morſibus viperæ infernalis, quæ te inducit in auaritiam, ho-
nores & vanitates mundanas, conſidera quo tandem hæc re-
digantur, & huiuſmodi morſus perſanabis. Hoc enim voluit
*Luc.* 13. ſignificare Chriſtus, cum dixit de agricola illo quod vellet era-
dicare ficum, & tamen olitor reſpondit vt adhuc annum expe- G
*Cõſidere-* ctaret, nam ſtercoraret eam, vt hac ratione fructum ede-
*mus quod* ret. Si igitur nos hac conſideratione quod puluis ſumus, non
*puluis ſu-* emendamus vitam, quod aliud putamus ſupereſſe reme-
*mus.* dium?

Quid aliud eſſe putas quod hodierno die mater noſtra Eccle
*Similitu.* ſia tam ſolicitam ſe exhibeat ſalutis noſtræ, cum interim nos
ignauia torpeamus, & oſcitanter viuamus, niſi videre proui-
dam matrem varijs curis diſtentam propter phreneticum filiũ,
quem tamen ridentem videt & deſyrum?

*Simile.* *Cum ieiunatis.* Si coniugem tuam videres ſe componentem, & H
*Intẽtionẽ* fuco ac minio delibutã, non vt tibi, ſed alteri placeret, quid quæ
*in Deũ di* ſo diceresq; faceresq;? ſic vtiq; ſponſus tuus Chriſtus ægrefert,
*rigamus.* quod ieiunes, ores, & alia huiuſmodi præſtes nõ propter ipſum,
*Vana glo-* ſed vt hominibus placeas. Eſt ſane hypocrita inſtar phęnicis, quę
*ria deteſta* auis magno labore præparat aromatica ligna vt ſe comburat: ſic
*bilis.* enim ipſe concutiendo alas, & ventrem ac mentem inani gloria
paſcendo, ſeipſum comburit, & fructum bonorũ operũ perdit.

*Cum ieiunatis.* Docuit quidem Gedeon ſuum exercitum hunc
*Iudicũ.* 7. præliandi modum, vt ſcilicet lagenas frangerent, & tuba inſona
rent: ſic vtiq; cũ noſtra corpora ſint fictiles quædam lagenæ, ea
macerando, & tuba orationis inſonando, victoriam de hoſtibus

ũ reportabi-



A reportabimus: ſic enim Niniuitæ vicerunt, Manaſſes, Ezechias,
& multi alij. Vnde Chriſtus ait, hoc genus dæmoniorum non *Ionæ.* 3.
eijcitur niſi in ieiunio & oratione. 2. *Par.* 36

*Theſaurizate vobis theſauros in cælo.* Solent quidem homines the 4. *Re.* 19.
ſaurizare, vt ijs theſauris potiantur in patria ſua, ſicut faciunt *Theſauri-*
Hiſpani in India: ſic vtiq; nos theſaurizare debemus, vt his po- *zemus in*
tiamur in cælo: non enim habemus hic manentem ciuitatem: *cælo.*
ne theſaurizemus ſicut mali, videlicet iram in die iræ.

B *Humilitatem amemus, & ambitionem deteſtemur.*

C*VM ieiunatis, nolite fieri ſicut hypocritæ triſtes.* Inſtitutum qui-
dem Eccleſiæ eſt vt ſæpe diximus, hodierno die nos cinere *Exẽplum.*
inſigniendo, inuitare nos ad mortificationem & humilitatem.
Sic enim ſolebant ſegerere Romani cum ducibus ſuis: quos cum *Mortis mẽ*
triumphantes in vrbem comitarentur, inter varias modulatio- *moria vti*
nes & muſicos ſonos, aderat vnus qui ad latus aſtans inculcaret, *liſsima.*
hominem te eſſe memento. Tum etiam nos cinere conſignat,
vt cõfidamus quod quãuis ſæpe & grauiter Deum offenderim⁹,
C nihilominus tamen veniam poſtulãdo à deo impetrabimus, qui
recordabitur noſtræ fragilitatis & quod puluis ſum⁹ & cinis. Sic *Cõfidam⁹*
enim poteſt colligi ex illis Gene. verbis, nequaquam vltra male *veniã im-*
dicam terræ propter homines. Senſus enim & cogitatio huma- *petratu-*
ni cordis, in malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua. Si vt nos *ros.*
fragilitates fratris noſtri & proximi ſupportemus, illam nobis *Geneſ.* 8.
conſideratione Deus ad memoriã reducit, quod ſcilicet homo *Simile.*
ſit qui nos offendit, iuxta illud Apoſto. Fratres ſi præoccupatus *Gala.* 6.
fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis huiuſmo
di inſtruite in ſpiritu lenitatis &c. Multo melius igitur id de *Ignoſces*
D deo ſperare poſſumus quod ſcilicet nobis peccata condonabit, *nobis De⁹*
ſi de his pænitentiam agamus, quoniam ipſe cognouit figmen- *qui præci*
tum noſtrum. Cum igitur veniam poſtulabimus, confiden- *pit vt ig-*
ter dicamus, memento Domine quod puluis & cinis ſimus, *noſcamus.*
& facile in peccata labimur, cum itaq; tam fragiles & miſe-
rabiles ſimus, memento noſtri Domine, & ignoſce nobis. Hoc *Pſal.* 102.
voluit ſignificare Dauid cum ait. Non ſecundum peccata
noſtra fecit nobis, neq; ſecundum iniquitates noſtras tribuit no
bis. Et Paulo poſt ait, quomodo miſeretur pater filiorum, mi-
ſertus eſt Dominus timentibus ſe, quoniam ipſe cognouit fig-
mentũ noſtrũ, recordatus eſt quoniã puluis ſumus, homo ſicut
fænũ, dies eius tanquam flos agri &c. Hoc etiã voluit ſignificare
ſanctus

ſanctus Iob cum ait, memento quæſo quod ſicut lutum feceris E
me. Antiquiſsimus quidem loquendi modus is eſt vt homo di
*Iob. 10.* catur terra & cinis. Hinc Abraham ait, loquar ad dominũ meũ
*Gene. 18.* cum ſim puluis & cinis. Itẽ Eccleſi. ait, quid ſuperbis terra & ci-
*Eccl. 10.* nis? Et paulo poſt, omnis homo terra & cinis.

*Eccl. 17.* Item cinere te conſignat hodie Eccleſia, vt intelligas quo tan
*Ambitio* dem redigantur pompæ tuæ, honores, veſtes pretioſæ, curioſita
*humana* tes calamiſtrati capilli, rutilantes oculi, nigra ſupercilia & pal
*quo redi-* pebræ, delicatæ nares, pulcherrimum os, candidiſsimi dentes:
*gatur.* quo redigantur currus, lecticæ, vehicula, præambulones, pueri F
honorarij, ſpumantes equi, penulatæ mulæ, pretioſi tapetes, pe
ripetaſmata, abaci, vectigalia, poſſeſsiones, hæreditates.

*Simile.* Cum oculi ſeipſos contueri nõ poſsint, ſolemus ſpeculum no
*Cinis eſt* bis ante ipſos proponere: ſic Eccleſia cineris ſpeculum nobis an
*ſpeculũ in* te oculos conſtituit, vt in eo quales ſimus contemplemur. Ter-
*quo nos cõ* ra es ô homo ait Auguſt. & ante nihil eras, es igitur terræ filius,
*tuemur.* & nepos ipſius nihil. hæc eſt cognatio tua, hæc nobilitas, hæc ge
*Auguſt.* nealogia, hi ſunt antiqui lares, nullus tibi eos auferre poteſt.
Magna eſt certe cæcitas tua quod parẽtes tuos non cognoſcas,
neq; fratres & ſorores, quos tamen tam præſentes & obuios ha G
*Iob. 17.* bes. Audi enim quid dicat Iob, putredini dixi, pater meus es tu,
*Phili. rex* mater mea & ſoror mea, vermibus. Philippus quidem rex Mace
*Mace.* doniæ cum aliquãdo humi decidiſſet, atq; ſtaturam ſuam in pul
*Exemplũ.* uere expreſſam vidiſſet, fertur dixiſſe: ſane extremæ dementiæ
eſt, pro tam exigua ſtatura totum ſibi orbem ſubijcere velle, cũ
tam exigua terræ portione contineri poſsit. Pinxit aliquando
*Appel.* Appelles Alexandrum Magnum pro tribunali ſedentem, & ful
*Ale. Ma.* mine ornatum, quo quidem quamuis ſignificaret eius vim atq;
*Pli. l. 35.* potentiam, & quam cito in orbe obediretur tam à potentibus
quam ab alijs, ſignificauit etiam nihilomin⁹, vt ait Plin. Breuem H
*Ariſtot.* imperij ſui durationem. Ariſtoteles apud Stobæum ita hominẽ
*Herodot.* diffinit, homo eſt imbecillitatis exemplum, temporis ſpolium,
*Similia.* fortunæ lapſus, inconſtantiæ imago. Et Herodotus, homo nihil
*Homo qui* aliud eſt quam calamitas ipſa. Cum a quodam philoſopho quęre
*bus rebus* retur cui potiſsimum rei poſſet homo appoſite comparari: can
*cõparetur.* delæ inquit accenſæ & vento expoſitæ, aut ſcintillæ ignis in ma
*Vitã quã* re tendenti. Vnde videas quam ex minimis cauſis ſoleant ho-
*leues cau-* mines interire, etiam valentiſsimi quiq;. Solemus enim interdũ
*ſæ nobis* cum moritur inuictiſsimus aliquis imperator & princeps, quæ
*adimant.* rere ſit ne mortuus impetu alicuius miſsilis globi, cum nobis
videatur vix ab alia cauſa potuiſſe tã robuſtum virum interire:
qui



qui reſpondent quod ſuperioribus diebus frigidam guſtaſſet
aquam. De alijs quærimus an fulmine percuſſi ſint, & intelligi- *Mors quã*
mus periiſſe quod carbones in clauſo cubiculo reliquiſſent incẽ- *ex leuibus*
ſos. Rurſus de alijs herculeis viris percontamur, an à cadente *cauſis nos*
turre vel monte interfecti ſint & perierint: qui dicunt, quod *inuadat.*
cum dormirent, tenui quadam aura tranſuerberati ſunt, atque
ita vitam amiſerunt. ô nos miſerabiles, quorum vnus interit
quod feneſtras claudat, alius quod non claudat! Ecquis quæſo
poterit tuto conſeruare hanc vitæ noſtræ ardentem candelã, in
tanta ventorum & occaſionum contrarietate? Hæc plane omnia *Dan. 14.*
ante oculos videt homo tanquam in ſpeculo, cum ſibi dicitur
quod puluis ſit & cinis. In cinere quidem à Daniele ſparſo in *Dan. 2.*
templo, cognouit rex Babyloniæ dolos ſui falſi Dei, & ſuorum
ſacerdotum impiorum. Hæc fragilitas humana ſignificata eſt
per lapillum illum qui cecidit de monte, & confregit inſignem
illam ſtatuam Nabuchodonoſor, atq; in cinerem & fauillam
reſoluit.

*Cum mortales ſimus, peccata deſeramus, & pæniten tiam agamus.*

EST ſane hæc conſideratio mortalitatis noſtræ tanti ponde- *Cinis cur*
ris, vt Eccleſia non ſolum in cinere velit id nobis inſinua- *in fronte*
re, verum etiam eundem cinerem in quadra quadam propo- *ponatur.*
nit ſiue paropſide, & præcipuam corporis noſtri partem eodẽ
cinere conſignat, quaſi videatur velle nobis oculos corporis
cinere contegere, vt nobis oculos animæ aperiat. Solet quidem
Deus non ſolum verbis nos erudire in rebus præſertim arduis,
ſed etiam exterioribus ſignis & factis. Et ita non ſolum verbis *Iſa. 30.*
per Iſaiam monuit populum, dicens quod propter eorum pec-
cata diſpergeretur & contereretur, ſicut conteritur lagena figu
li contritione præualida: ſed etiam Hieremiæ præcepit vt lagũ *Hiere. 19.*
culam acciperet, & dum prædicaret populo futuras calamitates
propter eorum peccata, lagũculam ante ipſos contereret. vnde *Obiectum*
ait, & conteres lagũculam in oculis virorum qui ibunt tecum, *præſens*
& dices ad eos, hæc dicit Dominus Deus exercituum, ſic conte- *pl⁹ mouet.*
ram populum iſtum & ciuitatem iſtam, ſicut conteritur vas fi-
guli quod non poteſt vltra inſtaurari. Videmus etiam quod ad
ſignificandam captiuitatem populi ſui, præcepit Deus Hierem. *Hier. 27.*
quod per ciuitatem incederet cum catenis de collo pendenti-
bus, ſic igitur vt nos magis Eccleſia commoueat ad pęnitentiã, *Geneſ. 3.*
S nos

nos cinere ſpargit, dicens; puluis es, & in puluerem reuerteris.

*Peccatum inueteratũ quã ſit pernicioſũ.*

Res eſt perículoſiſsima peccatum ipſum, & præſertim ſi ex diuturna & lõga procedat cõſuetudine. Vnde fit vt Eccleſia tot vtatur medijs, vt nos a peccatis quam longiſsime diſtrahat: & inter alia media, hoc longe accommodatiſsimum eſt medium huius ſanctæ Quadrageſimæ quotannis, quæ eſt ſalutaris ipſius animæ medicina. Si enim tam neceſſaria eſt pœnitentia, ecquo

*Quadrageſima accõmodatiſsima ad pœnitentiam.*

tandem tempore commodius eam quam modo exercere poſſumus, quando tot nobis ſuppetunt exempla? Omnes enim modo ieiunant, eleemoſynas faciunt, orant, in ſilentio verſantur, templa frequentant, virtutem complectuntur: nunc igitur debemus omnes eſſe vnanimes, & contra hoſtes inuiſibiles armari. Ignominioſum enim eſt quod omnes ad certamen procedant hoc ſancto tempore, & tu ſolus te contineas domi in tuis delectationibus & delicijs. Vnde nam putas niſi ex hoc Dauidem incidiſſe in adulterium & homicidium? teſtatur enim id ſcriptura Sacra cum ait lib. 2. Reg. Factum eſt autem vertente anno, eo tempore quo ſolent reges ad bella procedere, miſit Dauid Ioab & ſeruos ſuos cum eo & vniuerſum Iſrael ad bellum, & Dauid remanſit in Hieruſalem. Si autem quæras quid face- G ret, cum remanſit in Hieruſalem? Scias in hoc occupatum eſſe, vt coniugem ſubditi ſui violaret, & marito vitam eriperet, ſicut ſtatim ſacra narrat hiſtoria. Quid igitur exiſtimas de te futurum niſi modo pœnitentiam exerceas, cum omnes ſe in ea exercent? Certe nihil aliud accidet, quam quod labaris in grauiſsima & nefanda ſcelera atque peccata: non enim es ſanctior dauide.

*Ignominioſum ſane eſt quod pœnitẽtiã non agamus, cum eã omnes ſuſcipiãt.*

*2. Reg. 11.*

*Otiũ quãtorũ ſit fomes malorum.*

*Verũ ieiuniũ quale eſſe debeat*

Quamobrem ita nos hoc ſancto tempore in ſanctis ieiunijs exerceamus, vt non ſolum caro abſtinentia maceretur, verum etiam ſpiritus in conſideratione rerum cæleſtium oc- H cupetur, amputando malas cogitationes, & præclaris vtendo actionibus erga Deum & proximos, iniurias condonando, & vitia pænitus eradicando, ita vt bellum geratur contra vtrumque hominem, exteriorem, & interiorem. Quid enim prodeſt bellum gerere contra ſeruos, ſi pax ſeruetur cum Dominis? Sic igitur præſtat, qui corpus affligit, & interiorem hominem delectationibus vitioſis reficit, inſequendo eius appetitus & praua deſideria, inimicitias, & vindictas. Poterit enim ſerua videlicet caro vere dicere. Quid mihi prodeſt macerari & affligi, ſi Dominus meus & homo interior, vitia recipit & fouet, atq; ea nõ modo nõ repellit, ſed etiã cõplectitur, & ĩ ipſis acquieſcit?

*Ieiunent omnes ſenſus & homo interior.*

Expli-



A Explicans Rabanus locum quendam ex cap. 36. Hierem. ait, iuſtum eſt vt qui tam ſæpe circa illicita verſatus eſt, hoc ſancto tempore etiam a licitis quibuſdam ſe abſtineat: & qui offendit rebus vetitis tam ſæpe Deum ſuum, modo ſponte à licitis etiam ſe comprimat, hoc eſt relinquendo optimos cibos, quos licite comedere poterat, confabulationem ſuauem, quam licite exercere poterat; moderatam ambulationem cum amicis, quæ ſibi permiſſa erat. Non enim ſolum contentus eſſe debet quod carnibus non veſcatur, & quod tantum ſemel in die comedat, verum etiam abſtinere debet à mul- B tis quamuis licitis. Quod cum ſerui Dei præſtent, ignominioſum ſane eſt hoc etiam cum ipſis non præſtare. Exemplo nobis fuit dux ille dauidis Vrias cum ait, arca Dei Iſrael habitat in papilionibus, & dominus meus Ioab, & ſerui Domini mei ſuper faciem terræ manent, & ego ingrediar in domum meam vt comedam & bibam, & dormiam cum vxore mea? Per ſalutem tuam ô rex, & per ſalutem animæ tuæ, non faciam rem hanc:

*Raban. lib. 13. in Hie. c. 36*

*Abſtinentia quomodo vti debeamus.*

*2. Reg. 11.*

*Exemplũ*

Huc ſpectat elegans quædam Senecæ ſententia qui ait: priores noſtri, quorum virtutes ſuſtentant vitia noſtra, noſtroſ- C que lapſus, abſtinentiæ adeo ſectatores erant, vt ipſimet cibos ſibi & quidem ſimplices pararent atque condirent: cubabant humi, de inſignibus ædificijs nõ curabãt. Vnde eorũ nomina permanebunt in tempore ſempiterno. Aduerte igitur quanti faceret hic grauiſsimus philoſophus abſtinentiam rerum ſuperfluarum, & ieiunium rerum impertinentium. Quod ſi tale teſtimonium de antiquis illis philoſophis dabat, quanto verius id poterit prædicari de viris ſanctis Eccleſiæ qui in abſtinentia ſingulares fuerunt, adeo vt ſi Epiſcopus aliquis non ieiunaret, epiſcopatu priuaretur, & ſacro præsbitera- D tui initiatus, ſuſpenderetur ab eo: quod ſi vir ſecularis abſque legitima cauſa ieiunium prætermittebat, ſacra communione priuabatur, quod erat maximum ſupplicium. Quid porro dicemus de rigidiſsimis ieiunijs quorundam eremitarum tempore diui Hieronymi, qui ait ſcribens vitam S. Pau. primi eremitæ, quod viderit quendam monachum, qui per triginta annos tantum hordeaceum manducauerit panem, & biberit turbidam aquam, atque hæc quidem modice. Item de alio ſcribit, qui habitaret in obſcura ciſterna, & quinq; dũtaxat ficus in die comederet. Non equidem iudico nos ad id obligatos, aut

*Seneca ad Albinam matrem cap. 10.*

*Abſtinentia antiquorum.*

*Ieiunia quã rigide omn. ſeruarent.*

*Hiero. in vi. S. Pau. pri. erem.*

*Abſtinentia admirabilis ſanctorũ monachorũ.*

 quod

quod vires noſtras æquare teneamur cum tantis gigantibus,ſed E
hortor vt hæc clariſsima exempla & ſimilia diligentiſsime con-
tueamur,vt animemur in dies magis magiſq;: Deus enim quia
his auxilio fuit,nobis etiam dexteram ſuam porriget, vt mira
bilia exerceamus opera.

*Magna quidem ex ieiunio & abſtinentia proueniunt bona.*

*Abſtineamus à vitijs omnibus.* APerte ſane intelligere poſſumus, mentem eam eſſe noſtræ
matris Eccleſiæ hoc tā ſancto tēpore,vt nō ſolū à cibis cor- F
poreis abſtineamus,verum etiam ab omnibus vitijs atq; pecca
tis. Abſurda enim plane eſt atque ſtolida illorum cogitatio,
qui cenſent ſufficere vt tantum corpore ieiunent, quamuis
multa & nefanda committant facinora,& ita ſe exiſtimant iam
*Fructus ieiunij.* omnia debite præſtitiſſe. Veruntamen intelligant ſcopum ieiu-
nij eum etiam eſſe, vt caro noſtra reprimatur, & vitia eradi-
*Eccleſia.* centur, ac ſpiritus eleuetur,ſicut Eccleſia ipſa hoc ſanctiſsimo
tempore decantat, dicens in præfatione,qui corporali ieiunio
vitia comprimis, mentem eleuas, virtutem largiris & præmia:
ſi igitur huc non pertingas, an non parum tibi proderunt ie- G
iunia ipſa?

*D. Aug.* Tunc erunt ait Auguſti. accepta ieiunia, ſi operibus bonis
fuerit expiata conſcientia. Annon hæc magna eſt cæcitas, cor-
pus quod ieiunijs affligis,vitijs & peccatis oblectare & demul-
cere? Ieiunet igitur ambitio, cupiditas, lingua, auditus, pe-
des, oculi, atque in ſanctis operationibus membra ſe noſtra
exerceant. Intelligant potentiæ omnes tempus eſſe Quadra-
geſimale, & quod debeant omnes ieiunare. Siquis te ad de-
licatam ambulationem inuitet, reſponde tu tempus eſſe Qua
*Quadrageſimale tēpus eſt tēpus diſciplinæ & moderationis.* drageſimale, & diem ieiunij. Quod ſi is replicet non propte- H
rea frangi ieiunium:dicito quod etiam pedes ieiunare debeant,
& oculi, illi inambulando, & hi in videndo, & cor in dele-
ctando. Cum ſermo exoriatur in detrimentum proximi tui,
dicito tu, miſſa hæc faciamus, tempus enim eſt ieiunij, &
debet lingua ieiunare à murmurationibus, & auditus à detra
ctione, & auditione infamiæ:& ita in reliquis te gerere qui-
*Vtilitates ieiunij.* dem poteris.

*Prima vtilitas.* Varia quidē cōmoda atq; vtilitates nobis ieiuniū adferre ſolet
nā primo meritū noſtrū auget & virtutes,ideo voluit Dñs parē
*Geneſ. 2.* tes noſtros primos nō omni cibo in paradiſo vti,ſed abſtinere vt
ex obedientia & abſtinentia amplius mererentur, ſicut in Gen.
ſcribitur.



A ſcribitur. Propter eandem cauſam præcepit Dominus filijs
Iſrael quod à multis cibarijs abſtinerent, vt habetur in Leuiti-
co: Secunda vtilitas abſtinentiæ eſt ad habendam Sapientiam: *Leuit. 11.*
Moyſes poſtquam ieiunauit & abſtinuit,meruit à Domino le *Secū. vti.*
gem in monte Sinai accipere, vt habetur in Exod. Elias vt libe *Exo. 24.*
rius & ſapientius Prophetaret, vtebatur victu tenui & exili,&
aliquādo petijt à vidua Sareptana aquam & buccellam panis,vt
habetur 3.lib.Regum.Et notandum eſt quod corui paſcebant *3. Re. 17.*
Eliam carnibus bis in die, ſed angelus pane & aqua. & hoc ſo-
B lum ſemel in die, vt habetur. 3. lib. Regum. Danieli propter *Nota.*
eius abſtinentiam oſtendit Deus viſiones mirabiles, vt conſtat *3. Reg. 18.*
Danie. 12. Et eidem poſt ieiunium reuelatum eſt myſterium *& 19.*
paſsionis & incarnationis Ieſu Chriſti, poſt Hebdomadas Se- *Dan. 12.*
ptuaginta duas occidetur Chriſtus, vt ibidem habetur. Quia *Danie. 9.*
Anna ſeruiebat Domino die & nocte in ieiunio & orationi-
bus, ideo meruit à domino, prophetare de Chriſto, vt ſcribit *Luc. 2.*
Lucas. Tertia vtilitas ieiunij eſt, quod præbet victoriā in tem-
poralibus & ſpiritualibus bellis, ideo vxori Manue conceptu- *Terti. vti.*
ræ Samſonem fortiſsimum pugnatorem, angelus abſtinen- *Iudi. 13.*
C tiam indixit, vt habetur in lib. Iudicum. In trecentis viris *Iudi. 7.*
aquam bibentibus temperate, Dominus liberauit populum
ſuum, vt habetur in lib. Iudicum. Ob hanc cauſam popu- *1. Reg. 14*
lo Iſrael exiſtente in caſtris, nullus comedit niſi Ionathas con-
tra præceptum patris, vt ſcribitur. 1. Reg. Ioſaphat rex Iuda *2. Par. 20*
victoriam habuit, quia ieiunauit ipſe, & alijs ieiunium prædi-
cauit, vt ſcribitur. 2. Parali. Iudith caſtiſsima quia omnibus *Iudith. 8.*
diebus ieiunauit. de Holopherne tyranno victoriam reporta- *& 13.*
uit, vt habetur in lib. Iudith. Filij Iſrael bis debellati à filijs
Beniamin, ieiunauerunt,& victoriam habuerunt, vt ſcribitur in *Iudic. 20.*
D lib. Iudicū. Philiſthæi debellauerunt filios Iſrael & arcam cepe-
runt, poſtea vero filij Iſrael fleuerunt & ieiunauerunt, & victo- *1. Reg. 4.*
riam habuerunt, vt habetur. 1. lib. Reg. Quarta vtilitas ieiu- *& 7.*
nij eſt, quod iuuat orationem,ideo Tobias dixit, bona eſt ora-
tio cum ieiunio. Prædicauit Eſdras ieiunium, quia petituri *Quar. vti.*
erant à Domino viam rectam, vt habetur. 1. Eſd Filij Iſrael
timentes potentiam Holophernis ieiunauerunt prius,& poſtea *Tob. 10.*
orauerunt,vt habetur in lib. Iudith. In huius figurā Eſther locu *1. Eſd. 8.*
tura regi Aſſuero ieiunauit cum ancillis & Mardochæo,vt habe *Iudith. 4.*
tur Eſther. 4. Quinta vtilitas ieiunij eſt, quod meretur indul- *Eſther. 4.*
gentiam peccatorum: nam temperauit Dominus pœnā Achab *Quin. vti.*
quam ei comminatus fuerat, propter ieiunium quod ſeruauit,

vt conſtat.3.Reg: Niniuitis Dominus direptionẽm & interitum E
ciuitatis remiſit, quia à maximo vſq; ad minimum, omnes ſe ie
*3.Re.21.* iunio afflixerunt, vt ſcribitur Ionæ.3. Abſtinere debet homo
*Iona.3.* propter aliorum exemplum, nã Dauid deſideratam aquam de
*2.Reg.23* Bethleem allatam ſibi bibere noluit, vt exemplum alijs demon
ſtraret, vt habetur.2.Reg. Eleazarus maluit occidi, quam vetita
*2.Ma.6.* manducare, vt exemplum alijs præberet, vt habetur. 2. Mach:
Septem fratres cum pia eorum matre, potius varios crucia-
*2.Ma.7.* tus voluerunt recipere, quam de eſu ſacrilego manducare, ne
alij ſimilia perpetrarent, vt ſcribitur eodem libro. Quanquam F
*Acto.10.* eſuriret Petrus, tamen immunda noluit manducare, ne
exemplum ingluuiei alijs demõſtraret, vt ſcribitur Acto.10.

## FERIA QVINTA POST CINERES.

## CONCIO PRIMA.

CVM *introiſſet Ieſus Capharnaum, acceßit adeum Centu-*
*Lyra.in* *rio.* Matt.8, Luc.7: Iſte Centurio non erat Iudæus,
*Matt.8.* ſed gentilis, poſitus à Romanis ad cuſtodiam princi G
palis ciuitatis Galileæ ſcilicet Capharnaum, quia
*Ioan.7.* tota illa terra erat ſubdita Romanis, propter quod
Iudæi coram Pilato dixerunt, non habemus regem niſi Cæſa-
rem: & ideo quia Ieſus erat Iudæus, ipſe non venit ad eum in
*Luc.7.* perſona propria reputans ſe eſſe indignum ad hoc impetran-
dum, ſed miſit ad Ieſum principes Iudæorum, vt ſcribit Lucas,
vt per eos curationem ſerui ſui facilius impetraret: & quia
quod per amicos facimus, quodammodo per nos ipſos facimus
*Matt.8.* ideo Matthæus dicit eum veniſſe ad Ieſum, non quia in perſo-
*Aug. lib.* na propria venerit, ſed per intermedios. Dicitur autem Centu H
*de ſancta.* rio, quia habebat centum homines in armis ſubſe, ad cuſtodiam
*virgini.c.* illius terræ, ne forte vellent contra Romanos rebellare.
*32. to.6.* Dicit Euangeliſta quod acceſsit adeum Centurio, quamuis
*Pſal.137.* nõ venerit corporaliter, quia propinquior erat ei per fidem, quã
*Luc.7.* qui corporaliter acceſſerunt, vt ait Auguſt. Vnde propheta, ex-
*Amb.li.5.* celſus Dominus, & humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit,
*ſuper Lu.* tanquam non accedentia.
*7.* De iſto ſeruo inquit Lucas quod erat moriturus, ſuper quæ
*Petrus* verba ait Ambro. non fefellit, moriturus enim erat ex illa infir-
*Chryſolo.* mitate, niſi fuiſſet ſanatus à Chriſto.
*ſer.102.* Centurio hic Romanus erat, ſed plus erat hic ipſe fructu cen-
teſimo



A teſimo Chriſtianus, vt ait Chryſologus, & Deo magis militabat
iſte quã ſeculo: & in humano bello fortis, fortior in diuinæ pacis
erat cuſtodia Quæramus ergo quis eſt iſte ſeruus, qui illi vt in-
quit Luc. pretioſus erat? Cum dominatur anima, & corpus ſer-
uit ipſi, nihil corpore pretioſius.
*Acceßit adeum Centurio.* Sacerdotes rogauerunt pro hoc Cẽtu
rione & auditi fuerunt, etſi modicam haberẽt fidẽ, vnde colli-
gas quantum valeant orationes ſacerdotũ in tẽplo, etſi tibi vi
deãtur parum cõpoſiti & mortificati. Vnde Iaco. ait, infirmatur *Iaco.5.*
B quis in vobis? inducat presbyteros, nõ ait, quærat eos qui ſancti
ſunt. Vnde etiam colligas quã moroſa ſit quorũdã nimia dili-
gentia in exquirendis ſacerdotibus ſanctitatis famã habẽtibus *Sacramen*
ad celebrandas miſſas, ſiquidẽ ſacroſanctũ ſacrificium miſſæ nõ *ta non per*
propterea perdit valorẽ ſuum, & videtur res ſcãdaloſa, & in de *dũt ſuum*
trimentum honoris cæterorum, imo aliquando in talibus ele- *valorem*
ctionibus falluntur, cum Deus ſit ſcrutator cordium: ſufficere *propter*
tibi debet quod ſit ſacerdos, & in pace Eccleſiæ officiũ ſuũ exer- *malos mi*
ceat. Hoc ſignificauit Ioel cũ ait, inter veſtibulũ & altare plora *niſtros.*
bunt ſacerdotes Domini dicentes, parce Domine, parce populo *Ioel.2.*
tuo, & ne des hereditatem tuam in opprobrium, vt dominentur
C eis nationes. Quare dicunt in populis vbi eſt Deus eorum? Et
tales fuerunt auditi, neq; dicit textus quod plorarent boni &
ſancti ſacerdotes. Vnde ſtatim ait, zelatus eſt Dominus ſuper ter *Sacerdotũ*
ram ſuam, & pepercit populo ſuo, & multa etiam eis bona pro- *orationes*
miſit. Debes tu igitur etiam ex parte tua aliquid præſtare, ſic *longe vti*
enim Cẽturio faciebat, vt ſacerdotes dixerũt: diligit enim aiũt, *liſsima,*
gẽtẽ noſtrã, & Synagogã ipſe ædificauit nobis, vt ſcribit Lucas. *& ſi ſan-*
*Acceſsit adeum Centurio.* Hinc centurio cum ſe in operibus chari *cti nõ ſint.*
tatis exerceret, ideo meruit vt à deo illuminaretur & ad eius co
gnitionem accederet, ſicut contigit Cornelio. Quod ſi tantum *Acto.10.*
D proſunt bona opera in infideli, quid putas poterũt in viro fideli?
*Puer meus iacet.* Meum dico puerũ, quia iacet: ſi tuus eſſet Domi *Chryſolo.*
ne, non iaceret. Propheta enim dicit, ecce nunc benedicite domi *ſer.15.*
num omnes ſerui Domini, qui ſtatis in domo Domini. Qui ſta- *Pſal.133.*
tis ait, non iacetis. Stant ſerui tui, hominum ſerui iacent.
Puer meus qui iacet, vt tuus ſit ſurgat: meus qui paralyticus, vt
tuus ſit, alii ſanetur.
*Puer meus iacet.* Hic quidem curam gerebat domeſticorũ ſuo
rũ, & quidem qui tantopere ſerui curã gerebat, maiorẽ vtiq; con
iugis & filiorũ geſſiſſet. Quã multi ſunt qui patrimoniũ cõſumũt
in conuiuijs, & ſuperfluis ædificijs, item cum amicis, imo & cum

 amica,

amica,cum interim multas patiantur miſerias filij & coniunx E
& fame pereant,ac nudi incedant,nec ſeruis ſuis & famulis ſol
uant! Noli etiam illico ad proſeucam ſiue hoſpitalia famulum
mittere , nam interdum ipſius mortis cauſa es. Quid quæſo ho
norificentius præſtare potes, quam ſi vere dicas, Domine puer
meus iacet in domo paralyticus?

*Amb.li.5. in Lu. 7.* *Ego veniam,& curabo eum.* Regulo dicit,vade filius tuus viuit,
ibi noluit pergere ait Ambro. ne in reguli filio videretur magis
diuitijs detuliſſe:hic ipſe perrexit,ne videretur in Cēturionis fa
mulo conditionem deſpexiſſe ſeruilem. Omnis enim ſeruus & F
liber in Chriſto vnum ſumus.

*1.Cor.11.* Non debemus iactantiæ arguere Dominum,quia ſtatim ſe i-
*Hie.li.1.* turum & ſanaturum eſſe puerum promittit:nam videbat Cen
*in Matt.* turionis fidē,humilitatē,& prudētiā,ait Hiero.Fidē in eo quod
*8.tom.9.* credidit ex gētibus Paralyticum à ſaluatore poſſe ſanari:humi
litatem,quod ſe iudicauit indignum,cuius tectum Dominus in-
traret:prudentiam,& fidem etiam,quod intra corporis tegmē,
diuinitatem latentem agnoſceret & adoraret.

Quærit Euthymius , cur quæſo tam facilē Chriſtus ſe exhi-
*Euthy. in* buit medicū?Id quidē fecit,quia videbat quod Centurio eū cō- G
*Matth.8.* fiteretur Deum:tum vt reſponſum Centurionis veniret in om-
niū notitiam,& manifeſtaretur eius fides.Certū quidem eſt non
reſponſurum quod reſpondit,ſi Chriſtus ita locutus nō fuiſſet.

Qui verbo curare potuit,propter humilitatē viſitare dignat̄,
*Glo. ord.* & tamen in medio itinere verbo ſanat,ait Glo.ne nō propter
*in Ma.8.* humilitatē, ſed ob impotētiā virium corporaliter ire putaret.

*Domine non ſum dignus vt intres ſub tectū meū.* Fratres quid eſt te-
*Lud.Gra.* ctū,quod hominē aut dignū facit,aut reddit indignū? Quod do
mini inuitet aut repellat acceſſum?Fratres hoc tectū corpus eſt
quod tegit animam,quod operit ſenſum ſpiritus , quod cordis H
domicilium velat,quod libertatem mētis à cæleſti viſione recō-
dit.Sub hoc ergo tectum Cēturio indignum ducit intrare Chri
ſtum,hoc eſt in corpus humanum diuinam ſuccedere maieſtatē.

*D. Aug.* *Domine non ſum dignus.* Dicēdo ſe indignū,ait Aug. præſtitit di
*de ver.do.* gnū,nō in cuius parietes,ſed in cuius cor Chriſtus intraret:neq;
*ſerm.6.* hoc diceret cū tāta fide & humilitate, niſi iā illū quē timebat in
*tom.10.* trare in domū ſuā,corde geſtaret.Nā nō erat magna felicitas ſi
Dñs Ieſus intraret in parietes eius,& nō eſſet in pectore eius.

*Domine non ſum dignus vt intres.* Nō cum tanta humilitate fege
rūt multi qui in ſuis domibus miſſas celebrare faciūt & ſæpe in
loco min⁹ decēti,ſaltē ſynodos cōſulere deberēt ſiue legere , &
præter-



A præſertim Triden.Seſ.22.Aliter ſe gerebat Petrus cum diceret, *Conc.Tri.*
Domine ſi tu es,iube me venire ad te ſuper aquas:non ait , do- *Seſ.22.*
mine veni ad me,nam ego impeditus ſum.Nūc iam videas quod *Mat.14.*
vel propter frigus , vel pluuiam , vel modicam indiſpoſitionem, *Miſſas do*
aut nimium ſomnum,aut grauitatem, aut propter multas alias *mi celebra*
leues cauſas , ſibi domi miſſas celebrare faciunt , vel fortaſſe vt *re non fa-*
omnes ſciant quod ſacellum habent vel priuilegium.Si Salomon *ciamus,ni*
poſt tam ingentes ſumptus in templo ædificando,adhuc vix au- *ſi propter*
debat arcam intromittere;quomodo tu propter tam leues cau- *iuſtā cau-*
B ſas , & ſæpe in loco minus decenti atq; ornato,audes tam ſacro *ſam.*
ſanctum ſacrificium intromittere domum tuam?Si Deut.12: cau *2.Par.2.*
tum erat ut refert etiam Anacle.pa.epiſ.1.& habetur de conſe. *Deu.12.*
diſ.1.c.1.quod non offerrentur ſacrificia extra templum,quomo *Ana.epi.*
do tu abſq; iuſtiſsima cauſa id facere audes?Vide quanti tumul- *1.& habe*
tus ſecuti fuerint ex eo quod duæ illæ tribus ante Iordanem alta *tur de con*
re erexerunt,exiſtimarētq; reliquæ tribus id erectum eſſe vt ibi *ſe.d.1.c.1*
ſacrificarent contra decretum legis,Ioſue.22.præſtabilius videre *Ioſue.22.*
tur vt ſcribit Fœlix Papa Quartus,in epiſtola ad Orthodoxos,& *Felix pa.*
habetur de conſe.diſ.1.c.Sicut,non audire miſſam,quam vt au- *4.in epiſ.*
C diatur,eam in loco indecenti celebrare. *ad Orth.*

*Domine non ſum dignus* Hic Centurio verè humilis erat , aliqui *& habe-*
ſunt tantum humiles verbo,dicentes ſe maximos peccatores : ſi *tur de con*
tamen id alius dicat,illico quod non ſint verè humiles oſtendūt: *ſe.d.1.ca.*
ſicut accidit cuidam mulieri propter ſcelera ſua intra parietes *ſicut.*
concluſæ,quæ cum omnibus clamaret ſe maximam eſſe pecca- *Humilita*
tricem,nolebat tamen quod famula id diceret,quæ ſolum id di- *tem ſolis*
cebat non alia cauſa impulſa,niſi quod tantum ab ea audiuiſſet, *verbis nō*
& exiſtimaſſet id ſibi gratum,ſi ita reſponderet. *oſtēdamus.*

*Sed tantum dic verbo.* Centurio cum ſine lege eſſet,ait Chryſo- *Exēplum*
D lo.nihil ſine lege egit:quia dictum erat,dixit & facta ſunt,dixit, *malum.*
dic tantum verbo:et ſi omnia perfecta ſunt dictu, quomodo di- *Chryſolo.*
ctu ſolo,vnius infirmitas non curatur? *Dic tantum verbo.* Et ſine *ſer.15.*
verbo quid dicitur?ſed iſte poſtulat verbum nō de loquendi vſu, *Pſal.106.*
ſed de virtute faciendi.Verbum de quo dictū eſt, miſit verbū ſuū,
& ſanauit eos.Dic verbum tantū,quia iſte credidit in verbo om-
nes manere virtutes.Verbum tuum domine ſanitas eſt : verbum
tuum vita eſt.Verbum tuum vbi acceſſerit, inde confeſtim fugit
dolor,infirmitas mox recedit.Verbum in quo Petrus cum laxa-
ret retia,piſcium multitudinem cepit,ſine quo & ignorātiæ no-
ctem patiebatur,& nullū fructū peruigil piſcator inuenit:dñe in- *Luc.5.*
quit,laborantes per totā noctē nihil cepimus,ſed in verbo &c.

*Pe. Chry. ſer. 15.*

*Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus.* Videtis Centurionem, ait Chryſologus, antequam diſcipulatus ſubijſſet officium, locum magiſterij fuiſſe ſortitum? Præbet enim petendi formam, dat normam credendi, fidei pandit cauſas, virtutem commendat exemplo, qui nondum Chriſtianæ ſcholæ ingreſſus eſt diſciplinam. Cauſas pueri quaſi magiſter agit. Vere Centurio, qui ſtipendia terrena, centenarium cæli mutauit in fructum, & ſeruitutem militiæ ſecularis, in diuinam ſuſtulit dignitatem. E

*Chryſo. ſer. 102.*

*Sub poteſtate conſtitutus.* Quaſi dicat vt ait Chryſolo. Si ego qui ſum ſub poteſtate conſtitutus, imperio verbi ſolo facio mihi parere ſubiectos, quomodo tu qui nulli ſubiaces, & cuius omnia ſubiacent poteſtati, verbo non poteris iubente curare, ſanitatē mittere, mandare virtutes? An verbo reficere non potes, quod verbo feciſti? Dixit inquit, & facta ſunt: mandauit, & creata ſunt. An aliquid ex aliquo reparare non ſufficis, cuncta ex nihilo qui paraſti? F

*Pſal. 32.*

*Simile.*

*Multi inſoleſcunt ad honores euecti.*

*Simile.*

*Simile.*

*2. Re. 18.*

*Iona. 4.*

*Sub poteſtate conſtitutus.* Satis eſt ponderatiore dignum, quod cum hic eſſet gentilis, & inſignis vir, & ab hominibus ſibi obedi retur in ea patria, non tamē obliuiſceretur ſe habere ſuperiorē, & eſſe ſub poteſtate conſtitutum. Sunt enim aliqui vſq; adeo vani, vt ſi ſe viderint in celſa aliqua conſtitutos dignitate, ſtatim inſoleſcunt, more quorundam qui vel à modico vino turbantur. G Multi enim huiuſmodi reperiuntur qui ad dignitatem aliquam euecti, adeo ſeipſos & alios obliuiſcūtur, vt in mille delyria incidant. Sunt inſtar formicarum alatarum, quibus in earum perniciem oriri videntur alæ, cum & ab accenſa candela patiantur, & circum volitantes lychnucho: ſic enim ipſi ad dignitates euecti pereunt. Sunt inſtar Abſalon quibus capilli mundani honoris, vt ſuſpenderetur creuerunt: & ignorant quod tam cito tales honores auolabunt & deficient, quam cito perijt hedera illa quæ Ionam mirifice oblectabat. H

*Simile.*

*Mūdi honores contēnamus, cū ad mortē properemus.*

*Sub poteſtate conſtitutus.* O quantopere inſoleſcunt nonnulli propter aliquas dignitates quas obtinuerunt, & ſeſe oſtentāt pretioſis ornati veſtibus! Dic obſecro, ſi aliquis ad ſuſpendium duceretur equitans, & nollet aſino inſidere, quod clitella tantū ornatus eſſet, an non hic tibi ridiculus videretur? Vtiq; omnes dicerent ei, heus miſer homo, te ex animo Deo commenda, & vanitates iſtas ommitte. Si igitur nos ad mortem accelerato gradu feſtinamus, quorſum obſecro in ridiculis honoribus conquieſcimus? an non tibi maxima videtur dementia, quod aſino inſideamus, hoc eſt corpori, & ad mortem properemus, atq; tā ſoliciti ſimus



*Exēplum Ambitio ſimilis eſt ſtultitiæ.*

*Gen. 1.*

*Mat. 25.*

*Gentiles nos antecellere videntur in virtute.*

ti ſimus mundani honoris, obliuiſcentes interim æterna, & quæ maioris ſunt pretij? hoc equidem ſtultiſsimi eſt hominis. Cū quidam aliquando amens factus eſſet, in ſe reuerſus dixit quod ipſe quidem per lutum incederet vſque ad genua, & tamen ſibi videretur quod ſupra tapetes & pretioſa aulæa ambularet: inſuper pueri qui ipſum cęno conſpurcabant, videbantur honorarij pueri, qui aperto capite ipſi famularentur: tales vtique ſunt qui præ ambitione dementes ſunt, & rebus terrenis penitus adhærent. In Gen. quidem legitur quodquādo Deus creauit aues & piſces, B benedixit eis, deinde ait textus quod beſtias terræ creauit, quibus tamen non legitur quod benedixerit: vt intelligamus quod ij quibus in iudicio dicetur, venite benedicti patris mei, erunt qui tanquam piſces natauerint, vel quaſi aues volauerint, non autem qui tanquam bruta, terreni fuerint, his enim dicetur, ite maledicti in ignē æternum. Pudendum ſanè eſt, videre Centurionem gentilem & militem, in his rebus tam egregiè exercitatum quæ ad humilitatem pertinent, cum interim Chriſtianus qui legem Dei callet, in eiſdem torpeat.

*Simile.*

*Dominiū multos inſolētes reddit.*

*Cypr. li. 2. ad lōgeanū quēdā virum.*

Moderata quidem eſſe debebat familia tota huius Centurio- C nis, cum ipſe tanta eſſet humilitate præditus: nam certè hoc tempore videas multas familias inſolentes, cum earum caput etiam inaneſcat. Pauones quidem modicum & exiguum caput habent, caudam autem ſatis oblongam: ſic videas nonnullos qui cum ipſi nullius ſint meriti & valoris, curant tamen numeroſam habere familiam, & ita plurimi fieri.

*Eccle. 1.*

*Aug. lib. 1 de mor. eccle. c. 21*

*Ignomīniā inurit homini inanis gloria.*

Mirabile planè eſt ait Cyprianus, qui fieri poſsit quod cum homines tantopere affectent mundanos honores, nihilominus tamen multi ſunt qui vt honorem aliquem conſequantur atque adipiſcantur, multas patiuntur iniurias, & ignominias D ac ſubiectiones: paſsim enim videmus, vt qui honorem aliquem prætendunt, ſe maximè in multis demittant, & quibuſdam ſordibus emant id in quo fulgeant. Quod ſane ignominioſum eſt, vt ſcilicet homo tanta cum nobilitate creatus, ad tam vilia ſe demittat, nempe ad vanitates vanitatum, vt ait Eccleſ. ſuper quem locum ait Auguſti. admiratione dignum eſſe, quod homo propter huiuſcemodi vanitates, quæ ſolum tantum valent, quanti ab hominibus habentur, ſe earum captiuos conſtituant, cum tamen poſſent eiſdem potiri contemnendo ipſas: quod ſane infamia maxima eſt in tam excellenti creatura præſertim, propter modicam inanem gloriam, quæ citiſsime perit.

Quando

Quando caro inſtabit vt affectes & adquiras mundanos hono E
*Matt.*20. res, reſpondebis tu illud quod Chriſtus dixit duobus diſcipu-
*Eccl.* 7. lis, neſcitis quid petatis: ne prætendas tam pernicioſa, nam Ec-
cleſi. ait, noli quærere ab homine ducatum, neq; à rege cathedrã
*Simile.* honoris. Magna certè vtitur Deus miſericordia cum aliquo, quã
do ipſi huiuſmodi res aufert, & prohibet ne eas acquirat. Petit
interdum filius à patre vt ipſum ſinat in equum indomitum cõſ
cendere, negat tamen pater id filio propter imminens periculũ:
replicat filius, eia pater, ego quidem firmiſsime inſidebo, neq; pe
riculum vllum incurram: nihilominus tamen pœnitus id facere F
*Multi à* recuſat pater. Sic vtique nobiſcum ſe gerit Deus: nam ò Deus
*Deo petũt* bone, quam periculoſus eſt equitatus dignitatum & honorum!
*quæ ipſis* Dicit enim Ioann. in Apoc. ſe vidiſſe iniquitatem in equo aſcẽ-
*nõ conue-* dentem: nam etiam ait, ecce equus pallidus, & qui ſedebat ſuper
*niunt.* eum, nomen illi mors. Multi quidem ſunt quipedeſtres inceden
*Apo.6.* do, humiles ſunt, & tamen equeſtres, ſuperbi fiunt, ideſt ad digni
tatem euecti, àdeo vt vulgo dicatur, inſolentes reddi eos qui
*Honores* equitant: & tales comparantur peruerſæ illi mulieri, de qua di-
*mundani* cit Ioan. in Apoca. Vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam cocci-
*multos in* neam plenam nominibus blaſphemiæ, habentem capita ſeptem, G
*ſolẽtes red* & cornua decem, & mulier erat circundata purpura & coccino,
*dunt.* & inaurata auro & lapide pretioſo, & margaritis, habens pocu-
*Apo.*17 lum aureum in manu ſua, plenum abhominatione & immundi-
tia. Quomodo quæſo poterat melius deſcribi oſtentatio humana
*Ambitio* & ambitio, quam hoc pacto? Non quidem talis erat hic bonus
*graſſatur* Centurio etſi gentilis, cui Chriſtus tam diuinum perhibet teſti-
*in mũdo.* monium. Aduerte autem quod Angelus dixerit Ioanni, huiuſ-
modi mulierem eſſe mundum, quem omnes ſequuntur, & pe-
reunt ſequendo eius pompas, fauores & vanitates, nam propi-
*Apoc.*18. nat eis mortale venenum. Et inſequenti cap. videbis infelicem fi H
nem eorum qui hanc mulierem ſequebantur, vbi dicitur, Ceci-
dit, cecidit Babylon magna, & facta eſt habitatio dæmoniorum:
Et alia vox audita eſt dicens, exite de illa populus meus, & ne par
*Vide* ticipes ſitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. Et
*quomo-* rurſus ait, ſuſtulit vnus angelus fortis lapidem quaſi molarẽ mag
*do tractet* num, & miſit in mare dicens: hoc impetu mittetur Babylon ciui
*De⁹ ama* tas illa magna, & vltra iam non inuenietur.
*tores ſuos.* *Audiens autem Ieſus miratus eſt.* Creator mirabilium miratur, au
Pe.*Chry.* rium conditor, quaſi qui non audita neſciat, ſic ſtupet audita: ſed
*ſer.*102. dum gentilem ſic crediſſe miratur, incredulitas corruit Iu-
dæorum, ait Chryſolo.





A Non eſt dubium, Ieſum ſigna exteriora admirationis effeciſſe, *Caieta. in*
ita quod exterior admiratio in eo apparuit, interior autem ad- *Matt.* 8.
miratio in Chriſto quoque fuit, non ex ea parte qua omnia ei no
ta erant antequam fierent: nullus enim admiratur de his quæ iã
nouerat, ſed ex parte qua experimentali notitia ei hactenus ig-
nota fuerat tam noua, inſolita, taliſque confeſsio, digna admira
tione apud omnes.

*Non inueni tantam fidem.* Hoc eſt poſtquam cœpit prædicare,
& quærere credentes. Vnde excludimus magnum Baptiſtam, qui *Caieta.*
B maiorem habuit fidem, cum confeſſus fuerit diuinam naturam,
& Chriſti mortem, ac redemptionem generis humani. Vel poteſt
etiam intelligi abſolute de omnibus, & tunc erit ſenſus, non in- Matt.3.
ueni tantam fidem proportionaliter, quia in gentili & milite, & *Luc.*3.
qui ſolum auditum habebat, & initio prædicationis Chriſti, fuit *Ioann.* 1.
quidem admirabilis ea fides, nam D. Ioannes fuit ſanctificatus in
vtero, & filius fuit ſacerdotis, nutritus in eremo, & inſtructus à *Luc.*1.
Spiritu ſancto: & ſicut viduæ oblatio fuit maior cæteris propor- *Luc.*3.
tionaliter, quamuis minimæ fuerit quantitatis ſcilicet duorum *Luc.*21.
minutorum, ita de Centurione dicendum.

C Obiectum fidei vt ait S. Thom. poteſt dupliciter conſiderari, *D.Th.* 22.
vno modo ſecundum formalem rationem, alio modo ſecundum *q.*5. *ar.* 4.
ea quæ materialiter credenda proponuntur. Formale autem ob- *in cor:* &
iectum fidei eſt vnum & ſimplex, ſcilicet veritas prima, vndè ex 3. *diſt.*25.
hac parte non diuerſificatur fides in credentibus, ſed eſt vna ſpe *ar.*2. *q.* 1.
cie in omnibus. Sed ea quæ materialiter credenda proponuntur, *per totã.*
ſunt plura, & poſſunt accipi vel magis vel minus explicite, & ſe-
cundum hoc poteſt vnus homo plura explicite credere quã alius:
& ſic in vno poteſt eſſe maior fides ſecũdum maiorem fidei ex-
plicationem.

D *Dico autem vobis quod multi ab Oriente & Occidente venient.* Hanc *Lud. Gra.*
tantam rerum commutationẽ varijs modis in literis ſacris adũ- *Figura ex*
bratam cernimus. Vbi enim filij Iſrael per arẽtem Iordanis alue *Ioſue.*4.
um tranſierunt, præcepit dominus vt duodecim inde lapides ſu-
blatos, extra flumen locarent, quod vbi factum eſt, protinus Io-
ſue duodecim alios à littore ſublatos, intra ipſum alueum repo-
ſuit. Qua quidem lapidum permutatione, hanc vtriuſque popu-
li mutationem appoſitiſsima ſimilitudine expreſſam videmus.
Ita etiam ſub eadem pene ſimilitudine regius propheta ſignifica- Pſal.106
uit cum ait, poſuit flumina in deſertum, & exitus aquarum in ſi-
tim. Hoc inſuper appoſitiſsime olim in duabus Aſſueri regis vxo
ribus, Vaſthi ſcilicet & Eſther, adumbratum cernimus: quia enim *Eſther.*1.

Vaſthi ex pulchritudine ac dignitate regia inſuperbiam elata, inobediens Aſſuero regi fuit, ipſa quidem regno depulſa, Eſther humilis & religioſa ad regiam dignitatem euecta eſt: De illo etiam ſplendidiſsimo angelo ſcriptum eſt, perfectus in vijs tuis à die conditionis tuæ donec iniquitas inuenta eſt in te. Quid ergo mirum etſi pro hominibus homines ſubrogentur, quando pro angelis viles & terreni homines in cælo collocãtur? Huius quoq; tantæ mutationis cauſa, beneficiorum diuinorum abuſus fuit. E

*Iſa.28.*

*In tenebras exteriores.* Sciendũ eſt duplices quidem eſſe tenebras, nempè interiores mentis, & exteriores corporis: & illas quidem tenebras impij qui hic in hoc ſeculo excæcati vixerunt, ſecum deferunt. Has præterea interiores mẽtis tenebras exteriores illæ tenebræ conſequuntur, quæ harum tenebrarum ſupplicia ſunt, vt omni etiam luce corporea careant, qui in tetris animæ tenebris iacere perpetuo maluerunt. Itaque omni interna & externa luce deſtituti, nil videre poterũt, niſi quod maiorem illis cruciatum videndo parere poſsit, iuxta illud Dauidis, peccator videbit, & iraſcetur. Quod ſi apud nos quiſpiam ingenuus carcere incluſus, ſolum fœtorem & tenebras loci, ac vincula cum homicidis communia, rem quauis morte acerbiorem putat: quid erit in tantis tenebris plecti cum facinoroſis? F G

*Tenebræ duplices, interiores & exteriores.* *Pſal. 111.* *Simile.* *Simile.*

*Vbi erit fletus & ſtridor dentium.* Sicut in hoc mundo multi ſub vno ſole conſiſtunt, nec tamen eiuſdem ſolis æqualiter ardorem ſentiunt, quia alius plus æſtuat, alius minus; ita illic in vno igne non vnus eſt modus incendij, quia quod his diuerſitas corporum hoc illis agit diuerſitas peccatorum, vt quamuis ignem non diſſimilem habeant, eo tamen diſſimiliter exurantur.

*Ignis inferni quomodo plus comburat vnos quã alios.*

Nota quod Nicolaus de Lyra ſuper Matt. explicans hoc euang. tenet iuxta D. Chry. ſententiam vt ipſe putat, hunc Centurionẽ & Regulum, de quo habetur Ioan 4. vnum & eundem eſſe. Sed planè, quod pace tanti viri dixerim, deceptus eſt, quia id minimè Chryſoſ. aſſerit, imo contrarium poſuit ho. 34. in Ioan & ho. 27. in Matth. & in non abſo. ho. 22. H

*Lyra in Matt. 8. Ioann. 4. Chryſ. ho. 34. in Io. & ho. 27. in Ma. & in nõ abſ. ho. 22.*

Precibus quidẽ huius Centurioris curauit Chriſtus eius ſeruũ. Vndè colligas quantum poſsint orationes & preces iuſtorũ apud Deum, ad liberanda regna, ciuitates, & ſingulos, à calamitatibus vrgentibus. Propter Dauid quidem nõ abſtulit Deus regnum à Salomone. Quod igitur Deus non puniat ſępe malos, propter ſeruos ſuos, aperte conſtat ex Iſa. vbi poſtquam multorum flagitia narrauit, & eis cõminatus eſt, ait: hæc dicit dominus, q modo ſi inue-

*Orationes bonorum quantũ cõducant.* *Iſa. 65.*



A ſi inueniatur in botro, & dicatur, ne diſsipes illud, quoniam benedictio eſt. Sic faciam propter ſeruos meos, vt non diſperdam totum. Præterea hoc etiam figuratur in Gene. vbi legimus quod Abrahã abigebat aues à ſacrificijs baculo: hoc eſt ſua fide & precibus expellebat calamitates hominibus impendentes propter eorum peccata. Hoc præterea apertiſsime conſtat ex precibus illius Abrahæ, cum diceret domino vt parceret Sodomæ: ſi inuenirer dñs etiam decẽ iuſtos, & reſpõdit, quod ſi tot ibi inuenirentur, libentiſsimè planè omnibus condonaret, atq; indulgeret.

*Gen. 15.* *Gen. 18.*

B

## FERIA QVINTA POST CINERES.

## CONCIO SECVNDA.

C*VM intraiſſet Ieſus Capharnaum, acceſsit ad eum Centurio.* Mat. 8. Luc. 7. Ex hiſtorijs ſatis conſtat quod Tyberius Cæſar videns rebellionem Iudæorum, diuiſit eorum regnum in quatuor tetrarchias vt poſſet hoc pacto commodius eos habere ſubiectos, neq; hoc ſolum fecit, ſed etiã eis milites conſignauit cũ ſuis ducibus. In Capharnaum igitur erat dux iſte qui dicebatur Centurio quod centũ præeſſet militibus: hic erat egregiè moratus, & ſuos milites ac domeſticos decẽter tractabat, non ita fegerunt multi hoc tempore. De hoc igitur Centurione hic fit mentio. C

Miſit igitur interceſſores & deprecatores ad Chriſtũ, vt inde intelligas quã inſani ſint lutherani negantes orationem & interceſſionẽ ſanctorum. Qui ad nihil aliud tendũt niſi ad ruinã Eccleſiæ tollẽdo huiuſmodi arma ab Eccleſia, ſicut hiſtoriæ narrant de Comite Iuliano cum arma ex Hiſpania tolleret. Tantã igitur diligẽ-tiam adhibebat Centurio pro ſalute ſui famuli, quoniã plurimi habẽdus eſt fidelis famulus, vide enim quãtũ vtilitatis attulerit Ioſeph & honoris hero ſuo, & Iacob apud Labã: famula etiã quædam in cauſa fuit quod Naaman Syro tanta euenirent bona. D

*Oratio eſt neceſſaria & ſanctorum interceſsio.* *Gen. 39.* *Gen. 29.* *4. Reg. 5.*

Qui famulos habent, deberent imitari regem Aſſuerum, qui in libro ſcribebat obſequia ſubditorum ſuorum, vt ea ſuo tempore compenſare poſſet. Vos quidem iam habetis libros, ſed ad ſcribendum eos dies in quibus à labore ceſſauit famulus, item ſi calcaria perdiderit, vel ſi famula aliquid perdidit cum veſtes lauaret: nõ tamen ſcribitis ſi aliquid aliquãdo fecerint veſtra cauſa, ad quod non tenerentur, ſed illud recordamini, ſi aliquem argenteum nummum dederitis aliquo feſto die.

*Heſter. 2.* *Multi nõ recte ſe gerunt cũ famulis.*

Ego

*Ego veniam & curabo eum.* Ad regulum ire noluit, vt condem- E
*Ioan.* 4. net multos qui ſolum ad potentes & diuites currunt, non autem
*Dan.* 3. merita metiuntur. Sic Nabuchodonoſor ſtatuam ſuam adorare faciebat, non autem ipſum, vt intelligas quod iam non conſiderãtur merita perſonæ, ſed diuites & ueſtes.

Item cum Centurio ipſe vir probus eſſet, ita etiam famulus eũ
2. *Reg.* 4. imitabatur, non enim debent domini apud ſe retinere improbos
2. *Reg.* 1. & adulatores. Vndè Dauid iuſsit interfici eum qui ſibi nuntium attulit de morte filij Saul: item eum qui ſibi nuntiauit quod Saulem interfeciſſet. F

Solent interdum domini inique agere contra fideles ſeruos, ſi
2. *Re.* 11. cut patet de Dauide cum iuſsit interfici vriam. Inſuper probi fa
1. *Re.* 22. muli non debent in rebus iniquis parere dominis ſuis: ſic enim famuli Saulis noluerunt interficere ſacerdotes iuſſu Saulis: non enim ſeruum ſuum poterit dominus ex inferno liberare: ſacerdotes igitur interficit Idumæus, ſed tamen in montibus Gelboe, ipſe & Saul miſerabiliter perierunt. Cum auarus ille diues ſceleſtus eſſet & inhumanus, tales vtique erant eius famuli, ſiquidem etſi mendicus de micis peteret, non tamen ei dabant.

*Idumæus interficiẽs ſacerdotes quomodo fuerit punitus.*

*Luc.* 16. *Subtectum meum.* Tectum vocat domum ſuam, non igitur cu- G
rioſus eſſe debebat in ſumptuoſis ædificijs, qui tamen ſynagogas ædificabat. Nunc autem contra fit, ſiquidem ſumptuoſa ædificantur prauata ædificia, & tamẽ nõ reperitur qui nummũ argenteũ det pro fabrica Eccleſiæ. Hæc eſt viri probi conditio, vt quæ non impendit pro Deo, exiſtimet nihil eſſe: Vndè Apoſ. omnia ar-
*Phil.* 3. bitratus ſum vt ſtercora. Item dat nobis exemplum Centurio, vt quando ad communionẽ accedimus, nos cenſeamus indignos recipiendi ſub tam miſerabile tectũ noſtrum Chriſtum Dominũ.

*Multi inſoleſcunt in ſumptuoſis ædificijs.*

*Reuerẽter ad ſacram cõmunionẽ accedamus.*

*Dico huic vade, & vadit:* Cum tam humanus eſſet erga ſubditos, non eſt mirum quod tam libenter ipſi obedirent: ſic tu humanitate vtere, vt libentiſsime tibi ſeruiant. H

*Mira us eſt.* Laudauit eius dictum, & humaniter eum tractauit: Sic ſe mutuo honore homines inter ſe afficere debent. Non tamẽ ita ſegerunt qui edocti ſcientia illa libri vanitatis, expectant ſi alter prius caput aperuerit, vel etiam conſiderant ſtatim ſit ne inferior, quem tamen reuera vident eſſe æqualem, vt poſsint ſtatim maiore grauitate vti, neque conſiderant quam æquales ſimus in naſcendo & moriendo.

*Viris humanis libenter ſeruiũt famuli.*

*Vrbanitas laudabilis.*

*Infirmitates nobis & labores dat* Deus.

*Infirmitas eſt via ad mortẽ.*

D*Omine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur.* Satis reipſa experimur verum eſſe, quod nobis mater noſtra Eccleſia hodi



A ſia hodie & heri deñuntiauit, videlicet quod puluis ſumus, & in puluerẽ reuertemur: ſiquidẽ hodierno die nobis iã repræſentat infirmitates quibus obnoxij ſumus, quæ nihil aliud ſunt quã via ad mortẽ, & nuntij ac legati præparãtes ac diſponentes domum mortis. Inter cæteros quidem labores quos nobis Deus immittit, communis eſt hic labor infirmitatum corporalium, vt tandẽ homines veniant in cognitionem peccatorum ſuorum. Quoties Deum immortalem, videmus adoleſcentem, luxuria laſciuiaque diffluentem, & mulierem procaciſsimam atq; impudentiſsimã,
B per infirmitatem à Deo coerceri & refrænari? illum quidem viribus eneruatis, hanc vero pulchritudine deformata, vt ad frugem ſeſe meliorem recipiant, & ad Deum penitus conuertantur, obſepta & intercluſa ſpinis via, ne ad malum currere valeant, quẽadmodum per Oſee prophetam dicitur, Ecce ego ſepiam viam tuam ſpinis, ne ſcilicet eas poſt amatores tuos. Item per Iſai. excoquam ad purum ſcoriam tuam, & auferam omne ſtannũ tuũ: Quaſi dicat, ego mittam tibi tam grauem morbum, tam peracutas febres, vt his malis tanquam fornace quadam concluſus, aut clibano, ita excoquaris, donec tandem omnis vitæ tuæ peruerſę
C ſcoria penitus conſumatur, tuæ omnes cogitationes impiæ penitus deleantur, purusq; euadas atq; adeo immutatus, vt iam priſtinam formam, priſtina ſcelera & flagitia, in nouam vitam conuerſam omnes videant. Sicut qui aues domi nutriunt, cum aliquando eas auolare contigerit, vbi eaſdem iterum ceperint, aliquantulum deplumant vel alas præſcindunt, ne his fretæ rurſum aufugiant, ita dominus cum aliquem propter peccata aufugere & recedere à ſe videt, infirmitate aliqua eum percutit, quaſi alas præſcindens, ne iterum ab eo auolare audeat. Quemadmodum equorum domitor cum non poteſt commode equum ipſum
D inſtruere, ſolet tandem pro hordeo paleas eidem dare, & paulo aſperius agere: ad eundẽ modũ Deus videns nos ſuis nolle obedire præceptis, maximo cum amore & ſuauitate, aliquas immittit infirmitates, vt his tandem reſipiſcamus, & in frugem meliorem reuertamur. Hoc voluit ſignificare Iob, cum ait, increpat quoq; per dolorem in lectulo, & omnia oſſa eius marceſcere facit: tabeſcet caro eius, & oſſa quæ tecta fuerant nudabuntur. O felicem illum qui talibus admonitionibus proficit, & illum infelicẽ qui nil inde vtilitatis ſibi reportat! Iuxta quod ait Eze. ſi ſonum buccinæ audiuit, & non ſe obſeruauit, ſanguis eius in ipſo erit: ſi autem ſe cuſtodierit, animam ſuam ſaluabit.

*Exempla.*
*Labores nobis De⁹ immittit, vt vitam emẽdem⁹.*
*Oſee.* 2.
*Iſai.* 1.
*Simile.*
*Calamitates propter vtilitatẽ noſtrã eueniunt.*
*Simile.*
*Iob.* 33.
*Ezec.* 33.

T *Ambitio*

*Ambitio & ſuperbia deteſtabilis* E

*Humilitas quã ñ decoret optimates.*

NOtandum maximè eſt quòd cum Centurio gentilis eſſet, & diſciplinam militarem profiteretur, atque etiam dux eſſet habens ſub ſe tot milites, quibus præpoſitus erat à Romano Imperio, nihilominus ſe itagereret, vt dicerent ſeniores qui venerant ad Chriſtum, vt pro ipſo intercederent, dignus eſt vt hoc illi præſtes, diligit enim gentem noſtram, & ſynagogam ipſe ædificauit nobis: Quaſi dicerent, tanta erga omnes vtitur comitate & affabilitate, vt videatur inter nos natus F & educatus, adeo vt etiam ſynagogam nobis ædificauerit, quod alij duces non fecerunt, quin potius ita moroſi & intractabiles erant, vt vix aliquis ad eos vellet accedere. Quod etiam intra priuatos parietes hic Centurio humanus eſſet, apertè conſtat ex euangelio, cum dicitur quod domi ſuæ haberet in lecto iacentem ſeruum, & quod eius erat ſolicitus, nam vt ait Luc. moriturus erat: & Matt. ait, quod male torquebatur. Quæ quidem omnia eius humanitatem aperte indicant, quod tantopere ſeruum diligeret, & arrogantiam omnem ab ipſo quam longiſsimè propulſaret, quamuis miles eſſet, qui G fere ſolent Thraſonem agere. Vndè colligas quam ſit deteſtabilis arrogãtia in viro Chriſtiano, nã videmus multos intractabiles fieri, ſimulatq; honorem aliquem & dignitatem conſecuti ſunt, vel diuites ſe factos vident.

*Luc. 7.* — *Affabilitas plurimũ ornat potentes.* — *Domini debent curã gerere familiæ ſuæ.* — *Arrogantia quã ſit deteſtabilis in viro Chriſtiano.*

Eo iam dementiæ multi venerunt, vt cum ad aliquam dignitatem ſe euectos vident, ita inſoleſcant, vt videantur iam inter ſuperos relati, & ſubditos tanquam belluas & portenta eſſe exiſtiment, velintque ab ipſis adorari. Talis erat Aman, qui quamuis obſcuro eſſet genere, vt conſtat ex capit. vltimo Eſther, nihilominus tamen cæteros omnes præ ſe H vno contemnebat, propterea quod ab Artaxerxe ſe ita eleuatum videbat. Olim quidem multa erant idola, ſed exiſtimo plura inueniri hoc noſtro tempore, nam innumerabiles videas, qui propter exiguam aliquam dignitatem, vel modicas diuitias, ab hominibus volunt adorari. Sanè quamuis angelus tanti ſit meriti & dignitatis, & multa oracula reuelaſſet Ioanni, nihilominus tamen cum vellet ipſum adorare, recuſauit angelus dicens: vide ne feceris, conſeruus tuus ſum, & fratrum tuorum, Deum adora. Si igitur angelus tam excellens creatura id non permittit, vilis homo & in puluerem mox redigendus, volet ſuperbe & arrogãter ab omnibus adorari?

*Eſther. 3.* — *Eſth. 16.* — *Apoc. 19.* — *Honor ẽ deo den⁹.*



A adorari? Petrus caput Eccleſiæ non permiſit Cornelium ante ſe proſtrari, imo ſtatim accurrit dicens, ſurge, & ego ipſe homo ſũ: & tu propter modicas diuitias aut vanos honores tantopere inſoleſcis? Mirabatur Dauid elationem maris commoti à modico vento, cum tamen parum grauis ſit aqua: multo igitur magis mirandum eſt, quod tu qui ex terra es, quæ vtique grauior eſt, tantopere à modico honore eleueris. Veruntamen ita res habet, quod ſicut intumeſcentes maris fluctus ſtatim euaneſcunt, ſic vtique erit ſuperbia tua. Hoc ſignificauit Iob dicens, ſi aſcen B derit in cælum ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit, quaſi ſterquilinium in fine perdetur, & qui eum viderant, dicent, vbi eſt?

*Actor. 10.* — *Pſal. 92.* — *Mirabiles elationes maris.* — *Simile.* — *Iob. 20.*

Sunt vtique ambitioſi inſtar limacis, qui minimo ſtatim rore dilatatur & ſtatim ſpatiatur, atque ita ab omnibus conſpectus, deprehenditur & perit: ſic accidit ambitioſis, nam ſtatim minimam quamq; proſperitatem omnibus oſtentant, & ita à dæmone comprehenduntur: tamen ſerui Dei neque proſperitate inſoleſcunt, neque calamitate opprimuntur. Hoc figuratum fuit in Aioth, qui ita ſiniſtra manu ſicut dextera vtebatur: ſic ſerui Dei C vtramque fortunam patienter tolerant. Mirabile ſanè eſt videre quanta ſit humana præſumptio, adeo vt nulla ſit bulla ex ſapone in aqua expreſſa, quæ inanior ſit. Certè cum Chriſtus in corpore glorificato, & poſtquam ad cælos aſcenderat, appareret Saulo, & percontabatur Saulus furibundus à Chriſto quis eſſet, non reſpondit Chriſtus, ego ſum verbum diuinum, dominus angelorum, creator vniuerſi, ego ſum qui propria virtute reſurrexi, & ad cælos aſcendi, ego ſum qui ſedeo ad dexteram patris, ego ſum conſtitutus iudex viuorum & mortuorum: noluit tam ſublimibus vti epithetis, ſed ait planè & apertè, ego ſum Ieſus D Nazarenus, quem tu perſequeris, & crucis tituli mentionem fecit. Quæ omnia facta ſunt, vt nos ſuperbiam noſtram frænemus & ne turres aëreas ædificemus, ſed potius iubã noſtræ ſuperbiæ remittamus. Cum Rebecca ibat ad deſponſationem Iſaac, in camelo equitabat: & cum appropinquaret, cognouit Iſaac ambulantem, & ſtatim de camelo deſcendit, & complexus eſt Iſaac ipſam & ſponſam accepit: omnes fere camelo ſuperbiæ incedunt. oportet igitur vt de tanta ſuperbia & aere deſcendamus ſi volumus à Chriſto recipi: & quamuis potentior tibi videaris, humilia te magis: & quanto maior, humilia te in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Debent igitur arrogantes attendere graues Dei comminationes ſub nomine Babylonis, dicente Ioan. in Apoca. væ ci-

*Simile.* — *Ambitioſi cõditio.* — *Iudi. 3.* — *Conſtãtes ſimus in proſperis & aduerſis.* — *Simile.* — *Acto. 9.* — *Ioann. 1.* — *Acto. 10.* — *Superbiã refrenem⁹ cũ Chriſto ſe tã ã humiliãte.* — *Gen. 24.* — *Eccle. 3.* — *Apoc. 18.* — *Hie. 51.*

væ ciuitas illa magna Babylō, ciuitas illa fortis, quoniā vna hora venit iudicium tuum, & negotiatores terræ flebunt, & lugebunt ſuper eam, quoniam merces eorum nemo emet amplius. Item Hie. ait, ſic ſubmergetur Babylon, & non conſurget à facie afflictionis, quam ego adduco ſuper eā, & diſſoluetur. Item Iob ait, eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent, & humiliabuntur ſicut omnia, & auferentur, & ſicut ſummitates ſpicarum conterētur. Item Iob. 21. vbi eſt domus principis, & vbi tabernacula impiorum? interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadem illū intelligere cognoſcetis, quia in diem perditionis ſeruatur malus, & ad diem furoris ducetur.

*Iob. 24.* *Iob. 21.* E F

### *Conſcientia mala torquet hominem.*

*Conſcientia mala torquet hominem.* AIT Euangelium hodiernum quod iſte paralyticus, malè torquebatur: cæterum nihil eſt in hac vita quod hominem magis torqueat quam conſcientia mala: eſt enim crudelis carnifex, quæ hominem diu noctuque excruciat, & quando vult homo in ſomno quieſcere, tunc magis eundem vrget & vexat. Ex G fonte enim amaro & virulento, ſimiles promanant riui: ſic vtiq; ex conſcientia mala exeunt variæ lamentabiles cogitationes & miſerabiles: an videtur tibi quod tunc tempeſtiue ad te mors accederet? Sanæ profectò mentis non eſt, in eo viuere ſtatu, in quo nolis à morte ipſa deprehendi. Vide quæſo miſer, quando peccatum mortale committis, quem hoſpitem eijcias, & quem admittas: eijcis Deum, excipis diabolum, pellis vitā, recipis mortem: fugas lucem, & tenebrarum principem admittis. Sicut enim olim vbi propter inobedientiæ peccatum, ſpiritus domini deſeruit Saulem, illico eum ſpiritus malus inuaſit, qui in corpus H & animam eius atrociſsime ſæuiebat, qui inuidiæ & ambitionis faſcibus illum inflammabat, qui ad perſecutionem Dauidis, & crudeliſsimam ſacerdotum necem impulit, ac tandem manus ſibi inferre perſuaſit: ita vbi quis in lethale crimen lapſus eſt, protinus à ſpiritu Dei relinquitur, & ab hiſce malis ſpiritibus inuaditur, qui ingreſsi habitant in eo. Amplificat quidem Iſa. Babylonis excidium, quod ab hominibus deſerta, à feris inhabitanda eſſet: itaque ait, nec ponet ibi tentoria Arabs, nec paſtores, requieſcent ibi beſtię, & replebuntur domus eorum draconibus, & habitabunt ibi ſtruthiones. Si ergo adeo lamentabile eſt ciuitatem hominibus deſtitui, & à feris inhabitari, quantū & quale quæſo

*Simile.* *Cū mala conſciētia viuere periculoſum.* *Simile.* *1. Reg. 18.* *1. Re. 22.* *1. Reg. 31.* *Simile.* *Iſa. 13.* *Simile.*



quæſo erit à Deo omnium bonorum fonte deſeri, & à Diabolo omnium malorum parente obſideri?

*Quæſtio.* *Reſponſio.* Quænam eſt cauſa quod ſæpe poſt confeſsionem & euchariſtiam, adhuc nobis ſupereſt eadem vexatio & conſcientia mordens, quæ nos vehementer excruciat? Proculdubio in cauſa eſt, quod non ſatis accurate nos expiauerimus, nec vitam noſtram emendauerimus, ſed adhuc in eiſdem volutamur culpis. Quoniā ſi eadem illa peccata, eadem viuendi ratio, eadem oris ingluuies, eadem oculorum laſciuia, eadem manuum rapacitas, eadem ad curſum mali operis velocitas, eadem cordis libido ita dominatur, vt nullæ impuræ cogitationi, nulli vindictæ cupiditati, nulli auaritiæ aditum obſtruant, certiſsimum argumentum eſt, dæmonem ab anima pulſū non eſſe, vel certè pulſum, in eam denuo ſeptem ſpiritibus ſeipſo nequioribus, ſtipatū rediſſe. Cum talibus ergo hoſpitibus, quam requiē miſera anima habere poteſt? Quēadmodum ex ventriculi oppletionibus propter nimium cibum contractis, graues ſolent generari morbi, vt capitis dolores, infirmitates articulares, & aliæ id genus, quibus affectus homo, viuendo moritur: ſic planè ex vita incompoſita & diſſoluta, atque ex minima cura componendi cogitationes noſtras, dictaq; & facta, talis exurgit ſpiritalis oppletio & ſtupor prauæ conſcientiæ, vt homo corpore viuens, animo mortuo verſetur in ſeculo, quādoquidem eum vndiq; mala præmunt, terrores vexant, calamitates vallant, & deniq; noctes, diesq; excruciant. Et quemadmodum pro lunæ ipſius varia mutatione, varij etiam excitari ſolent in mari motus, nunc influxus, nunc refluxus, nunc calamitates, nunc procellæ: ſic profectò ex deprauata conſcientia oriuntur lites, ſuſcitantur odia, gignuntur inimicitiæ, proficiſcuntur internециones, & omnia deniq; omnium malorum genera.

*Negligimus emendare vitā.* *Luc. 11.* *Simile.* *Niſi vitā emēdem⁹, viuendo moriemur.* *Simile.* *Mali inquieti viuunt:*

Vbi Chriſtus ab anima recedit, illico terror & tremor capiūt eam: ſemper metus & formido inuadunt illum in quo non eſt Chriſtus, ſiue dormit, ſiue vigilat, ſemper inquietus eſt, & in re nulla quietē inuenire poteſt, omnia ei moleſtiā exhibēt, omnia affligunt, omnia torquent, & perterrefaciunt, ita vt videatur iam quodammodo inferni poſſeſsionem & ſedem occupare, atq; initium tormentorum illorum & cruciatuum deguſtare, ſine vlla lætitia & iucunditate. Et certè quamuis peccatum nullum aliud ſecum adferret incommodum pręter hoc, illud totis viribus fugere debemus, Eſt enim hæc conſcientiæ inquietudo, maxima quædam miſeria. Nam vt ait Chry. Iudex incorruptus, conſcientia videlicet, cum aduerſus hominē exurgit, clara voce clamat,

*Conſcientia mala hominem reddit inquietum.* *Chryſo. in Gen. hom. 71. to. 1.*

& accuſat, & oſtendit, & quaſi ante oculos ſcribit peccatorum [E] magnitudinem, Eamque obrem miſericors Deus principio cum formaret hominem, conſcientiam illi indidit accuſatricem perpetuam, quæ decipi, & deceptionem ferre non poſſet vnquam.

*Conſcientia accuſatrix noſtra*

Et licet quis admiſso peccato, perpetratoq; aliquo facinore illicito, omnes homines celet, ab illa tamen accuſatrice non poterit deliteſcere. Nam hanc intrinſecus habentes, vbicunq; ſumus, circunferimus: Ipſa nos circuit, obturbat, laniat, flagellat, nunquam quieſcit, ſedet domi, & in foro, & in templis, & in menſa, & dormientem & ſurgentem adoritur, rationem delictorum exi- [F] git, ob oculoſque proponit & delictorum grauitatem, & ſubſecuturam pœnam.

*Chryſo. in Ge. ho. 20 tom. 1.*

Et alibi dicit idem Chryſ. miſericors Deus eiuſcemodi nobis accuſatorem aſsiſtere voluit, vt nunquam ſoli relinquamur, ſed in deſinenter ille congrediens clamet, & pœnam exigat delictorum, & hoc quiuis videbit manifeſtè ex factis ipſis. Scortator enim vel adulter, vel qui aliud tale quiddam admiſit, etiamſi omnium obliuiſci queat, nunquam tamen ſic in ſolitudine verſatur, quin habens talem illum accuſatorem, ſuſpiciones timeat, vmbras tremiſcat, & eos qui conſcij ſunt, & qui non ſunt: perpetuaque in animo eius tempeſtas eſt, & reciprocã- [G] tes ac contrarij fluctus, inſuper neque ſomnus ei ſuauis, ſed terrore & formidine plenus: neque cibus voluptatẽ præbet, neque amicorum colloquia talem refocillare vel liberare ab vrgente anxietate poſſunt: ſed quaſi carnificem circum geſtaret, ſolam timet flagellantem continuo, ita poſt abſurdum facinus obambulans nullo conſcio ſuſtinens intollerabiles pœnas illas, & iudex ſui ipſius factus & accuſator.

*Conſcientia mala nos vexat.*

*Pytha.*

Vndè Pythagoras dicebat neminẽ tam audacem eſſe, quem mala conſcientia non faciat timidiſsimum. Dicebat etiam virum iniquum plus mali pati ab ipſa conſcientia, quam qui corpore caſtigatur & cęditur: Multo enim grauiora [H] ſunt ægroti animi mala, quam corporis morbi.

*Epicu.*

Epicurus quidẽ voluptatis aſſertor, qui ſummum bonum in voluptate collocauit, cum is neque Dei prouidentiã, neque animarum immortalitatem, ac multo minus bonorum præmia, ſuppliciaque malorum agnoſceret, cuius omnes ad voluptatem illã ſuam vias diligentiſsimè excogitaſſet, virtutem ad hoc in primis ſequendam, vitiaque maxime fugienda eſſe docuit: Quid nouum hoc Epicure? Quid tibi cum virtute, cum nullum à Deo præmium conſtitutum eſſe fateris? Quid tibi cum odio vitiorum, quorum ſupplicia nulla formidas,, quæque magnas interim voluptates pariunt? Certe ait, quoniam ego omnibus in rebus vo-

*Virtutes quantã in animo trãquillitatẽ generent.*



luptatem capto: nil autem virtutis honeſtate atque decore voluptuoſius aut iucundius eſſe cognoſco. Ego item omni ratione dolorem & acerbitatem voluptati contrariam, tanquam ſummum malum fugio.

*Vitia homines infeſtare ſolent.*

Nil autem magis animum quam ſcelerum conſcientia torquet, aſsiduoque metu exagitat. Veriſſime enim à Salomone dictum eſt, gaudium eſt iuſto facere iuſtitiam, & ſecura mens quaſi iuge conuiuium.

*Prou. 21.*

Perpetuo enim epulatur, qui virtutum, & meritorum ſuorum conſcientia paſcitur & oblectatur. Hoc præterea loco auſcultemus quid dicat Euſe. Emiſ. ipſi inquit, noſmetipſos quotidie caſtigemus, ipſi nobiſcum rationem de quotidiana conuerſatione faciamus: alloquatur ſe in ſecretis cordis, vnaquæque anima, & dicat: videamus ſi hanc diem ſine peccato, ſine inuidia, ſine obtrectatione, ſine murmuratione tranſegi.

*Euſ. Em.*

Videamus ſi hodie aliquid ad profectum meum, vel quod ad ædificationem aliorum pertineat, operatus ſum. Puto quod hodie mentitus ſum, peieraui, ira vel concupiſcentia victus ſum, nec alicui bene feci, nec præ timore æternæ mortis ingemui. Quis mihi reddet hanc diem, quam in rebus vanis perdidi, quam in cogitationibus noxijs, lethalibus, peſsimiſq; conſumpſi?

*Sæpiſsime conſcientiã diſcutiamus: Tempus fruſtra nõ teramus.*

Impia & mala conſcientia nunquam quieſcit, nam etſi aliquis ſit pretioſe indutus, ſi tamen eius conſcientiam interius contueri poſſes, intelligeremus non quidquid exterius lucet aurum eſſe. Qui incompoſitam & rixoſam habet vxorem, cui correctio nulla prodeſt, etſi in platea hilarem & iucundum ſe præbeat nihilominus tamen ſemper apud ſe de rixoſa coniuge cogitat: ſic vtique accidit ei qui iniquam habet conſcientiam, nã id ita Deus ordinare voluit, vt hic etiam ſuam punitionem haberent vitia.

*Simile.*

*Vitia hic etiã puniri ſolent.*

Vnde Deus ait in Leuitico, ponam faciem meam contra vos, & fugietis nemine perſequente. Et deinde ait, dabo pauorem in cordibus eorum, terrebit eos ſonitus folij volantis.

*Leui. 26.*

Vide quomodo Adam poſt peccatum ſe abſconderet, item Cain poſt fratris mortem quam timidus eſſet, cum eorum conſcientia ipſos accuſaret.

*Gen. 3.*

*Gen. 4.*

Hinc fit vt vir iuſtus curet conſcientiam ita iuſtam obtinere, vt vel à minima re ſtatim timeat & ſibi caueat: Videbis hominem, cui iuſtus eſt calceus in pede, ſtatim ſentire quemcumq; ſcrupulũ in calceo exiſtentẽ, qui eum plurimum moleſtat: is tamen qui calceo vtitur magno, etſi multi ingrediantur lapides, & lutum, nil tale ſentit: ita accidit iuſtis, & peccatoribus, Videas enim virum iuſtum vel ex verbo quodam otioſo interius remorſum conſcientiæ quendam experiri, ſtatimq; etiam ſe pro

*Simile.*

*Conſcientia probi & improbi quomodo differunt.*



voluere

voluere ad pedes confeſſoris: vir tamen improbus & malæ conſcientiæ, etſi millies contra Deum peccauerit, & quidem grauiſſime, non tamen plus tangitur aut mouetur, quam ſi nihil egiſſet. Hoc quidem apertiſsime tanquam in ſpeculo, licet nobis in Dauide contemplari: cum enim iuſtiori vteretur conſcientia, maximè ſenſit quod oram veſtis Saulis preſcidiſſet, quamuis mali & perſecutoris ſui. Cum autem non periade iuſtam habebat, vix videbatur ſentire, quod ſubdito ſuo fideliſsimo vriæ, honorem ſimul & vitam abſtuliſſet & eripuiſſet, qui probus erat, & egregiè equidem moratus. E F

*1. Reg. 24*

## FERIA QVINTA POST CINERES.

## CONCIO TERTIA.

*Non confidamus in potentia humana, ſed totam ſpem in Deo collocemus.*

CVM *introiſſet Ieſus Capharnaum, acceſsit ad eum Centurio, rogans eum, & dicens, domine puer meus iacet in domo paralyticus.* Mat. 8. Luc. 7. Satis apertè ex hoc hodierno euangelio conſtat verum eſſe quod de Deo dicitur Sap. 6. puſillum & magnum ipſe fecit, & æqualiter eſt illi cura de omnibus. Sic igitur curauit Ezechiam de vlcere lethali, vt ſcribitur Iſa. 38. & nunc curat hunc Centurionis ſeruum de graui infirmitate paralyſis, qui vt ſcribunt Lucas & Matthæus, iam laborabat in extremis. Et eſt notandũ quod regi Ezechiæ vt ſanaretur, iuſsit adponi cataplaſma, huic vero nihil iubet apponi, vndè colligas quanto ſæpe difficiliora curatu ſint vlcera potentiorum, quam ſeruorum, cum ſint grauiora peccata. Hoc ſignificatur in lib. Sap. vbi dicitur, iudicium duriſsimũ in his qui præſunt fiet, potentes autem potenter tormenta patientur, exiguo autem conceditur miſericordia. Quæ verba maximo terrori potentioribus eſſe debent, & ſolatio humilioribus. Hinc etiam colligas quantopere ditiores debeant ſibi proſpicere, cum grauiorem incurrant caſum. Vnde etiam magis mirandum eſt quod tam multos confeſſores iſti ſtatim inueniant, & plures quam pauperiores. Sane doctrinam Pauli obſeruare deberent qui ait, manus cito nemini impoſueris, neque communices peccatis alienis. G H

*Sap. 6.*

*Iſai. 38.*

*Potentiores ſæpe grauiora habent delicta: Sapi. 6. Ditiores ſibi caueant.*

*1. Tim. 5.*

Diues



A Diues quidem erat hic Centurio, ſiquidem vt ait Luc. ædificauerat illis Synagogam & templum Iudæorum. Multis etiã imperabat, nihilominus tamen ſalutem ſeruo dare non poterat, quem plurimum amabat. Vnde colligas quam craſſa ſit ignorantia & ruſtica, confidere in hominibus & potentia humana, cum quamuis potentes ſe oſtentent, non poſsint vel minimum capitis dolorem pellere. Vnde Pſal. nolite confidere in principibus, in filijs hominum, inquibus non eſt ſalus! Sunt inſtar prægnantium nubium, quæ in tonitrua multa & fulgura deſpumãtes, orbem territant: ille tamen qui vt ait Dauid, fulgura in pluuiam fecit, mitit illis mortem, & in neruum tandem erumpunt, atq; eorum territamenta in terrã reſoluuntur. Aliquando etiã Deus humiliat ipſos infirmitatibus, adeo vt eos proſtret etiam ante pedes eorum quos ipſi vilipendebant: ſic enim ſolet Deus ſuperbos humiliare, ſicut fecit cum Nabuchodonoſor, Goliath, Holopherne, & alijs. Nota quod Centurio nil determinate petit à Chriſto, ſed tantum illi proponit neceſsitatem, ſic nos gerere debemus, & præſertim quando res varios ſucceſſus habere poſſunt, tunc enim ad voluntatem diuinam nos remittamus, manifeſtantes ſolum neceſsitatem, quamuis ipſe iam eam intelligit. Sic Ioſeph dixit pharaoni, pater meus & fratres mei venerunt de terra Chanaam, & ſunt iam in tuo regno & in hac prouincia: non dixit, tot annis tibi ſeruiui fideliter & cum maximo incremento regni tui, & omnium ſubditorum tuorum, nunc igitur oſtẽdere debes quam ſis gratus erga me, nunc ſeſe occaſio offert qua poſsis obſequia mea compenſare, benigne excipiendo patrem meum & fratres, qui neceſsitate compulſi cum vniuerſa familia & pecore ad tuum regnum confugerunt, confidentes te mea cauſa, liberalitate maxima & benignitate cũ ipſis vſurum. B C

*Luc. 9. Confidamus in domino, & non in hominibus. Pſal. 145. Simile. Pſal. 134. Humiliat Deus ſuperbos. Dani. 4. 1. Reg. 17. Iudit. 14. Oratio noſtra qualis eſſe debeat. Gene. 47.*

D Nil tale dixit ſapientiſsimus Ioſeph ſed rem ipſam dũtaxat nude & ſimpliciter propoſuit; ſatis enim colligere poterat Pharao, quantos labores toleraſſent cũ tanta familia & pecore, in tã longo præſertim itinere, & per ſteriles prouincias tranſeundo: ſic nos imitemur Centurionẽ, qui non propoſuit amorẽ quo ad populum affectus erat, non ſumptus Synagogæ, ſed cum Iſa. viſus eſt dicere, omnes iuſtitiæ noſtræ tanquã pãnus mẽſtruatæ; & illud quod dixit Chriſtus apud Lucam, cum feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite quia ſerui inutiles ſumus: tantũ igitur dixit, Domine puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur. Cum huiuſmodi humilitate & modeſtia debemus à Deo petere, ſicut publicanus fecit dicens, Deus propitius eſto

*Deo neceſſitatẽ noſtrã nude exponamus. Iſa. 64. Luc. 17. Oratio ſit humilis & diſcreta.*

T 5 mihi

mihi peccatori: & ſicut Chananæa, miſerere mei fili Dauid, filia E mea male à Dæmonio vexatur. Item ſicut latro fecit in cruce, Domine memento mei cum veneris in regnum tuum.

*Iudicij vniuerſalis conſideratio, omnem arrogantiam deprimit.*

*D. Thom.*

INter varias cauſas quas ſacri Theologi aſsignant iudicij vniuerſalis futuri, etſi præceſſerit iudicium particulare ſingulorum, illa vna eſt, propterea quod tunc vnuſquiſq; publice recipiet præmium virtutis nempe honorem, vel etiam infamiam F propter vitia, quam tamen hic nõ receperat, nec in iudicio particulari. Sicut igitur cum hic caſtigatur malus à iuſtitia mundana, ignominia publice afficitur cum ad vocem præconis præeuntis concurrant omnes: tum etiam boni interdum à regibus maximis præmijs publice decorantur, & muneribus inſigniuntur. Sic igitur in iudicio vniuerſali faciundum eſt, vbi præmiabitur publice vir bonus, & quanto minores habuit occaſiones ad bonum faciendum, quod tamen fecit, ita magis coronabitur, & quo plures contradictiones vicerit: item vir malus punitur magis quo minores occaſiones ad malum habuit & contradictiones. G O quam ignominioſum hoc erit tunc improbo viro Chriſtiano, qui triginta, quadraginta, vel quinquaginta annos vixit inter Chriſtianos, tantas audiens conciones, tot paſtus ſacramentis, & tamen ſe damnatum videbit! Quanta etiam erit ignominia viris religioſis, qui in tam ſecuro portu verſabantur, & tã minimas ad malum occaſiones habebãt, imo potius maximas ad bonum habebant commoditates, tot propoſitis ſanctorum virorum exemplis, ſi tandem ſe damnatos viderint? Contra vero, quantus erit honos illius, qui neq; ex ſuo ſtatu vel profeſſione, vel negotiatione, occaſionem habere videbatur virtutis H exercendæ, & eam nihilominus exercuerit, quam non exercuerunt, qui maiorem ad eam occaſionem nacti erant? Glorioſum ſane erit videre Cornelium, Naaman Syrũ, Centurionem, tot gentiles, & barbaros, & milites, qui potius in fundendo ſanguine exercitati erant, quomodo ad ſimplicem Dei vocationẽ ſtatim humiliter conſenſerint, & diuino obſequio paruerint? Quas putas ſimiles homines relaturos coronas, & præmia? Solus ille nouit, qui numerat multitudinem ſtellarum, & omnibus eis nomina vocat. O quantum tunc erit dedecus malorum Chriſtianorum, & religioſorum, atq; ſacerdotum, cum videbunt ab alienigenis tantas apprehendi coronas, filios autem regni

*Honor eſt præmium virtutis.*

*Iudicium vniuerſale ad quid deſeruiat, cũ iã præceſſerit particulare.*

*Perpẽdet Deus in iudicio vniuerſali cuiuſque opera.*

*Poſcet De' rationẽ quod bonis occaſionibus neſciuerimus vti.*

*Act. 10.*

*4. Reg. 5.*

*Pſal. 146.*



A regni, hoc eſt qui potius debebant ad coronas, contendere, & qui regno ſibi à Chriſto parto abuſi ſunt, mitti in tenebras exteriores, vbi vt inquit Euangelium, erit fletus & ſtridor dentium.

Hic quidem Centurio propterea tantam adhibebat diligẽtiam ad ſeruum curandum, quod videret ſe a ſeruo non multum diſtare, ſed potius multis conuenientijs cõgruere cum ſeruo. Quod cum multi Domini & heri hoc tempore non ſatis proſpiciant, hinc fit vt eos ita à longe deſpiciant, vt prope modum B iam non agnoſcant. Si igitur attente conſideres, intelliges profecto te tam multis conuenientijs cum famulo tuo conſentire, vt ea in quibus excedas fere nulla ſint. Quod vt commodius intelligas, compara te cum ipſo, iam inde à matris vtero: primum quidem idem Deus qui te, & illum fecit, ambo ad ſimilitudinem Dei facti eſtis, ambo eandem naſcendi conditionẽ ſortiti eſtis: vtroſq; eadem ſuſtentat terra, idem tegit cælum, eadẽ componunt elementa, eundem inſpiratis aerem, idem vos calefacit ignis, eandẽ cõmunicatis ſacramentorũ menſam, eandem profitemini legem & baptiſmum: vtrũq; expectat mors, C vtrũq; manet iudicium, & mors æterna, ſiue vita. Cum igitur in tã multis cõueniatis, dic obſecro in quibus ipſum excedas, quod tantopere eũ velis contẽnere? Non igitur ita ſe gerebat Centurio, & propterea nõ dedignabatur pro ſalute famuli intercedere, tũ etiã quia conſiderabat miſeriam humanæ naturæ. Refert quidẽ Cicero in Tuſculanis quæſtionibus, quod cũ laudaret quidam Dionyſiũ tyrãnũ, & magnis quidẽ vocibus eũdẽ felicẽ prædicaret, cognoſcẽs Dionyſius quod id faceret propter põpã, & ornatũ ac maieſtatẽ illã exteriorẽ, in qua ipſum videbat, iuſsit illũ ad ſe acceſſiri, & in throno collocari, deauratis veſtibus ornato & lapillis pretioſis, atq; ante ipſum ſplẽdidã apponi mẽſam, D varijs cibis exornatã, ſupra caput autẽ, nudũ enſem de tenuiſsimo filo pẽdẽtẽ, & iã prope modũ cadentẽ: quæ cũ eſſent parata omnia, iuſsit eũ comedere: miſer autẽ vidẽs ſe in tãto periculo cõſtitutũ, dixit Dionyſio; ego vero bone rex, in tãta anguſtia animi conſtitutus, vel ſi redundanter omnia ſuppeditentur, nequaquam tamen quiete talibus veſcerer. Tunc ait Dionyſius, ſcito igitur quod talis eſt vita mea, quam tu beatam putabas. Si hoc conſiderarent potentes omnes ſeculi, aliter ſæpe ſe regerent cũ inferioribus ſuis: ignominioſum plane eſt quod barbarus tyrannus id conſideraret, cum interim multi Chriſtiani id non recordentur.

Hic

*Eccleſiaſtici mali quãtã in iudicio ignominiã ſuſtinebũt.*

*Ambitio quibus cõſiderationibus poterit coerceri.*

*Famuli & domini in quã multis cõueniant.*

*Famuli & Domini in quã paucis differant.*

*Cicero.*

*Ext. Dionyſ. tyrãni.*

*Homines mundani cũ maxima anxietate ſunt.*

Hic quidem Centurio alienus valde erat ab ambitione, ſuper E
*Iac. 1.* bia,& præſumptione,cum intelligeret quod omne datum opti-
mum,& omne donum perfectum, deſurſum eſt. Mali autem
non ita ſegerunt,ſed potius ſi diuites ſe vident,ſuæ hoc diligen-
*Mali ſibi* tiæ aſcribunt.Si dignitates obtinent,& munera honorifica, ſuæ
*aſcribunt* hoc tribuunt negotiationi:ſi ſcientiam,ſuo ſtudio:ſi ſalutem,ſuę
*bona quæ* temperantiæ.Experientia tamen ipſa docet non ita eſſe,quando
*habent.* quidem multi alij reperiuntur,qui multo plus laborãt, & tamen
pauperes viuunt:ſunt plus ſoliciti,& tamen nullã obtinẽt digni
tatem:ſunt magis intenti ſtudio,& tamen non proficiunt: ſunt F
magis abſtinẽtes,& tamen valetudinarij ſunt.Quid igitur in cau
ſa eſſe putas,niſi quod Deus hæc largitur quibus vult, & eadem
aufert à quibus vult? Si hoc nos diligenter meditaremur, ſicut
hic Centurio meditabatur,humilitatem apprehenderemus, &
*Deo tri-* omnem ſuperbiam quam longiſsime fugaremus.ô ingẽtem cæ
*buamus* citatem noſtram,quæ eo deuenerit,vt iã audire nolimus exem-
*quidquid* plum Iob inter gentiles, nec hebrææ gentis quę ſplendebat vt ſol
*boni habe* ſeruans Dei legẽ. Nec commemorare volo exemplũ illius epiſ-
*mus.* copi,de quo ſcribitur in Apo.quod præclare viueret inter gen-
tes quibus dominabatur Satanas, hi enim omnes magnam diui G
*Iob. 1.* nitus nacti erant intelligentiam rerum cæleſtium, & Deo dicati
*2.Pet.1.* erant.Sed tantum ſufficiat nobis exemplum huius Centurionis
*Phil.2.* gentilis,& rei militari dediti, qui multis interuallis nos poſtſe in
*Apo.2.* virtute relinquit,in humilitate,in amore,& bonis operibꝰ. Hoc
*Matt.11.* ſane admirabile valde eſt.Num didicerat in ſchola Chriſti dicẽ-
tis,diſcite à me quia mitis ſum,& humilis corde? Nõ equidem,
ſed ſua ratione & diſcurſu prudenter vtebatur,& egregie de hu
ius mundi miſeria ratiocinabatur,iuuante ſemper Deo,qui nul
li auxilium ſuum vniuerſale denegat.

Viri quidem probi & amici Dei,humiliores ſunt,& ſe magis H
*Humilio-* demittunt,cum vident ad alta euectos.Abigail dixit nuntijs Da
*res ſunt* uidis,cum eam poſtulabat in coniugẽ:ecce famulã tuã, ſit in an
*boni.* cillam, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei. Communicatio
cum principibus mundi fere facit homines inſolentes & elatos,
ſed communicatio cum Deo facit eos humanos & manſuetos:
*1.Reg.25* videns Iſaias Deum,humiliauit ſe, & exinaniuit ſemetipſum.
*Iſa. 6.* Abraham etiam ſtatim dixit ſe eſſe puluerem & cinerem. Vi-
*Gen.18.* dens Rebecca Iſaac,deſcendit ſtatim de camelo: ſic videns ho-
*Gene.24.* mo bonitatem & maieſtatẽ Dei,ſtatim deſcendit de camelo ſuæ
*Iob.42.* ſuperbiæ.Sic enim Iob videns & conſiderans Deum, ſtatim ſe
proſtrauit & dixit, idcirco ego me reprehendo,& pœnitentiam
ago



ago in cinere & fauilla, Videtur quidem ſtatim rectitudo, vel
obliquitas alicuius,cum regula menſuratur diuinorum præce- *Vita &*
ptorum,& vita Ieſu Chriſti Domini noſtri,& ſanctorum eius; ſi *euangeliũ*
enim tali regula opera noſtra metiamur, aperte intelligemus *Chriſti de*
quod iuſtitiæ noſtræ ſunt tanquam pãnus menſtruatæ. Quamuis *bet eſſe re*
Moyſes tam inſignis eſſet populi Iſraelitici princeps, & ab Ae- *gula no-*
gypto veniret cum maximo triumpho & gloria,nihilominus ta *ſtra.*
men reuerentiam habuit ſocero ſuo Iethro,cum huiuſmodi hu *Iſa. 64.*
militatem ex ſchola & lectionibus Dei didiciſſet. *Exod.18.*

B

*Calamitates nos in timore Dei inſtruunt,& quomodo caute ambulemus docent:*

EX laboribus quidem,& calamitatibus,atq; infirmitatibus,ſo
let Deus multa educere bona,vt conſtat ex euãgelio hodier-
no: vbi obiter obſeruabis quod Deus in medijs flagellis & labo
ribus,miſericordiæ recordatur,iuxta illud Tobiæ, cum iratus *Tob. 3.*
fueris miſericordiæ recordaberis.Item cum ferit, iam medicinã
paratam habet:& more ſartoris vtitur,qui quamuis forfice ſcin
C dat,intendit tamen acu ſciſſa reſarcire,& cum hinc ſcindit, iam *Similitu.*
illinc comparat & confert quomodo ſarciat & conſuat,vt ita tã *Deus vul-*
dem veſtis ipſa pulcherrima ſit & formoſa: ſic enim Deus etſi *nerat &*
nos affligat,tamen aliunde oblectat & recreat, iuxta illud Iob, *medetur.*
ipſe vulnerat et medetur.Non igitur nos punit ad punitionem, *Iob. 5.*
ſed ad emendationem & pulchritudinem,ſicut veſtis pulcherri- *Simili a.*
ma tandem efficitur,ſartoris manu:Et ſicut numeris ſuis omni
bus relinquitur pannus,& tela linea poſt varios labores expreſ
ſa:Item coccineus pãnus poſt varios intinctus & embammata.
Annon tibi videtur longe formoſior & pulchrior Centurio poſt
D tantam infirmitatem,quam Deus immiſit in domum ſuam, & *Deus mul*
ſeruum quem tantopere diligebat? Cum igitur Deus norit tot *ta bona ex*
bona ex calamitatibus & infirmitatibus educere,non eſt quod *noſtris ca-*
ægre feramus cum nobis eueniunt,aut domeſticis, aut amicis. *lamitati-*
Omnes temporales Domini velint nolint quatuor habent cõ *bus educit*
munia cum ſeruis ſuis:primum eſt ex parte principij, ſi quidem
omnes ab eodẽ Deo creati ſunt,& ex eadẽ terra formati, iuxta
illud beati Iob, ecce & me,ſicut & te fecit Deus,& de eodem lu *Iob.33.*
to ego quoq; formatus ſum.Hoc etiam in libro Sapien. Signifi- *Sap. 7.*
catur vbi dicitur,nemo ex regibus habuit aliud natiuitatis ini- *Eccl.10.*
tium.Secundum eſt ex parte medij,quia omnes mortales & bre *Iob.14.*
uis vitæ,iuxta illud Eccleſi.omnis potentatus breuis vita.Et Iob
ait,

ait, breues dies hominis ſunt. Tertium eſt ex parte finis, ſi E
quidem omnes ad mortem & putredinem tendunt, iuxta illud
*Iob.* 17. Iob, putredini dixi, pater meus es tu, mater mea & ſoror mea
vermibus. Quartum eſt ex parte fori, quia omnes ſub vno iudi
1. *Cor.* 5. ce rationem reddere compelluntur, iuxta illud Apoſ. omnes
nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, vt referat vnus
quiſq; prout geſsit in corpore ſuo ſiue bonum ſiue malum. Por
*Puniet* ro punitio impiorum dominorum & ſeruorum, ſignificatur in
*Deus ſu-* Euange. hodierno, vbi dicitur, filij autem regni eijcientur foras,
*perbos* id eſt qui fuerant nati pro regno habendo, ſed reddiderunt ſe in F
*principes.* dignos, eijcientur in tenebras exteriores; ipſi ſiquidem iam ſe in
interiores coniecerunt in hac vita: vel etiam dicuntur exterio-
res, quia ſunt extra ambitum diuinæ miſericordiæ.

Ignoro plane quid cauſæ ſit, quod non timeamus tot tantaſ-
*Danie.* 2. que Dei comminationes, tantũ enim timemus res terrenas. Na
buchodonoſor quidẽ audiens quod dicebat Daniel cũ ipſi inter
*Deum ti-* pretatus eſt ſomniũ, quãuis eſſet monarcha qui vniuerſum terri
*meam⁹ &* tabat orbẽ, nihilominus tamen ſeſe ad pedes Danielis ſerui ſui
*eius puni-* abiecit, & eundé adorauit, ac præcepit ſibi ſacrificari. & tu non
*tionẽs,* times quod dicat ipſemet Deus in Euan. hodierno, filij autem G
*Similitu.* regni eijcientur in tenebras exteriores? Si in numeroſiſsimo
exercitu vox audiretur, dicens quod breui tempore ſupra vni-
*Iudiciũ vl* uerſum exercitum, tanta tempeſtas deſcenderet, totq. tonitrua
*timum ti-* & fulmina fierent, vt multi eorum perirent, annon contremiſce
*meamus.* rent omnes, quamuis mors dũtaxat eſſet corporalis? Iuſtius er-
go eſt vt timeamus hoc tantum diuinum fulmen, videlicet, filij
autem regni eijcientur in tenebras exteriores.

*Matt.* 24 Omnes quidem circũſpecte viuere debemus, cum ignoremus
*Luc.* 12. qua hora nos inopinata mors inuadat, vnde Chriſt⁹ ait, ideo &
vos eſtote parati, quia qua hora non putatis, filius hominis ve- H
niet. Sed præcipue qui militiæ ſeruiunt, id præſtare debent, hoc
maxime tempore quando homines tam varias adinuenerunt
machinas bellicas quibus tã facile & tã cito vita ipſa eripitur,
*Milites* ita vt locum confitendi non habeant nec verbum aliquod pro-
*circunſpe-* ferre poſsint, & vix cogitationem habere bonam Itaq; deberẽt
*cte viuant* ſemper milites & duces conſcientiam habere bonam, aliter enim
non ſolũ victoriam cæleſtis beatitudinis amittent, pro qua tan-
*Duces* tos ſuſcipimus labores, ſed etiam ſæpe victoriã temporanã non
*quales eſſe* obtinebunt. Vt autẽ hoc paulo altius repetamus, prius in truẽ
*debeant.* di ſunt duces, deinde cæteri milites. Debent igitur in hoc incũ
bere duces, vt ſe diligentes Dei ſeruos exhibeãt, ſi enim tales nõ
fuerint



fuerint, ſæpe pmittit Deus vt victoriã nõ cõſequãtur, imo in bel
lo occũbant, & milites exanimentur. In li. 1. Reg. habetur, quod 1. *Reg.* 17.
videntes philiſthijm quod mortuus eſſet fortiſsimus eorũ, fuge
rũt, & cõſurgẽtes viri Iſrael & Iuda vociferati ſunt, & perſecuti
ſunt philiſtæos, vſq; dũ venirẽt in vallẽ & vſq; ad portas Accarõ *Exẽplũ.*
ceciderũtq; vulnerati de philiſtijm in via ſarim &c. Itẽ dicit, &
reuertẽtes filij Iſrael poſtquã perſecuti ſunt philiſtæos, inuaſerũt *Iudith* 15.
caſtra eorũ. Quæ omnia acciderunt propter ſuperbiã ducis. In
lib. Iudith habetur, cũq; omnis exercitus decollatum Holopher
nem vidiſſet, fugit mens & conſiliũ ab eis, & ſolo timore & me-
tu agitati, fugæ præſidium ſumunt, ita vt nullus loqueretur cum *Exẽplũm*
proximo ſuo, ſed inclinato capite, relictis omnibus euadere fe-
ſtinabãt Hebræos, quos armatos ſupra ſe venire audierant, fu-
gientes per vias cãporũ, & ſemitas colliũ. Quæ omnia prouene-
runt ex ſuperbia & intẽperantia ducis, ac mala cõſcientia. Præ-
terea apertũ eſt quod cũ deficit dux, exanimantur milites. Vnde 2. *Reg.* 4.
lib. 2. Re. Habetur, quod videntes Hebræi ducẽ ſuũ Abſalon mor *Exẽplum*
tuũ, omnis Iſrael fugit in tabernacula ſua. Debẽt etiã duces ze-
lum habere diuini honoris, & non debent permittere vt mili-
tes faciãt aliquã Dei offenſam, ſicut faciebat Iudas Ma. & Mata 1. *Ma.* 2.
thias, & debẽt incitare omnes ad virtutũ operationẽ & deuotio-
nẽ, ac obſeruãtiã legis Dei, vt in lib. Ma. Paſsim de multis ſcribi *Milites*
tur. Milites autẽ debẽt eſſe fideles eis cũ quibus habitãt, nã iã vi- *quales eſſe*
dẽtur furtũ & rapinã tanquã glorioſa ducere, cũ tamẽ ſint gra- *debeant.*
uia peccata. Cũ Hebræi in terrã promiſsionis veniebãt, & vole-
bãt trãſire per prouinciã Edõ, cũ tã bonũ haberẽt ducẽ nẽpe Moy
ſen, miſit rex nũtios vt intelligerẽt quonã haberẽt iter, reſpon *Num.* 20
derũt autẽ vt in li. Num. habetur, obſecram⁹ vt nobis trãſire li-
ceat per terrã tuã, nõ ibimus per agros, neq; per vineas, nõ bi-
D bemus aquas de puteis tuis, ſed gradiemur via publica, nec ad
dexterã, neq; ad ſiniſtrã declinãtes, donec trãſeamus terminos
tuos: etſi biberim⁹ aquas tuas, nos & pecora noſtra, dabim⁹ ꝙ iu
ſtũ eſt, nulla erit in pretio difficultas. Eadẽ vſus eſt vrbanitate cũ *Num.* 21.
Amorræis, vt habet Nu. 21. Videant modo duces & milites an i-
ta ſegerãt, cũ præſertim ſæpe omnia vaſtẽt domiq; foriq;. Cũ Da
uid exponeret ipſi Nabal quã humane ſuos tractaſſet, dixit, vt
habetur 1. li. Re. ſit fratribus meis & tibi pax, & domui tuę pax,
& omnibus quæcunque habes ſit pax: Ex multis annis ſaluos
faciens tuos & omnia tua, audiui quod tonderent paſtores 1. *Reg.* 25.
tui greges tuos qui erant nobiſcũ in deſerto: nunquã eis mole- *Exemplũ*
ſti fuimus nec aliquãdo defuit quidquã eis de grege tẽpore quo
fuerunt

fuerunt nobiſcum in Carmelo, interroga pueros tuos, & indi- E cabunt tibi. Annon maxima fidelitate tibi videbatur vſus Dauid cum militibus ſuis? Vtinā hoc tēpore ſic fieret! & propterea ſæpe aliter ſuccedunt belli euentus. Prædicans Baptiſta fuit interrogatus à militibus, quid eos facere oporteret? ipſe vero reſpondit, neminē concutiatis, neq; calumniā faciatis, & contenti eſtote ſtipendijs veſtris. Quod Hebræi perderent arcam in illo tam ignominioſo bello aperte ex textu conſtat quod propter malas eorum conſcientias factum ſit: & ita dānum recuperarūt cū Samuelis conſilio, conuertendo ſe ad Dominum, vt habetur F 1. Reg. Achior dixit Holopherni cum vellet Bethuliam expugnare: perquire ſi eſt aliqua iniquitas eorum, in conſpectu Dei eorum, aſcendamus ad illos, quoniam tradens tradet illos Deus eorum tibi, & ſubiugati erunt, & ſub iugo potentiæ tuæ. Si vero non eſt offenſio populi huius coram Deo ſuo, non poterim⁹ reſiſtere illis, quoniam Deus eorum defendet illos, & erimus in opprobrium vniuerſæ terræ. Hæc quidem ſecum diligentiſſime priuſquam manum confererent, tam milites quam duces meditari deberent, cum eundem habeamus Deum, & conditionem non mutauerit. G

*Duces & milites quales eſſe debeant.*

*Luc. 3.*

*1. Reg. 4.*

*1. Reg. 6.*

*Iudith. 5.*

*Conſcientia ſana, bona militis arma.*

## FERIA QVINTA POST CINERES.

## DONCIO QVARTA.

*Humilitas quanta impetret:*

CVM *introiſſet Ieſus Capharnaum, acceſſit ad eum Centurio.* Matth. 8. Luc. 7. Citius quidem acceſſit hic Centurio, ad Chriſtum, cordis gradibus & paſſibus, quam Iudæi, Phariſæi & ſcribæ, corporis paſſibus & greſſu. Imo parum profuiſſet quod ipſi ita corporaliter H acceſſiſſent, ſi ipſe prius ſpiritualiter nō acceſſiſſet. Exiſtimabat Centurio Chriſtum ſolis iudæis veniſſe, & ideo ipſos ſibi deprecatores parat. Obſerua autem quanta eſſet eius fides, ſi quidem cum videret Iudæos infirmos ſuos ad Chriſtum adducētes, ipſe credidit neq; hoc eſſe neceſſarium, ſed tantum ſufficere eius verbum.

*Magna Centurionis fides.*

*Nobiles & diuites eleemoſynas dent.*

Vtinam nobiles noſtri temporis ita in eleemoſynis ſe exercerent, ſicut hic Centurio qui Synagogam ædificauerat, tum etiā fide maxima & humilitate pollebat, atq; benignitate erga ſeruos. Solet Deus ſæpe ea quæ nobis chariora ſunt auferre, vel aliqua calamitate percutere, vt ita magis ad ipſum accedamus: ſic



A ſic igitur huius Centurionis ſeruum huiuſmodi infirmitate percuſſit, quē tantopere diligebat, & omnia in eius cōmodū Deus cōuertit. Sic Abrahā tentauit, dicēs vt ſacrificaret filium ſuum Iſaac. Sic egit cum Iacob, cui vxorem tam dilectā, & pro qua tātum laborauerat, videlicet Rachel, morte peremit.

*Labores immittit Deus ad noſtrū cōmodum.*

*Gene. 22.*

*Gen. 35.*

*Prælati & Domini quales eſſe debeant, & quomodo debeant tractare ſubditos ſuos.*

CVM *introiſſet.* In verbis quidem illis Centurionis, ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus, habens ſub me milites, & di- B co huic, vade, & vadit, & alio, veni, & venit: & ſeruo meo, fac hoc, & facit, ſatis colligitur quā probus, humanuſq; eſſet Centurio, & quam prudenter imperaret, ſiquidem ita ſedulo omnes ipſi obediebant. Vnde qui præſident obſeruare debent, quod ardua nimis & difficilia non imperēt. Apoſto. quidē Corin. ſcribēs dicebat, fratres non potui loqui vobis quaſi ſpiritualibus, ſed quaſi carnalibus, tanquā paruulis in Chriſto lac vobis potum dedi, non eſcam. Vnde ſatis conſtat quod Apoſ. pro ratione viriū ſubditorū imperabat, ſic enim addit, nondum enim poteratis, ſed neq; nūc quidē poteſtis. Præterea Agrippæ dixit, opto apud C Deum non tantum te, ſed etiā omnes qui audiunt hodie fieri tales, qualis ego ſum, exceptis vinculis his. Quæſo te paule, tam pretioſa vincula non vis alijs communicare, quæ plus facis quā quilibet imperator imperium Romanū. Sed dicendum eſt quod iſti erant recenter ad fidem conuerſi, & ita non dum altas egerant radices, ac propterea noluit ipſos Apoſto. terrere vinculis & carcere, ſed potius voluit ſua præcepta metiri eorum viribus. Sic etiam faciebat Baptiſta, cum tot vndiq; ad eum concurrerent, ſingulis enim præſcribebat quæ erant ipſis proportionata. Popularibus dixit, qui habet duas tunicas, det non habenti, & D qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Publicanis dicebat, nihil amplius quam quod conſtitutum eſt vobis, faciatis. Militibus dicebat, neminem concutiatis, neq; calumniam faciatis, & contenti eſtote ſtipendijs veſtris. Non præcipit ipſis vt ad ſolitudinem ſe conferant & deſertum vt Baptiſta fecit: vt ſint in victu & veſtitu ita moderati ſicut ipſe: non quod ipſe non deſideraret eorum perfectionem, & cuperet eos altioribus preceptis adſtringere, ſed quod tanquam bonus medicus applicaret pharmaca pro ratione virium infirmi. Sic ſe gerere debet qui præſidet, vt ſcilicet ardua & nimis difficilia non præcipiat, vt rex in regno ſuo, Epiſcop⁹ in Epiſcopatu, prælat⁹ in monaſterio, iudex in repub. pater familias in familia: in omnib⁹ preceptis prudēter pce

*Domini debent ſuauiter & prudenter imperare.*

*1. Cor. 3.*

*Prælati pro ratione virium ſubditorū mandant.*

*Acto. 16.*

*Moderatione vtendum eſt in fulminandis præceptis.*

*Luc. 3.*

*Exemplū.*

*Simile.*

dāt & gradatim. Sūt enim aliq̨ q̨ onerāt grauib⁹ pręceptis & legib⁹ ſubditos, cū ipſi interim nolint ad normā eorū vitā ſuā cōponere, ſed poti⁹ allegēt ſe eſſe prelatos: ſūt inſtar illi⁹ q̨ multa ligna cędit in ſylua, pluſquā oneri neceſſarium ſit, cum interim ipſe tale onus ſubire recuſet. Vnde Eccl. ait, noli eſſe iuſtus multū. Cū igitur perinde mōſtruoſum ſit, atq; os habere hominis, cū interim manus habeas gryphis: ſic vtiq; eſt bonā & expeditā habere linguā ad imperādū, & tardas man⁹ ad operādū, & remiſſū eſſe in operādo, atq; validum in mādādo, quod quidē turpe eſt. E

*Domini in præceptis moderatione vtantur.*

*Prælati quales eſſe debeant: Simile. Ecclesſ.7.*

Hic Cēturio plurimū diligebat ſeruos ſuos, & curabat illis neceſſaria infirmitatibus, vt cōſtat ex hodierno Euā. atq; idcirco merebat vt omnes ſibi ſedulo obedirent, vt ipſemet teſtatus eſt. Quis enim eſt qui tāta humanitatis officia vidēs in prelato ſuo, nō ipſi obediat, & ſeruus Dño? ꝙ ſi ſecus fecerit Dñs, à quo putat ſibi obtēperari? Quāuis rex Sodomæ eſſet ſceleſtus, nihilominus tamen hoc bonū habebat ꝙ diligeret ſubditos ſuos, ſi quidē plus dolebat de eorū captiuitate, q̃ de amiſsione theſaurorum ſuorū. Vnde quādo Abrahā ipſū liberauit à perſecutione cæterorū regū, q̨ ſubditos ei⁹ in captiuitatē ducebāt, cū multa reportaſſet ſpolia & ea haberet iā Abrahā pęnes ſe, nihil poſtulauit, niſi dū taxat libertatē ſubditorū, vnde ait, ſicut habetur in Gen. da mihi animas, cætera tolle tibi. Nō ita multi Dñi hoc tēpore dicūt q̨ pluris faciūt pecuniā & vectigalia, q̃ ſubditos: non percontātur de ſubditis quales ſint, an virtutis ſint ſtudioſi vel improbi & an dei legē obſeruēt, ſed quāta ſint vectigalia, quātum valeat prębēda, aut paręcia, epiſcopatus, cathedra, pulpitū, officiū, gubernatio. Aliter ſanctus Moyſes ſaluti ſubditorū intendebat, ſi quidē vt habetur in li. Num. cū oſtēderet ipſi Dñs terrā promiſſionis, diceretq; ſe in eā nō ingreſſurū, nihil replicauit Moyſes, nec ſupplicauit à ſentētia, ſed ſolū ſubditos Deo cōmēdauit, dicēs: ꝓuideat Dñs hominē qui ſit ſuper multitudinē hanc, ne ſit popul⁹ Dñi ſicut oues ſine paſtore. Et quādo populus adorauit vitulū, vt habet in Exo. Vide quāta præſtiterit in fauorē populi. Mirabile eſt ꝙ cū Petrus Malcho auriculā amputaſſet ſeruo Pōtificis, cūq; ab omnibus cognoſceretur armatis, nō tamē illi manus inijcerēt, nec verbū inurbanū ꝓferrēt, etſi tātā occaſionem illis dediſſet, vt eū minutatim cōciderēt ſicut ipſe auriculā amputauerat: ſed in cauſa fuit ꝙ bonus paſtor in ſe reciperet omnes labores qui Petro euenturi erant. Vnde Chriſtus ipſis præcepit, vt ait Ioānes, ſinite hos abire. Huiuſmodi ergo curā gerere debet q̨ præeſt ſubditorū ſuorū, & cōmoda eorū nō debet obliuiſci, ſicut

F G H

*Simile. Domini ſint probi & ſedulo ipſis obediēt ſerui.*

*Serui ſedulo obtēperant Dominis humanis: Gen. 14.*

*Magna huius temporis auiditas.*

*Nu. 27. Exemplū Exod. 32.*

*Ioan. 18.*

*Prælatus qualiter ſe gerere debeat in ſubditos.*



A cut faciebat Centurio, ſiquidē nec obliuiſcūtur eis imperare.

Lamētabile ſane eſt videre aliquos dominos, quā parū ſoliciti ſint de procurāda ſalute famulorū ſuorū infirmorū, cū interim ſoliciti ſint de equo, ſit ne ferro calceādus, an opus ſit ſtrigili, an lodice, an auena, ſi pluat in equili, ſi præſepe integrum eſt, ſi mula diſcriminatos habet crines, ſi ornatum eſt ephippiū, ſi canibus alimēta deſunt, ſi accipiter neceſſaria habeat: ad hæc enim procuranda, ſufficit ſimplex ſtabularij verbū, aut mulionis, aut venatoris, ſtatim enim hæc curātur: Cum autem ipſis exponitur B quod ægrotet famulus, aut quod neceſsitatem aliquam patiatur ita ſurdā exhibent aurē, ac ſi nulla eſſet naturalis, vel diuina, vel poſitiua lex quæ ipſos obligaret, imo ſæpe eos ita tractāt, vt vel humi repentes, ad hoſpitale cogantur proficiſci, imo interdum ipſiſmet heris in infirmitate ſeruiendo, talem contraxerunt infirmitatem, vt cum volunt ad hoſpitale accedere, in ipſo itinere moriantur, vel vbi primū illuc appellunt. Nollent tales heri domi habere niſi ſanos ſeruos & vtiles ad obſequia, cū autē tales nō ſunt, ſtatim in hoſpitale eos protrudūt. Nō ita ſe gerebat prælatus quidā, cui cū diceretur quod multos haberet domi inuti- C les ſeruos, petiuit eorū catalogum fieri omnium, cumq; adduceretur ante oculos eius talis catalogus, eoſq; legiſſet, Reſpondit, hos quidem eſſe ſibi neceſſarios, alijs vero quos ille dicebat, ipſum eſſe neceſſarium & eos eius opera indigere. Sed obſeruandum eſt hos tales fuiſſe virtutis ſtudioſos quamuis pauperes & nobiles, tales enim olim prælati ſolebant habere famulos: nunc vero ſolum quærunt multi vtiles ad obſequia, quod quidem parum Deus æſtimat, niſi inſtar Centurionis ſe gerant.

*Simile:*

*Multi domini maiorem curā gerunt mulæ quam ſerui.*

*Exēplum Charitas refrigeſcit*

Debet qui regit benignus eſſe & manſuetus erga ſubditos, nō autem tanquam leo ferox, iuxta illud Eccl. noli eſſe ſicut leo in D domo tua, euertens domeſticos tuos, neque leo, qui vnum accipit & alium relinquit, eſſe debes. Dixit Deus ad Noe, vt habetur in Gen. terror veſter ac tremor ſit ſuper cuncta animalia terræ: non dixit ſuper homines. Vnde Chriſtus ait, principes gentium dominantur eorum, & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos, non ita erit inter vos. Non negat ſubiectionem quam debemus prælatis, nec quam debent ſerui dominis, ſed reprobat imperium auſterum & inhumanum, quod eſt gentilium, neq; omnium, vt conſtat ex Centurione. Suauem regendi modum commēdabat princeps Eccleſiæ Petrus cum dicebat, paſcite qui in vobis eſt gregem Dei, prouidentes non coacte, ſed ſpontanee ſecundū Deum. Aduertite qui gubernatis quod

*Eccleſi. 4. Similia. Gene. 9. Matt. 20.*

*1. Pet. 3. Exo. 34.*

quod ſi faciē vt Moyſes cornutā habetis, velo eā obtendatis, E
hoc eſt ſi iracūdi eſtis, nimiū ſeueri & graues debetis nature vim
*Iſa.22.* facere, & hanc iracundiā cohibere, vt ſitis humani & benigni,
hoc eſt enim velare faciem: non enim debetis cornibus perter
rere ſubditos ita vt non audeāt ad vos accedere cū opera veſtra
indigent. Vide quomodo auſteris prælatis comminetur Deus
*Prælatus modera e ſegerat.* Iſa. dicens: vade ad ſobnam præpoſitum tēpli, & dices ad eum,
quid tu hic? aut quaſi quis hic? ecce Domin⁹ aſportari te faciet,
ſicut aſportatur gallus gallinaceus: & habebis inquit aliū ſucceſ
ſorē: vide igitur quomodo malus prælatus à deo puniatur. Nō F
inde inferimus quod prælatus non debeat ſubditos caſtigare
*Num.12.* cum opus eſt, imo potius rebellio in ſubditis, neceſſariam habet
maximam punitionem, etſi prælati ſint natura benigni qualis
*Ioſue.7.* erat Moyſes, quem ſanguinis effuſorem fecit inobedientia
ſubditorum, vt habetur in Num. Quid etiam niſi hoc ipſum,
3. *Reg.* 2. fecit ſucceſſorem ipſius Ioſue rigidū? vt habetur Ioſue: 7. Quid
etiam præſtitit vt à Dauide interficerentur Ioab et ſemei, niſi
*Subditi obedientes ſint.* hoc ipſum vt conſtat ex lib: 3. Reg: debent igitur ſummopere
ſubditi obtemperare prælatis ſuis, & ſerui dominis, neq; ratio-
nem exigere cur aliquid præcipiant, aut ſibi perſuadere quod G
*Gene.3.* per iram faciant, aut inimicitia, aut alia paſsione: hoc enim pa-
cto ſolet dæmon excitare rebellionem. Quod ſignificatur in
Gen. cum dixit dæmon Euæ, quare præcepit vobis Deus vt non
comederetis ex omni ligno paradiſi? Quaſi diceret, quanam
alia de cauſa cenſetis Deum vobis id præcepiſſe, niſi quod inimi
citia vos perſequatur & ira? Sic ſolet ſæpe dæmon cum ſubditis
agere, vt hac ratione diſcordiam ſeminet inter ſubditos & præ-
latos. Itaq; debent ſubditi obedientes eſſe abſq; vlla contradi-
ctione prælatis ſuis & Dominis: ſi quidem credibile eſt quod nō
præcipient niſi quæ bona ſunt & iuſta. H

*Subditi quales eſſe debeant.*

*Luc.* 5. MAXIMI quidem eſt ponderis D. Petri obedientia, etiam
in rebus quæ hominum iudicio abſurdæ videbantur. Præce-
pit ei Chriſtus vt reduceret puſillū à terra nauem vt prædicare
poſſet, item iuſsit ducere in altum & laxare retia, cum iā tēpus
opportunum non videbatur: omnia tamen ſine vlla cōtradictio
ne præſtitit ſigillatim, nā reduxit puſillum, & duxit in altum, &
retia tetēdit: vnde vide quā præclare cum ipſo actum ſit, & quan
tos cōprehenderit piſces. Noſtra igitur felicitas eſt Chriſto obtē
*Pſal.22.* perare, & prælatis ſuis. Hoc quidē præſtabat Dauid, cū diceret,
Dominus regit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me
collocauit



A collocant. Ne contēnas obedire prælato tuo, etſi tibi videaris
maioris nobilitatis, ſiquidem ſcribit Lucas quod Chriſtus quā- *Luc.2.*
uis filius Dei eſſet, erat ſubditus parentibus. Notans Dauid con *Pſal.* 72.
ditiones obedientiæ, ait, vt iumentus factus ſum apud te: non di
cit vt homo, ſi quidem verus obediens debet obedientiæ onus
ſeruare abſq; diſcurſu, nō dicendo quare hoc præcipiant vel pro
hibeant.

Debemus igitur ſuperioribus parere, cū manifeſte nobis non
præcipiant aliquid contra Deum. Vnde videmus quod cum 1. *Re.* 22.
B Saul ſeruis ſuis mandaret vt ſacerdotes interficerent, quod iu-
dicio ſuo Dauidis partes agerent, noluerunt obedire, vt habe-
tur 1. Reg. Scribitur etiam in lib. Ioſue quod cum ipſi Ioſue *Ioſue.* 1.
præſtaret populus obedientiam, dixerunt, ſicut obediuimus
Moyſi, ita obediemus tibi, tantum ſit Dominus Deus tuus te-
cum, quaſi dicant, quamdiu non mandabis aliquid contra Deū.

Debemus prælatis & ſuperioribus noſtris obedire, non ſolum 1. *Pet.* 2.
bonis atq; modeſtis, ſed etiam diſcolis, vt Petrus inquit, cū & ip-
ſe Chriſtus rex regum & Dominus dominantium, & ſacra vir-
go, & Ioſeph ſponſus, non fuerint dedignati imperatori Ethni
C co & pagano obedire, vt ſcribitur Luc. 2. cum dicitur, Exijt
edictum à Cæſare Auguſto. Quod ſi aſperū & difficile tibi vide *Luc.* 2.
tur obtemperare prælato vel ſuperiori, Deū ipſum dilige, & fiet
vtiq; vt diuinus amor, hæc tibi omnia dulcia ac ſuauia reddat. *Simile.*
Vt enim ſi in cardinē portæ quæ aperiendo & claudendo ſtrepi
tum excitat, oleum effuderis, fit poſtmodum vt talem ſtrepitum
non ſentias, ita ſi diuini amoris oleo cor tuum inunxeris, fiet
quidē vt quadā ſpiritus alacritate & animæ dulcedine ac con-
ſolatione, vel ardua etiam quæq; iuſſa compleas atq; præſtes.

Obediamus ſimpliciter & magno ſtudio ſuperioribus noſtris,
D neq; inueſtigemus quibus cauſis moueantur. Mirabile vero etiā *Ioſe: li.* 1.
huius rei exemplum habemus in Iſaac, qui cum vt Ioſephus *Anti. c.* 12
ait, iam 25. annos natus eſſet, quandoquidem ligna humeris fe *Gene.* 22.
rebat in ſacrificium, poterat quidem reſiſtere patri, quo ſenio *Ex emplū*
confecto fortior erat, nihilominus tamen etiam in re tam ar-
dua noluit reſiſtere voluntati patris. Cæterum cum inſeritur
virgultum minus fructiferum cum optima arbore, fructuoſum *Simile.*
reddi conſueuit, ita & nos voluntatem noſtrā minus frugiferā in
ſerentes voluntati ſuperiorum noſtrorum, maximum fructum
reportabimus. Apleriſq; quidem hiſtoriographis, vt ſcribit Iu-
ſtinus, cōmendatur obedientia eorū ſiculorū, qui cū aliquando à *Iuſt. l.* 4.
rege ipſo è vita decedente, & filijs paruulis, & vniuerſo regno *Exemplū*

 præfici

præfici viderent fideliſsimum quendam ſeruum, nomine Mithy E
*Mithilus* lum, prompto quidem animo huic obedierunt quamuis ſeru^9
*Berna. in* à rege præficeretur. Explicans autem Berna. verba illa Luc. &
*Miſſus eſt* erat ſubdit^9 illis, ait: ô res mirabilis, quod Deus ſit ſubditus mu
*hom. 1.* lieri, & mulier imperet Deo! propterea diſce homo obedire: diſ
*Luc. 2.* ce terra ſubijci & ſubdi; diſce puluis obtẽperare: erubeſce ſuper
bire cinis. Deus ſe humiliat, & tu te exaltas? Deus ſe hominibus
ſubdit, & tu dominari geſties hominibus? tuo te præponis au-
thori? Vtinam cum aliquid horum intenderem, Christus ipſe
*Matt. 16* reſponderet illud quod Petro reſpondit, vade retro Sathana, F
non ſapis ea quæ Dei ſunt. Quoties enim hominibus præeſſe deſi
dero, toties quaſi Deo meo præire contẽdo, & tũc vere non ſa-
pio ea quæ Dei ſunt. Si negligis homo imitari homines obedien
do, imitare ſaltem Deum ipſum; & ſi non potes in maioribus, ſo
lum in humilibus. Deus enim iniuriam quæ fit ſuperioribus, tã-
quam propriã accipit, in contradicẽdo & nõ obediẽdo iuſtis mã
*1. Reg. 8.* datis, iuxta illud quod dixit Deus Samueli, vt conſtat 1. Reg. nõ
enim te abiecerunt, ſed me, ne regnem ſuper eos: iuxta om-
nia opera ſua quæ fecerunt à die qua eduxi eos de Aegypto
vſq; ad diem hanc, ſicut dereliquerunt me, & ſeruierunt dijs alie G
nis, ſic faciunt etiam tibi.

### *Humilitas commendatur.*

*Magna* EGo veniam, & curabo eum. Si optime aduertis, duo in hoc
*eſt arrogã* Euangelio occurrunt humiles; vna humilitas eſt Chriſti
*tia noſtra* qui ſe offert iturum domum Centurionis, & curaturum ſer-
uum: alia eſt Centurionis qui ait, Domine non ſum dignus, vt
intres ſub tectum meum. Ab vtroq; noſtra arrogantia condem
natur, quibus nec ſufficit videre humilitatem gentilis Centu- H
rionis, nec Chriſti, vt poſsimus eos imitari, nec volumus con-
*Mala. 3.* tẽplari ſanctorum viam, qua in cælum tetenderũt. Duæ prophe
*Iſa. 40.* tiæ de Baptiſta dicebantur, altera erat Mala. nempe ego mitto
*Exemplũ* angelum meum ante faciem tuam: altera vero erat Iſa. nem-
pe ego vox clamantis in deſerto. Cum autem phariſæi interro-
garent Ioannem quiſnam eſſet, vt reſponſum darent his a qui-
bus miſsi fuerant, noluit, cum poſſet dicere, ego ſum ille angelus
*Ioan. 1.* de quo dixit Malachias, ita reſpõdere: ſed potius dixit, ego vox
*Matt. 8.* clamantis in deſerto. Tale quiddam præſtabat ſæpe Chriſtus, nã
*Mar. 2.* cum eſſet filius Dei, ſe tamen paſsim filium hominis appella-
bat. Non ita multi ſe gerunt hoc tempore, quin potius cum
appel-



A appellatione aliqua & titulo vtendũ eſt, illico ad illuſtriores ti-
tulos confugiunt, & fere ad vanitatem omnia dirigunt. Quare *Luc. 12.*
miſſam facito arrogantiam homo atq; intellige viam cæli eſſe *Ioan. 17.*
humilitatem, & hanc viam docuit Chriſtus Centurionem: quin
& ſecunda via eſt humilitas, & tertia via eundi ad cælum eſt hu-
militas, & ſi millies quæſieris, millies ſimili modo reſpondebo,
vt intelligas quanta ſit hæc virtus.

Apoſto. quidem vocat Chriſtum Petram, vt conſtat ex Epiſ. *1. Cor. 10.*
ad Corint. quæ Petra talem habet proprietatem, vt ſi cum vio-
B lentia eam percutias, ſtatim egreditur ignis comburens: ſi ve- *Exod. 17.*
ro eam blande percutias, emanat aqua frigida, tanquam ex Pe-
tra deſerti: hoc eſt ſi ad Chriſtum accedas cum arrogantia & tu
more beneficia petiturus, nihil hauries niſi diuinam indigna-
tionem, ſed ſi cum humilitate acceſſeris, ſicut fecit Centurio,
inde dulciſsimam hauries conſolationem. Hoc quidem mirifi
ce adumbratum eſt 4. lib. Reg. Vbi habetur quod dux quidam *4. Reg. 1.*
regis Ochoziæ multis militibus conſtipatus & armis inſtructus,
venit ad Eliam, & dixit ei cum arrogantia, homo Dei, rex præ- *Arrogan-*
cepit vt deſcendas: quem cum Elias videret cum tanta arrogã *tes nõ poſ*
C tia, reſpondit, ſi homo Dei ſum, deſcendat ignis de cælo, & *ſunt cum*
deuoret te, & quinquaginta tuos, & ita factum eſt. Deinde ve- *Deo ne go*
nit alter non minus arrogans, conſtipatus etiam quinquaginta *tia ſua*
militibus, & ait: homo Dei, hæc dicit rex, feſtina, deſcende, cui *tractare.*
idẽ ſucceſsit. Poſtea acceſsit tertius, ſed cum humilitate, nam cũ *Humiles*
veniſſet, curuauit genua cõtra Eliam, & precatus eſt eum, & ait: *à deo im-*
homo Dei noli deſpicere animam meam, & animas ſeruorum *petrant q̃*
tuorum qui mecum ſunt, ecce deſcendit ignis de cælo, & de- *petunt.*
uorauit duos principes, & quinquagenarios qui cũ eis erãt: ſed
nũc obſecro vt miſerearis animę meę. Cuius humilitatẽ cũ vide
D ret propheta, monitus etiam diuino oraculo, fecit quod dux pe
tebat, & deſcendit de monte, vt cum rege colloqueretur. Hinc
ergo iam aperte intelligas quantum interſit negotia ſua cum hu
militate aut cum arrogantia tractare: Sic enim Centurio factus
eſt voti compos, quod cum humilitate ad Chriſtum accederet.

Inſuper obſeruandum eſt quod non ſolum acceſsit Centurio
cũ humilitate ad Chriſtũ ſed etiã voluit modũ ſeruare quẽ Deus
præſcripſit Moyſi in eductione aquæ de Petra, cum ait, tolle vir- *Exod. 17.*
gam & loquere ad Petram coram filijs Iſrael, & illa dabit aquas.
Sic igitur nos debemus gerere beneficia diuina petituri, *Oratio ſit*
vt ſcilicet deuote loquamur cum Petra hoc eſt Chriſto, & *humilis*
accipiamus virgam in manu, id eſt interceſsiones ſanctorum; *& deuota*

 ſunt

ſunt enim ſancti cõparati virgæ, quia ſicut virga cum tenera eſt, E
facile flectitur, ſic ſancti blan de nobiſcum & benigne agunt, &
præcibus noſtris inclinantur. Sic eos viſus eſt notaſſe & deſcri-
*Hiere.*10 pſiſſe Hiere. cum ait, Iſrael virga hæreditatis eius: ſicut igitur
totum Iſrael virgam appellauit Hiere. Sic vniuerſam ſancto-
rum congregationem virgam poſſumus appellare, & vniuerſum
cætum angelicorum ſpirituum. Prodeſt igitur plurimum apud
*Interceſſio* Deum ſanctorum interceſsio. Et hoc viſus eſt ſignificaſſe Cen-
*ſanctorum* turio in hodierno Euangelio cum non ſolum locutus eſt humi
*neceſſaria* liter ad petram id eſt Chriſtum, verum etiam virga interceſſo- F
rum vti voluit, qui pro ipſo apud Chriſtum intercederent.

## FERIA SEXTA POST CINERES.

## CONCIO PRIMA.

*AVdiſtis quia dictum eſt antiquis, diliges proximum tuum, &
odio habebis inimicum tuum.* Matth. 5. & 6. Miror vnde
hęc tam pernicioſa doctrina in mundum inuecta fue-
rit. In literis enim ſacris nuſquam hoc Phariſæorum G
dogma, nec hæc verba reperiũtur, ſed longe diuerſa.
*Leui.*19. Nã Dominus ait, non quæres vltionem, nec memor eris iniurię
*Exod.*23. ciuium tuorum. Alibi etiam dicit, ſi videris aſinum odientis te,
iacere ſub onere, nõ præteribis, ſed ſubleuabis cũ eo; quomodo
ergo inimicum odiſſe præcipit? vnde hæc tanta diuinæ legis per-
uerſio? Non dubium quin ex voluntatis humanæ deprauatio-
*Simile.* ne. Vnde enim tot hæreſum prodigioſa monſtra noſtro ſeculo
promanarunt? Certe ſicut frequenter accidit, vt noxius humor
*Hæreſes* qui ſtomachum vexat, facile caput propter coniunctiſsimã ho-
*quomodo* rũ mẽbrorũ vicinitatem atq; reſpõſum, inuadat; ita cũ intellect9 H
*introduci* & volũtas arctiſsimo naturalis amicitię vinculo copulẽt, in pro
*ſoleant.* cliui eſt vt cũ volũtas ardẽtiſsima alicui9 rei cupiditate flagrat,
intellectũ nõ modo ad cõſẽtiẽdũ, ſed ad ꝓbãdũ ꝙ cupit, inducat.
*Leui.* 19. In leuitico quidẽ ſcriptum eſt, diliges proximum tuum, ſed in
toto corpore legis non eſt ſcriptum, odio habebis inimicum
tuum: Erat ergo gloſſa ſcribarum, qui totã legem expoſuerunt
in quorum traditionibus dictum eſt odio habebis inimicum
*Hu. Car.* tuum. Quod ideo viſum eſt eis, ait Hug. Card. addendum,
*in Matt.* quia Dominus præcepit inimicos perſequi: Præcepit enim filijs
*Deut.*25. Iſrael de ſub cælo, vt habetur in Deu. Et Saul habita victoria de
*1. Reg.*15. Amalechitis, quia reſeruauit regem ad vitam, & quædã decora
de pręda,



A de præda, punitus eſt à domino, translatumque regnum eſt ab eo.
Videntes igitur dominum offenſum, quia parcebatur inimicis,
putabant odio habendos inimicos: Cumq; in lege præceptum
eſſet, diliges proximum tuum, in traditionibus ſuis addiderunt,
odio habebis inimicum.
*Odio habebis inimicum tuum.* Non odiendo naturam, ſed culpam, *Dio. Car.*
non perſonam ſed vitium, quod vtiq; odium ex charitate proce *in Matt.*
dit, & ad perfectionem pertinet, de quo in Pſalm. cantatur, perfe *Pſal.* 138.
cto odio oderam illos. Item iniquos odio habui. Non dixit ait *Pſal.* 118.
B Chryſ. non oderitis, ſed diligite inquit: nec ait, nolite nocere, ſed *Chryſo. in*
benefacite. Quod ſi quis diligenter examinet, horum quoq; ipſo- *Matt. ho.*
rum aliud & multo his maius additamentum videbit. Nec enim 18. *tom.* 2.
vtcũque inimicos amari docuit, ſed pro inimicis etiam ſupplica- *Au. li. ep.*
re: Vide iam quantis ad perfectionem gradibus aſcenderit, & *epiſ.* 54.
quemadmodum nos ad ipſum virtutis cacumen eduxerit. Vnde *tom.* 2.
Auguſt. ait, Quod ſi iniquis ac ſceleratis Deus parcendo, eiſque
vitam, ſalutemq; largiendo, etiam pleriſq; eorum quos nouit nõ
acturos pœnitentiam, quanto magis nos in eos qui correctionẽ
promittunt, & vtrum faciant quod promittunt incerti ſumus, mi
C ſericordes eſſe debemus? ſi me perſecuti ſunt, & vos perſeqnẽtur
ait dominus: ſed quanta ſunt in comparatione paſsionum eius, *Aug. lib.*
ait Auguſt: quæ patimur? Ille enim opprobria, irriſiones, & con *de conflic.*
tumelias, alapas, ſputa, flagella, ſpineam coronam, crucemq; ſu- *vitio. &*
ſtinuit, & nos miſeri ad noſtram confuſionem, vnico ſermone fa *vir. ca.* 8.
tigamur, vnico verbo deijcimur. *to.* 9.
*Audiſtis.* Venit filius Dei inſtaurare omnia in Chriſto vt ait Pau. *Ephe.* 1.
venit ad perfectionem docendam rerum, quæ erant in turbatio- *Apoc.* 21.
ne. Apoc. 21. ecce noua facio omnia, ego creo cælos nouos. Anti *Inuẽtores*
qui quidem hanc malam interpretationem legis inuenerant, ſed *malorum*
D Chriſtus eam delet. O quantum nocent inuentores malorum, cũ *quantũ in*
tam multi propter eos damnentur! Iubebat Deus in lege, quod *cõmodent.*
qui aperuerat ciſternam, & inde ſequebatur damna mulcta- *Exo.* 21.
retur.
*Audiſtis.* Erant falſæ gloſſæ pſeudoprophetarum, qui explica-
bant legem pro ſuo palato & guſtu vitioſorum, vt abſq; ſcrupu
lo peccarent. Hoc faciunt viri impij, tanquam ſubijcientes pul
uillum capiti eorum vt dormiant, quibus comminatur Deus per
Ezech. 13. qui faciunt vt decipiant, ait propheta, & animas illa- *Eze.* 13.
queant, quæ eſt conditio adulatorum. Porro tria illa bona quæ *Vindicta*
ſunt, vita, honos, & diuitiæ, in diſcrimen vocantur, cum quis vin *quã ſit pe-*
dictam quærit de inimico. *riculoſa.*

V 5 Ego

*Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros.* Similis vox ſeruos E
*Simile.* Abſalon ad teterrimum facinus patrandum, nempe fratris natu
maximi parricidiũ, inflãmauit, qui dixit: obſeruate cum temulẽ
*2. Re. 13.* tus fuerit Amnon, percutite eũ, nolite timere, ego ſum qui præ-
cipio vobis. Cur nos ergo ad ſanctiſsimum & pulcherrimum fa
ctum, hæc Chriſti vox, ego autem dico vobis, ego inquã qui vos
ex limo terræ condidi &c. Nõ incitabit? Hoc præceptum de di-
*Cyp. ep. 9 De mortalitate.* ligendo inimicos, ait Cypri. ſibi videntur implere impij, diligen-
do mundũ qui grauis ipſorũ eſt hoſtis, & adhuc amando dæmo-
nes, nempe eorum voluntatem implendo, cum tamẽ ab ipſis dæ F
monibus ſummo odio habeantur.

*Diligite inimicos veſtros.* Nõ eſt qui tibi tantum conducat, quan-
*Plu.* tum inimicus tuus, vnde Plut. lib. edidit de vtilitate inimicorum.
*Simile.* Ignis comburit, ſed tamen calefacit etiam: aqua ſubmergit homi
*Inimici quantũ cõducant.* nes, ſed tamen etiam ſitim ſedat. Si inimicus ad aliqua non eſt
vtilis, tamen confert ad alia, nam te cautum reddit.

*Ego autem dico vobis, diligite &c.* Ego qui probe noui vires tuas,
*Pſa. 102.* neq; enim eſt quod dicas tibi eſſe impoſsibile. Pſal. ipſe cognouit
figmentũ noſtrum. Si igitur vis iudicẽ in iudicio habere propitiũ,
fac quæ tibi imperat. Verus quidẽ inimicus noſter eſt mũdus, dę- G
mon, & caro, qui volunt nos à Deo abſtrahere, cum his igitur nõ
*Quales ſint inimici noſtri.* debemus pacem habere Itẽ de alijs inimicis nõ amemus eorũ vi
tia, ſed ſalutem Plurimum quidẽ amat Deus diligentes inimicos
ſuos, ſiquidẽ ait, ſi ſteterint coram me Moyſes & Samuel, &c. iſti
*Hie. 15.* enim ſingulares fuerunt in iniurijs condonandis. Figura quod
*1. Reg. 12* inimici multa nobis afferant commoda, fuit illud, quod ſcilicet
*Exod. 1.* quanto magis Aegyptij perſequebantur populum Iſrael, tanto
*Rom. 12.* plus multiplicabatur. Noli vindictam ſumere, quia Dei officium
vſurpas, Rom. 12. mihi vindictam, & ego retribuam. Meremur
quidem propter ſcelera noſtra, in ſempiternas inferni pœnas tru H
di, Deus tamẽ vult eas commutare vt diligamus inimicos Si igi-
tur ipſe nobis tam ſæpe parcit, cur nos non ignoſcemus?

*Ego autem dico vobis &c.* Vſq; adeo malitia humana dominaba
tur, vt hãc glo. inuexiſſet, nẽpe odio eſſe habẽdos inimicos, & tra
ditionem hanc obſeruarent, quæ deſtruit vniuerſum fundamentũ
*Amemus inimicos, nam Deus conatus noſtros prouehet.* legis Chriſtianæ.

*Ego autem dico.* O præceptũ omni amore & ſuauitate repletũ!
Magis vtiq; nos ſibi deuincit, quam ſi mille vteretur comminatio
nibus. Facito igitur quod tibi Deus præcipit, ſiquidem ipſe om-
nia leniet, & ſuauiſsime diſponet. Arduum ſane homini tam iudi-
cio erat quod Moyſes ſerpentem cauda apprehenderet, attamen



A men cum videret ſibi à Deo præcipi, id præſtitit, & feliciter
ſucceſsit.

*Ego autem dico vobis.* Multi adhuc nolunt hanc doctrinam au- *Leges mũdi quã ſint pernicioſæ*
dire, ſed potius amicis amici, & inimicis inimici ſunt, cum tamen
Deus & iuſtis & iniuſtis pluat, & lucem mittat. Cum amamus
inimicos videmur dare quod Deo debemus. Siquidẽ vt Pau. ait, *Rom. 5.*
cũ inimici eſſemus, Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Si difficile tibi
videtur diligere inimicos, hinc quidem colligere poteris quantũ *Amare inimicum cõforme eſt legi naturali.*
Deo debeas, qui te amauit inimicum ſuum, ipſum blaſphemas
B quotidie & tamen te ſuſtentat, & tibi victũ miniſtrat. Amare ini-
micum conforme quidem eſt legi naturali, quoniam ſicut tu cũ
es in aliqua neceſsitate velles tibi ſubueniri ab inimico, cum aliũ
non haberes, ſic vtiq; facere debes erga ipſum.

*Ego autem dico.* Cum aliquis infimæ conditionis nos aliquid *Simile.*
rogat, facile ipſum euadimus ſi videmus id eſſe nobis difficile:
quod ſi dux roget, adhuc euadimus, licet cum aliqua difficulta-
te: ſi vero ſi rex roget, iam eius preces ſunt iuſſa. Cum igitur
Chriſtus dicat quod diligas inimicum, præceptum vtique eſt, &
te felicẽ exiſtimare debes cui Chriſtus ita præcipiat, ſicut is cui
C rex aliquid præcipit ſe felicem iudicat, & præſertim ſi dicat, hoc
facito propter me.

Quamuis diligere inimicos ſit conforme legi naturali, nihi-
lominus tamen videtur inſigne quoddam populi Chriſtiani. *Inſigne populi Chriſtiani eſt dilectio inimicorum.*
Cum Romani tenderent ad vaſtandam ſyriam, miſerunt ſy-
ri ex quadam ciuitate quam obſeſſam habebant, quendam
legatum cum his quatuor literis S. P. Q. R. ideſt ſyrijs po-
pulis quis reſiſtet? Et reſpondit populus Romanus eiſdem li-
teris, Senatus, populuſque Romanus. Cum autem ſyrij tam
præclara vidiſſent Romanorum ingenia, ſeipſis dediderunt: vn
D dè Romani poſtea huiuſmodi inſigni vtebantur: ſic igitur Chri- *Inſigne Romanorum.*
ſtus nobis huiuſmodi inſigne tradidit, videlicet, diligite inimi-
cos veſtros.

*Diligite inimicos veſtros.* Volens oſtendere quam amicus eſſet
Moyſi & Samuelis, quod iniurias præ cæteris condonaſſent, *Hier. 15.*
dixit, ſi ſteterint Moyſes & Samuel coram me, non erit ani-
ma mea ad populum iſtum. Quaſi dicat, hoc non faciam, quan- *Iniurias condonare antiquiſsimum eſt*
uis Moyſes & Samuel me rogent, vt intelligas quam amici
eſſent Dei, ſicut vulgo ſolemus dicere, etſi pater meus me ro-
garet. Græci quidem habebant altare & aram gratiarum,
quo ibant omnes ad condonandas iniurias, accidit autem
quod cum eſſet bellũ grauiſsimũ illud quidẽ & atrociſsimũ inter
Athe-

Athenienſes & Lacedæmonios ,veñerunt Lacedæmonij Athe- E
nas,vt eas diriperent,vbi erat prædicta ara,prius tamen cũ Apol
line conſultarunt, qui reſpondit, communem gratiarum aram
*D.Fulg.* ne ſubuertatis: dicit Fulgentius,quod cum hæc cõſiderarent La
cedæmonij,non ſolum non euerterunt aram,quin potius in pre
dicta ara mutuas ſibi Lacedæmonij & Athenienſes, iniurias con
donarunt. Quanto igitur iuſtius eſt vt qui legem euangelicam
profitemur iniurias condonemus,cum videamus quod falſi dij
tantam haberent reuerentiam aræ illi & altari gratiarum ? Glo-
*D.Augu.* rioſius planè fuit,vt ait Auguſt.quod Dauid Sauli condonaret, F
*1.Re.17.* quamquod Goliath interficeret,& tot præputia Philiſtæorũ au-
*1.Re.18.* ferret.Vnde D.Paul.maxime de hoc gloriabatur , cum diceret,
*3.Reg.2.* Maledicimur,& benedicimus.Quod non condonaſſet Ioab Abſa
lon,& Abner,& Amaſæ,non valuit ipſi fama , nec tẽplum Dei,
nec complexus altaris,quo minus ipſi vita eriperetur.
*Pal. in Matt.* *Vt ſitis filij patris veſtri qui in cælis eſt.* O mortales, quorum pe-
ctora honoris ambitio,& diuitiarum vexat cupiditas,accurrite.
En via ſummi honoris comparandi:en immenſarum diuitiarum
parandarum ratio plana profertur,ſi inimicos diligitis, filij eſtis
Dei.Summus eſt honor,ſummæ diuitiæ, cur veſter non inardeſ- G
cit animus ad hæc tam excelſa quærenda?Cur ad honorem, qui
vos pauperes facit,aſpiratis,ad eum vero cui ſunt regni cæleſtis
iura connexa,languetis?in quo enim alio cognoſcetur ait Chry:
*Chryſ. in* quia filij Dei ſumus,niſi fuerimus ſimiles Dei?Filij enim carna-
*non abſo.* les frequenter ſimilantur carnalibus parentibus,in facie,aut lo-
*hom.13.* quela,aut in riſu,aut in aliquo corporis ſigno:filij autem ſpiri-
*Simile.* tuales in ſanctitate. Sed illi quidem etſi ſimiles fuerint,laudẽ nõ
merentur,ſi diſsimiles,nullam vituperationem, quia non eſt in
poteſtate hominis qualem accipiat corporis qualitatem.Filij au
tẽDei ſi fuerint ſimiles,laudãdi ſunt,ſi vero diſsimiles nimis vi-
tuperandi,quia in poteſtate vniuſcuiuſque eſt menſura faciendæ H
iuſtitiæ.
*Viſitis filij patris veſtri.* Quanto magis aliquis in benignitatem
*Exo.7.* & clementiam propenſus eſt , tanto ſimilior fit Deo. Vnde cum
Deus conſtituiſſet Moyſen Deum Pharonis,hinc erat quod quo-
ties peccabat Pharao,& veniam poſtulabat,toties & Moyſes in-
dulgebat,intelligens hanc eſſe Dei conditionem,& cum ipſe eſ-
ſet Deus Pharaonis,hoc ipſum præſtare debebat. Hinc colligas
*Qui parce* quod homo qui parcere non vult,nec Deus eſt,iuxta illud ego di-
*re nõ vult* xi dij eſtis,nec communicationem habet cum Deo , ſed cum dæ
*eſt alien⁹.* monibus:nec vero ſe putet ſecurum quod ſtatim à Deo non pu-
niatur,



A niatur,ſiquidem nec Ioab ſtatim à Dauide punitus eſt quod inter
feciſſet Abner,ſed tunc Dauid ſimulauit, nihilominus tamen in
teſtamento expreſsit,vt à Salomone interficeretur , & ita factũ *3.Reg.2.*
eſt.Inter alias quidem cauſas propter quas Chriſtus tam ſæpe di
citur filius Dauid in eius genealogia antequam Abraham , illa *Matt.1.*
vna eſt quod Dauid tam ſæpe pepercerit inimico ſuo Sauli etſi *1.Re.24.*
magna interficiendi ipſum ſibi offerretur occaſio,nihilominus ta *1.R.26.*
men propter Deum interficere ommiſit.
*Si enim diligitis eos qui vos diligunt,quam mercedem habebitis.* Fi-
B lios & parentes amat latro,ait Aug.amat leo,amat draco,amãt *Augu: de*
vrſi,amant lupi.Si enim amantes non diligimus filios vel paren- *tẽ.ſer.59.*
tes,peiores erimus latronibus,& ſupradictis beſtijs. Si vero amã *tom.10.*
tibus vicem reddimus,adhuc nil ab ipſis beſtijs diſtare etiam vi-
demur. Quæ non tormenta patiemur,ait Chryſ.qui cum iubea- *Chryſo.in*
mur iuſtitia anteire phariſæos,gentilibus etiam inferiores iacea *Matth.*
mus?Quemadmodum ergo,reſponde quæſo , videbimus regnũ *hom.18.*
futurum?Quemadmodum ſacrum illud merebimur adire veſti-
bulum,qui nec publicanis quidẽ ipſis inuenimur meliores? Quod *Exemplũ*
ex ſubiecto exemplo aperte conſtare poterit: cum enim aliquan *Irc. ſuper*
C do inter pugnandum milites Cęſaris Brutũ hoſtem acie iam in- *cuã.Mar.*
clinata requirerent ſummo ſtudio,erat enim contrarius Cæſari, *cap.5.*
dux mediæ partis exercitus lucillus quidem amicus bruti , quo
hoſtes ab inſequendo brutum auerteret , ſtatuit periculo ſuo
quam primum ſe illis obijcere,dicens ſe eſſe brutum. Credidere
illi,& tanta præda læti,deduxere illum ad Antonium qui Cæſa-
ris partes faciebat,præmittentes è ſuis quoſdam qui hæc Anto-
nio nuntiarent.His lætatus Antonius, obuiam fit adducentibus *Magna*
brutum fictum.Lucilius igitur adductus ante Antonium,per ni- *duorũ ami*
mium fidens ait: Marcum Brutum nemo ô Antoni cepit ,ſed ne- *citia.*
D mo capiet,ne fortuna tantæ virtutis victrix ſit:ego milites de-
cipiens ad te veni,ob hoc nihil pati abnuens. Tunc Antonius
ad eos qui eum adduxerunt verſus ait:credo quod hũc errorẽ,
ô commilitones , grauiter fertis, eludi vos exiſtimantes, ſed ſci
tote vos meliorem venationem adeptos, dum enim hoſtem quæ *Facere ex*
ritis,amicum nobis adducitis.His amicis vtinam magis quã ho- *inimico*
ſtibus potiar.Tunc lucilium complexus, illum cuidam ex fami- *amicum*
liaribus commendauit. Vide igitur quomodo ſit vera doctrina *ſumma vi*
Chriſti,nonne ethnici & publicani hoc faciunt? *ctoria.*
Obſerua quod ſi videtur hic Chriſtus inſinuare peccatores dili
gere peccatores vel alios,non eſt hoc intelligendum ex charita- *Luk: 3r.*
te,quæ amor infuſus eſt & ſpiritualis:nam qui tali charitate dili-
git

*Peccatum læthale quãta impediat bona.*

git amicum, merebitur vitam æternam. Peccator autem in mortali exiſtens peccato, non poteſt mereri vitam æternam: tũ quia diligunt ſe iſti amore carnali. Signum autem quod quis non diligit amicum ex charitate, eſt quia inimicum non diligit. Nam qui aliquem hominem odit, nullum veraciter diligit, ſed qui in charitate eſt, omnes vere diligit tam amicos quam inimicos. Si vlterius non progredimur in amore, ſed tantum amamus vt Ethnici, poſt tanta ad pietatem & virtutẽ adiumenta, quorſum Dei filius incarnatus & paſſus? Quorſum ſpiritus Sanctus in corda hominum è cælo demiſſus? quorſum nouæ legis ſacramenta, cæleſtiaque præſidia ad roborandas animæ noſtræ vires? an non æquũ erit vt arbor iuxta perennes gratiarum aquas in eccleſiæ paradiſo conſita, totq; diuinis beneficijs irrigata, vberiores proferat fructus, quamquę in montibus Gelboe nata eſt, ſupra quos nec ros nec pluuia ex cælo deſcendit? Si igitur Ethnici homines & publicani, ſolo humanitatis iure deuincti, amantes redamant, an non æquum eſt vt Chriſtianus homo tot cæleſtibus præſidijs ornatus, aliquanto longius in officio progrediatur? Quorſum enim tot addimicandum aduerſus rebelles animi motus, arma tibi cælitus data ſunt ſi illorum te furori & importunitati ita ſubijcis, ac ſi prorſus inermis eſſes? Quorſum iſtam tuam animæ vineam, tanto dominus labore fodiendam, & quidem paſtinandam, & perennibus aquis irrigandam curauit, ſi non vuas, ſed labruſcas potius, hoc eſt acerbos fructus more gentilium proferat? indignum profecto eſt, vt glorioſũ Chriſtiani nomen vſurpet, qui Ethnicorum opera conſectatur, & fruſtra hæc diuina ſubſidia percepit, qui nihilo melior cæteris hominibus euadit. E F G

*Chriſtiani in amore excellere debẽt Ethnicos.*

Simile. *2. Reg. 1.*

*Multos nobis Deus dat fauores ne ſuccũbamus.*

*Etſi ſalutaueritis fratres veſtros tantum, quid amplius facitis?* Ridiculam illã conſuetudinem omnino pellamus, ait Chryſ. quam rationis inopes patiuntur, expectãtes vt prius ſalutentur ab obuijs. Cuius rei gratia, illũ ſalutatione non præuenis? quia hoc inquis, expectat: propterea ergo adhoc præcipuè oportet accurrere, vt tu accipias coronam. Si enim te ille ſalutet prior, nihil tibi proficiet, etiamſi tunc eum ſalutaueris. Si vero tu prius ad ſalutandum properes, lucrum de illius tumore cepiſti, & largiſsimũ quẽdam fructum de illius ſuperbia meſſuiſti; extremæ omnino dementiæ eſt, vt qui nudis verbis tantũ capere fructum poſſumus, eum ſponte noſtra perdamus, & ſuper quo culpamus alterum, in idipſum nos incidamus. Si enim culpas quod prius ab altero ſalutationis expectetur officium, cur obſecro quod reprehendis imitaris? Quodq; ipſe malũ eſſe conquereris, cur id quaſi bonum H

*Chryſo. in Mat. ho. 18. to. 2.*

Præueniamus inuicẽ ſalutandum.

imitari



A imitari ſtudes? Vnde quidam doctor ait, ſunt cõplures qui nõ deferunt alijs ſalutem, nec ſalutant, niſi prius ſalutentur, exiſtimantes ſuã maieſtatem, grauitatem & dignitatem imminui, ſi alios honore præuenerint. His quidem reclamat Ariſt. dicens, honorẽ potius eſſe in honorante, quam in honorato: imo ſi prius ad ſalutandum properes, lucrum de alterius tumore reportabis.

*Arboreus in Matt.* *Ariſ. 1. Ethi.*

*Eſtote perfecti ſicut & pater veſter.* Ecce adquod culmẽ prouehit ſuos, cum ait, eſtote ergo perfecti, ſecundũ modũ hominũ, vt quęratis prodeſſe inimicis; *Sicut & pater* imitatione inquã, non æqualitate: Tota autem Trinitas hic intelligitur per patrẽ. Super quæ verba ait grauis quidã doctor. Quis dubitat aliter feras cũ feris, aliter homines cũ hominibus certare debere? Ferę nãq; rationis expertes, non ratione, ſed viribus, ſed cornibus, ſed vnguibus & veneno pugnant: homines vero ratione præditos non ferali immanitate, ſed ratione, conſilio, & recte factis pugnare decet, quibus artibus ſic inimicorũ impetũ reprimunt, vt in mutuam eos beneuolentiam trahãt. Ad hoc autẽ pulcherrimũ victoriæ genus Apoſ. inuitat cum ait: ſi eſurierit inimicus tuus, ciba illũ, ſi ſitit, potũ da illi, hoc enim faciens, carbones ignis congeres ſuper caput eius: noli vinci à malo, ſed vince in bono malũ. Idẽ cõſulit ſapiens in Pro. Vnde ſumpſit Apoſ. Quodquidẽ feciſſe etiã memoratur Philippus ille Alexandri pater, quia cum intellexiſſet quẽdam è ciuibus ſuis de ſe male loqui, nec deeſſent tamen qui principem ad ſuppliciũ de maledico ſumendũ acriter incitarent, ille contra beneficijs cum inimico certare voluit: quod vbi factũ eſt, & maledicus regis laudes vbiq; prædicaret, rex ad amicos cõuerſus, videtis inquit, in manu noſtra poſitum eſſe, vt alij de nobis bene vel male loquantur. B C

*Glo. inter in Matt.*

*Arma hominis bona verba & opera.*

*Rom. 12.* Prou. 25. *Exemplũ.*

*Inimicos bonis operibus vincamus.*

*Attendite ne iuſtitiã veſtrã faciatis corã hominibus, vt videamini ab eis.* Aegyptij ex Pharaonis præcepto, fœminas tãtum viuificabant, necabant vero maſculos, vt habetur in Exo. ita dæmones ipſi, ait Orig. inſidiantur ſi forte naſcatur nobis aliquis maſculus, hoc eſt aliqua virtus, quã poſsint opprimere & ſubmergere: faciendũ ergo quod fecit mulier illa de tribu leui, quæ natũ ſibi maſculũ occultauit: ita enim debemus occultare bona quæ facimus, ne demergãtur in profundũ inanis gloriæ, & ideo nos admonet Chriſtus dicens, attendite, &c. Sed quomodo iuſtitiã vult celari, ait Chry: cuius opera ſic vult elucere? cũ ait, ſic luceat lux veſtra corã hominibus, &c. Fratres præceptio cœleſtis vult iactantiã tollere, auferre pompã, vanitatẽ demere, ſubmouere inanẽ gloriam: ſic inquã iuſtitiã vult celare: iuſtitiam enim ne ſe humanis oculis oſtẽtet. D

*Orige. in Exo. ho. 2 in cap. 1. tom. 1.* *Exod. 1.* Simile. *Exo. 2.* *Chryſolo. ſer. 9.*

*Intentionẽ in Deũ dirigamus.*

Quemad-

Quemadmodum ſi præſente Rege, & tota procerum regni ſui E
*Simile.* caterua, & etiam aſtante agricola ruſtico, miles ſtrenue in inimi
*Soarez in* cum irrueret, magnaq; agilitate huc atq; illuc diſcurreret, altaq;
*Matt.* voce proclamaret, non propter regẽ, non propter nobiles reg-
ni, ſed propter illum ruſticum talia agere, reuera non tantum is
vllum à rege præmium non conſequeretur, ſed etiam irrideretur
& ab omnibus nullius momenti homo reputatus, extra conſor-
tium nobilium exterminaretur: ita qui aſtante Deo & tota cæle
ſti curia dum operatur quodcunq; bonum, ſiue ſe abſtineat à quo
cumque malo, id propter ruſticanum mundum facit, nullum à F
Deo conſequitur præmium, quin imo irridetur, & extra conſor
tium filiorum Dei exterminatur.

Intendit quidem Chriſtus in illis verbis, attendite ne iuſtitiam
&c. Dirigere intentionem quam habere debemus in bonis operi
*Luc. 11.* bus: idem etiam intendit cum ait per Luc. Si oculus tuus fuerit
*Simile.* ſimplex, totum corpus &c. Intelligens intentionem per oculum.
Quid quæſo ſentiret vir prudens ſi videret cõiugem ſuam fuco
vti, vt alijs placeret? Sic ergo quantum putas Deum iraſci, quod
videat te bona opera facere vt placeas hominibus, & non ipſi?
*2. Eſd. 4.* Non igitur ita nos geramus, ſed potius more ædificantium tem- G
plum, altera manu operemur, & altera contra inanem gloriam
pugnemus. Ad quod ſignificandum Deus præcipiebat in Leuiti.
*Leui. 7.* Vt ſibi offerrent de pinguedine animalis & adipe qui operit vita-
*Pſal. 102* lia. Quod Dauid viſus eſt ſeruare cum ait, benedic anima mea do
mino, & omnia quæ intra me ſunt, nomini ſancto eius: non ſolũ
*Lud. Gr.* exteriora offeramus, ſed etiam interiora, hoc eſt rectam intentio
nem, dirigentes omnia ad Deum. Iuſtum eſt, ait grauis quidam
doctor, vt quando ille gratis nobis gratiam dedit, ita nos quoq;
*Dan. 5.* illi gratis, hoc eſt ſine vllius emolumenti reſpectu ſeruiamus. O
quam multi ſeſe in extremo illo examine deluſos inuenient ve- H
*Gloſ. ord.* reor enim ne multi ſint, quibus illud obijciatur, quod trementi
*in Matt.* Babylonis regi diuinitus nunciatum eſt: Appenſus es in ſtatera, &
*Chryſo. in* inuentus minus habens.

*non abſo.* *Noli tuba canere ante te:* Ante ſe vero tuba canit, ait glo. qui an
*homil. 13.* te alios vult laudari, vt appareat maior illis. Tuba eſt, ait Chryſ.
*to 2.* omnis actus vel ſermo, per quem operis iactantia demonſtratur,
*Dio. Car.* puta qui quando videt aliquem præſentem facit eleemoſynam,
*in Matt.* extra autem non facit: hoc tuba eſt, quia per hoc eius iactantia
*Treius in* prædicatur. O vanitas, & miſeria infinita, ait grauis quidam do-
*euang. lib.* ctor, propter volatilem, vilem, fallacem, & momentaneã homi-
*3. c. 6.* num laudem, diuino, æterno, & cæleſti honore priuari! Abraham
de nocte



A de nocte conſurgens, nec vel vxori communicauit ſacramentum
Dei, vel filio, donec ventum eſt ad cacumen montis, qui voca-
tur dominus videbit: ſic igitur ſufficit tibi quod Deus videat, ne *Gen. 22.*
quæras alios teſtes, neque mundanas laudes.

*Neſciat ſiniſtra tua, quid faciat dextera tua.* Per hyperbolem eſt
ſermo, per quam manifeſtatur plurimũ oportere latere quaſi *Chryſoſt.*
diceret ait Chry. ſi poſsibile eſt teipſum quoq; ignorare quod *in Matt.*
facis, ſit tibi hoc prorſus ſtudio, etſi fieri queat, nec manus qui- *homi. 19.*
bus id peragitur, conſciæ ſint. Et alibi dicit idem doctor: hoc ſpi *tom. 2.*
B ritualiter intelligendum eſt, alioqui enim quãtum ad corpus, quo *Chryſo. in*
modo poteſt fieri vt neſciat ſiniſtra quid faciat dextera? Cum am *non abſo.*
bæ manus in adiutorium ſibi inuicem ſint creatæ, vt altera alteri *homi. 13.*
adminiſtret, nec cito inueniatur opus quod vna manus ſine alte- *tom. 2.*
ra poſsit implere. Neſciat ergo carnis voluntas, quod facit volun
tas animæ. Sicut enim diabolus qui ſuggerit malum fieri, ipſe ma *Simile.*
nifeſtat malum, vt pote ipſe ſuggerit adulterium: ipſe ſuggerit
homicidium, ipſe publicat homicidium. Sic Deus qui dat bonum
fieri, ipſe etiam publicat omne bonum in manifeſto, ideſt in ſecu
lo illo futuro, quia hic merces iuſtitiæ manifeſta non poteſt eſſe.
C Vnde Chryſo. ait, putas quam vult neſcire alterum, qui te ipſum *Chryſolo.*
qui facis, vult aliqua tui parte neſcire? Opus dexteræ quod facit *ſer. 9.*
tacitus dator: quod facit garrulus dator, hypocriſis eſt ſiniſtræ. Si
niſtra eſt quæ nobis animarum prælia ſemper indicit, ac ne virtu
tes in effectum veniant, elaborat, ne ſit pietas, impietas agit: ne *Tẽtatio-*
eleemoſyna vincat, cupiditas pugnat, furit auaritia, ne miſeri- *nes vinca*
cordia conualeſcat. Fratres in hoc ſeculo fugiamus quæ à ſini- *mus.*
ſtris ſunt, ſi in futurum à dextris deſideramus aſtare, & audire, *Matt. 25.*
venite benedicti patris mei.

*Neſciat ſiniſtra.* Non potuit vllis verbis boni operis ſecretum
D magis commendari: ita porro ſecretum prudens quidam impera
tor olim in militaribus conſilijs ſeruari voluit, cum dixit ipſam *Exemplũ*
ſe tunicam combuſturum, ſi conſiliorum ſuorum conſcia eſſet. *Treius in*
Huc etiam ſpectat, quod olim Arceſilaus, vt ſcribit grauis qui- *euãg. lib.*
dam autor cum Appellem Chium ægrotantem egere cogno- *3. c. 6.*
uiſſet, remiſit hominem, & decem drachmas adferens, & aſsidens
proxime, ac ne cubas quidem optimè inquit, ſimulq; mouens
illius ceruical, clam pecuniam ſubiecit: quam ſimulatque repe-
riſſet anicula quæ inſeruiebat ægrotanti, & admirans quid eſſet, *Bona ope-*
Appelli retuliſſet, ridens ille, Arceſilai inquit hoc furtum eſt, *ra in abſ-*
furtum vocans eleemoſynam furtim & ignorante ſiniſtra da- *condito fa*
tam. Is equidem nil audierat de euangelio, gentilis enim erat, *ciamus.*
X & tamen

& tamen expoſuit nobis quid ſit tuba canere. Simile quid leges E
in vita ſancti Nicolai. Ille ſanctus virbooz videns pauperem mu-
*Ruth.2.* lierem Ruth ſpicas à meſſoribus relictas colligentem, dixit meſ-
ſoribus: de veſtris manipulis proijcite de induſtria, & remanere
permittite, vt abſque rubore colligat, colligentem nemo corri
piat.

Quid deſideras? nonne eſſe aliquos operum ſpectatores tuo-
*Chryſo. in* rum? Ecce igitur habes non angelos, atq; Archangelos tantum,
*Mat. ho.* ſed etiam Deum ipſum, ait Chryſoſ. Quod ſi habere etiam ho-
*19. to. 2.* mines ſpectatores concupiſcis, ne hac quidẽ quam præcipuè cu- F
pis mercede priuaberis. Sed cum opportunum tamen tempus
*Opera bo-* aduenerit: quando certè cum maximo hoc tibi cumulo præſta-
*na in oc-* bitur quod requiris: nam modo quidem ſi te oſtentaueris, decem
*culto facia-* vel viginti, aut centum tantummodo hominibus oſtentare te po
*mus, nam* teris: ſi vero nunc latere curaueris, tunc ipſe te prædicabit Deus,
*De⁹ ea ſa-* toto prorſus orbe præſente. Itaque ſi opera tua maximè ab homi
*tis pub. i-* nibus videri cupis, nunc illa occulta diligenter, vt eadẽ tunc om-
*cabit ſuo* nes ad maiorem tuum videant honorem, Deo ſcilicet ea facien-
*tempore.* te manifeſta, & ea referente, coramq; omnibus prædicante.

G

## FERIA SEXTA POST CINERES.

## CONCIO SECVNDA.

*Leu. 19.* AVdiſtis quia dictum eſt antiquis. Matt. 5. & 6. Non ait legi-
*Eccl. 28.* ſtis, quia nil tale ſcriptũ erat, imo cõtrarium, Leuit. 19.
*Prou. 25.* non oderis fratrem tuum, & non quæras vltionem. Et
Eccle. 28. relinque proximo tuo nocenti te. Et Pro. 25.
ſi eſurierit inimicus tuus ciba illum.

*Inimici-* *Diligite inimicos veſtros.* Ex animo quidem debet fieri huiuſmo- H
*tiã radici-* di dilectio vt omnis inimicitia radicitus extirpetur. Ouis paſcit
*tus extir-* quidem herbam, ſed radices relinquit, adeo vt modica pluuia vel
*pemus.* rore ſtatim pullulet herba, ſic aliqui parcunt quidem, ſed quauis
oblata occaſione, ſtatim vulnera inimicitiæ quæ perſanata eſſe vi
*Rom. 12.* debãtur, recrudeſcunt. Vnde Apoſ. ait, dilectio ſine ſimulatione:
non enim ſufficit ſi dicas, ego nihil mali dico de ipſo, nihil
pero, parco, nihil mali ago, ſed omnia vere & ex animo dici
debent.

*Diligite inimicos.* Si inimicos amare debemus quanto plus ami
cos? Sunt tamen aliqui, qui amicis ſunt infideles à quibus bene
ficia multa acceperũt, quod ſane intolerabile eſt, venit Dei lex vt
etiam



A etiam ad condonandum inimicis nos aſtringeret: Vnde Dauid
dicebat, quam maxime ſentiens huiuſmodi infidelitatem, ſi ini-
micus meus maledixiſſet mihi ſuſtinuiſſem vtiq; Pſal. 54. poterat *Pſal. 54.*
quidem dæmõ, & multo facilius inducere aliquos inimicos Iob, *Iob. 2.*
vt ipſi moleſtiam exhiberent, ſed vt magis ipſum torqueret, in- *3. &c.*
ducit amicos, imo & coniugem, quod intolerabilius videtur. Vn-
de Apoſto. enumerans mala eorum quos tradidit Deus in repro
bum ſenſum, ait quod ſunt ſine affectione & abſq; fide, quod nec *Rom. 1.*
amicos ſuos diligebant, nec eis debitam fidem ſeruabant.

B *Diligite inimicos veſtros.* Inter alia quæ Abigail ante oculos Da *1. Reg. 25.*
uidis poſuit, ne de Nabal ſe vindicaret, illud ei dixit, non ſit
iniquitas hæc in ſcrupulum: Quaſi diceret, caue ne aliquando di *Pulchræ*
cas, vtinam talem vindictam nunquam ſumpſiſſem. Dixit præte *conſidera-*
rea Nabal eſſe ſtultum ſecundũ nomẽ ſuum: quaſi diceret, rema- *tiones ad*
neat ipſe cum ſua ſtultitia. Item dixit, faciet tibi dominus domi- *iniurias*
no meo domum fidelem: quaſi dicat, ſemper tua domus & fa- *condonan-*
milia perſeuerabit, quod non vſu venire ſolet factioſis homini- *das.*
bus, & quærentibus ſe vindicare, nam fere ipſi cum ſuis diuitijs
& familia pereunt pſal. non dimidiabunt dies ſuos. *Pſal. 54.*

C *Diligite, benefacite, orate.* Hæc omnia nos contrario modo præ-
ſtamus, ſiquidẽ odio habemus, malefacimus, maledicimus. Non *Simile.*
igitur ita nos geramus, ſed diligamus, benefaciamus, oremus, ita
enim inimicum placabimus, & ad amorẽ inducemus. Quæ enim *1. Re. 24.*
eſt fera, quæ non beneficijs miteſcat? Videns Saul beneficia Daui
dis erga ſe, quod vindictam quam poterat ſumere, non ſumpſe-
rit, ait: iuſtior es tu quam ego 1. Reg. 24. Si te odit, ama tu illum, *Gen. 32.*
nam contraria contrarijs curantur. Si maledicit, tu benedicito:
neq; hoc tãtum, ſed etiam debes bonis operibus eum deuincire,
ſicut fecit Iacob cum Eſau Gen. 32.

D *Vt ſitis filij.* Non ait, vt filij Dei appellemini, ſed vt ſitis, non fi- *Aug. li. 3.*
ctitij, ait Aug. lib. 3. ciui. gentiles enim vt adularentur Aeneæ, & *ciui. Dei.*
Herculi, vt eos in prælijs iuuarent, filios Deorum nominabant,
quamuis tales non eſſe ſcirent. Non ita ergo dicit Chriſtus, ſed
quod erimus filij Dei, ſcilicet per adoptionem vere, Ioã. 1. dedit *Ioan. 1.*
eis poteſtatẽ filios Dei fieri: hoc in noſtra manu relinquit, debe-
mus ergo talia preſtare opera vt quidem eius fauore tales ſimus.

*Inimicitiæ repræhenduntur, factiones, & vindictæ.*

AVdiſtis quia dictum eſt antiquis. Etſi inſtitutum Chriſti ſit hoc lo *Diſcordiæ*
co corrigere eos qui nõ amãt inimicos ſuos, & eos qui ipſos *quantum*
perſequuntur, nihilominus tamẽ etiã eos qui quaſi hæreditario *Deo diſ-*
*pliceant.*

 quodam

quodã iure à ſuis maioribus acceptas diſcordias & diſſenſiones E fouent, ac factiones, repræhendit, qui fundamentum aliud non habent, niſi quia iam inter maiores ſuos erant tales diſſenſiones neque cauſam norunt, ob quam contractæ ſunt, ſed tantum oculis clauſis has diſſenſiones ſuſtentant, & videntur quaſi di-

*Similitu.*

cere, quod ſicut pueri circunciſi, in fide parentum ſaluantur.

*Diſcordiæ deteſtabiles:*

Ad hos igitur etiam doctrinam ſuam dirigit Chriſtus, cum ait, Audiſtis quia dictum eſt antiquis, odio habebis inimicum tuum, ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros. Quaſi dicat,

*Simile!*

ſi obligati eſtis ad iniurias condonandas, vobis inflictas, de qui- F bus tot habetis teſtes, & adhuc vlcera ipſa calent: quanto iu-

*Odit De' antiquas diſſenſiones.*

ſtius erit, vt iniurias veſtris maioribus inuſtas condonetis, quæ fortaſſe abſque vllo fundamento contractæ ſunt? Non debetis huiuſmodi diſcordijs aurem præbere, ſed me tantum auſcultare, qui dico: diligite inimicos veſtros.

Quando Chriſtus miſit diſcipulos ad prædicandum per vniuerſum terrarum orbem, & promiſit remiſsionem peccatorum, nõ dixit quod annos aliquot expectarent, donec in obliuione eſſe

*Mat. 28.*

poſſent iniuriæ quibus ipſum affecerant, ſed tantum dixit, docete omnes gentes, & offerte illis pacem & amicitiam meam, etſi G

*Exemplũ*

ſanguis meus adhuc vigeat, neq; Caluariæ montis lapides obliti ſint tantum ſcelus contra me patratum, non enim propterea deſinam ignoſcere, etiam ijs qui ſanguinem meum fuderunt, ſi veniam petant. Quare præcipio vobis diſcipuli chariſsimi, vt prouincias & regna peragretis, & pacem atq; amicitiam meam denuntietis, etiam in vicis, & domibus ſingulorum, peccatorum

*Iniurias ad imitatione Chriſti condonemus.*

remiſsionem publicetis. Non ita ſegerunt multi hoc tempore quibus iniuria aliqua inflicta eſt, quin potius poſt longos annos dicunt adhuc recrudeſcere vulnus ipſum. Vix dum Naboth interierat lapidibus obrutus, & nondum vineæ poſſeſsionem accepe- H rat Achab, hic vero ſtatim ita egit pœnitẽtiam vt diceret Deus

*3. Reg. 21.*

Eliæ, nonne vidiſti humiliatum Achab coram me? Quia igitur

*Exemplũ*

humiliatus eſt, non inducam malum in diebus eius. Vides igitur

*Facile ſolet Deus veniã petẽtibus cõdonare.*

vix conglaciatum ſanguinem Naboth & coagulatum, cũ Deus iam pepercit Achab: te vero non pudet videre tot interceſſores vltro citroq; commeãtes & concurſantes, vt iniuriam remittas, & nolis vltra procraſtinare, cum tamen videas diuinam maieſtatem ita ad remittendum promptam?

*2. Reg. 9.*

Sãctus ac pius Dauid interrogabat ſeruos ſuos, an de domo Saulis aliquis eſſet relict⁹, cũ quo miſericordia dñi vteretur, vbi aduerte ꝙ miſericordiã quã in domũ Saulis volebat exercere Dauid,

vocauit



A vocauit miſericordiam domini: nam noſtra in hoc à diuina videtur diſtare, quod noſtra ad noſtros tantum ſe extendat & ad amicos, miſericordia vero domini, ad amicos & ad inimicos, qui ſolem ſuũ oriri facit ſuper bonos & malos. Noſter tamen amor ſemper fundatur in carne & ſanguine & prætenſionibus humanis, ac temporalibus commodis atque in rebus tam vilibus, rem tam pretioſam videlicet amorem noſtrum impendimus, cum tamen poſsimus eum inſumere in mercibus quæſtuoſioribus videlicet in dilectione inimicorũ, ſicut hodie præcipit Chriſtus. Eru-

*Miſericordia ad amicos & inimicos porrigitur.*

*Matt. 5.*

*Amorẽ in rebus vilibus nõ locemus.*

B beſcere ſanè debet Chriſtianus quod cum tanta difficultate pareat huic præcepto, videns præſertim quod à Deo ſanciatur, qui eius obſeruationem diuine cõpenſabit: tum etiam videns quod etiam Ethnici vt hominibus placerent, illud obſeruarent. Græcus ille Thraſybulus, qui Athenienſibus tyrannis occiſis, principatum in repub. obtinuit, vt omnis ſibi adimeretur occaſio animaduertendi in eos qui iniurij ſibi in eo facti fuerant, legem ſanxit, vt nullus de antecedentibus delictis accuſari poſſet, ſine puniri, quam obliuionis legem Athenienſes appellarunt. Cũ Aelius Adrianus Imperator eſſet creatus, reſciuiſſetque ſibi à quodam

*Exemplũ Traſybuli*

*Exemplũ Adr. imp.*

C necem antea intentatam fuiſſe, eundem ſtatim euocari iuſsit, qui cum formidoloſus maximè & tremens acceſsiſſet, magno quodam ac perbenigno eum affatus animo ſubijcit: hodie quidem præclare tecum actum eſt, quod adhoc imperium euectus fuerim, aliter enim fortaſſe ſalus tua in periculo atque diſcrimine verſata fuiſſet, ſed nunc minus decere videtur, hanc dignitatis mutationem, quod de te ſupplicium ſumam. Dux quidam Aurelianenſis, cum inſignem quandam à nobili viro accepiſſet iniuriam, poſtmodumq; Gallorum rex creatus fuiſſet, & multi inſtarent, vt ſe vlciſceretur de inflicta iniuria, ſubiecit: non decet

*Exemplũ ducis Aurelij.*

D Gallorum regem vindicare iniuriam inflictam duci Aurelianenſi. Quanto igitur diligentius hoc præſtare debet vir Chriſtianus, cum non ſolum hoc Deus mandet, ſed etiam accuratiſsime proſpiciat, quanta pro nomine ipſius patiatur, vt poſsit ipſa remunerari, iuxta illud Apo. ſcio opera tua & patientiam tuam quam habes & ſuſtinuiſti propter nomen meum, & non defeciſti: nec vero ſolum hæc proſpicit Deus vt compenſet laborem tuum, ſed etiam vt eum puniat qui tibi iniurius eſt, iuxta illud Iſai. noli timere opprobrium hominum & blaſphemiam eorum ne metueris: ſicut enim veſtimentum, ſic comedet eos vermis, & ſicut lanam, ſic deuorabit eos tinea. Cum igitur Deus tantam gerat curam vindicandi nos, non ſo-

*Apo. 2.*

*Iſa. 51.*

 lum

lum ignoſcamus, ſed etiam ſi fieri poteſt, ignoremus quis no- E
bis fuerit iniurius, ne illum oderimus. Deus dixit Abrahæ quod
ſemen ſuum eſſet paſſurum mala in terra non ſua, & non no-
*Gen.15.* minauit Aegyptum, ne Aegyptios odiſſet. Et Chriſtus in paſ-
*Mar.14.* ſione alapis cæſus, faciem cooperiri permiſit, vt doceret nos
*Luc. 22.* neſcire percuſſores, ſed tantum benefactores, & eis gratias
1.*Re.*24. agamus: Memor Dauid amoris ſui erga Saulem, quem præ-
1.*Reg.*26 ſertim oſtendit, cum noluit eum occidere quem facile pote-
*Pſa.* 114 rat, & tamen noluit occidere propter Deum, ait: dilexi, quo-
niam exaudiet dominus vocem orationis meæ: Quaſi dicat vt F
Deum habeam propitium, & aliquando tali miſericordia erga
me vtatur, dilexi inimicum meum, qui volebat mihi vitam eri
pere, quam tamen ego ſæpe ei eripere potui, & nolui. Sequa-
*Seneca.* mur etiam conſilium ſenecæ qui ait, diſſenſio ab alijs recon-
ciliatio à te incipiat. Non enim debes expectare vt alius prior
*Oremus* tibi reconcilietur, & coronam præripiat atque præmium. Nec
*pro inimi* vero ſolum præcipit Deus vt inimicos diligamus, & ijs bene-
*cis.* faciamus, ſed etiam vt proipſis oremus. Cum protomartyr
egregius Stephanus primam martyrij acciperet palmam, duas
*Acto.7.* emiſit orationes, vt habetur Acto.7. nempe vnam pro ſe, quam G
ſtando dixit, videlicet domine Ieſu ſuſcipe ſpiritum meum: al-
teram pro inimicis qui ipſum lapidabant: quam quidem vt in
*Exemplũ* telligas ex animo dixiſſe, audi quid dicat textus: poſitis autem
genibus, clamauit voce magna dicens: domine ne ſtatuas il-
*Ex animo* lis hoc peccatum, quia neſciunt quid faciunt. Cum enim egre
*ignoſca-* gius protomartyr intelligeret quam difficile eſſet talem ve-
*mus.* niam diuinitus impetrare, idcirco fecit quantum in ſe fuit, in-
tercedendo proipſis, ſiquidem oculos ad cælum leuauit, ge-
nua flexit, & in vltimo vitæ ſuſpirio proipſis deprecatus eſt, vt
facilius Deum placaret, dicens, ne ſtatuas illis hoc peccatum: H
Quæ igitur erunt tam ſaxea & adamantina corda, quæ tan-
to propoſito exemplo non commoueantur? Quamobrem te
ſupplices oramus ſancte Stephane, quoniam contra obdurata
*Aug.li.2* corda plurimum potes, teſte Auguſtino, vt pro nobis inter-
*ci.Dei.* cedas apud Ieſum, qui velit dura noſtra corda emollire, ita
vt non ſolum ad imitationem tuam, diligamus inimicos, & ip-
ſis benefaciamus, ſed etiam pro ipſis oremus, quandoquidem
tot tantique inde nobis fructus proueniunt, & Chriſtus idip-
ſum præcipit.

*Quantæ*



A *Quanta ſit excellentia beatitudo & gloria.*

PRomittit nobis Chriſtus quod ſi inimicos diligimus, filij eri-
mus patris noſtri cæleſtis, quodquidem facit vt nos ad cæleſtẽ
beatitudinem inuitet & alliciat, vbi eſt pater noſter cæleſtis, & *Gloriã &*
ibi glorificatus angelos & ſanctos, noſque ad ſe vocat. Mirum *beatitudi*
planè eſt, quod tam parum & frigide cæleſtia appetamus, cum *nẽ diliga*
tamen verum ſit, quodquamuis multa & maxima de futura glo *mus vbi*
ria mens humana concipiat, nunquam tamen minimam eius *eſt pater*
B partem poterit attingere. Quocirca illud nobis in eius æſti- *cæleſtis.*
matione, quod his euenire ſolet, qui picturam alicuius ſingu-
laris artificis manu inceptam, plene abſolutam putant & admi- *Simile.*
rantur, ea nil perfectius eſſe putantes: pictor tamẽ artis ſuæ gna
rus intelligit, quantum perfectio illa quam ignari homines mi-
rantur, ab ea diſtet quam poſt finem operis habitura ſit pictura.
Adhunc enim modum perſuaſum nobis eſſe debet, quidquid de *Gloria &*
illa fęlicitate & gloria cogitamus aut dicimus, longè minus quã *beatitudo*
pro eius dignitate eſſe. Quid enim humana mens optare poteſt,
quod ibi multis acceſsionibus auctum non inueniat? Quæ enim
C ſigillatim & per temporum momenta diſcimus; illic ſola beatifi-
ca diuinæ eſſentiæ viſione, pleniſsime intelligemus. Sex quidem *Figura.*
diebus manna filij Iſrael in deſerto non ſine labore edebant, quã *Exod.16.*
do illud paſsim fuſi per agros colligebant, atq; in ſequentem diẽ
prouidebant, vt in Sabbatho ſine vllo labore, quæſito iam cibo
reficerentur: hoc ipſum ſpiritualiter electis omnibus continget.
Sex enim huius vitæ diebus comedunt manna abſconditum; at
in Sabbatho illo vbi requies æterna celebratur, vbi ſancti omnes *Acto.14.*
requieſcunt à laboribus ſuis, vbi iam non laborandi, ſed quieſcen
di tempus eſt, ibi tunc non cibos ſibi labore parabũt, ſed partis
D iam & longo labore quæſitis, ſine labore fruentur.

Tanta ſunt gaudia illius patriæ cęleſtis, vbi pater cęleſtis nos ex *Diſsimile*
pectat, vt ſi vniuerſæ mundi voluptates, quæ fuerunt, & quæ fu-
turæ ſunt; cum illis conferantur, nil omnino erunt. Omnes quidẽ
mundi iucunditates, ſi cum illa cæleſti conferantur, mæror & lu
ctus eſt, omnis ſuauitas dolor, omnis dulcedo amaritudo, omne
pulchrum & decorum fœdum. Tanta & tam magna eſt dulcedo *Augu. in*
futuræ gloriæ, vt dicat Aug. quod ſi vnica tantũ gutta cęleſtis bea *ſer. de bea*
titudinis in damnatorum pœnis deflueret, tanta dulcedine reple *ti.cæleſti.*
ret gehennam, vt nullum dolorem aut tormentum damna-
ti paterentur. Et tanta ex diuina viſione oritur delectatio,
vt beati mallent eſſe in inferno, & conſpicere vultum Dei,

 quam

*D. Bern. ſer. 5. in vigilia Natalis do.*
*Luc. 6.*
*Chryſo. in epiſ. ad Heb. 1. ho. 4. om. 4.*

quam priuati hac viſione eſſe in cælis. Quid maieſtas illa, vt E ait Bernard. non impleat? etiam ſuper impleat, & ſuperfluet, quando menſuram bonam, & confertam, & cogitatã dabunt in ſinus veſtros. Vſque adeo quidem ſuper effluet, vt ſupra modum in ſublimitate excedat non modo merita, ſed vota, ſicut vere potens eſt facere ſupra quam nos intelligere aut ſperare poſsimus. Vis quodammodo ait Chryſo. deſcribam tibi æterna illa tabernacula? Ibi quidem ſocietatem inuenies angelorum, cętum ſanctorum atque ſanctarum, omnia tranquilla atque pacifica, nullus ibi ſtrepitus, nullus tumultus. Vide quan- F tum ſit illius gaudium, qui poſt ſeruitutem duriſsimam euocatur ad regnum ampliſsimum atque permagnum. Quanta item illius lætitia ſit, qui poſt diuturnum & obſcuriſsimum carcerem, poſt paupertatem maximam, ſummam tandem libertatem, gaudiumq; conſequatur. Maior multo eſt lætitia, maiuſq; gaudium, quod habebunt qui ex huiuſmodi miſeria, in æterna tabernacula recipientur.

*Gaudium ineffabile in cælo.*

Ex ſummo illo & inæſtimabili prætio quod Chriſtus dedit pro gloria quam nobis emit, colligimus quam ſint magnifica præmia illa quæ pijs in cælo repoſita ſunt, quandoquidem pru- G dentiſsimus hic mercator, iuſtiſsimuſque rerum æſtimator, digna putauit, quæ non ſolum tot itineribus atque laboribus, ſed etiam vinculis, alapis, ſputis, verberibus, ſpinis, clauorum aculeis, cruce denique & morte acerbiſsima, non quidem ſibi, ſed nobis compararet. Cum enim multa ſint quæ cæleſtis illius gloriæ magnitudinem declarent, nil tamen hoc magis efficit, quam pretij magnitudo quo empta eſt. Quid enim filij Dei ſanguine pretioſius, cuius vel vna gutta, innumerabiles redimere mundos potuiſſet? Sed ô dementiam atque ſecordiam noſtram, continuis lachrymis deplorandam! Quod cum ſaluator H ipſe, cuius gratiæ nil his tantis laboribus accedere poterat, tam multis eam nobis laboribus comparauerit, nos tamen quorum cauſa agitur, quibus hæc tanta fœlicitas propoſita eſt, ad quos tantorum laborum fructus pertinet, adeo commoditatũ noſtrarum negligentes, adeoque infeſti nobis ipſis ſumus, vt ne tã exiguo quidem labore promereri velimus, quæ benigniſsimus redemptor tam multis doloribus, non ſibi ſed nobis mercatus eſt. Quid igitur tantæ rei cauſam eſſe dicam? ea certè eſt, quod cum is ſempiternæ gloriæ, ſempiterniq; ſupplicij, pondus & magnitudinẽ, perfectiſsime norit, nos vero Aegypti tenebris immerſi nõ perinde cognoſcamus, nil mirum ſi ardentiſsima eius charitas errores

*Ioann. 18. & 19.*
*Magnitudo gloriæ ex eo cognoſcitur, quod tãto pretio eã Chriſtus comparauerit.*
*Magna cæcitas noſtra.*



A errores noſtros miſerata, tam ingens laborũ pondus, quo nobis conſuleret, ſubire voluerit, cum nos cæci & amẽtes, ne leue quidem onus huius tantæ ſalutis gratia ferre velimus. Vnde facile omnes intelligere poſſunt, quam ſint apud nos vilia cæleſtis regni præmia, quamq; rurſum omnia mundi commoda & oblectamenta pretioſa, quando quidem leuia queq; eius ſiue detrimẽta, ſiue lucra, ita nos afficiunt, vt propterea omnia Dei promiſſa beneficia, voces, clamores, terrores, atq; omnes deniq; rationes quibus nos ad ſe trahere contendit, nihili faciamus.

*Mũdana pluris facimus quã cæleſtia.*

B Quantum putas fore gaudium cæleſtis patriæ? Quantum quæſo gaudij & voluptatis animo ſentit, qui miſerabile atq; diuturnum quoddam ſeruitutis iugum à ſe excuſſerit, qui barbarorũ crudeliſsimas triremes euaſerit, in quibus longiſsimum quoddam temporis interuallum, non ſine maxima miſeria remigauerit? Quantum quæſo lætitiæ animo haurit, qui poſt lõgam nauigationem, qua per annos multos, vndis, procelliſq; iactatus eſt, tandem ad optatiſsimum deuenit portum, ad patriam deſideratam, & deniq; ſuauiſsimam domum, circumfluens opibus, in ſumma tranquilitate, ac ſoſpitate membrorum?

*Simile.*
*Similitu.*
*Maxima gloria atq; ineffabilis lætitia.*

C Vis aliquo modo tibi depingam ſuauitatem illam quam pater cæleſtis tibi paratam habet in cælo? hac quidem ſimilitudine aliquid ex infinitis poteris intelligere. Si domum alicuius principis ingreſſus, videres panem ſeruorum delicatiſsimum & candidiſsimum, diceretur q; tibi ex furfuribus fieri farinæ menſæ principis, annon valde admirareris, & deſiderares maximopere panem principis videre, cum intelligeres & mente conciperes, quam ſelectiſsimus panis futurus eſſet is, cuius furfures tam delicatiſsimi eſſent? ſcito igitur quod gaudia omnia huius vitæ, honores, diuitiæ, quæ omnia hic tanti fiunt, tantum ſunt furfu- D res illius panis cæleſtis. Si igitur te hæc tantum mouent, quantũ putas oblectabunt cæleſtia gaudia? ſi hæc quæ ſeruis dantur, id eſt corporibus noſtris, tanta tibi eſſe videntur, qualem fore putas cæleſtem cibum atq; lautitias? Tanta quidem ſunt cæleſtia gaudia, vt ea Paulus vocet, æternæ gloriæ pondus: tanti enim ponderis & momenti voluptas illa eſt, vt mentes ipſæ, niſi ad id diuino numine fuiſſent adiutæ, eam nullo modo ferre poſſent. Hanc gloriæ magnitudinem voluit Chriſtus ſignificare cum ait, intra in gaudium quidẽ domini tui. Vnde colligas quod eſt gaudium illud inſtar abyſsi, quo abſorbetur iuſtus, vbi tanta eſt animi oblectatio, vt nullus maiorem deſideret quam habet. In cuius rei figuram legimus in Exo. quod puſilli & magni, omnes cõ

*Simile.*
*Qualia ſint gaudia cæleſtia.*
*Similitu.*
*2. Cor. 4.*
*Matt. 25.*
*Figura.*
*Exod. 16.*

tenti erant menſura ipſius manna. In ſuper etſi Ioſeph tantopere incõuiuio ipſum Beiamin cumularet portione, vt in Gen habetur, E
*Gene. 43.* propterea quod eum maxime diligeret, adeo vt dicat textus quod quinq; partibus excederet, nihilominus tamen fratres
*Inuidia nulla erit in cælo.* contenti adeo erant, conformantes ſe volũtati Ioſeph, vt nullus eius inuidia laboraret, cũ tamen antea in paterna domo propter tantũ patris amorẽ, inuiderẽt ei, nũc vero in menſa Ioſeph poſiti, nulla laborãt inuidia, etſi tantã portionis acceſsionem vi-
*Gene. 37.* deãt. Agamus igitur & opere cõpleamus quod Chriſtus hic nobis præcipit, vt cũ ſimus filij patris noſtri qui in cælis eſt, quando hinc ſemigrabimus, diuinæ poſsimus accumbere menſæ. F

*Nos Chriſtiani præceteris ad multa obligamur.*

VLterius progrediens ſanctum Euangeliũ, ait: ſi enim diligitis eos qui vos diligũt, quã mercedẽ habebitis? nõ ne publicani
*Chriſtiani obligamur præ cæteris ad multa.* hoc faciunt? vt intelligamus nos Chriſtiani quãtũ prę cæteris in virtute micare debeamus & excellere, cũ plures diuinitus fauores nacti ſimus, atq; maiorẽ lucẽ, & proinde perfectiores eſſe debeamus. Vnde in vltimis verbis cap. 5. huius Euang. dicitur, eſtote & vos perfecti, ſicut pater veſter cęleſtis perfectus eſt. Hoc etiã
*Apo. 1.* in Apoca. depingitur, cum dicitur, vidi ſimilẽ filio hominis, veſti- G
tũ podere, id eſt veſte linea alba, qua veſte deſignabatur eius puritas, quã debemus imitari: itẽ ait quod erat præcinctus zona au-
*Danie. 10* rea; idẽ etiã ait Daniel, in qua deſignabatur eius amor et charitas, in qua etiã debemus eũ imitari, ſicut nobis hodierno euãge.
*Perfectio Chriſtiana commendatur.* præcipitur. Sed notãdũ eſt quod zona quã vidit Daniel cingebat lũbos, & ea quã vidit Ioãnes erat ad mamillas ſiue pectus, vnde intelligas quod tẽpore legis gratiæ debet eſſe charitas magis incẽſa & feruens, quod denotatur per zonã ad pectus, vbi eſt receptaculũ amoris & cogitationũ. Omnia deſignabãt quãtũ amorẽ, quãtã puritatẽ, quantã charitatẽ, quãtã cũ Chriſto conformitatẽ H
*Gala. 4.* habere debeat Chriſtianus. Hoc ſibi voluit Apoſ. cũ diceret Ga-
*Geneſ. 17. & 24.* lathis, filioli, quos iterũ parturio, donec formetur in vobis Chriſtus. Si Deus voluit Hebræos circuncidi, vt ab alijs nationibus differrẽt, quanto plus volet vt nos à cæteris differamus, cũ plu-
*Ro. 6.* res habeamus fauores? Hoc ſignificauit Apoſ. cũ ait, peccatum vobis nõ dominabitur, nõ enim eſtis ſub lege, ſed ſub gratia: ſub-
*Gal. 6.* iungit autẽ cauſã dicẽs; cum eſſemus in carne, paſsiones peccatorũ quæ per legẽ erãt, vigebãt in mentibus noſtris: quaſi di-
*Ephe. 4.* cat, illa quæ peccata prohibebat lex, gratiam nõ dabat, ſed Euãgelica cæleſti virtute delet peccatum. Vnde alibi dicit idẽ Apoſ. iã nõ ambulemus ſicut & gentes ambulãt, in vanitate ſenſus ſui

tenebris



A tenebris obſcuratũ habẽtes intellectũ, alienati à via dei per ignorãtiã: & ſubiũgit, vos autẽ nõ ita didiciſtis Chriſtũ, ſi tamẽ illum audiſtis, & in ipſo edocti eſtis. Vide igit quãtũ velit Apoſ. vt vltra gẽtes omnes progrediamur. Nos vero nõ ſolũ nõ præſtam⁹ id, verũ etiã in multis ſuperari videmur. Seneca quidẽ in l. de trã *Sene. li. de trã. ani. Zenon*
quillitate animi dicit de Zenone philoſopho q gẽtilis fuit, ꝙ audiẽs bona ſua omnia in mari perijſſe, patiẽter dixerit: iubet me fortuna expeditius philoſophari. Itẽ Val. Ma. ſcribit de Anaxago *Val. Ma. Anaxa.*
ra, ꝙ poſt quã poſt longiſsimũ tẽpus quo peregrinatus fuerat, in
B patriã rediſſet, & vidiſſet ſe bona ſua omnia perijſſe, ait: non eſſẽ ego ſaluus, niſi iſta perijſſent. Cõſidera igitur quãtum in hac animi generoſitate videamur à gẽtibus ſuperari, qui pro vnius argẽteæ drachmæ iactura tãtopere ſolemus cõmoueri: adeo vt poſſimus cũſa. dicere, facti ſumus velut à principio cũ nõ dominare *Iſa. 63.*
ris noſtri, neq; inuocaremus nomẽ tuũ ſuper nos. Deniq; in eã miſeriã deuenimus vt ita viuamus, quaſi plura beneficia q̃ gẽtes non accepiſsemus. Dicit nobis Chriſtus quod ſimus perfecti ſi- *Tẽdamus ſemper ad ꝑfectionẽ.*
cut pater cęleſtis, hoc eſt ꝓ virili noſtra conemur ad perfectionẽ. Cũ enim balyſta iacimus tela, quæ funẽ habeat remiſſe tẽſũ, aut *Simile.*
C tormẽto manuario vtimur, ſulphureo puluere minus accurato operę prætiũ eſt ſi volum⁹ ſcopũ attingere, vt paulo alti⁹ collimem⁹: Sic vtiq; cũ natura noſtra tã ſit remiſſa & debilis, opus eſt altas inire cogitationes & deſideria, & ad perfectionẽ ſemper tẽ- *Ad perfectionis culmen ſemp cõtẽdam⁹.*
dere, vt ſaltẽ ſi nõ ipſũ penitus ſcopũ ꝑfectionis & ſũmũ gradũ attingam⁹, ꝑueniamus ad eũ gradũ, vt debito præmio nõ defraudemur: ſi enim remiſſe agim⁹, nõ magnos ꝑfectionis ꝓgreſs⁹ cõſequemur. Vnde ꝓpterea Chriſt⁹ Dñs nos hortat dicẽs, eſtote ꝑfecti, &c. Non vno ſtatim conatu ad ꝑfectionẽ ꝑtingimus, vel ad *Laur. Iuſt. li. de obedien. c. 27.*
ei⁹ culmẽ, vt ait Laurẽ Iuſti. cõſcẽdim⁹, ſed veluti ꝑ grad⁹ quoſ-
D dã eodẽ ꝑuenit: quemadmodũ & in artib⁹ ac diſciplinis cõtingit vt ſẽſim, paulatiq; ad ſũma ſcãdam⁹. Vnde Seneca ait, ſẽp in vir- *Seneca li. 11. epiſ. ad Luci. epiſ. 83.*
tute magis magiſq; ꝑficere debem⁹: neq; enim exiguis quibuſdã ꝓgreſsib⁹ contẽti eſſe debem⁹, aut exiſtimare ꝙ illico optimũ ſit peſsimis eſſe meliorem. Sicut flamma quæ ſurſum tendit, quærens locum ſuum conſeruatiuum, quo altius aſcendit, eo magis *Simile.*
in ſeipſam retrahitur, cogitur, & validior fit, quemadmodum ſi digitum admoueris, experientia te ipſa docebit, & intelliges plus quidem & acrius vrere cacumen ipſius flammæ quam radicem; ita quo quis altius in montem conſcendit perfectionis, eo magis ipſi Deo coniungitur, ac robuſtior efficitur, cum vicinior fiat loco ſuo conſeruatiuo, & conſeruatori ſuo, *Quoquis perfectior eſt, eo magis, ad Deum accedit.*

nempe

nempe Deo optimo maximo, qui ſcalam ipſam tenet per quam E
conſcendimus, & aſcendentes quidem omnes ſuauiſsimo com-
plexu excipit atq; oſculo. His igitur medijs atq; remedijs ad
perfectionis ipſius culmen, & faſtigium atque apicem vigilantiſ
ſime & neruoſiſsime connitamur & contendamus.

## FERIA SEXTA POST CINERES.

## CONCIO TERTIA.

*Ioann.* 15. F
*Luc.* 23. AVdiſtis quia dictum eſt antiquis &c. Ego autem dico vobis, diligite inimicos veſtros. Mat. 5. & 6. Quis obſecro eſt qui
non faciendum curet quod amicus moriens ſibi com
mendauerit? Chriſtus igitur in morte commendauit
nobis amorem, & incruce dixit patri, pater ignoſce
illis. Quis autem pater erit qui filio neget quod moriēs poſtulat?
*Gene.* 4. Duos habuit filios Lamech, vnus inuenit artem fabrilem &
mallei, alius muſicam, & forte ex ſono malleorum. Sic Deus
duos habuit filios, nempe populum hebræum inuentorem mor
tis Chriſti, figentem malleo clauos quibus transfixus eſt: alius G
eſt Chriſtus Dominus, inuentor muſicæ ad ſonum malleorum,
cum ait pater ignoſce illis.
*Luc.* 23. *Diligite*. Hoc eſt radicitus inimicitiam extirpantes: ſi enim Phi
*Iudi.* 16. liſthæi radicitus capillos ſamſonis reſecuiſſent non creuiſſent
poſtea, neq; euenisset quod euenit.
Plus debemus inimicis perſequentibus, quam amicis adulan
lantibus: dæmon quidem vt deciperet Euam, allocutus eſt eam
*Gene.* 3. de arbore viridi & pulchra: Deus autem vt alloqueretur Moy-
*Exod.* 3. ſen, rubum ingreditur ardentem. Vide igitur quanto plus pro-
*Inimici vtiles.* fuerunt quæ hic tractata ſunt, quam quæ illic. Sic igitur ex ini- H
*Luc.* 1. micis aſperis multa nobis veniunt bona. Vnde Luc. 1. dicebat Za
charias, ſalutem ex inimicis noſtris, & de manu eorum qui ode
runt nos.
*Parcere delectabile eſt.* *Diligite inimicos veſtros*. Parcere delectabile eſt, iuxta illud, iu-
cundus homo qui miſeretur & commodat: vindicare vero eſt
*Pſal.* 118. moleſtum, iuxta illud Iſa. heu cōſolabor de hoſtibus meis. Itaq;
*Iſa.* 1. alterū trahit ſecum initium mercedis, alterum vero punitionis.
*Excedimus in vindicta ſumenda.* Ignominioſum ſane nobis eſt quod cum Deus ſoleat nos punire
in aliqua corporis afflictione puta infirmitate, nos tamen veli-
mus nos vindicare vſq; ad mortem Imo videtur quodammodo
ſibi eſſe acerbum vindicare, nec videtur ſibi ipſi fidere, nam cum
voluit



A voluit caſtigare ſodomam, conſultauit prius cum Abraham. *Gene.* 18.
Mundani quidem cum ſe volunt vlciſci, ſibi imponunt cenſum *Qui ſe vindicant, inquieti viuunt.*
timoris & pauoris, atq; viuūt vt Aegyptij qui poſtquam vendi-
derunt pecora & poſſeſsiones ad famem redimendam tempore
Ioſeph, ſoli ſacerdotes remanſerunt liberi: ita ſoli boni & iniu-
rias condonantes, remanent liberi ab his miſerijs, & viuunt *Gen.* 47.
quiete, alij vero viuunt inquieti ſoluendo multa tributa mun-
do.
Sancti cum bene de deo ſentirent ſatiari non poterant bene
B dicendo, & gratias agendo, atq: etiam pedes oſculando, ſi opus *Glorioſum eſt iniurias cōdonare.*
eſſet eorum qui ipſos perſequebantur, videntes quanta inde bo
na reportarent, nam hac via debebant in cælum conſcendere, &
ſtellas calcare. Ignominioſum ſane eſt quod Laban ſolum moni-
tus à deo, non ſumpſerit vindictam de Iacob ſed pacem inierit; *Gene.* 31.
tu vero Chriſtiane non emolliaris tot diuinis inſpirationibus.
Cum poſtulabat Balac à Balaam vt malediceret populo Dei, *Num.* 23.
reſpondit Balaam, cui Deus benedixit, quomodo poſſum male-
dicere? cum ergo hæc ita ſint, cur tu vis auferre ab eo vitam &
honorem, cui Deus dat gratiam ſuam, & Angelum comitem,
C atq; beatitudinem paratam habet?
*Ego autem dico vobis*. Si pythagoras tantum authoritatis habe *Pytha.*
bat, vt dicerent diſcipuli, ipſe dixit, ſeptem primis annis ſuæ in
ſtitutionis, quanto iuſtius eſt dicamus, Chriſtus dixit, cum ipſe *2. Reg.* 13.
dicat, ego autem dico vobis? prompta fuit obedientia ſeruorum *Incitare ad vindictam videtur infidelium.*
Abſalon cū eis dixit quod interficerent Amnon, non enim alias
rationes quæſierunt, etſi eſſet hæres, niſi ego ſum qui præcipio,
& nobis non ſufficit, ego autem dico: imo ſunt qui non ſolum
ſe vindicant ſed incitant ad vindictam, qui videntur ſeruare do-
ctrinam Alchorani. Quæ enim maior blaſphemia, quam dicere
D eſſe vilium hominum ſe nō vindicare, cum Chriſtus, ſit tam ami
cus condonandi?

### *Amare debemus inimicos.*

MVlti præcepta Dei imbecillitate ſua, non ſanctorum viribus *Hie. lib.* 1. *in Matt. tom.* 9.
æſtimantes, putant eſſe impoſsibilia quæ præcepta ſunt, &
dicunt ſufficere in virtutibus non odiſſe Inimicos, cæterum di-
ligere plus præcipit quam humana natura patiatur. Sciendum *1. Reg.* 26
eſt ergo ait Hie. Chriſtum non impoſsibilia præcipere, ſed per- *2. Re.* 17.
fecta. Hæc autem præſtitit Dauid in Saule, & in Abſalon. Stepha *Acto.* 7.
nus quoq; pro inimicis lapidantibus eſt deprecatus. Et Pau ana *Rom.* 9.
thema

thema cupiebat eſſe properſecutorib⁹ ſuis.Ieſus præterẽa q̃ hęc E
*Luc.23.* docuit,eadẽ præſtitit,dicens,pater ignoſce illis.In reliquis ope-
ribus bonis interdũ poteſt aliquis qualẽcumq; excuſationẽ præ
*Aug. de-* tendere,in habenda vero dilectione , ait Aug. nullus ſe poterit
*tem.ſer.* excuſare.poteſt mihi aliquis dicere,nõ poſſum ieiunare, nũquid
*59.to.10.* poteſt dicere,non poſſum amare?nõ hic aut pedes laborãt cur
*Simile.* rẽdo,aut manus operãtes laſſantur,vt nos per ipſam excuſatio-
nẽ liberare conemur.Nõ nobis dicitur,ite adoriẽtẽ , & quærite
charitatẽ:nauigate ad occidentẽ,& inuenietis dilectionẽ. Intus
*Iſa. 46.* in corde noſtro eſt quo redire iubemur,dicente Propheta,redite F
præuaricatores ad cor,non certe in longinquis regionibus inue
nitur hoc quod à nobis petitur.Si hoſtis qui tecũ bello , armiſq;
*Ambr. in* certauerit,ait Ambro. depoſitis armis miſericordiã ſuæ ſalutis
*Luc.6.l.5* adipiſcitur,idq; plerũq; vel contẽplatione naturali,vel ipſius bel
*Simile.* li iure defertur,vt ſubiectis vita tribuatur,quanto amplius me-
*1. Cor.13.* liore religionis contuitu faciẽdũ eſt?charitas patiẽs eſt,ait Apoſ.
benigna eſt,nõ æmulatur &c.Si patiẽs eſt,debet patientiã verbe
rãti:ſi benigna eſt,nõ debet reſpondere maledictis:ſi nõ quærit
quæ ſua ſunt,nõ debet reſiſtere diripienti:ſi nõ æmulatur,odiſ-
ſe nõ debet inimicũ.hæc omnia Chriſtus & dixit & fecit, qui cũ G
*1. Pet. 2.* male diceretur non maledicebat , criminatores ſuos excuſabat
à crimine.Illi crucẽ parabant,hic ſalutem & gratiã reſpõdebat.
*Treius in* Fertur de Cęſare Auguſto quod cum alias eſſet tenacis memo
*Euan. lib.* riæ,iniurias tamẽ cũ primis obliuiſcebatur.Audi præterea Sene-
*3.ca. 5.* cã,regiũ eſt inquit male audire cum benefeceris.Si enim magna
*Sen.ca.* nimus es,nũquã iudicabis tibi contumeliam fieri , de inimico di
*M. Iul.* ces,nõ nocuit mihi,ſed animũ nocendi habuit,Reuera ſicut di-
cit Tullius,nulla de virtutibus plurimis admirabilior nec gra-
tior eſt beneficentia,homines enim ad deos nulla re propius ac
cedunt q̃ ſalutẽ hominibus dãdo.Pergrata mihi res eſt,ſuccur H
rere lapſis,pulchrumq; vitam donare petẽti. His quidẽ maxima
laus eſt benefacere quibus neminẽ ſperas eſſe fauturũ , & vbi ad
benefaciendum neceſsitudinis vinculum nullum eſt.deniq; nulla
*Epicurus.* res,vt Epicurus etiam ait,perinde gaudiũ dat vt beneficẽtia.Pho
*Exemplũ* cio Athenienſium princeps,cum calculis ſuorum ciuium eſſet
ad mortem damnat⁹, rogatus ab amicis ſi quid filio ſuo dici vel
*Iniurias* let,volo inquit ne ſcilicet illatæ mihi ab Atheniẽſibus iniuriæ re
*cõdonem⁹* miniſcatur. Hæc ille, homo videlicet gentilis,& qui nil de præ-
mio diligentium inimicos vel ſomniauerat quidem,cum tamen
*Leui. 19.* proxime accederet ad id quod dicitur Leui. 19. nõ eris memor
iniurię ciuium tuorum.Memorabile porro quoddã Thraſybuli
ſtatu-



A ſtatutum Plutar: refert,qui poſtquam ciuitas Athenienſium ſua
opera liberata fuit à tyrannide triginta tyrannorum, reconci- *Plutarc.*
liata tandem pace in ciuitate,legẽ tulit ne quis ante actarũ rerũ *Exẽplum.*
accuſaretur,nec male multetur,quã legẽ obliuionis nominarũt:
cui quidẽ honoris corona pro tantis meritis à populo data eſt.
Hanc quoq; obliuionis legem noſtrates etiam maxime proſe-
quũtur,obliuionis dico hui⁹ præcepti, diligite inimicos veſtros
Qua frõte audes à deo veniã petere,ſi ipſe non vis ignoſcere? *Eccle. 28.*
vide q̃d dicat Eccl. homo homini reſeruat irã,& à deo quęrit me *Ibidem.*
B delã?in hominẽ ſimilẽ ſibi nõ habet miſericordiã,& de peccatis *Maximũ*
ſuis deprecatur?Ipſe dũ caro ſit reſeruat irã, & propitiationem *lucrũ cõdo*
petit à deo?Quis exorabit pro delictis illius?Quis ſanctorum in *nare iniu*
tercedet pro eo qui non vult ignoſcere proximo? Quare vt ait *rias.*
idem Eccl. relinque proximo tuo nocenti te , & tunc depre-
canti tibi peccata ſoluentur. Curant homines pecuniam impẽ *4.Reg.9.*
dere in mercibus quibus plurimum lucrentur:ſic igitur tu amo
rem tuum impende in dilectione inimicorum,cum tantum inde
ſis remenſurus lucrũ.Cum aliquis tibi eſt iniurius,& vis eũ vlciſci *Simile.*
dicere ſoles vt te reprimas , gratias habeto auo tuo vel patri, *Gene.27.*
C nã aliter pęnas dediſſes:ſic ergo dicas inimico,ego te male tra-
ctaſſem niſi eſſes ſeruus vel filius tã boni Domini videlicet Dei, *2.Reg.28*
cui tantum debeo.Iezabel quidem perſequens prophetas dilace
rata perijt,quam cum vidiſſet Iehu dixit ſeruis, ſepelite eã,quia
filia regis eſt:ſic tu debes benefacere inimico etſi ſceleſtiſsimo,
cum ſit filius æterni Regis per creationem &c. Iſaac filius non
ſe de fratre vindicare vult,ne moleſtiã exhibeat patri : ſic enim
Eſau etſi malus, dixit,veniẽt dies luctus patris mei,& occidã Ia
cob fratrẽ meũ.Sed pater tuus Deus nũquã morietur , ſine igi-
tur miſerabilẽ inimicũ,nã ſi Deus vult eũ vlciſci,etſi tu ei ignoſ *Roma.12.*
D cas,tamẽ à deo punietur,ſicut punitus eſt Abſalõ quamuis Da- *Eccle.28.*
uid aliter rogaret:De⁹ enim equũ currere fecit ſub arborẽ, præ
cepitq; vt capillis adhæreſceret in arbore , præceptumq; eius
impletum eſt,& in arbore ſuſpenſus Abſalon, donec accederet *Soarez in*
Ioab.Vnde per Apoſ.ait Deus,mihi vindictã,& ego retribuam. *Matt. B.*
Quod ſi hæc te nõ mouẽt,audi quid dicat Eccl.memẽto nouiſsi *Thom.22.*
morũ,& deſine inimicari,recordare extremã horã, et ſi Deum *q.25.a.9.*
vis ꝓpitiũ,ſis ꝓpiti⁹ fratri.De ſignis autẽ dilectionis inimicis ex-
hibẽdis, tenẽda eſt B.Thom:ſẽtẽtia, ſũt enim quędã peculiaria
quę exhibẽt amicis,vt cõfabulationes ꝯabulationes, ſimul ede
re,& ſimilia.Hęc cũ nec amicis teneamur ſub pręcepto exhibe-
re,pariter nec inimicis.Sũt vero alia ſigna quę cõmunit exhibẽt
homi-

*Signa amicitiæ generalia tenemur dare proximis omnibus.*

hominibus vt ſalutare ſe mutuo dum ſibi inuicem occurrunt,& E
ſimilia generalia ſigna quæ omnibus exhibentur:hæc ſubtrahẽs
inimico,grauiter peccat,quoniã & illũ & cæteros id videntes
ſcandalizat,& odium in corde habere iudicatur. Deus non ſolũ
beneficus eſt in illos quos nouit fore gratiſsimos & optimos,
ſed etiam in eos qui ingratiſsimi ſunt futuri, amicitiam enim
inijt cum Saule, Salomone, & Iuda,quorum perfidiam futu-
ram non ignorabat:cur tu igitur non eris beneficus in ipſos ini
micos?

*Simile.*
*Inimicos quomodo curabimus*

Nemo eſt qui tam apte inimicum curare poſsit quam ſuus ini F
micus. Scorpio quidem acerrimus inimicus eſt muris, & hæc
duo animalia interſe maxime ſunt contraria: medicamentum
tamen præſentaneũ morſui ſcorpionis eſt mus occiſus & aper
tus,poſituſq; morſui.Sic nimirum inimicum inimicus curare
poteſt,ſi eum blandis & amicis verbis alloquatur,& humilietur
corã eo:quod exẽplũ Chriſtus ſanctiſsimus & humaniſsimus,
*Ioan.13.* amicus etiam inimicorum ſuorũ,nobis dedit qui corã ſcelera-
tiſsimo Iuda genua flectens,pedes eius lauit,quẽ ſciebat tradi-
torem & inimicũ ſuũ eſſe.Non ſolũ autẽ inimicũ diligere debes,

*Maiorem demõſtremus amorẽ inimico quã amico*

ſed etiã multa ei amoris ſigna oſtendere,& plura quam amico. G
Nã ſi aliquando amici beneuolentiam non captaueris,id incu-
riæ vel negligentiæ tribuit:quod ſi id feceris cũ inimico, m..lti te
id propter odium facere putabunt, atq; ideo ratione ſca..lali
vitandi potius inimico quã amico amoris pignora debes oſten
*Luc.23.* dere.Chriſtus redemptor noſter in cruce pendens,prius pro cru
cifixoribus ſuis orauit,cuius exemplo diſce tu curam de inimi-
cis tuis habere.

*Inimici ſunt vtiles*

Si ratio præterea poſtulat vt benefactorem amore proſequa-
mur,eadẽ etiã poſtulat,vt inimicum diligamus,quando quidem
multa bona nobis impartitur.Inimicus ſtudioſum te efficit,cau H
tum ac prouidum,etſi coram eo loqueris, quid dicas attendis:
*Socra.* Vnde ſapienter & præclare dicebat Socrates,hominem maxime
indigere vero aliquo amico, vel crudeli inimico. Siquis veſtem
ſuã qua indutus eſt,ſcinderet,quia ſibi non placeret, & ſe ipſe
*Simile.* pugione interficeret,nonne hic talis inſanus eſſet? ſic tu inimi-
*Aug. ſer. 16. d verbis Domini ſuper Matth.* cum tuũ non potes ferire,quin te ipſum prius interficias. Vnde
Auguſ.nõ poteſt fieri vt qui odit alterũ,nõ ſibi prius noceat:nã
dũ lædere conatur extrinſecus, ſe vaſtat intrinſecus. bene igi-
tur in ſua prima canonica ſanctus Ioan. dixit, qui odit fratrem
*1. Ioan. 3.* ſuum homicida eſt.Quæ igitur maior inſania eſſe poteſt quam
inimicum odio proſeqni,quãdo hoc fieri non poteſt,quin prius
in graue



A in grauè malum tibi cedat? Fuit ne vnquam tam demẽs homo, *Simile.*
qui cum comedens linguã dẽtibus momorderit,dentes euellat?
aut qui lignũ ſcindens,ſi pedẽ ſuũ percuſſerit, manũ abſcindat?

*Amare inimicum vtiliſsimũ eſt.*

Scitote igitur magis proximũ propinquũ eſſe quã dẽtes aut ma-
nus.Quod ſi alia ratio nõ eſſet,vt inimicũ nõ proſequaris odio,
quam ne dãnum tibi inferres, cum natura hoc dederit vt quiſ-
q; ſe diligat,hæc vtiq; ſufficientiſsima deberet eſſe, vt eum ſem-
per amares, & ei felicia cuperes. Quare noli iam a malo vinci,
ſed vince in bono malum, vt inquit Apoſ. *Roma.12.*

B Inimicum porro debes diligere,quia omnes illi labores & per
ſecutiones quibus te opprimit,a dei manu mittuntur,& eos di-
uina maieſtas in vtilitatem & commodum tuum permittit, vt *Amos. 3.*
verum intelligas dictũ Amos Prophetæ, nõ eſt malũ in ciuitate
quod nõ fecerit Dominus. Vnde cum Semei Dauidi maledice-
ret,ipſe Dauid ſuis dixit: ſinite illum, Dominus enim præcepit *2.Reg.16.*
vt malediceret Dauidi.Hoc etiam ſignificauit ſanctus Iob,dicẽs *Iob. 1.*
Dñs dedit,Dñs abſtulit. Vnde cum Pilatus inflatus ſuperbia di-
cebat,neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te,& poteſtatem
habeo dimittere te?reſpondit & ſaluator,non haberes poteſta-
C tẽ aduerſus me vllam niſi tibi datũ eſſet deſuper. Dauid quoq;
dicebat, obmutui,& attendi quoniã tu feciſti. Quamobrem qui *Ioan.18.*
perſecutores ſuos odit,nõ multũ diſtat,quin & ipſũ Deũ oderit.

Aduerte porro quod Redẽptor noſter Iudam ipſum amicũ *Pſal. 38.*
ap...auit,nã etiamſi intentio & animus eius inimici eſſet, opus
tamen amici fuit, & ideo qui nos perſequuntur, opera amici in
nos cõferunt. Theriaca quidẽ præſentaneũ remediũ eſt ac ſingu- *Matt. 26*
laris medicina aduerſus venenũ,quæ tamen ex ipſo veneno com
ponitur: ita tu ſi theriacam admirabilem ac ſingularem medici- *Simile.*
nã volueris conficere & applicare vlceribus animæ tuæ,accipe ti

*Parcet nobis Deus ſi nos parcamus.*

D bi inimici tui malitiam,quæ venenum eſt, ob quam parcet tibi
Dominus ac condonabit peccata tua, & ſimul etiam infirmitati
inimici tui medeberis. Cum enim ipſe inimicus bonitatem ac
potentiam tuam attenderit, pudore ſuffundetur. Nemo quip-
pe adeo immanis eſt & barbarus, qui ſi videat te multa ſibi bo-
na facere in retributionem ſuæ malitiæ, non confundatur. Chri *Luc.22.*
ſtus quidem, Malcho ſeruo Pontificis, qui ſimul veniebat cum
Phariſæis, vt eum in carcerem detruderet, auriculã curauit. So *Matt. 5.*
lem item ſuum oriri facit ſuper bonos & malos, & pluit ſuper
iuſtos & iniuſtos. Et mundum inuiſit cum plures habebat ini- *Roma.5.*
micos, atque humanam tunc carnem aſſumpſit. Sic tu dum
inimicus tuus magis indignus fuerit vt parcas, tunc ei debes *4.Reg.6.*

 indulgere,

indulgere; vt vel ita bonitas tua inter malitiam ſuam ſplen- E
deat. Cum latrones Syriæ capere vellent Prophetam Eliſæum,
*Exẽplum* duxit eos Propheta in mediam Samariam, cumque rex illos interficere vellet, non ſolum id non voluit Propheta, ſed potius ſplendidiſsimum conuiuium illis fecit. Qua ex re ita confuſi ſunt latrones, vt dicat ſcriptura quod vltra non venerunt latrones Syriæ in terram Iſrael.

### *Eleemoſyna commendatur.*

F

*Eleemoſyna ſit de re iuſta.*

CVM *facis eleemoſynam.* Sunt aliqui qui gloriantur in multis eleemoſynis, in adornandis templis, in ædificandis ſacellis & hoſpitalibus, cum tamen hæc omnia fiant ex furtis aliorum, & vt vulgo dicitur, ex alieno corio lata diſſecant lora.
*Iudi.* 14. *Denudare vnũ vt veſtias alterum, nefas* Qui videntur imitari Sanſonem, qui vt perſolueret triginta veſtes quas perdiderat in problemmate, eas abſtulit a triginta viris quos interfecit. Sic multi videntur interficere, vt veſtes auferant, id eſt bona ad ſuſtentationem neceſſaria, quæ ſunt altera vita. Ex huiuſmodi bonis male acquiſitis curant multi ſuas implere arcas; & quotidie nouas emunt, et eas implicant. Hoc G
*Pſal.* 143. deſcripſit propheta cum ait, promptuaria eorum plena, id eſt nouæ in dies arcæ, qui ſi darent quod ſupereſt pauperibus, & reſtituerent ſuis Dominis, illicite acquiſita, non opus eſſet
*Luc.* 12. tanta arcarum multitudine. Iſti nolunt ex alijs periculum facere, nec conſiderant auarum diuitem de quo ſcribit Luc. quod nocte conceſsit quidem cubitum, ſed mane non ſurrexit, qui volebat horrea maiora facere, vt bona poſſet ibi creſcentia congregare, cum tamen pauperum nollet recordari, neque hoſ-
*Nos in miſericordiæ operibus exerceamus.* pitalium, orphanorum, viduarum. Vbi aduerte quod nõ dicit eſſe illicite acquiſita, ſed quod ex ſuis poſſeſsionibus reddebatur. H
Quid igitur putas de illicite acquiſitis? Quare qui abundatis iuſte acquiſitis, eleemoſynas date, cum tãtas videatis paſsim offerri neceſsitates, ne poſsit de vobis dici, promptuaria eorum plena eructantia ex hoc in illud.

Eleemoſyna tantam habet vim vt diſponat homines ad pœnitentiam: quare pinguem dare eleemoſynam eſt abunde ſemi-
2. *Cor.* 9. nare, vnde Apoſ. ait, qui parce ſeminat, parce & metet. Hic ſe-
*Eleemoſyna magis indigentibus detur.* minat quidat eleemoſynam, & in futura vita metit. Eſt & aduertendum quod quanto magis eleemoſyna in terra debili ſeminatur, tanto plus fructificat: hoc eſt tanto plus mereris, quãto plus indigentibus largiris, & minus inde aliquid ſperas, propter



A pter tantam inopiam. Hoc viſus eſt Chriſtus ſignificare cum ait
*Luc.* 14. apud Luc. cum facis prandium aut cænam, noli vocare amicos
*Inuitem. pauperes.* tuos, neq; fratres tuos, neq; cognatos, neq; vicinos, neq; diuites ne forte ipſi te reinuitent, & fiat tibi retributio. Sed cũm facis conuiuium, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris, quia non habent retribuere tibi, retribuetur enim tibi in reſurrectione iuſtorum. Item curare debes vt eleemoſynam facias
*Rom.* 12. pauperibus virtute præditis: hoc enim voluit Apoſ. ſignificare cum ait, neceſsitatibus ſanctorum communicantes. Hæc autem
B omnia multi ita contrario modo gerũt vt non ſolum pauperi- *Pſal.* 62.
bus non ſubueniant in neceſsitatibus, verum etiam ipſos peſsimis contractibus penitus ſpolient. De quibus ait Dauid, qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis: non ait ſicut carnem quæ oſſa habet, nec ſicut piſcem qui ſpinas habet, & comedi debet caute & circunſpecte, ſed ait ſicut eſcam panis, qui non ha-
*Similia.* bet oſſa: ſic enim deuorant ſubſtantiam pauperis. Sed tamen ne erret fraudulentus diues, quia plures ibi latent ſpinæ quam arbitretur, & eſt inſtar eſcæ hamatæ, & caſei in muſcipula, eſt cibus qui tegit laqueum. Videat igitur quomodo id faciat, nam
C etſi pauper alter ſit, tamen habet Deum defenſorem, iuxta illud *Pſal.* 9.
Pſal. Tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor. Pluri-
*Eleemoſyna ſi fieri poteſt, propria fiat manu.* mum etiam conducit vt eleemoſynæ fiant propria manu ſi fieri poteſt, nõ aliena. Martha quidem ſeruiebat Chriſto, nec contenta erat quod famulæ hoc facerent, vt ita magis amorem ſuũ manifeſtaret, & ſecura ipſa eſſet quod bene omnia fierent. idem faciebant Abraham & Sarra, ſeruientes proprijs manibus illis tri-
*Luc.* 10. bus angelis tanquam peregrinis hoſpitio exceptis, quãuis multos haberent famulas & famulos. Mirabile eſt quod proprijs
*Gene.* 18. manibus ſeruiamus diuitijs & negotijs temporalibus, non au-
D tem negotijs animæ. Etſi multos habeamus lites noſtras ſoli-
*Manu propria tẽporalia curamus, non ſpiritualia.* licitantes & actitantes, nihilominus tamen ipſimet volumus adhuc in hiſce occupari, & alloqui iudicem, & aduocatos, dicimuſq;, quod proximus ſum egomet mihi. Item quamuis multos habeamus famulos, qui poſsint equos curare, nihilominus tamẽ ipſimet ingredimur equile, vt videam⁹ equos, mulas, & cætera iumẽta, dicimuſq; ꝙ oculus heri impinguet equũ. Quãuis diligẽtes operarios in agros & vineas miſerimus, nihilomin⁹ tamẽ ipſi illuc im⁹ vt eoſdẽ videam⁹, dicim⁹q; nullũ eſſe vtiliorẽ fimũ q̃ q expulerere pedũ heri reſultat. Mirãdũ ſane eſt vel poti⁹ deplorãdũ, ꝙ in his lucris tẽporalib⁹ nõ defatigemur, cũ ſpiritualib⁹ ſtatim moleſtiã ſentiamus. Quã ſolicit⁹ erat rex Balaac vt habet in

 Num.

*Nume. 22* Num. in ædificandis varijs altaribus, & commutandis, atque, in E offerendis ſacrificijs, dirigẽs omnia ad lucra temporalia & vindictam: & quãuis videret contrario modo ſibi res ſuccedere, nihilominus tamen in propoſito perſiſtebat, & eadẽ quæ ſemel fecerat, iterabat & repetebat & proprijs contrectabat manibus. Sic vtiq; multi ſegerũt hoc tẽpore pro lucro tẽporali. Sed quid obſecro inde infelix homo reportaſti, tot ædificando altaria mundo & Dæmoni, ac vanitatibus ſeculi, negandoq; eleemoſynam pauperibus? Quid quæſo omnia valent ſine Deo?

*Nimis anxij ſumus in rebus mundanis*

*Cur ſiant paucæ eleemoſynæ.*

Cauſa quidem quod hoc tempore tam exiguæ ſiant eleemoſynæ & paucæ, illa eſt vna inter cæteras, quod in ſumptuoſis cõuiuijs, in veſtibus, ædificijs, in cenſualibus ſeu vectigalibus prodigi ſimus, & cupidi, iamq; hęc omnia faciunt vt auari ſimus & exiguam habeamus charitatem & miſericordiam pauperum, imo etiam crudeliter eos tractamus. F

*Simile.*

Videas aliquando ſterilem & inaquoſum annum, & fiunt proceſsiones, & ſupplicationes populi pro obtinenda aqua vt terra irrigetur, quæ præ tanta ſiccitate vndique iam hiat: apparent nubes, & confidimus ingentem cælo delapſurum imbrem, ſed cum iam id magis ſperabamus, ecce flat Zephyrus, vel alius huiuſmodi ventus ſerenans ita aerem vt nubes omnes quam longiſsime pellat, atq; ita in eadem G verſemur ſiccitate & ariditate, atq; inconſolabiliter defleamus & lugeamus.

*Diuitias dat Deus vt impartias pauperibus.*

Sic vtiq; faciunt hic multi diuites, nam pauperes ſunt inſtar terræ aridæ & inaquoſæ, qui ad Deum clamant præ tanta miſeria, dicitq; Deus ſe miſſurum nubes aqua grauidas, id eſt diuites multis onuſtos diuitijs & temporalibus bonis, cum tantis redditibus & vectigalibus, tantis poſſeſsionibus, tantaque fructuum abundantia, vt ſubueniant pauperibus: Quorſum enim diuites putatis vobis diuitias datas, niſi ea cauſa? Quorſum tanta frumenti copia, vini, veſtium, & alio- H rum bonorum, niſi vt pauperibus ea diſtribuatis, & tanquam pluuia ſubueniatis tantæ ſiccitati?

*Auari crudeles cum pauperib⁹*

Sed tamen flat Zephyrus vel aquilo auaritiæ, & omnia quæ in gratiam pauperum erant conceſſa, in propria lucra conuertuntur. O miſeri, an ignoratis quod nullus eſt colonus qui ita deſideret ſupra poſſeſſiones ſuas imbrem deſcendere, atque Deus gaudet vt bona vobis diuinitus conceſſa, pauperib⁹ diſtribuatis, diuidatis, & impartiatis?

*Gaudet De⁹ quod diuites pauperib⁹ bona diſtribuant.*

Sed heu ſuſcitatur Aquilo propriæ auaritiæ & cupiditatis, & pellit nubes liberalitatis, atq; cor diuitis indurat deſiderio quodã ingenti comedendi, bibẽdi, veſtiẽdi, ſplẽdide epulãdi, & prodige impendendi, atque ita vt his omnibus poſsit redun-



A redundanter & ſuperflue ſuppeditare, aridi remanent pauperes & ſine vlla conſolatione atq; refugio. Si quidem ipſi diuites interſe impias quaſdam habent æmulationes & in perniciem pauperum, dicẽtes, ille tot habet famulos, tot nutrit equos, tot poſſidet agros, talibus induitur & exornatur veſtibus, & ego non idipſum faciam? an minoris quam ipſe habendus ſum? Annon quæcunq; ipſe præſtat, etiam ego qui tot abũdo vectigalibus & redditibus præſtabo? Atq; huiuſmodi ambitionis & vanitatis ventis maxime proſtrantur pauperes, nec aſſurgere poſſunt ad B eleemoſynam aliquam ab his habendam.

*Ambitio conturbat eleemoſynam.*

De talibus igitur diuitibus, ait Iudas in ſua canonica, hi ſunt in epulis ſuis maculæ, conuiuantes ſine timore, ſemetipſos paſcentes, nubes ſine aqua, quæ à ventis circumferuntur, arbores autumnales, infructuoſæ &c. *Epiſt. Iudæ* Tum etiam princeps Eccleſiæ Petrus in ſua canonica ſecunda ait, hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ, quibus caligo tenebrarum reſeruatur &c. *2. Pet. 2.* Optime quidem his congruit illud Hier. ambulauerunt poſt vanitatem, & vani facti ſunt. Item illud Prophetæ, adipem ſuum concluſerunt, hoc eſt omnino craſsitudinem ac pinguedinem conclu- *Hiere. 2.* *Pſal. 16.* C ſerunt, hoc eſt viſcera ſua concluſerunt, ne vllo miſericordiæ affectu attingi poſſent. Quare caueant ſibi diuites ne in tantam deueniant crudelitatem, & audiant quid Iacobus dicat, iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non fecerit miſericordiam. *Iacob. 1.*

*Occaſiones captãt auari nõ faciẽdi eleemoſynam.*

Nunquam deſunt viris improbis occaſiones, quas ipſi faciunt, non faciendæ eleemoſynæ & non ſubueniendi pauperibus: Nobilis ait, multos habeo in familia quos alam. Eques ait, Deus tibi benefaciat, quoniam grandi ære alieno obæratus ſum. Mercator inquit, vlterius progredere bone iuuenis, non D enim inſtitores mihi accurate reſponderunt, nihil hoc anno venditur, aut non vt ſperabam merces vænierunt. Ciuis ait ſe marſupium domi dereliquiſſe: omnes deniq; in Dei nomine pauperem ab ſe ablegant & amandant. O bone Deus quam diues es! nam omnes ad tuum telonęum remittunt pauperes, tu deniq; debes eis eſſe adiutor. *Pſalm. 9.* Bene dixit pſaltes regius, tibi derelictus eſt pauper, orphano tu eris adiutor: *Pſal. 59.* tu igitur Domine debes prouidere eorum neceſsitatibus, nam tu ſolus laborem, & dolorem conſideras.

*Inuentiones quorũdã pauperũ ad eleemoſynã extorquẽdã.*

Vſq; adeo multorum cor obduratum eſt in non erogandis eleemoſynis, vt mille iam modos & inuentiones exquirant aliqui pauperes, nam quidam teneris pueris brachia contorquent, vt ita eleemoſinam obtineant: alij vlcera in tibijs

faciunt, alij nudis pedibus, imo & toto corpore incedunt, vt ita E
ad eleemoſynam prouocent: alij pãnoſi incedunt, & interdũ va-
rij coloris commiſſuris: alij in maiori frequentia clamãt, alij in vi
cis iacent: quæ tamẽ omnia auaros diuites non cõmouẽt. Quod
ſi hoc ita eſt, vt ſcilicet obuijs non ſubuenias, quomodo mihi per
ſuadere poteris te angulos omnes quæſiturum vt pauperes inue
nias, & ipſis benefacias? imo potius ibi moriuntur miſeri nec
eſt qui eis ſubueniat, aut calicem aquæ porrigat. Attendite ob-
ſecro, & redite ad cor auari diuites, nam vobis dicitur elee-
moſynam non facere, eſſe inhumanum: attende quam ſit etiam E
ignominioſum quod nolis eſſe membrum ſub capite Ieſu Chri
ſto, ſi quidem non vis condolere & compati proximis tuis. Nã
vt ait Apoſ. Si quid patitur vnum membrum, compatiuntur
omnia membra. Vide quantum te debeat commouere illud
exemplum Iob, cum ait: ſi deſpexi prætereuntem eo quod nõ
haberet indumentum, & abſq; operimento pauperem: ſi non
benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mearum
calefactus eſt, humerus meus à iunctura ſua cadat, & brachiũ
meum cum ſuis oſſibus confringatur. Quaſi dicat, cum hoc pa-
cto quodammodo non viderer membrũ cum cæteris membris, G
quorſum illis iunctus eſſem? Illud meritus eſſem, vt prorſus con
fringerer, & minutatim conciderer. O execrationem acerbiſſi-
mam quidem! Caueant ſibi igitur, & diligenter attendant aua-
ri diuites, & qui eleemoſynas pauperibus largiri nolunt, ne ſimi
lis execratio & maledictio veniat ſuper illos.

*Vix hominis nomen meretur q. ad eleemoſynam non incitatur.*

*1. Cor. 12.*
*Iob. 31.*

*Magno eſt dignus ſupplicio, qui eleemoſinã non vult facere.*

## FERIA SEXTA POST CINERES.

## CONCIO QVARTA.

H

AVDISTIS *&c. Ego autem dico vobis diligite inimi-
cos veſtros.* Matth. 5. & 6. Non vindicare ſe, eſt qui-
dem inuicti hominis. Vide enim quid dicat Eccleſia
de Deo: Deus qui omnipotentiã tuã parcẽdo maxi
me & miſerando manifeſtas. Si enim Deus ſtatim ſu
meret vindictam de nobis, quid fore putas? Præſertim cum quo-
dammodo culpæ noſtræ ſint infinitæ, quia contra infinitum? Vi-
de enim quantum differat colaphum impingere puero, aut per-
ſonæ regiæ, menſuramus enim offenſam pro ratione perſonæ
offenſæ. Parce quia Deus id præcipit. Non vis vt ſeruus tuus ſe
intromittat in tuis præceptis & tamẽ tibi nõ ſufficit quod Deus
tibi

*Eccleſia.*

*Peccatum quomodo dicatur infinitum.*

*Simile.*



A tibi quid præcipiat? Qui pœnas capitis dant parcunt carnifici,
quẽ tantum norunt executorem: parce tu ei igitur, qui te af-
ficit iniuria, & intellige eſſe quoddam inſtrumentũ à deo aſſum-
ptum. Cum hac enim conſideratione pepercit Ioſeph fratribus,
& Dauid ſemei. Seruus Abrahæ inaures & armillas aureas dedit
Rebeccæ ſponſæ Iſaac: ſic anima ſponſa Chriſti habere debet in-
aures aureas in auribus, id eſt quæcumq; audit debet in aurum
conuertere etſi ſint iniuriæ. Quia Ioab noluit parcere ipſi Ab-
ſalon vt Dauid rogauerat, vide qualem habuerit mortẽ cui nil
B profuit templũ nec altaris cõplexus. Dicis quod nõ vis eũ vlciſci
ſed quod iuſtitia decidatur cauſa, & tamẽ tu cauſã perſequeris.
Magna eſt opus cautela vt tua ſit tuta conſcientia, ſine ira faciẽ-
dũ eſt, ſine odio & cõplacẽtia vindictæ. Si quidẽ optimus eſt ſa-
gittarius qui coronam malogranati percutit & nõ ipſum malũ
granatũ: ſic vtiq; ſubtilitatis eſt ꝙ iuſtitia decidatur, & tu nullũ
habeas vindictæ animũ. Querimur ꝙ nos homines varijs modis
perſequãtur: an nõ vides artifex quãta habeat inſtrumẽta vt per
fectã ex ligno ex culpat imaginem aut ex argẽto? Sic vtiq; vt ſis
pulcherrimus ante oculos Dei tot opus eſt inſtrumentis perſe-
C cutionum, debes eſſe ſicut liliũ inter ſpinas, & debes viuere inter
ſcorpiones. Et quia vis veniam à deo impetrare, etiam tu parce:
nõ debes habere duo pondera: nam pondus & põdus, mẽſura &
mẽſura, abhominabile eſt. Plurimi faciebat Dauid hãc virtutem
cũ diceret prudẽtẽ me feciſti ſuper inimicos meos. Cũ aliquis ex
cãtoribus nõ canit ad numerũ, eũ habilẽ indicamꝰ qui errãtẽ ſta
tim in viã reducit, & ipſe vocẽ ſuã non amittit: ſic ergo quando
aliquis maledicus eſt, dignus quidẽ eſt laude is q ſua patiẽtia eũ
in viã reducit. Laudamus quidẽ thoracẽ bellicũ cum tormẽto ali
quo nõ videmus eũ trãſuerberari, magis ergo eũ laudare debe-
D mus q nõ cõmouetur maledica lingua: magna quidem erit victo
ria tua ſi iuſtum aliquem reddideris tua patientia & tolerantia.

Celebrius quidẽ eſt Ioſeph nomẽ quod cõdonarit fratribus,
quã quod ſomnia diuinaret, & alia præſtaret. Si quis ſeruus vel
puer tibi iniurius eſt, dicere ſoles, ꝙ reuereris eum cuius eſt ſer-
uus vel filius, cui plurimum debes: Cur igitur hoc quod in famu
lo hominis ſeruamus, nõ ſeruabimus in famulo aut ſeruo Dei?
Optimum quidem eſt cum quis tibi eſt iniurius, vt dicas, reue-
reor Deum cuius es filius, qui tanta propter me paſſus eſt. Hæc
fuit conſideratio Dauid quando poterat interficere Saulem, ait
enim, Chriſtus Domini eſt, & ideo nolo inijcere in eum manus.

*Diligite inimicos veſtros.* Reſpondent aliqui ſi eis dicis quod
condonent

*Parce quia id tibi Deus præcipit.*

*Gene. 45.*
*2. Reg. 16.*
*Gene. 24.*
*2. Reg. 18.*
*3. Reg. 2.*

*Ex animo ignoſcamꝰ.*

*Simile.*

*Perſecutores nobis conducunt.*

*Prou. 20.*
*Pſal. 118.*
*Simile.*

*Patientia egregia virtus.*

*Tolerãtia inſignis virtus.*

*Parcere honorificũ.*

*Iniurias propter Deum remittamus.*

*1. Re. 24.*

condonent quia Deus condonat, quod ipſi ſunt homines & non E
*Excuſatio* ſunt Deus, & ideo non debent condonare. O blaſphemiam exe
*nes aliquo* crabilem. Dic enim infelix, an non eſſet magna dementia ſi tibi
*rum ne ig* diceretur quod in bello diligenter dimicares, ſi quidem rex ipſe
*noſcant.* præcedit etiam pugnans, & tu reſponderes quod rex eſt rex, &
*Similitu.* tu tantũ pauper miles, & ideo nolles pugnare? Si Deus pręciperet
*Omnes* tibi miracula facere, non mirarer ſi eum non imitareris, at ve-
*parcere* ro in hac re cum poſsis ipſum imitari, cur id non præſtabis? an-
*poſſint.* non te pudet, quod dicatur de deo, qui cum malediceretur, non
maledicebat, & quod tu nolis id præſtare qui vermiculus es? F
*1.Pet.2.* Curramus ergo per patientiam ad propoſitum nobis certamẽ,
*Heb.12.* vt ait D. Pau. aſpicientes in autorem fidei: plus quidem eſt quod
tibi Deus parcit, quam quod tu proximo parcis: quantumuis
*Matt.18.* enim tibi aliquis fuerit iniurius, tamen ſi non parcas, peccas,
vt conſtat ex illo loco Euangelij, cum rex pepercit decem mil-
lia talenta, & tamen hic cui pepercerat, nolebat exiguam quan
titatem condonare,

*Simus per* *Eſtote ergo perfecti ſicut & pater veſter cæleſtis perfectus eſt.* Vide-
*fecti, ſi qui* tur quibuſdam quod nimiam perfectionem nobis Deus iniun-
*dẽ volum⁹* gat, nec conſiderant quantam nos deſideremus perfectionem G
*vt domeſti* in rebus noſtris ſiue in famulis obtemperantibus. Volumus eſſe
*ca noſtra* perfectã cõiugẽ, filios, familiam, equum, mulam, ne calcitrẽt, vo
*ſint perfe-* lum⁹ vndiq; excultã domũ, & tamẽ nos qui ſum⁹ Dñi, negligim⁹
*cta.* eſſe perfecti. Pudor nobis eſſe debet quod ſol calefaciat quãtũ in
ſe eſt, item & ignis, & ſic de cæteris rebus naturalibus, nos ta-
men ſimus imperfectiſsimi, qui nobiliores creaturæ ſumus.

### *Amare debemus inimicos.*

*Aug. de* IN diuinis voluminibus fratres chariſsimi, ita diſpẽſauit ſpirit⁹
*tẽ. ſer. 68* ſanctus, ait Aug. vt & ſanis ornamenta, & ægrotis ſpiritualia H
*tom. 10.* medicamẽta deeſſe nõ poſſent. Quam rẽ donante deo agnoſcẽs,
de veteri & nouo teſtamento prout potuimus, vnicum ac ſingu-
*Gene. 28.* lare remediũ animarũ pro amore inimicorũ, collegimus. Impri
mis cõſiderãdũ eſt quãta in beato Iacob fuerit charitas, vt odiẽ-
tẽ ſe fratrẽ ſuũ maluerit in longinquis regionibus fugere, q̃ vicẽ
*Geneſ. 33.* odij repẽſare. Quem ſicut diu fugit, ita odiſſe neſciuit, ſed reuer-
ſus multis muneribus vt eum ſibi placaret honorauit. Beatus
Ioſeph pro parricidij crimine impijs & inimicis fratribus
ſuis non odij amaritudinem, ſed charitatis dulcedinem repen-
*Gene. 45.* ſauit. Oſculabatur enim ſingulos, & perſingulos flebat, qui-
bus etiã non ſolũ nil mali rependit, ſed omnia bona retribuens tã

[illegible]



A viuo quam mortuo patre, germano ſemper eos amore dilexit.
Beatus quoq; Moyſes cum frequenter eum populus rebellis nõ *Exod. 32*
ſolum contemneret, ſed etiam lapidare vellet, diuinæ charita-
tis memor, ita pro illis domino ſupplicauit, vt clamaret & dice-
ret, ſi non dimittis peccatum populi tui, dele me de libro tuo.
In ipſo etiam veteri teſtamento legimus, ſi videris aſinum inimi
ci tui iacentem in luto, non præteribis niſi prius alleues eum.
Quo loco vnuſquiſq; diligenter conſideret, quod ſi aſinum inimi *Exod. 23.*
ci non licet in luto dimitti, quanto magis homo ad imaginem
B Dei factus non debet odio haberi aut negligi? Beatus quoq; Iob *Simile.*
ita veram & perfectam charitatem quidẽ fideliter retinebat, vt *Iob. 31.*
gaudens & libera conſcientia ad Deum diceret, ſi gauiſus ſum ad
ruinam inimici mei, & exultaui in eo quod inueniſſet eum malũ
. Beatus quoque Dauid in tantum non fuit ſimulata nec falſa di *2. Re. 16.*
lectio ſua, vt ipſos etiam aduerſarios fleret, & illos qui eos occi-
dere pręſumpſerant, caſtigaret. Vnde ſecurus dicebat illud quod *Pſal. 7.*
omnes homines ſatis attento ac trementi animo dicere debent,
ſi reddidi retribuentibus mihi mala, decidam merito ab inimicis
inanis: perſequatur inimicus animam meam, & comprehendat,
C & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in pulue-
rem deducat. Vnde conſiderandum eſt qua fronte verſiculum
iſtum ex ore ſuo proferre poterit, qui inimicis ſuis mala pro ma *Pro. 24.*
lis retribuit. Per Salomonem quoq; Spiritus ſanctus dicit & cla-
mat, cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, ne forte videat
Deus & diſpliceat illi, & auferat ab eo iram ſuam.

Si iuſtum fuiſſet, ait Chryſoſt: inimicos odiſſe, nunquam Deus *Chryſo. in*
te inimicum ex gentibus ſuſcepiſſet in ſuã dilectionem. Ille pro *non abſo.*
te & filium ſuum per omnia humanæ compaſsionis opprobria *hom. 13.*
tradidit vſque ad mortem: inimicum ſuum adoptauit, cohæredẽ *Rom. 8.*
D vnigenito ſuo fecit, & tu vel nudam dilectionem reddere inimi- *Si ſolum*
co tuo non vis? Quod tamen nõ mirũ ſi graue illis videtur inimi *amarem⁹*
cos amare, qui nec amicis ſuis ſynceram conſcientiam ſeruant: *eos qui in*
Nam cum ſit mundus iſte ſcandalis plenus, ſi amicos voluerint di *iurij non*
ligere tantum, non inuenire poterunt quos diligant, Hodie enim *fuerunt,*
iſte illum offendit in re tali, cras ille iſtum offendet in altera re, & *vix inueni*
ita fit vt ſi decreuerit homo inimicos odiſſe, neceſſe ſit vt odiat *res quos*
omnes, & odiatur ab omnibus. Puto quod non tantum pro ini- *amares.*
micis noſtris Chriſtus illa mandauit, quantum pro nobis: non tã- *Odientes*
tum iubet diligere inimicos vt illos diligamus, quantum à nobis *inimicum*
ipſis quod malum eſt repellamus. Et ideo non dicam ſi læſeris ini *nos ipſi læ-*
micum, ſed ſi oderis eum tantum, amplius tibi nocuiſti ſecundũ *dimus.*

 animam,

animam ; quam illi ſecundum corpus , & illi forſitan nil noces E odiens eum, te autem ipſum ſine dubio lædis. Si ergo peperceris inimico, tibi amplius pepercisti quam illi: etſi benefeceris ei, tibi amplius præſtitiſti quam ei. Qui te innocentem iniuriatur, ſi incipis conſiderare quomodo à diabolo poſsidetur & agitatur , & quomodo voluntatem ſuam adimplet per miniſterium eius non ſolum non iraſceris ei, ſed adhuc miſereberis eius. Vis ergo diligere inimicum tuum? Si iniuriam pateris, noli iniuriam præſentē aſpicere, ſed conſidera ipſam gloriā , quam pro mercede in iudicio conſecuturus es. Illis enim tantum videtur difficile , qui F retributionem non ſperant futuri iudicij.

*Quilus cō ſideratio. facile nobis redditur condonare.*

Attende quam facile Samuel condonabat illatas ſibi iniurias, ac precabatur pro eis qui eum affecerant incommodis. Vix dum præterea Tobiæ vxor deſierat exprobrare marito ſuo & eū infeſtare, cum iuſtus ac ſanctus ſenex contumeliæ prorſus oblitus, mandauit filio ſuo vt matri ſuæ diligenter obediret, eamq; veneraretur: attende quæſo quam cito remittebat offenſas. Imitemur in beneficijs conferendis Deum, ait Seneca, qui ab omni ſpe lucri eſt penitus alienus, & tamen innumera & maxima beneficia nobis largitur, idq; tam frequentiſsime. Pudeat inquit Seneca, G venale habere beneficiū. Gratuitos quidem habemus Deos, quos quidem ſi imitaris , etiam ingratis beneficia conferes, nam & ſceleratis ſol oritur , & pyratis patent maria.

*1. Re. 12. Tob. 2. Tob. 4. Seneca. li. 4. de ben. c. 25.*

Euenire plerumque patientibus ſolet, ait Grego. vt eo quidē tēpore quo vel aduerſa patiuntur, vel contumelias audiunt, nullo dolore pulſentur, & ſic patientiam exhibeant, vt cuſtodire etiam cordis innocentiam non ommittant. Sed cum poſt paululum hæc ipſa quæ pertulerunt, ad memoriam reuocant, igne ſe doloris inflammant, argumenta vltionis inquirunt , & manſuetudinem quam tolerantes habuerunt, retractantes in malitiam H vertunt. Quibus citius à prædicatione ſuccurritur, ſi quæ ſit huius mutationis cauſa pandatur. Callidus namq; aduerſarius bellum contra duos mouet, vnum videlicet inflammans , vt prior inferat , alterum prouocans , vt contumelias læſus reddat. Sed plerumque dum iam huius victor eſt , qui iniuriam perſuaſus irrogat, ab illo vincitur qui illatam contumeliam ſibi æquanimiter portat. Vnius ergo victor quem commouendo ſubiugauit, tota contra alterum virtute ſe erigit , atque obſiſtentem fortiter & vincentem dolet , quem quia commouere in ipſa contumeliarum iaculatione non potuit , ab aperto certamine interim quieſcens , & ſecreta ſuggeſtione cogitationem laceſſens, aptum

*Greg. 3. p. paſ. adm. 10.*

*Vide aſtutiam inimici.*

*Tētat nos dæmō vt reflectamus mentē circa iniuriā vt nos incitet ad vindictam.*



A aptum tempus deceptionis inquirit. Quia enim in publico bello victoriam perdidit , ad exercendas occulte inſidias exardeſcit: quietis namque tempore iam ad victoris animum redit , & vel rerum damna, aut iniuriarum iacula ad memoriam reducit: cuncta quæque illata ſunt vehementer exaggerans , intolerabilia oſtendit, tantoque mentem mærore conturbat, vt plerumque vir patiens, illa ſe æquanimiter toleraſſe, poſt uictoriam captiuus erubeſcat, ſeque non reddidiſſe contumelias doleat, & deteriora rependere , ſi occaſio præbeatur , quærat. Quibus ergo ſimiles B ſunt, niſi his qui per fortitudinem in campo victores ſunt , ſed per negligentiam poſtmodum extra vrbis clauſtra capiuntur? Quibus ſunt ſimiles , niſi his quos irruens paruus languor à vita non ſubtrahit , ſed leuiter veniens recidiua febris decidit? Admonendi ſunt igitur patientes, vt animum victoria muniant, vt hoſtem publico bello ſuperatum, inſidiari mænijs mentis attendant, & languorem clam repentem timeant, ne hoſtis callidus in deceptione poſtmodum maiori exultatione gaudeat, quod dudū contra ſe rigida colla victorum opprimat.

*Simile.*

*Tentationes importunas vincamus.*

C

### *Ampliſsimus remunerator Deus.*

VT *ſitis filij patris veſtri qui in cælis eſt.* Vide quam bonus retributor ſit Deus, qui filios ſuos nos facit pro hoc obſequio uidelicet dilectionis inimicorum. Facito igitur quod Deus præcipit, etſi ſit contra voluntatem tuam: vim tibi ipſi facito , & peruerſum ingenium tuum vince, etſi in eo difficultatem ſentias, ſiquidem vides quam bonus remunerator ſit Deus, & quam præclare tecum poſtea agetur. Timebant quidem Hebræi ſe committere mari rubro, etſi viderent multas aquarum diuiſiones, donec tandem Aminadab præceſsit vir animoſus , & tunc omnes ſecuti D ſunt. Quod obſequium vt Deus ipſi remuneraret, ſunt qui dicāt eius tribum tantopere fuiſſe illuſtratam, videlicet tribum Iuda, vnde erat, & de qua exierūt reges Iſrael, ita Titelmanus interpretatur ſuper illa quidē verba Pſalm. facta eſt Iudæa ſanctificatio eius. Vide etiam quomodo Chriſtus phariſæo ſigillatim enumeraret obſequia ſibi præſtita à Magdalena, videlicet quod lauaſſet pedes aqua lachrymarum, & abſterſiſſet capillis, & oſcularetur ore. Vide quomodo in extremo iudicio referat obſequia ſibi à viris iuſtis exhibita , vt illa compenſet . Quod Petrus dixiſſet, Tu es Chriſtus filius Dei viui , vide quam ampliſsime fuerit remuneratus , cum dicit Chriſtus , ego dico tibi quia tu es Petrus , & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam. Item

*Voluptati Dei obtēperemus.*

*Pſal. 135.*

*Titelm. in Pſal. 113.*

*Luc. 7.*

*Mat. 16.*

*Mat.* 19. Itẽ cum dixiſſent diſcipuli, ecce nos reliquimus omnia, & ſe- E
cuti ſumus te, quid ergo erit nobis? ait eis: in regeneratione cum
*Luc.* 22. ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſu-
per ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Itẽ polli
*Mat*: 19: cetur ſe ſoluturũ centuplum hic & illic in cælo vitam æternam,
vt intelligas quam bonus ſit retributor.

*Optimus retributor Deus.* Si Deus reddit malis pro meritis eorum, quanto plus ſperandum eſt, cum magis videatur propenſus ad præmiandum præmiaturum eſſe bonos? Siquidem recordatur Deus offenſarum contra ipſum quidem commiſſarum, vide enim quomodo F
3. *Reg* 21. punierit regem Achab proptereaquod vineam Naboth abſtuliſ-
*Exod.* 14. ſet, ſimulq; honorem & vitam. Vide quomodo punierit Aegyp-
tios, propterea quod tam dura ſeruitute populum ſuum affecerint.
*Eſther.* 7. Vide quomodo punierit Aman propter ea quæ facere inten
tabat contra Hebræum populum captiuum, & contra Mardochæum innocentem: nam Aman ſuſpenſus eſt in patibulo pro Mardochæo erecto. Nouit quidem Deus ſingulis pro meritis re-
1. *Reg.* 15. pendere. Vnde Samuel dixit regi Agag, ſicut fecit abſq; liberis mulieres gladius tuus, ſic abſq; liberis erit inter mulieres mater
1. *Reg.* 17 tua. Arma quidem quæ acceperat Goliath contra Dauid, acce- G
pit Dauid ad ipſum interficiendum & occidendum. Arma Holo
*Iudit.* 13. phernis contra Bethuliam, accepit Iudith, & ipſi caput amputauit. Si igitur ita malis reddit ſecundum merita, quanto magis
*Occaſiones quærit Deus præmiãdis ſeruos ſuos.* rependet iuſtis præmia ampliſsima? Siquidem vere regio pectore quærit ſemper occaſiones quibus poſsit præmiari obſequia ſibi exhibita, modos etiam quærit quibus poſsit auertere punitionem. Quod ſi exigua obſequia, ampliſsimis compenſat beneficijs, ecquod quæſo præmium illum manebit, qui diliget inimicos, & ipſis benefaciet, neq; reddet malum pro malo?

Conſideratio quidem ipſius præmij ſolet animare ad labores H
tolerandos, facitq; illos leuiores. Sentiebat quidem labores ſuos Paulus cum diceret, in carceribus abundantius, in plagis ſupra
2. *Cor.* 11. modum, in mortibus frequenter: attamen hunc ſudorem abſtergebat illa conſideratione præmij cum diceret, non ſunt cõdignæ paſsiones huius ſeculi ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Quanta putas eſſe præmia & gaudia parata in cælo, his
*Roma.* 8. qui iniurias condonant, & inimicos ſuos diligunt? Siquidem eos filios Dei appellat, & ipſis huiuſmodi præmia promittit, atq; ſufficit vt intelligas quanta ſint præmia, quod ipſe Deus ea parauit. Rex Aſſuerus voluit aliquando ſplendido conuiuio excipere
*Heſth*: 1. omnes principes & potentatus regni ſui, & cum eſſet tãtus prin
ceps



A ceps anguli cuiuſdam mundi, tam opiparũ & regium dedit cõuiuium, tantaq; cum maieſtate, vt omnes mirarentur: Quam magnificentius & lautius putas fore conuiuiũ nobis à Deo optimo maximo præparatum? Munera quidem magnorum principum ſolent excedere ſubditorum ipſorum capacitatem. De Alexan- *Alexand. Mag.*
dro quidem orientis principe legimus quod cum ſeruus quidã eius ab eo munera aliqua poſtularet, ipſe iuſsit ſibi dari ampliſsimam ciuitatem: cui ſeruus ait, huiuſmodi munus non eſſe ſibi *Exemplũ*
accommodatum. Reſpondit Alexander, non id ego intueor, ſed
B qualis ſit qui beneficium confert. Si igitur terreni principes tam liberales eſſe ſolent in beneficijs conferendis ſuis ſuditis, à quibus obſequium aliquod acceperunt, quanto liberaliorem putas fore Deum in eos qui hoc dilectionis inimicorũ præceptum ſeruauerint? Si ita effuſi ſunt principes terreni quorum imperia & vectigalia ſunt limitata, & deficere poſſunt, & quidẽ quotidie imperia & vectigalia deficiunt, & deficere poſſunt, quid quæſo ſperandum erit de præmijs huius diuini imperatoris, quæ ſunt infinita, & cuius pectus longè eſt animoſius & liberalius? Si rex terrenus dignitatem ſuam conſiderans, tam liberalem ſe oſten- *Præmia ampliſsima nobis Deus parata habet Beatitudo quãnta ſit Simile.*
C dit, quid faciet ſupremus omnium monarcha, cuius dignitas eſt infinita, & maieſtas in infinitum excedit omnes principes orbis terrarum? Quanta quæſo præmia ex tam liberali, pia, & diuina manu erunt ſperanda?

Vide quam bonus ſit remunerator Deus, ſiquidem ſimplex obſequium vnius naiculæ Petri ad prædicandum, quod nullo modo ipſi naui nocere poterat, ita remunerauit, vt dicat Lucas ꝗ *Luc.* 5.
ampliſsima piſcatione eum propterea donauerit, ita vt duæ naues implerentur, quod inauditum hactenus fuerat in eo lacu. Si *Mat.* 10.
enim tanta eius largitas & magnificentia eſt, vt nec calicem qui-
D dem aquæ frigidæ ſine mercede relinquat, quam retribuet mercedem ei qui propter amorem Dei dilexerit inimicum? Neque *Diſsimile*
enim is mercatorum more paria paribus refert, ſed diuina largitas, parua magnis compenſat.

Quam liberalis ſit Deus retributor, ſatis aperte conſtat ait Bernar. ex illis Chriſti verbis apud Lucam, cum dicit: menſuram *D. Bern. ſer.* 11: *ſuper Can.*
bonam, & confertam, & coagitatam, & ſupereffluentem dabunt in ſinum veſtrum. Menſura iſta vt audio, ait Bernard. erit ſine *Luc.* 6.
menſura, de qua per Iſa. dicitur, oculus non vidit Deus abſque *Iſa.* 64.
te, quæ præparaſti diligentibus te. Mẽſuram quippe bonam, ideſt *Pſal.* 65.
iuſtam retribuet, quia erit ſecundum exigentiam meritorum, *Rom.* 8.
iuxta illud Pſalm: reddet vnicuiq; ſecundum opera ſua. Confer
tam,

tam, quia ſupra condignum erit, ſicut Pau. ait, non ſunt condignæ paſſiones huius ſeculi, ad futuram gloriam. Coagitatã, ideſt ſupra idquod deſiderari poteſt iuxta illud Apoſt. ei autem qui potens eſt omnia facere ſuperabundanter, ideſt ſupra idquod humana cogitatio attingere poteſt. E

*Col. 3.*

### *Eleemoſyna res illuſtris.*

CVM *facis eleemoſynam.* Commendatur quidem nobis vt in manu pauperis ſeminemus, de hac enim ſemente intelligit Apoſt. cum ait, qui ſeminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Quamuis hic in mundo fertilem in agro terrã habeamus, tamẽ bona ſeminis pars amittitur: at in terra fertili pauperum, nec granum vnicum perit, & inde fit vt cum tanta abundantia reſpondeat. An non miraremur tam frugiferam terram, quæ pro vno modio, mille daret modios? Vtique plus fructificat eleemoſyna pauperis: tantum enim fructum edet, vt in iudicio mali mirantes dicant, nos inſenſati vitam illorum æſtimabamus inſaniam: ecce quomodo computati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt. Quæ cum ita ſint, cur non etiam ſi opus eſt dimidium bonorum tuorum das pauperibus, aut ſaltẽ quod ſupereſt tibi ex vectigalibus? Cæterum ait Seneca, quidam ſunt quibus nil vnquam videtur ſupereſſe patrimonij, etſi ſemper creſcat, quos comparat famelicis canibus, qui etiam in medio aëre venientem cibum apprehendunt, & caudam mouent, latrant, & plura petunt. Sic enim iſti cum habent vnam dignitatem, aliam poſtulant, & rurſus aliam, cum tanta ſolicitudine & negotiatione, vt videantur præ famæ rabidi. Pudor planè nobis eſſe debet, quod barbaræ gentes ſibi hac in re modum præſcripſerint, & nos pro quibus Deus pauper factus eſt, tantopere diuitias ſitiamus, vt nec obolum pauperibus impartiamus? Illi qui notitiã non habent præmij mendici Lazari, nec punitionis auari diuitis, diuitias contemnebant, nos vero tam anxie ipſis inhiamus? nec conſideramus quid dicat ſapiens in Pro. benefacit animæ ſuæ vir miſericors. Item alibi ait, alij diuidunt propria, & ditiores fiunt, alij rapiunt non ſua, & ſemper in egeſtate ſunt. Intra ſepulchrum quoddam Romæ inuentum eſt ſaxum cum his literis, Expendi, donaui, ſeruaui, habui, habeo, perdidi: ideſt quod expendi, habui: quod donaui, habeo: quod ſeruaui perdidi. Quaſi mortuus diceret, tantum habeo bona quæ feci.

*2. Cor. 9.* *Terra fertilis ad ſeminandũ, man⁹ pauperum.* *Simile.* *Sapien. 5.* — F — G

*Seneca.* *Simile.* *Auari ſunt inſtar canũ famelicorum.* — H

*Pro. 11.* *His qui eleemoſynas dant, multa de⁹ confert beneficia, & benefacta permanẽt.* *Exemplũ*

Grauis quidam autor refert, quod vir quidam haberet piam coniugẽ,



A coniugem, cumque frater quidam dominicanus apud eum diuertiſſet, rogaretque coniunx vt aliquem ſermonem miſceret ad ſpiritum pertinentem, ipſeque reſponderet ſe id libenter præſtiturum, niſi viro ſuo moleſtum foret, annuit maritus, modo breuiter diceret: tunc ait frater, ita tegeras cum proximo tuo ſicut alios tecum velles. Statim vir hanc conſiderationem menti ſuæ inſculpens, ſoluit omnia quæ debebat, dicens ſe cupere vt ita alij ſe cum ipſo gererent: tum etiam cum pauper eleemoſynam peteret, ipſi cænam dedit, & lectum inſterni iuſsit vt ibi cubaret: porro quoniam pauper vltra quam ſolitus eſſet, comederat, nocte ſitiuit, cuius voces cum audiret dominus, ſtatim ſurrexit, & ad ciſternam ſe conferens, vt aquam pro paupere hauriret, ſubmerſus eſt, cumque inde mortuus educeretur, inuentum eſt pretioſum monile in collo eius, vbi ſcriptum etiã quod antequam corpus in frigida ciſterna refrigeret, angeli animam in cælis collocauerant, vt inde intelligas quanti Deus faciat eleemoſynam pauperi collatam. B

*Quod nobis vellemus, etiã proximo faciamus.*

*Quomodo ſoleat de⁹ miſericordiæ opera cõpenſare.*

Male quidem ſeruimus Deo pro tantis ab ipſo beneficijs acceptis, atque ſi aliquid ipſi offerimus, eſt id quod deterius eſt, cum tamen dæmoni meliora demus, ideſt florem ætatis & maiorem vitæ portionem: relinquimus vero Deo ætatem decrepitam & mortis horam. Dequo conqueritur Deus per Hiere. dicens. Nonne vides quæ iſti faciunt in ciuitatibus Iuda? Filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cæli, & me ad iracundiam prouocent: ex adipe ideſt flore farinæ, placentas faciebant idolis. Sic mali panem ex adipe & flore vitæ ſuæ, dæmonio offerunt: quod vero deterius eſt dant Deo, vt pertuſos calceos, aut tunicam confractam, aut ſubuculam dilaceratam, dicuntque famulo vt hæc per feneſtram deijciat, aut vt pauperibus largiatur: Quaſi dicant, vides hæc prorſus periiſſe iam, da pauperi, vel in ſterquilinium proijcito. Non legunt iſti quid Deus dicat per Mala. maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens, immolat debile domino, quia rex Magnus ego dicit dominus exercituum, & nomen meum honorabile in gentibus. Non ita ſe gerebat Abraham vt iſti immiſericordes, nam vt habetur in Gen. cum hoſpitio excepiſſet angelos, tulit vitulum tenerrimum & optimum, tulit quoque butyrum & lac, dixitque Sarræ, accelera tria ſata ſimilę, commiſce, & fac ſubcinericios panes. Simila eſt farinæ floſculus: ſic igitur, nos debemus gerere cum paupe-

C — D

*Deo quod deterius eſt damus.*

*Hier. 7.*

*Dæmoni florẽ ætatis damus & Deo decrepitam ætatem. Eleemoſynã ex deterioribus facimus.* *Mal. 1.*

*Gen. 18.*

*Mat.* 25. pauperibus,ſiquidem id Deus in ſuo libro ſcribit,& ſibi aſcribit E
*Mal.* 1. vt habetur apud Mat.& per Mala.ait quod eſt rex magnus.

*Simile.* Quemadmodum quando per corpus non diſtribuitur necco-municatur ſpiritus vitalis,quod ſolemus nominare carẽtiã pulſus,intelligimus hominem eſſe iam mortuum, vel ſaltem morti valde vicinum:ſic quoq; cum prætermittit homo facere eleemoſynam,& ſimilia bona opera implere,agnoſcimus talem perditum,aut eſſe valde propinquum vt pereat, & omnino intereat.

## SABBATHO POST CINERES. F

## CONCIO PRIMA.

*Periculoſum inter dũ eſt viuere in ciuitatibus.* *Mundani honores multos perdunt.*

CVM *ſero eſſet factum, erat nauis in medio mari, & Ieſus ſolus in terra.* Marc. 6. Mat. 14. Seceſsit Ieſus in deſertum poſt miraculum quinq; panum:ſolebat enim libenter ad ſolitudinem ire,vt intelligamus quanta ſæpe impendeãt pericula his qui in ciuitatibus viuunt,in quibus propter complacentiam multa ſæpe mala fiũt:ne enim iudiceris inurbanus, multa facere ſoles:nam ne exiſtimeris miſerabilis, interdum te prodige induis:ne iudiceris puſillanimis,quæris vindictam. O quam laborioſum eſt ingenium tam multis intendi. G

*Similitu.* *Luc.* 13. Nauicula eſt pœnitentia:nam ſicut mare tranare non vales ſine nauicula,ſic non potes ſine pœnitentia, ſi peccatores, ad cælum transfretare. Luc. 3. niſi pœnitentiam egeritis &c. Dicitur nauicula, & non nauis ideo quod quamuis magnam agas pœnitentiã, tamẽ parua eſt pro ratione delictorum tuorũ,tamẽ Deus hac parua contentus eſt,vt ſuſpirio,ſalutari deſiderio,& propoſito,hæc enim etſi exigua,plurimi facit.

*Autor.* *Magna orationis vis.* *Cum ſero eſſet factum.* Deſcendit Chriſtus de monte vbi orauerat,& poſtmodum ait Euangelium quod ambulabat per mare tẽpeſtuoſum,& quod ſolo eius imperio ceſſauit omnis tempeſtas vbi ingreſſus eſt in nauim, exiens porro ex naui ſanabat omnes infirmos,ſolo fimbriæ attactu.In quo intelligimus quod qui ſe oratione munit,tranat hoc mundi mare ſine naufragio, & ſedat turbulentos appetitus,ac tandem ſuo exemplo curat multos à vitijs.Vide quæſo quantum valeat oratio. H

*Videns eos laborantes in remigando,erat enim ventus contrarius eis.* *Simile.* Vide igitur obſecro quod ſi ſancti infelici & contrario vento remigant,ita tu ſi in portum cæleſtis illius patriæ peruenire cupis, contrarijs & aduerſis calamitatibus ab inimicis illatis nauigare debes,



A debes.Porro contrarium maledictionis eſt benedictio, & quod aduerſatur odio,amor eſt.Si inimicus malus eſt,tu eſto bonus.Si te odit,eum ama:& ſi tibi maledixerit,bona de eo prædica. Hoc quidem aduerſante vento beatiſsimus Paulus nauigabat,dicens: maledicimur,& benedicimus,perſecutionem patimur & ſuſtinemus, blaſphemamur, & obſecramus.Sic ſanctiſsimus Ioſeph quem fratres vendiderant, cum tamen deſcenderent in Aegyptum,cum fletu magno occurrit,& oſculatus eſt eos dicens, noli te timere. Denique ipſe Chriſtus in nauicula crucis vento con- *Reddan' boniũ pro malo.* 1. *Cor.* 4. *Gene.* 45. *Luc.* 23.

B trario nauigans inimicorum carnificum,pro eis rogabat. Iſti laborabant in remigando, & non poterant exuperare & vincere procellam,impetumque ventorum. Ita tu non poteris exuperare,atque euincere vitia ipſa,niſi manus diuina,& potentia,atque præſidium tibi accurrerit vt iſtis accurrit. Quare quaſi contra Philiſthæum pugnans ipſum,nẽpe contra dæmonẽ,eges ope, auxilioque diuino, quia dæmon eſt exercitatiſsimus Philiſthæus in pugnando,contra quem non ſufficiunt profecto arma Saulis, nempe confidentia humanarum virium,quin potius opus eſt aliquo qui norit tum leones,tum vrſos ſuperare ac dilaniare, quaſi *Similitu. Dei auxilio opus eſt ad vincendas tentationes.*

C alter Dauid fidens in Dei auxilio:quẽ ignorans Saul,dicebat ad eum: non poteris reſiſtere Philiſthæo iſti, nec pugnare aduerſus eum,quia puer es,hic autem vir bellator eſt ab adoleſcẽtia ſua. Petrus quidem minus adhuc in his aduerſis exercitatus, ſeſe in mare præcipitabat,quod faciunt qui in pericula ſeſe inconſiderate & incaute conijciunt,minus adhuc exercitati in virtute. Cæterum Dauid expertus in ſeipſo ſæpiſsime fuerat,an adhoc certamen ſufficeret,& nihilominus depoſuit arma Saulis, non confidens omnino in eis,hoc eſt in ſuis viribus,quin potius confidens in domino dicebat: tu venis ad me cum gladio & haſta, & cly- 1. *Re.* 17. *Matt.* 14. *Ne tentemus Deũ.*

D peo,ego autem venio ad te in nomini domini exercituum. Sæpe quidem ſerui Dei in exercitatione virtutum multas experiuntur contradictiones, adeo vt interdum videatur quodammodo ipſis impoſsibile vlterius progredi,atq; ſibi quodãmodo videtur à Deo derelicti,neque diuinos habere fauores, videnturq; dicere cum Dauide, vt quid domine receſsiſti longè? Deſpicis in opportunitatibus,in tribulatione.Item Pſal. 42. quare me repuliſti, & quare triſtis incedo dum affligit me inimicus? Vtile quidem eſt vt interdum homo in huiuſmodi tribulationibus ſe videat, vt hoc modo intelligat quam parum de ſuis viribus confidere debeat, & quam parum poſsit ſine Deo. Noli igitur cadere animo ſed illam inito conſiderationem, quod Deus te videat, 1. *Reg.* 14 *Pſal.* 9. *Pſal.* 42.

Z & la-

*Deus nos conſpicit remigantes.*

*1. Cor. 10*

& labores conſideret in remigando contra ventos contrarios, E etſi videatur diſsimulare: tum etiam nouit quantum oneris ſuſtinere queas, & quantum poſsis contradictionibus reſiſtere, neque permittet vt ſuccumbas oneri, aut quod à contrarijs ventis deijciaris, ſi modo remigare velis. Fidelis eſt Deus ait Apoſt. qui nõ patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiam cum tentatione prouentum vt poſſitis ſuſtinere. Confidere igitur debes quod Deus accedet ad te cum erit opportunum: Si enim ſtatim non accurrit, inde fit quia nouit adhuc vires tuas validas, & ita in grauioribus exercet tanquam inuictum militem. F

*D. Anto: 4. p. The. ti. 13 cap. 3.*

*Gen. 16.*

*Baſi. in Pſal. 33.*

*Pſal. 33.*

Sæpe nobis & contradictiones, tentationes, laborumque procellæ propter noſtra errata cõtingunt, quia ſcilicet ſenſualitatem rationi ſubijcere ignoramus ſiue potius contemnimus. ait D. Anto. In typum autem huius rei, nempe carnem ſpiritui ſubiectam eſſe oportere, dixit Angelus ipſi Agar ancillæ, reuertere ad dominam tuam, & illi eſto ſubiecta. Quantumuis grauis exiſtat oppreſſio tua, ait Baſi. non deſinas ſemper Deum inuocare, ſiquidẽ ex maioribus ſolet ipſe liberare periculis eos qui ſe totos ipſi tradunt, cum ſibi opportunum videtur. Vnde Dauid dicebat, multæ tribulationes iuſtorum, & de omnibus his liberauit eos do- G minus.

*Sẽper in Deo cõfidere debem⁹ etſi nobis videamur derelicti.*

*Chryſo. in Mat. ho. 51. to. 2.*

*Iob. 31.*

*Gen. 31.*

*Gen. 31.*

*Gen. 22.*

*Circa quartam vigiliam noctis.* Nec confeſtim periclitantibus ſuccurrit, ſed quarta vigilia in mari ambulans, venit ad ipſos, erudiés nos non à ſe cito ſolutionem calamitatum quærendam, ſed magno animo aduerſa perferenda: Cæterum quando iam confeſtim ſe liberatum iri crediderunt, tunc maior eis timor calamitatum erat. Hoc enim obſerua, ait Chry. vt quando vrgentia mala expulſurus ſit, tunc grauiora & terribiliora ſæpe inducat, quod etiam nunc accidit, vt periculorum frequentia fortiores redderentur. Hoc enim in Iob factum fuiſſe videmus: nam H cum tentationi finem allaturus eſſet, tunc moleſtiora permiſit, non dico de liberorum morte, non de verbis vxoris, ſed de ſeruorum atque amicorum opprobrijs. Similiter quando de peregrinationis afflictione Iacob liberabat, maior turbatio accidit: ſocer enim eum perſecutus, mortem minabatur: & paulo poſt frater ſucceſsit, qui maiorem illi timorem incuſsit: nam quoniam ferre iuſti homines non poſſent ſi longo tempore atque acerrime tentarentur, cum pericula euaſuri ſunt, tunc vt maiora mereantur, maiora inferri permittit certamina. Id etiam in Abraham factum non ignoramus: vltima enim atque

que



A que terribilis illa tentatio fuit, qua immolatione filij angebatur.

*Iudith. 8.*

*Patientiã in calamitatibus habeamus.*

*Circa quartam vigiliam noctis.* Vide quomodo in quarta vigilia ipſos liberauit: non igitur debemus limitare voluntatem Dei, ſed poſtulemus vt nos liberet quando ſibi bene viſum fuerit. Ne ſimus inſtar populi bethuliæ qui decreuerat poſt quinque dies ſe tradere hoſti, niſi eo tempore liberarentur. Differre enim interdum ſolet Deus liberationem noſtram pro ratione beneplaciti, & vt videt nobis magis conuenire: cum igitur di- B latet nobis ſuccurrere, ſatis nouit quod ipſos labores poſſumus tolerare.

*Simile.*

*Calamitates quam ſint vtiles.*

*Putauerunt phantaſma eſſe, & exclamauerunt.* O quantum conducit timor, & quod in aliquo labore verſemur! Satis enim idem conſtat in ipſis nauigationibus, ſiquidem cum proſpere nauigatur, videas ipſos nautas cum reliquis confabulantes, & multas vanitates proferentes, alios videas ludentes tum taxillis, tum luſorijs folijs: at vero ſimulatque ventus contrarius inſurgit, & oritur tempeſtas, omnes ceſſant à ludo, videaſque alios orarias preces apprehendentes, alios pſalterium, alios C confitentes peccata, alios Deum inuocantes, alios vota vouentes peregrinationis, vel religionis, vel aliorum bonorum operum. Deus bone, quam cito propter calamitatem commutantur! Non eſt lapis pretioſus tam ſplendens in nocte, quantum iſti ſplendent in calamitate. Neſcio igitur vnde proueniat, quod homines non timeant horribile Dei iudicium, & Deum ipſum. Cum Holophernes bellum mouit contra Madian, deſcendit in campos Damaſci, tempore meſsis, & combuſsit ſegetes, atque preſcidit arbores, adeo vt dicat textus quod deſcendit & irruit timor ſuper omnes habitatores D illius regionis: ſi igitur mortalis homo tantum incutit terrorem hominibus: quid putas faciet Deus cum ad iudicandum veniet? An non tibi videtur vtile, timere Deum & eius iudicium, ſiquidem ſi hic timeamus, illic tunc non erit timendum? Imo propter noſtrum commodum maximum, hunc nobis timorem incutit. Cum Saul Philiſtæorum exercitum timebat, iuit ad phytoniſſam, quæ inuocabat dæmonem, Deus autem noluit vt egrederetur dæmon ſub nomine Samuelis, ſed ſpiritus Samuelis, qui dixit, quod ipſe cum filijs & familia perirent cras, qui id dixit vt terreret eum, & comminaretur, cumque nollet, ideo perijt. Vtinam nobis non ita accidat, cum tam parum timeamus Deum.

*Simile.*

*Iudith. 2.*

*Timor dei vtiliſsimus.*

*1. Reg. 28.*

*Timorẽ incutit De⁹ vt conuertamur.*



Quorſum

. Quorſum obſecro Deum non timemus,cum præſertim omnes calamitates huius ſeculi & venti contrarij nil ſint, ſi cum futuris calamitatibus comparentur? (*Iob.19.*) Optimè quidē intellexit Iob dicēs, miſeremini mei,miſeremini mei ſaltem vos amici mei,quia manus domini tetigit me.Cum illi abſtuliſſet filios,bona, & ſalutē, nihilominus tamen dicit, quia manus domini tetigit me,& non vltra:quid obſecro vocas eſſe æternas inferni pœnas, & quando Deus per miniſtros Tartareos furorē ſuum oſtendet? (*Si tēporales timemus pœnas,multo magis timeamus æternas.*) Si ita Deus ſuos tractat,vt vnico tactu ſtatim filios,bona & ſalutem adimat, qualis erit contra inimicos? Eſt quidem timor Dei, ſeptum quoddam animæ: væ illi qui hunc timorem amiſit, & qui iam dormit ad ſonum malæ conſcientiæ,veluti ſomnus alicuius fabri ad ſonitum mallei. Signum eſt perditionis inſtantis niſi timeas, nam iam ſeptum animæ amiſiſti. (*Similitu.*) Non deſtruxit Nabuchodonoſor Babyloniam donec euertit muros: quod flebat Hie. dicens, (*Thre.2.*) tradidit in manus inimici muros turrium eius. Serui quidem Dei ex alijs periculum faciunt. Hoc viſus eſt ſignificare Dauid cum diceret, (*Pſal.57.*) manum ſuam lauit in ſanguine peccatoris: quaſi dicat, bonus corrigitur, videns punitionem alterius. (*Simile.*) Lauare autem manus eſt lauare conſcientiam, & corrigere opera. Quod ſi boni emendantur videntes punitionem malorum, an non multo magis debent corrigi mali videntes punitionem aliorum malorum? Inter alia quidem inſignia quæ vidit Ioann.habere Deum in Apocal. (*Apoc.19.*) illud vnum erat, quod exiret de ore eius gladius vtraque parte acutus. (*Mat.10.*) Gladius quidem regis temporalis vna parte eſt acutus, Cauete autem ab eo cuius gladius ex vtraque parte eſt acutus. Hoc igitur diligenter conſideremus, & timebimus, ac vitam emendabimus. Quod intelligat dæmon quanta bona nobis proueniant ex timore Dei, ideo illum à nobis curat expellere: vnde dixit Euæ, (*Gen.3.*) nequaquam moriemini. Hoc etiam dicebant peruerſi illi ſenes Suſannæ, (*Dani.13.*) videlicet ne timueris,quia nemo ipſos videbat.

(*2.Reg.2.*) In lib. 2. Reg. habetur quod cum Azael frater Ioab perſequeretur Abner, dixit ei Abner: recede, & noli me ſequi, ne compellar confodere te in terram, & leuare non potero faciem meam ad Ioab fratrem tuum. (*Erubeſcamus male agere.*) Si hic verebatur videre faciem Ioab propter hanc cauſam, quanto æquius eſt vt erubeſcamus apparere ante faciem Dei,quem tam ſæpe offendimus? (*1.Eſd.9.*) Eſdras quidem loquendo cum Deo, videnſque & peccata populi, dicebat orans:Deus meus confundor & erubeſco leuare faciem meam ad te. (*Ne ſimus inuerecundi.*) Si hic pro alienis peccatis ita erubeſcebat, quanto



quanto plus debet peccator erubeſcere pro ſuis iniquitatibus? Nos vero non ita agimus ſed nobis quadrat illud Hier. (*Hie.3.*) frons meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Dic obſecro, ſi dū aliquis latro ſuſpenditur, clamatque præco hunc propter tale furtum ſuſpendi, interim audires vocem alterius conquerentis (*Simile.*) quod ſibi pecunia tunc eriperetur, videlicet crumena cum quinquaginta nummis aureis,an non plurimum mirareris impudentiam huius latronis, qui nollet periculum facere ex punitione alterius? (*Mortē timeamus & Deum non offendamus.*) Mirabilius vtique eſt quod videas aliquem mori, qui perſoluit Adæ furtum, propterquod mortem incurrimus, & tamen te nullo pacto refrænes, nec velis abſtinere à peccato, ſed potius dum vides hunc ſuſpendi, ipſe furaris & peccatū committis. (*Simile.*) Verè iam in mundo timor Dei refrigeſcit, adeo vt iam videas Deum minus timeri quam infimum aliquem hominem,ſiquidem ea faciunt multi ante Deum,quæ facere non auderent ante infimum hominem? (*Timorem Dei amiſimus.*)

Tractans hac de re Eccleſi. ait, (*Eccl.27.*) ſi non in timore domini tenueris te inſtanter, cito ſubuertetur domus tua: eſt timor Dei inſtar vermis ſemper rodentis, (*Similitu.*) qui ante oculos nobis ponit periculum in quo verſamur,& obligationem quam tenemus. Huiuſmodi conſideratione vtebatur Abacuc cum diceret, (*Abac.2.*) ſuper cuſtodiam meam ſtabo. (*Simile.*) Felix ille qui huiuſmodi timorem habet in corde fixum.Experientia quidem nos docet quod animalia habentia cornua & pedes fortes atque vngues ad ſe tuendum,non timent ſicut cætera animalia,quæ quod his careant, ſunt timida, vnde quibuſdam ex his dati ſunt veloces pedes ad fugiendū, alijs data ſunt remedia ad tegēdum ſe:his igitur medijs vtūtur propter timorem quo prædita ſunt,& ſeruiunt ipſis armorum loco,ſiquidem alias non poſſunt exercere vires. (*Timorem nobis incutit Deus, vt eius indignationem fugiamus.*) Nos propter peccatum perdidimus fortitudinem gratiæ, & ita ſumus inermes, neque ſuper eſt aliud refugium,niſi vt timeamus,& inde proueniet nobis fuga vitiorum & peccati: ſiquidem ſerui Dei timent. Vnde Iſa. ait, (*Iſai: 15.*) ſolus ſedebam, quoniam comminatione repleſti me. Et ſanctus Iob etſi iuſtus dicebat, (*Iob.31.*) ſemper quaſi tumentes ſuper me fluctus timui Deum. Timent ſancti, quoniam vt ait Luc. (*Luc.12.*) plus ab eo petetur, qui plus habebit, & magis remanet obligatus: nos uero non ſolum non timemus, verum etiam falſam quandam ſecuritatem habemus, quæ neſcio vnde proueniat. Pulchre quidem nobis congruit illud Oſeæ, (*Oſea 9.*) noli lætari Iſrael, noli exultare ſicut populi, quia fornicatus es à Deo tuo, dilexiſti mercedem ſuper omnes areas tritici:Non timeamus

mus mortem , niſi videamus quod ſigillatim nos ſecum aufert E
*Simile.* & abripit tanquam miluuspullos, & ſtatim obliuiſcimur. Aliqui
ſunt fructus qui ſuo tempore maturi producuntur, tales ſunt
*Simile.* qui audientes doctrinam timent, & conuertuntur. Alij ſunt fru-
*Si timor* ctus qui neq; calore nec frigore matureſcunt, nec gelu, nec aqua,
*Dei deeſt,* nec ſunt fructus vtiles, tales ſunt qui amiſſo Dei timore, obſtina
*cætera cor* ti remanent in ſceleribus ſuis,
*ruunt.* *Exclamauerunt.* Sic ipſi præſtare debemus, cum nos vehemen-
ter afflictos, magniſque laboribus tam ſpiritualibus quam cor-
poralibus cernimus oppreſſos. Hoc enim etiam modo feciſſe cõ- F
2. *Pa.* 20. ſtat regem illum Ioſaphat, & ei Deus auxilium præbuit. Cõſide
ra enim quam opportunè & religioſè ſuccurrit ſacerdotibus tẽ
2. *Ma.* 3. pli petentibus de cęlo præſidium aduerſus immane ſacrilegium
quod Heliodorus templo domini inferre conſtituerat. In mentẽ
reuoca quæſo in quod fuerit diſcrimen adductus Abraham cum
pulcherrimam Sarram vxorem ſuam ſibi tulerat Pharao, & ite-
*Gen.* 12. rum rex Abimelech, vt habetur in Gen. Ex quibus omnibus il-
*Gen.* 20. lum magno cum honore & gloria Deus eduxit. Quis quæſo cre
didiſſet Hebræos habituros eſſe ſalutem , quando ex vna parte
iam iam exercitus Pharaonis inſtabat, ex alia mare rubrum op- G
ponebatur , & aditum eis quo aufugere poſſent intercludebat?
*Exod.* 14. ibi tamen remedium opportunũ faciliime inuenit, quo Hebræos
magno cum triumpho & gloria liberauit. Quis vnquam ſuper
eſſe remedium regi Ezechiæ, tam numeroſo atque potenti exer-
citu , potentiſsimi atque arrogantiſsimi Senacherib obſeſſo?
2. *Re.* 18. Verum ſimul atq; manum ſuam tetendit omnipotens, mira faci
2. *Pa.* 22. litate remedium dedit, exercitu omnino diſsipato atq; contrito.
Quis ſibi perſuaderet, vrbem bethuliam, tanto in periculo & diſ
crimine poſitam, liberari poſſe ab exercitu copioſiſsimo ſuperbi
principis Holophernis? Facili tamen negotio ſalutem & liberta- H
tem vrbis Deus inuenit, magno cum dedecore ſuperbi ducis , &
*Iudith.* 13 vitæ eius iactura , atque tyranni Nabuchodonoſor qui eum mi
ſerat, extremis incommodis. Vide etiam quanto ſe in periculo
*Hie.* 26. conſtitutum conſpexit Hieremias , quando ipſum ſacerdotes oc-
cidere parabant, & quando ad principum petitionem iniquam,
eſt miſſus in lacum horrendum & teterrimum. Ex quibus omni-
bus pijſsimus Deus eum facile liberauit.
*Hie.* 38. *Exclamauerunt.* Tribulatio diſcipulos clamare coegit, non eſt
*Hie.* 40. enim ſulphureus puluis qui tanta vi atque velocitate globum
*Simile.* emittat , faciatque eum in altum tendere, atq; calamitas velociſ
ſimo curſu exclamationem & orationem ſurſum emittit & im-
pellit.



A pellit. Narrat Pomponius Mela de quodam fonte exiſtente in *Pompo.*
Cyrenaica prouincia, eum per noctem ferueſcere, per diem autẽ *Mela.*
ex radijs ſolis frigere : ſic plane nos calamitatis nocte affecti, di- *Similitu.*
uino calore ferueſcimus, in proſperis autem , quæ per diem de-
ſignantur , frigeſcimus. Sicut magni piſces non nutriuntur in *Simile.*
aquis fluuiorum dulcibus, ſed in maris vndis ſalſis & amaris: pa-
ri ratione viri illuſtres virtute & præclari , educantur in amari-
tudine lachrymarum & calamitatum. Et ſicut Stella per noctem
oſtendit claritatem ſuam , quæ per diem ſole lucente abſcondi- *Similitu.*
B tur & offuſcatur : ſic in quibuſdam proſperis ſuccedentibus non
enitet virtus , vbi vero tempeſtas atra ingruerit manifeſtatur
& oſtenditur. Quemadmodum in eodem igne aurum purifica-
tur, & paleæ comburuntur , & vna eademque trituratione tri- *Simile.*
ticum expurgatur , & paleæ comminuuntur, & per eundem mo
dum pretioſum vnguentum ſuauem effundit odorem , & cœnũ *Similitu.*
immundum emittit fœtorem: Sic eadẽ prorſus calamitate boni
ſplendent & indicantur, impij autẽ fiũt deteriores & nequiores.
Non certè agricolæ contemptim ſemen ſpargunt, ſed antequã *Simile.*
ſerant, terram ſubigunt & mouent, deinde frumenta mandãt: ſic
C Deus vt verba ſua fructũ faciant in cordibus hominum, tribula-
tionibus & laboribus antea nos premit, vt fructui ferendo para-
tiores reddamur. Lætemur igitur quoties tribulationibus confli- *Tribula-*
ctamur, paratur namq; terra in qua ſeminatum verbum Dei fru *tiones læto*
ctum reddat centuplum. Vnde D. Iac. omne gaudium exiſtima- *vultu ex-*
te fratres, cum in varias tentationes incideritis . Vt enim ſege- *cipiamus.*
tem in agro, pluuias, rorẽ, glacies, pruinas, & tempeſtates , ferre *Iac.* 1.
neceſſarium eſt, antequam matureſcat & fructum ferat : ita ho- *Simile.*
minem fidelem intus & extrinſecus multa pati mala oportet, qui
bus exhauſtis, tempore ſuo fructificet. Vnde idem Iac. ecce agri- *Iac.* 5.
D cola patienter expectat fructus terræ. Sic etiam Pau. de Abrahã
ait, quod longanimiter ferens, adeptus eſt repromiſsionem.
*Aſcendit ad illos in nauim, & ceſſauit ventus.* Quod tẽpeſtas ceſſet *Cũ ingre-*
intrante ſe in naiculã, ſignificat quod cum ingreditur Chriſtus *ditur Chri-*
per gratiam in animam, ſtatim ceſſat tempeſtas peccati, aq; ſuper *ſtus in ani-*
biæ & ambitionis. Item hinc colligas quod Chriſtus ſit vniuerſa- *mã, ſta im*
lis omnium rerũ dominus, nõ ſicut falſi dij cæcæ gentilitatis, quæ *ceſſit tẽpe*
aliũ appellabat Deũ ventorum, alium maris, aliũ terræ , & inter *ſtas.*
ipſos erant bella propter iuriſdictiones, cum alij pluſquã alij vel- *Vanos ha*
lent iuriſdictionẽ excẽdere. Chriſtus igitur apertè oſtendit quod *bebat deos*
ſit dominus terræ, maris, atq; ventorum, cũ omnia ipſi obediãt, *cæca genti*
& omnibus imperet, & in ſingulis miracula faciat. *litas.*

Nota quod idem Marcus nobis narrat quandam aliam tem- E
*Mar. 4.* peſtatem diſcipulorum ante hanc, ſed erat Chriſtus in nauicula ſuper ceruical dormiens, & ideo cum haberent magiſtrum, nō ita territi ſunt: nunc vero vult eos exercere, vt in maioribus poſiti laboribus, non terreantur, & ita iubet ipſos nauim aſcendere, & ipſe remanet ſolus in terra, præcipitq; tempeſtati vt excitetur in mari. *Simile.* Nec mirum, ſiquidem eos ſibi paſtores delegerat, & ideo paulatim exercet in laboribus. Se gerit inſtar inſculptoris, qui poſtquam imaginē incidit aut inſculpſit, eam vento & aeri exponit, ut ſi lignum findi debet, id potius faciat in officina, vbi F rimæ facili negotio reparari poterunt, quæ non ita facilè repararentur ſi imago depicta eſſet & deaurata, atque in altari poſita. *Tentationes permittit Deus.* Sic fragilitates diſcipulorum facilè poterant reparari quandiu in ſchola verſabantur, non ita ſi iam poſiti eſſent in tabernaculo Eccleſiæ. *Simile.* Qui natandi artem docet, ſolet eum quem inſtruit, permittere aliquantulum in aqua ſubmergi, vt ita deponat metum, cumque videt eum in anguſtia poſitum, ſubleuat ipſum, & animum addit: quæ omnia ideo præſtat, vt quando magiſtrum non habeat, nequaquam timeat. *Similitu.* Sic laniſta ſe gerit cum diſcipulo, nam interdum etiam ipſum percutit, & monet vt diligenter ſibi caueat: quę omnia facit, vt in vero certamine nequaquā paueat, ſed G diligenter ſibi attendat ne interficiatur, aut feriatur. *Simile.* Sic auis docet pullos ſuos volitare, primum quidem vna ala, & parum, deinceps vero iam vtraque ala liquidum aerem percurrunt, & extra nidum volant. *Circunſpecte viuamus.* Diſcipuli quidem domini in maximis laboribus verſaturi erant abſente magiſtro, & ideo paulatim in his exercendi erant, vt tandem cum in cælum aſcendiſſet magiſter, fortiſsimi eſſent & conſtantiſsimi: facit eos expertos & idoneos ad verum & legitimum certamen, cumq; ſe occaſio obtulerit. *Simile.* Sic ſe gerit etiam Tribunus militum, nempe ad milites exercendos ſolet interdum repente canere claſsicum, cum magis imparatos videt H milites, vt ita experiatur diligentiam & animum cuiuſq;, & quomodo ſinguli ad ſuas ſtationes confugient. *Simus ſemper parati ad tentationes.* Ita Chriſtus modo ſinit diſcipulos verſari in his laboribus, & grauiores eos reddit quam priores: nam illic interdiu, hic vero noctu inuadit tempeſtas: illic parum durauit, hic vero per totam noctem fuit laborātes in remigando: *Mar. 4.* illic cum ipſis erat, hic vero abſens: illic nō viderunt phantaſma quo terrerentur, hic vero vident: deniq; grauiores præbet labores. Et nota quod quando arbitrabantur ſe magis in periculo verſari, & cum vident phantaſma, tunc propinquius erat ipſorum remedium. Sic videmus quod Petrus vidēs

Ieſum.



A Ieſum, ſe demerſit in mare, & ibat natando ad ipſum, ſed cum iam cæpiſſet mergi, adeo prope fuit remedium vt Chriſtus manu eum apprehenderet, diceretq;, modicæ fidei, quare dubitaſti? *Matt. 14* Noli igitur tu in laboribus diffidere aut animo cadere, quin potius quo magis te oppreſſum videris, magis confide de auxilio iam iam inſtāti, ſiquidem Deus ad illum vſq; articulum vult differre remedium, vt pluris illud facias & æſtimes. *Similitu.* Sinit Deus vt homines vtantur remedijs naturæ, & artis in his rebus infimis, cumq; intelligitur hæc non proficere, nec ſufficere humanam di- B ligentiam, tunc interponit autoritatem ſuam & potentiam: *Simile.* ſicut facere conſueuerunt aliqui medici, vt ſcilicet nolint ad infirmum viſitandum accedere, niſi prius maxime vrgeat infirmitas, vt ita eorum ſcientia & induſtria magis cognoſcatur: imo interdum ſolum eunt, cum iam à reliquis medicis derelictus eſt infirmus. *Similitu.* Sic etiam multi celebres aduocati, nolunt cauſæ alicuius patrocinium ſuſcipere, niſi cum iam vident eam prope modum periſſe, & clientem iam fere cauſa cadere: tunc ſiquidem ipſi oſtendunt quanta polleant eruditione, quantamq; habeant induſtriam ad cauſam ipſam inſtaurandam & recuperandam.

C *Ceſſauit ventus:* Tempeſtates quidem ſeruorum Dei pulchrum ſortiuntur & felicem finem. Vide enim quomodo Deum timuerint, qui in eadem naui cum Iona propheta erant. *Ionæ. 1.* Vide etiam, *Ionæ. 3.* anguſtia Niniuitarum quam felicem habuerit exitum, propterea quod ipſi Niniuitæ pœnitentiam egerunt, atque etiam Deū optimum maximum timuerunt.

## SABBATHO POST CINERES.

## CONCIO SECVNDA.

D

*Præſentem ſemper habeamus Deum.*

CVM *ſero eſſet factum, erat nauis in medio mari, & Ieſus ſolus in terra.* Marci. 6. Abſentia quidem Chriſti cauſa fuit quod tantam tempeſtatem paterentur diſcipuli per totam noctem; & hæc etiam eſt cauſa noſtrorum laborum ſpiritualium, non quod ipſe ſemper præſens non exiſtat etiam his quæ cogitamus, ſed quia ita ipſum obliuiſcimur, vt videatur nobis longiſsime abeſſe, & ea quæ facimus non conſiderare. *Conſideremus quod Deus ſemper nos intuetur.* O ſi conſideraremus quod ſemper contuetur Deus noſtras cogitationes, quam circunſpectius viueremus! ſed tamen

 hoc

hoc obliuiſcimur , & propterea in tot abſurda incidimus. Iuſtũ E
*Obliuiſci-* ſane iudicium Dei eſt, vt quoniam Deum fingũt obliuiſcentem
*tur Deus* & procul ſtantem, itẽ ſurdum, & cæcum, & mutum, etiam ipſos
*obliuiſcen* de ſerat ac ſi cæcus & ſurdus eſſet. Quod ſignificauit Apoſ. cum
*rem ſe.* ait, & ſicut non probauerunt Deũ habere in notitia, tradidit il-
*Roman.* 1. los Deus in reprobum ſenſum, vt faciãt ea quæ nõ conueniunt,
repletos omni iniquitate & malitia, fornicatione, auaritia, nequi
tia, plenos inuidia, homicidijs, contentione, malignitate, ſuſur-
rones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, ela-
*Multa ſe* tos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, abſq; fæ- F
*quũtur in* dere, ſine miſericordia. Annon hæc tibi omnia videntur vndæ,
*commoda* procellæ ac tempeſtates animæ ac conſcientiæ quæ Deum habet
*quod Dẽũ* abſentem? Quod ſenes illi ante oculos ſuos Deum non habue-
*nõ habea-* runt, tria incurrerunt incommoda, nam vt ait textus, euerterunt
*mus præ-* ſenſum ſuum: item declinauerunt oculos ſuos vt nõ viderẽt cæ-
*ſentem.* lum: & deniq; non recordabantur iudiciorum iuſtorũ : vide igi-
tur in quanta caderent præcipitia, qui tãtã haberẽt cæcitatẽ. Nõ
*Danie.* 13. equidẽ tot mala committeremus, ſi Deum ſemper nobis præſen
tẽ cõtueremur. Quis enim eſt tã perfrictæ frontis latro, qui ante
*Simile.* iudicẽ auderet furari & deprædari? Quare cõſiliũ Apoſ. ample- G
ctamur, qui ait, ſiue vigilemus, ſiue dormiamus, ſimul cũ illo vi-
1. *Theſ.* 5. uamus, id eſt Ieſu Chriſto: conſideremuſq; ſemper nobis adeſſe
præſentem. Hoc quidem Dauid conſiderabat cũ diceret, & om-
*Pſal.* 118. nes viæ meæ in conſpectu tuo. Ideo Deus adeſt nobis, vt circum
ſpecte viuamus. Hoc percontabatur Iob à Dño cũ diceret, qua
*Iob.* 7. re me poſuiſti cõtrariũ tibi, id eſt corã te? Quaſi diceret nõ hoc ſi
ne cauſa factũ eſt, quin potius vt circunſpecte viuam, neq; me in
peccata præcipitem, idcirco enim ſemper es coram me.
*D. Bern.* Itaq; in omni loco & angulo ſemper Deum præſentem habea
mus, vt ait Ber. & non audeas corã illo facere, quod me præſente H
*Cant.* 2. nõ auderes. Ipſe enim ſtat poſt parietẽ noſtrũ, reſpiciẽs per fene-
ſtras, proſpiciẽs per cãcellos. Quid eſt autem poſt parietẽ ſtare, &
per cãcellos proſpicere, niſi ita alios videre, vt ipſe tamẽ qui vi-
*Simile.* det, ab illis minime videatur? Hoc autem modo videt ille, qui
peccata noſtra per prophetam Iſaiam improperans ait, ego ta-
*Iſa.* 57. cens, & quaſi non videns, & mei oblita es. Sed is tamen quem
putamus non videre, alibi etiam ait, & faciebatis malum in ocu
*Iſa.* 65. lis meis: & ego ſum iudex & teſtis dicit Dominus. Quare in ope
*Hier.* 29. ribus & cogitationibus noſtris exiſtimemus Deũ nobis eſſe præ
ſentem, & demus operam nequid in dignum oculis tantæ maie-
ſtatis præſtemus: neue qui rationales a deo cõditi ſummus, pudo
re &



A re & verecundia ab elephantibus ſuperari videamur. De his au-
tem ſcriptũ eſt, ꝙ cũ prolis propagationi dant operã, conſpectus *Elephas*
hominũ fugiãt, & forte interuenientẽ occidãt. Inter varia mora *vere cũd.*
lis Philoſophiæ documẽta, nõ poſtremũ obtinet locũ quod Sene
ca tradit his verbis, aliquis vir bonus nobis eligẽdus eſt, ac ſem-
per ante oculos habendus, vt ſic tãquã illo præſente viuamus, & *Seneca ad*
omnia tãquã illo vidẽte faciamus. Hoc mi lucili, Epicurꝰ præce- *Luci.*
pit, cuſtodẽ nobis & pędagogũ dedit, nec immerito, magna pars
peccatorũ tollitur, ſi peccaturis teſtis aſsiſtat. Quẽ habeat animꝰ
B quẽ vereatur, cuius authoritate etiã ſecretũ ſuũ ſanctius faciat. ô *Epicur.*
felicẽ illũ, addit Seneca, qui nõ actus tãtũ, ſed etiã cogitatus emẽ *Repræſen*
dat! ô felicẽ qui ſic quẽ vereri poteſt, vt ad memoriã quoq; eiꝰ ſe *temus no-*
cõponat atq; ordinet! qui ſic quẽ vereri poteſt, cito erit ipſe ve- *bis aliquẽ*
rẽdus Elige itaq; Catonẽ; ſi hic videtur tibi nimis rigidus, elige- *virũ gra-*
remiſsioris animi virũ, læliũ: elige eũ, cuius tibi placuit & vita & *uẽ qui vi-*
oratio, & ipſius animũ ante ferẽs, & vultũ illum ſemper tibi oſtẽ *deat quæ*
de vel cuſtodem, vel exẽplum. Opus eſt inquã aliquo, ad quẽ mo *facimus.*
res noſtri ſe ipſi erigant, aliter ad regulam, praua non diriges. *Compona*
Hactenus ille. Sed tamẽ quanto præſtantior eſt regula, Chriſtus *mus cogi-*
C Dñs ante oculos noſtros poſitus, & intra nauiculã concluſus mẽ *tationes*
tis noſtræ, ne in ipſa excitentur tempeſtates nos excæcantes, at- *noſtras &*
que in profundum vitiorum gurgitem dilabamur? *opera, quã*
Quod noſtræ prauitatis cauſa ſit, quod fingamus Deũ longe *do judẽ*
à nobis eſſe, aperte propheta teſtatur dicẽs, nõ eſt Deus in cõſpe *nos Deus*
ctu eius, inclinatæ ſũt viæ illius in omni tẽpore. Vnde videmus ꝙ *intuetur.*
ſeruus ille malus, vt ait Matt. dicebat, morã facit Dñs meꝰ venire *Pſalm.* 9.
& ita multa abſurda cõmittebat propter huiuſmodi cõſideratio *Mat.* 24.
nẽ. Neſcio plane quo fundamento nitantur homines qui exiſti-
mant eorum ſcelera, Deo eſſe abſcondita, ſi quidẽ Hie. ait, cælũ *Hiere.* 23.
D & terrã ego impleo. Nõ poſſum mihi perſuadere quod quamuis
mali ſint, ſibi in animum inducãt Deũ ſua non videre. Verunta-
men eſt dæmõ vſq; adeo aſtutus pictor, vt illis depingat Deũ lõ
giſsime abſentẽ, neq; eorũ ſcelera vidẽtẽ: dicitq; illud Pro. Veni *Prouer.* 7.
te inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus, donec il
luceſcat dies, non eſt enim vir in domo ſua, abijt via longiſsima:
ſacculum pecuniæ ſecum tulit. Ita vult fallere dæmon malos di- *Aſtutia*
cens quod peregre abeſt, & quod multam tulit pecuniam *Dæmonis.*
ad negotiandum : ſic igitur malus conſilium dæmonis ſequi- *Similia.*
tur. Et vt ait ſapiens, quaſi bos ductus ad victimã, & quaſi agnus *Proue.* 7.
laſciuiẽs, & ignorãs quod ad vincula ſtultꝰ trahatur, donec tran- *Simile.*
ſigat ſagitta iecur eius, vel ſi auis feſtinet ad laqueum, & neſcit
quod

E quod de periculo animæ illius agitur. Quod cum improbi homines non aduertant, longiſsime illum putantes abeſſe, ſine vllo timoris fræno in omnia ſcelera prolabuntur. Quod aperte Dominus per Iſa. ſignificauit cum ait, in multitudine viæ tuæ laboraſti: ſubditq; huius pertinaciæ cauſam dicens, quia ego tacens, & quaſi non videns ait: quia cum clariſsime omnia videat, ab improbis tamen quaſi non videns contemnitur. Hoc igitur timore ſublato, quid ſupereſt niſi vt effrænata mente homines in omnia flagitiorum genera, cupiditate ſtimulante, & nullo fræno prohibente rapiantur? F Quid ergo iam efficacius peccata noſtra deſtruere poteſt & debet, quam Dei perpetua nobiſcum præſentia? Quæ etenim vxor quæſo coram oculis viri adulteriũ committere audeat? quæ anima Chriſto præſente adulterium cum fœdiſsimo dæmone vel cogitare non erubeſcat?

*Iſa. 59.* — *Mali ſibi perſuadēt quod à deo non videantur.* — *Simil.*

*Labores Deus moderatos dat.*

ERant diſcipuli intra nauiculam fatigati præ tempeſtate & remigatione totius noctis, dicitq; Euangelium quod vidit eos Chriſtus laborantes in remigando. Vnde colligas quod Deus pō- G deret & contempletur labores noſtros, ne excedāt vires noſtras, & oneri ſuccumbamus. Cum medicus iubet alicui debili venam ſecari, iubet etiam vt non excedatur in ſanguinis emiſsione: ſic vtiq; ſcito labores immiſſos nobis eſſe inſtar ſanguinis emiſsionis, & ita Deus vult haberi rationem ſubiecti. Vnde videmus quod etſi patientiſsimus eſſet Iob, nihilominus tamen præcepit Deus dæmoni chirurgo ne nimium ſanguinē funderet, cum ait: extende paululum manum tuam, & ita ſe viribus accommodauit: ſic Baptiſta tētatus eſt tanquam ſanguinis emiſsione, de monarchia & dignitate Meſsiæ. Abraham etiam qui robuſtus eſt, H magnam paſſus eſt ſanguinis emiſsionem, cum ſibi dictum eſt vt ſacrificaret filium proprijs manibus. Item robuſtiſsimæ omnium matri ſuæ vt magis mereretur, conceſsit vt videret mortē vnigeniti ſui. Itaq; diſtribuit Deus labores pro ratione viriū vniuſcuiuſq;, imo minus dare ſolet. Vnde Apoſ. ait, fidelis Deus qui non patietur vos tentari ſupra id quod poteſtis, ſed faciet etiā cū tentatione prouētū, vt poſsitis ſuſtinere. Vnde colligas quam puſillanimes ſimus, ſi quidem ex rebus nullius momenti & tentationibus ac laboribus leuibus ita triſtamur & conquerimur, ac ſi laminis candentibus totum corpus noſtrum vreretur: vel ſi totam familiam, cum coniuge, & liberis, boniſque omnibus amitte-

*Ponderat Deus noſtros labores vt præmietur ipſos.* — *Simile.* — *Labores Deus immittit pro ratione virium.* — *Iob. 1.* — *Ioan. 1.* — *Gene. 22.* — *Ioan. 19.* — *1. Cor. 10* — *Modicā habemus nos patientiam in laboribus.*



A amitteremus, aut nos ipſos barbari captiuos ducerent. Cæterũ intellige quod ſicut rubo tantam Deus virtutem dedit, vt arderet & non combureretur, ſic vtiq; tecum ſe gerit Deus in laboribus, vel augendo tibi vires vt ſuſtineas, vel minuendo labores, vt poſsis eos tolerare. Sic ergo cum his diſcipulis ſe gerit modo, contemplatus eorū labores in remigando. Hoc voluit ſignificare Dauid cū ait, nō relinquet Dominus virgam peccatorum ſuper ſortē iuſtorum: ſubditq; cauſam dicēs, vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas. Non eſt Deus inſtar pharaonis, qui præcipiebat ne darentur paleæ hebræis ad lateres decoquen- B dos, ſed vt ipſi colligerent, & nihilominus opus idem abſolutum darent.

*Exod. 3.* — *Pſal: 114.* — *Diſsimile* — *Exod. 5.*

Noli cadere animo in laboribus, ſiquidem qui mare cohibet ne terram inundet, etiam poterit cum te ſemper contueatur, efficere ne labores cōtra te præualeant. Hoc voluit ſignificare Iob dicens, circundedi illud terminis meis, & dixi vſq; huc venies, & non procedes amplius, & hic confringes tumentes fluctus tuos. Queritur Deus apud Hier. quod tācito laboribus ſuccumbamus & parum in Domino confidamus, dicitq; quorſum non confiditis in nomine meo, qui poſui arenam terminum mari, præceptū C ſempiternum quod non præteribit, & intumeſcent fluctus eius, & non trāſibunt illud: populo autē huic factum eſt cor incredulum & exaſperans. Sic ſolet Deus, ait Aug. cohibere labores ne vires noſtras excedant, neque nos opprimant. Sic videmus quod ſi nos vrget dolor in aliqua infirmitate, ſtatim alleuationē aliquam ſentimus: ſiquidem cum Deus nos contueatur, manū ſuam remittit. Quæ cum ita ſint, patienter ſuſtineamus labores & alacri vultu, atq; ſi opus fuerit, ipſis obuiā procedamus ſiquidem quamuis putent de nobis victoriam obtenturos, nobis tamen victas porrigent manus. In cuius rei figuram, cum leo ir- D rueret in Samſonem vt eum interficeret, occurrit ipſi Samſon virili animo leonem interfecit, ac poſtmodum manducauit de ſuauiſsimo melle in ore illius genito. Inuoca igitur Deum vt tibi faueat, Propterea enim te contuetur vt ad ipſum clames, ſicut conſtat ex hodierno Euangelio. Vnde Dauid ait, tu laborem & dolorem conſideras.

*Hiere. 5.* — *Prouer. 8.* — *Iob. 38.* — *Hiere. 5.* — *D. Aug.* — *Simile.* — *Occurrit Deus in maioribus neceſsitatibus noſtris* — *Iudic. 14.*

Quod Chriſtus ex litore ipſo contueatur nos in mari remigantes, ideo eſt, ne labores & calamitates ita nos vrgeant, vt ad euadendum, debeamus Deum offendere. Longe aliter ſe habent in eiſdemmet laboribus, boni ac mali: ſiquidem mali ita ipſos labores accipiunt impatienter, vt ſibi videatur quod compellan-

*Pſalm. 9.* — *Diſsimile*

tur

tur aliquid contra Deum agere:ſed tamen ſerui Dei, etſi eoſdē E
patiantur labores,non tamē poteſt dæmō hoc perſuadere, quin
potius ſemper ſperāt quod Deus qui ipſos agonizātes cōtēplāt
eorū labores cōpēſabit,& grauiores nō addet quā pro viribus.
*Orig. in Geneſ.* Hoc ſignificatū habemus in Gene.iuxta Orige.cū agitur de fame
quā patiebātur Aegyptij,& quā patiebant hebræi in terra Cha
naā ſi quidē etſi vtriq; famē paterētur,tamē diuerſa ratione hi
*Gene. 41.* atq; illi ſe habebāt.De fame ſiquidē Aegypti dicitur, nā & illos
oppreſſerat fames,& quod hæc fames quotidie creſceret: cum
*Gene: 42.* autē de fame hebræorum agitur,dicit duntaxat, erat autem fa F
mes in terra Chanaam: vtriq; ergo famē patiebantur,ſed Ae-
gyptij erant magis oppreſsi,id eſt puſillanimes erant tāquā ma-
li,& minus in Domino confidebant , atq, idcirco plus à labori-
*Pſal.124.* bus opprimebantur.Quāuis igitur verum ſit quod iuſti labores
multos patiuntur,nihilominus tamen cum in Domino confi-
dāt,ipſe dat eis vires,vt non extēdāt ad iniquitatem manus ſuas
nec ſolū eos fouet ne ipſum offendāt,verū etiā tātū præbet auxi
*2.Cor.11.* liū vt hilari vultu labores ſuſtineāt.Sic enim in laboribus lætaba
tur Apoſ.cū diceret,in labore & ærumna , in vigilijs multis , in
fame & ſiti,in frigore & nuditate: vnde igitur boni occaſionem G
*Orige.* ſumunt lætitiæ,mali accipiunt occaſionē triſtitiæ & ruinæ ſuæ.
*Gene. 12.* Idem etiam obſeruat Orige.circa illam famē quæ fuit tempore
Abrahæ,cum enim poſſet ſcriptura dicere,deſcēdit Abraham in
Aegyptum,quia inualuerat fames ſuper eū; ait tamē , inualue-
rat fames ſuper terrā.Nullus igitur debet ſibi perſuadere quod
patiatur Deus labores ipſos eo deuenire, vt cogātur offendere
*Excuſationes malorū non admittit de⁹* Deum: Vnde colligas falſas eſſe quorundam excuſationes in
furtis , vel malis contractibus cum dicunt neceſsitatem eos
compellere , tum etiam malarum mulierum,quæ dicunt neceſ
ſitate compulſas in vitium carnis lapſas eſſe:non enim tantam H
habent vim labores vt id faciant , quin nec poterunt tibi au-
ferre diuina obſequia.Sic enim carceres non potuerunt ita cō-
primere Baptiſtam , quin ad Chriſtum mitteret diſcipulos.
*Exemplū* Neque Paulum vincula ita conſtrinxerunt , quin per vniuer-
ſum terrarum orbem epiſtolas ſuas doctiſsimas mitteret.
*Exemplū* Hoc proprium eſt eorum , qui vere & ex animo ſeruiunt Deo
nullis afflictionibus deterreri, ne ea dicant & faciant , & tra-
ctent , quæ ad gloriam Dei pertineant : ſiquidem propterea
eos ſemper contuetur Deus remigantes , quod maximo nobis
ſolatio eſſe debet.

Hoc etiā ipſum quibuſdā ſimilitudinibus manifeſtari poteſt:
nam ſi



A nam ſicut curæ eſt infectori non diutius lanam relinquere vel
pannum in aheno,quā ſatis ſit ad colorem imbibendum & con- *Simili.*
cipiendū:& pharmacopolæ ne diutius decoquatur medicamen
tum,quā certus quidam gradus,perfectioq; poſtulet , qui & ſæ-
piſsime illud voluit & reuoluit, experiturq;nū debita contem
peratione,ſuiſq; numeris omnibus abſolutum ſit, tuncq; ſtatim *Magnæ cura eſt Deo ne laboribus penitus opprimamur*
illud ab igne ſubmouet:& deniq. mulier non diutius panes in-
clibano deſerit,quā ſatis eſſe videat vt coquātur, illoſq; ſæpe &
ſæpius digito tenteat, nū cōcocti probe ſint:ita profecto firmiſsi
B me credere quiſq; debet,magnæ Deo optimo maximo curæ eſ-
ſe,ne nos labores diuexēt atq; diſcruciēt vltra quā ſuſtinere poſ
ſimus,& vltra quam ſaluti noſtræ videat expedire:ſi quidem nō
eſt infector qui tantā de lana ſolicitudinē gerat , nec pharmaco-
pola qui ita ſolicitus ſit de compoſitione & decoctione pharma *Exemplū*
ci:nec mulier quæ tā anxia ſit de panis cōcoctione,ſicut De⁹ no
ſtrę ſalutis ſolicitus eſt,ne ſcilicet nimia remigatione opprima-
mur.Sic videmus quod dura illa ſeruitus Babylonis hebręorum
nō potuit ipſos in obliuionē Dei adducere, imo potius patien-
ter propter Deū eā captiuitatē ſuſtinebāt , & tametſi pauperes
C eſſent,pinguē eleemoſynā curarūt,quā mitterēt ſacerdotibus in *Baruch.1.*
Hieruſalem, vt habetur Baruch 1.& eā offerrēt, ſimulq; hāc epi
ſtolā miſerūt dicentes;ecce miſimus vobis pecunias , de quibus
emite holocauſtomata,&th⁹,& facite māna,& offerte ꝓ peccato
ad gloriam Dñi Dei noſtri,& orate pro vita Nabuchodonoſor *Hilari vultu excipiamus labores à deo immiſſos.*
regis babylonis,& pro vita Balthaſar filij eius, vt ſint dies eorū
ſicut dies cæli ſuper terrā,& vt det Dñs virtutē nobis,& illumi-
net oculos noſtros,vt viuamus ſub vmbra Nabuchodonoſor re
gis Babylonis,& ſub vmbra Balthaſar filij eius & ſeruiamus eis
multis diebus,& inueniamus gratiā in conſpectu eorū. Vide quā
D libenter captiuitatem ſuſtinerēt,vt oblationes pro dominis ſuis
qui eos captiuos habebant,offerrent, & cognoſcebāt quod iu-
ſte in captiuitate detinerentur , ſiquidem dicebant , & pro no- *Oremus pro perſecutoribus noſtris.*
bis ipſis orate ad Dominum Deum noſtrum, quia peccauimus
Dño Deo noſtro. Hæc omnia proueniebāt, quod Deus præſens
adeſſet eorū laboribus,& ipſis cōpateretur,atq; labores tempe
raret vt poſſent eos ſuſtinere ne ipſum offenderēt. Idē etiā præ
ſtabit cū vnoquoq; noſtrū ſi velimus nos rite diſponere,& labo
res dabit pro ratione viriū. Siquidē peritus frænorū artifex,iux
ta cuiuſq; eq naturam & ingeniū,frænū ipſum cōficit, ſiue leue
ſiue acre:ita clementiſsimus pater nouit quo qſq; egeat fræno, *Simile*
quibus opus habeat afflictionib⁹ & ærūnis, vt tandē reſipiſcat,
& ad

& ad meliorem redeat frugem, id circo enim contuetur laboran E
tes in rëmigando.

*Contradictiones multas patitur virtus.*

*Labores ſuſcipiēdi vt poſſimus tandē Deo frui:*

HVnc laborem diſcipulorum dicit ſanctum Euangelium cau-
ſari eo quod ventus eſſet ipſis contrarius. Tota quidem vi-
ta Chriſtiani eſſe debet labor & remigatio ad virtutes acquiren
das, & vt perueniat ad portum ſalutis & perfectionis culmen. In F
qua quidem re ſibi perſuaſum habere debet non defutura im-
pedimenta & contradictiones, ventoſq; contrarios, cōtra quos
ſemper remigare debet: ſiquidem non modo inueniuntur qui
viam virtutis impediant, ſed etiam multi ſunt qui viam perditio
*3. Reg. 22.* nis patefaciant, ſicut faciebāt quadraginta illi Prophetæ, Achab
regi ſuo. Si virtutem ſequeris, mirantur quaſi nouum aliquid &
*Pſal. 136.* inauditum. Si aliquid fiat mali, ſunt multi qui id defendant: va-
ſtantibus quidē Chaldæis Hieroſolymam, Idumæi incitabant il-
los, & dicebant illis quidem. exinanite, exinanite vſque ad fun
damentum in ea. Mundus ſi ab eo deficias, ſi mores eius non ſe-
*Mali carpunt bona & reprehendunt.* ctaris, ſi illius leges & præſcripta contēnas, inclamat protinus, G
accuſat, perſequitur. Non debemus id curare, ſed proſequamur
bona cæpta. Cur enim mundi vocibus fidem adhibere, aut ab in
ſtituto pietatis curſu reuocari debeamus? annō eius teterrima
*Ioan. 18.* vox fuit, non hunc, ſed Barrabam? Has ergo voces omnes velut
*Simile.* Syrenum cantus, ſurda aure tranſire debemus. Annon videtis
*Detractores flocci pendamus* generoſum canem, cū in viam pergentem, catelli hinc & inde
ob latrantes, & morſu minantes inſequuntur, quomodo is con-
tra nec obluctatur, nec oblatrat, nec aſpicere eos quidem digne
*Simile.* tur? Quam ergo magnanimitatem irrationale animal præſtat,
hanc & ratio, & fides, & pondus diuinæ autoritatis, non præſta- H
bit, quod voces illas damnat? officium mundi eſt eos inſectari,
qui non probant quod ipſe facit. Quemadmodum vinolenti ho
mines facere ſolent, qui iniuriæ loco ducunt, ſi in compotationi
*1. Reg. 17.* bus ſuis à vino abſtinere velis, antiquum eſt in orbe hoc vitium.
Audiens enim Dauid Goliath blaſphemaſſe, ibat vt honorem
Dei propugnaret, quod videns Eliab frater eius, arguebat eum
*2. Reg. 6.* & dicebat: quare veniſti, & quare dereliquiſti paucula oues il-
las in deſerto? Ego noui ſuperbiam tuam, & nequitiam cordis
*1. Eſd. 4.* tui. Eodem modo Michol Dauidem deludebat ante arcam Do-
mini ſaltantem Tū 1. Eſdræ ſcribitur. Quod populus terræ impe
diebat populū Iudæ in ędificādo, quia moris eſt populi terreni,
iuſtorum



A iuſtorum ōmnēs conatus impedire. Sic videmus quod prophe-
ta Amos cum mādaret illi Deus vt prædicaret populo deuaſta- *Amos. 7.*
tionem propter eorum peccata immittendam, & captiuitatē
Syriæ, executioni mandans hoc propheta, ſtatim inuenit qui ip
ſi contradiceret, ſicq; venit ad eum ſacerdos Amaſias, dixitque: *Amaſias.*
qui vides gradere, fuge in terram Iuda, & comede ibi panē, &
prophetabis ibi, & in Bethel non adijcies vltra vt prophetes, & *Ozias.*
cum vellet id facere, grauiſsime verberatus eſt ab Amaſia, & ab *Prolo. 3.*
ozia filio qui ſequebatur veſtigia patris peſsimi fuit morte affe- *in Pro.*
B ctus & ſemiuiuus ſe cōtulit ſanctus propheta ad patriam vt ibi *Amos.*
moreretur, ſicut inuenietur in tertio prologo eiuſdem vatis. Ne
q; hoc eſt nouum ſuſtinere bonos cōtradictiones in bonis ope- *2. Timo. 4.*
ribus. Vnde Apoſ. conquerebatur dicens Timotheo diſcipulo:
Alexander Aerarius multa mala mihi oſtendit, reddet illi Do-
minus ſecundum opera eius, quem & tu deuita, valde enim
reſiſtit verbis noſtris. Cum Magdalena effudiſſet pretioſum vn- *Matt. 26.*
guentum ſuper Chriſtum, ſtatim fuit qui murmuraret de tā bo-
no opere, dixitq; vt ſcribit Matt. vt quid perditio hæc?

Non ſolum iter virtutis habet contradictiones & difficulta-
C tes ex parte malorum, qui curant virtutem impedire, ſed etiam
ipſa virtus eſt difficilis, & difficulter eā proſequimur. Non debe- *Exemplū*
mus nobis perſuadere nos ſine laboribus Dei obſequia præſtitu
ros, ſiquidem videmus noluiſſe dauidem offerre ſacrificiū Deo,
quin prius locum vbi offerret emeret, & boues ſacrificandos, &
ligna quibus ſacrificarentur, etſi gratis ei daret Iebuſæus, vt ha
betur 2. Reg. vt intelligeremus quod quanto carius hæc compa *2. Re. vlt.*
raremus, tanto plenius fierent. Hoc etiam ſignificauit Apoſ. Scri
bens Corinthijs, cum ait, vnuſquiſq; propriam mercedem reci- *1. Cor. 3.*
piet ſecundum ſuum laborem. Et Philip. ait, vobis donatum eſt *Phili. 1.*
D pro Chriſto non ſolum vt in eum credatis, ſed vt etiam pro illo
patiamini. Oſtendit Deus Hebræis vt habetur in lib. Num. in in *Num. 13.*
greſſu terrę promiſsionis, terribiles gigantes, vt intelligeremus
difficultates & ventos contrarios qui ſe offerūt in acquiſitione *Virtus habet contradictiones.*
virtutis, & in ſuperandis vitijs atq; fugandis, vt tandem perue-
niamus ad veram promiſsionis terram, id eſt ad cœlum Etſi
enim aliud non eſſet niſi labor quem ſecum trahit noua virtu-
tis exercitatio, eſt ſane difficilis toleratu: ſiquidem initio ſolet
virtus eſſe difficilis & quodammodo inuincibilis Vnde in ſa-
cra ſcriptura virtutes dicuntur ornamenta & veſtimenta; in
Prouer. enim dicitur fortitudo & decor indumentum eius. Et *Simile.*
alibi dicitur, ſtragulatā veſtem fecit ſibi: hæc eſt virtus charitatis, *Proue. 32.*
Aa quæ

quę veſtis multas habet fimbrias, ſiqdē nullus in hac vita habet E
continuatā charitatē, quādoquidē ſaltē quādo dormit nō amat
*Ioann.*19. Solus Chriſtus habuit continuatam,& ita eius veſtis erat incon-
*Simile.* ſutilis, vt ſcribit Ioannes. Virtus quando incipit exerceri, eſt ve-
luti veſtis noua, quæ initio moleſtare ſolet, & corpus premere:
Thorax quidem, caligæ, tunica, & calcei, initio ſolent moleſtiā
exhibere, at paulo poſt, quia pannus ipſe porrigitur & coriū, tū
*Virtutes ſi* etiam fimbriæ egregie diſponuntur, facile veſtes ipſæ quæ initio
*exerceantur,* nos comprimebant, tolerantur: ſic vtiq; virtutes ſe habent, nam
*facilio* poſtquam eas exercuimus ſæpe, & ad exercitationem aſsi- F
*res reddū* duam reuocauimus, facili quidem negotio ad vſum redigun-
*tur.* tur & applicantur, quæ tamen initio intractabiles videbantur,
vixq; poſſe vnquam ad exercitationem & frequentationem tra-
duci & reuocari.

## SABBATHO POST CINERES.

## CONCIO TERTIA.

C*Vm eſſet ſero factum, erat nauis &c.* Marci. 6. Mat. 14. G
Poſt miraculum panum cum vellent Chriſtum re-
gem facere, fugit humanos honores, & ad orandum
acceſsit, vt nobis exemplum daret, quod huc debea-
*Oratio ſecurus portus.* mus accedere in proſperis & aduerſis tam ſpiritualibus quam
corporalibus. Ante paſsionem orauit Chriſtus in horto: & an-
*Dignitates humanas fugiamus.* tequam ad cælos aſcenderet, orauit, dicens, clarifica me pater.
Fugit dominia, qui eſt omnium Dominus, & nos inhiamus mū-
danis dignitatibus, cum tamen nequaquam ſimus ad eas idonei.
Dominium quidem omnium proprie eſt Dei, Dominium autem
*Gen.* 1. quod venit homini, vt habetur in Gen. eſt ſuper animalia. H
Diſcipuli quidem in conuiuio maximam ceperunt delectatio-
*Non eſt ſecuritas in hac vita.* nem, nunc vero oritur ipſis hæc tempeſtas: ſic ſunt mutationes
rerum mundanarū, cum enim tibi aliquid proſperum ſuccedit,
iam debes te ſtatim præparare ad rem aduerſam tolerandam: ſi-
*3.Reg.*19 mulatq; inuitauit Deus Eliam ad panem & aquam, ſtatim di-
*Act.* 9. xit ei: ſurge, quaſi dicat, non exiſtimes quod otioſus panē come-
*2.Cor.*12. dere debeas, longa reſtat via. poſtquam Apoſ. raptus eſt vſque
ad tertium cælum, vide quot ei contigerint labores, nam heri in
cælo, & hodie in ſporta.
*Cum ſero eſſet.* Miraculum panum præſtiterat, & poſt retrahi-
*1. Tim.* 1. tur ad orandum vt gratias ageret patri, vt etiam nos ſi aliquid
boni



A boni præſtiterimus, dicamus: ſoli Deo honor & gloria. Itē te de-
cet laus & honor Domine. Quando aliquid boni facimus, ſtatim
ſolent accidere vanæ preſumptiones, tanquam importunæ *Geneſ.* 15.
aues ad ſacrificium, vnde oportet eas abigere baculo oratio-
nis, ſicut faciebat Abraham.
*Erat nauis in medio mari.* Quod omnes parum de Deo & cæ-
leſtibus rebus guſtent, inde fit vt homines velint alijs imperare.
Arbores quidem frugiferæ noluerunt regnare ſuper alias arbo- *Iudicū.* 9.
res, niſi rubus inutilis. Non eſt hoc tempus honorum concilian-
B dorum & delectationum, ſed tantum debemus ſubire nauem pę-
nitentiæ donec veram victoriam comparauerimus. Iudas Mach. 1. *Ma.* 4.
inhibebat militibus ſuis ne aliquod acciperent ſpolium, donec *Iob.* 7.
victoriam reportaſſent omnino: cum igitur militia ſit vita homi- *Ioan.* 6.
nis ſuper terram, delectationes hic miſſas faciamus & honores,
vt in cælo percipere mereamur. Obtulit ſe Chriſtus libenti ani-
mo opprobrijs & morti, & tamen fugit dignitatem regiam vbi
erant delectationes.
*Cum vidiſſet eos laborantes.* Contuebatur eos Chriſtus cum tem- *Similitu.*
peſtatem patiebantur. Quando equites amatores confligunt ha- *Viri in-*
C ſta, & vident ſuas quas amant mulieres contuentes, ſolent vehe- *ter contra*
mētius pugnare: ſic tu acriter pugna, quoniā Deus te contuetur *tētationes*
in quo oſtēditur quod aliquid præclarum facias, ſi quidē rex nō *decertā, ſi*
ſolet ad vilia quæq; ſe demittere. Videre nāq; hominē contra tē- *quidē Deo*
tationes pugnantem, ſpectaculum ſane eſt diuinum. *te cōtuētur.*
*Et circa quartā vigiliam noctis.* Durauit tempeſtas vſq; ad quartā
noctis vigiliā, & ita ſemper Deus eos protexerat, vt intelligas *Expectat*
ꝙ ita nos Deus ad pęnitētiam expectat in prima, & ſecūda, & ter- *nos Deus*
tia vigilia, id eſt vno anno & alio, rurſus & alio, non permitten- *ad pænitē-*
do vt pereamus aliqua repentina morte, ſed expectat nos vt *tiam.*
D emendemur. Agnoſcamus ergo tantam Dei miſericordiam, & *Matt.* 14.
ipſum inuocemus ſicut Petrus cum ſubmergebatur. Vnde pſal. *Pſalm.* 21
in te ſperauerunt patres noſtri, ſperauerunt, & liberaſti eos.

### *Mortis conſideratio quam ſit vtilis.*

NAuicula quidē hæc notat pœnitentiā, ſiquidem vt nauis de- *Per pæni-*
fert homines per mare ad deſideratū portū, ſic per pœnitē- *tētiā vitā-*
tiā tādē nauigātes in hoc mūdo tēdūt ad cęlū. Porro illa inter cę- *tur ad cæ-*
teras res maxime homines incitat ad pænitētiā, videlicet aſsidua *lum.*
mortis conſideratio. Vidiſti aliquando ardeliones pueros vel vo- *Simile.*
races, ingredientes in hortum vt fructus furentur, ſtatimq; dili-

 gentio-

E gen tiores in arbores conſcendunt & fructus colligunt, implen-
tes manicas, & caligas, ac ſinum ſuum & pectus: qui autem aſ-
cendere non potuere clamant & petunt ſibi de fructibus ali-
quid impartiri, illi vero ſurdã exhibent aurẽ, & tantũ comedũt,
& cõgerunt; accedit olitor repente ad clamores, & qui magis va
cui ſunt fructibus, agilius ſe in pedes conijciũt, qui vero onuſti,
intercluduntur, & fructibus ſpoliãtur, cędũturq; verberibus, ac
propemodũ nudi dimittũtur. Sic vtiq; accidit in mundo, nã eſt
inſtar horti, habetq; multas arbores dignitatũ, honorũ, & diui-
F tiarũ: qui diligẽtiores ſunt, conſcendunt in huiuſmodi arbores,
& cupidiores, atq; ſingulos peruadũt ramos, neq; ſua vnquã ſor
te cõtẽti ſunt, ſed quiſq; ad altiora ſpirat: qui aſcẽdere nõ poſ-
ſunt, clamãt & petũt aliquid ſibi impartiri videlicet pauperes; il
li tamẽ ſurdi redduntur, nec quicquam largiuntur, ſua tantũ quę
rẽtes, nõ quæ Ieſu Chriſti vt ait Pau: ipſi ſe ingurgitant, & ſibi
tantũ congerũt; accedit olitor id eſt mors, atq; omnia illis eripit
& nudos relinquit, cæditq; verberibus timoris, triſtitiæ, ſolicitu-
dinis, quæ multa illis tũc cõtingũt, cũ remorſu cõſciẽtiæ. De Ca
tholico rege Ferdinãdo, de quo nulla vnquã cõticeſcet ætas, fer
G tur quod dixerit iã ferme moriẽs: vtinã frater aliquis laicus fuiſ
ſem in angulo monaſterij, nũc enim nõ tã ſtrictã eſſe redditurus
rationẽ regnorũ & dominiorũ! Si igitur rex tã Catholicꝰ ita ſen
tiebat, & tã virtutis ſtudioſus, quid putas dicturus eſt vir impiꝰ,
in hora mortis? Vide quã rigide puniat Deus cũ iraſcitur, ſi qui-
dẽ Moyſi præcepit in mõtẽ quẽdam aſcẽdere, vt inde videret ter
rã promiſsionis, vt habetur in Num. dixitq; ei, Morieris tu ſicut
& Aarõ, quia offendiſtis me in deſerto ſin, incõtradictione mul-
titudinis, nec ſanctificare me voluiſtis corã ea ſuper aquas. Hoc
factũ fuit, quoniã præcipiẽte ei Dño vt ad Petram loqueretur vt
H aquã eis præberet, ipſe tamen virga percuſſerit eam vt habetur
in Num. neq; videbatur cõfidere Moyſes quod ſufficeret tãtum
loqui ad Petrã, & ideo voluit etiã virga percutere. Si igitur tam
ſanctus vir, pro re iudicio hominũ exigua, qui tãta mirabilia fe-
cerat, ꝓ parua hac cõſtãtia in quã ſemel lapſus eſt, ita punitꝰ fuit
quomodo potes tu vitã ſecurã ducere, qui tot cõmiſiſti ſcelera,
& pœnitentiam nullã agis? in quo confidis? præcipiebatur in le-
uitico, his qui poſſeſsiones & hæreditates emebant, vt in an-
no Iubilæi eas ſuo primo Domino reſtituerent, & ita quo
vicinior erat annus Iubilæi qui ad quinquageſimũ quemq; an-
num euenire ſolebat, tanto vilius emebatur ipſa hæreditas:
ſic igitur nos gerere deberemus ſemper circa hæc mundana, vt
ſcilicet

*Qui nimis adhærent dignitatibus humanis periclitantur.*

*Ambitioſi nunquã dicunt ſufficit.*

*Philip. 2.*

*Auaros quomodo intercipiet mors.*

*Exẽplum Ferdinandi regis Catholici.*

*Num. 27*

*Num. 20.*

*Timeamꝰ Dñ, ne ipſum offendamus.*

*Leui. 25.*

*Parui pendemus mundana, habita cõſideratione mortis.*



A ſcilicet tanto vilius ea æſtimaremus, quanto magis inſtat mors
tanquam annus Iubilæi, in quo ſuis heris reſtituũtur omnia, cor
pus quidem terræ, diuitiæ mundo, ſpiritus Deo. Veruntamẽ hãc
inuenio differentiam, quod illic omnes ſcirent quã vicinus eſſet
annus Iubilæi, atq; ita pretia creſcebãt vel minuebãtur; at vero
cũ tu neſcias quãdo te inopinata mors inuadat, quorſum tam ca
rò emis hæc mundana? Certe ſi annus Iubilæi eſſet incertus, & tã
quã motus aquæ factus ab Angelo in piſcina, non eſſet qui vel
nummum largiri vellet pro hæreditatibus emendis, cur igitur
B tu tam caro vis emere in tanta rerum incertitudine, tantoſq; la
bores & pericula vis ſubire? ô quam ſecurus eſſes mortis hora, ſi
tãquã aſtutus piſcis, in tempeſtate mundi huius, te in profun-
do collocares huiuſce conſiderationis! ſicut facere ſolent magni
piſces tempeſtatis tempore ſe in profundo collocantes, item in
diluuijs, ſe etiam in magnis fluminibus ponentes. Attenta qui-
dem mortis conſideratio, ad hæc omnia longe vtiliſsima eſt.
Magnũ quidem eſt Dei artificium, magnaq; bonitas, vt ex ipſa
culpa remediũ culpæ educat. Per peccatum intrauit mors, vt ait
Apoſ. & mortis mentione deſtruitur peccatũ, atq; venitur ad pę
C nitentiã. Tum etiam in remedium huiuſce rei fecit Deus vt cor
pus noſtrum eſſet tanquam Caluaria mortuorum: ſi quidem in
ventriculo noſtro quotidie ſepeliũtur corpora animalium mor
tuorũ, auiũ, piſcium, arietum, & aliorum multorum. Cum igi-
tur cæmiterium ſimus nos ipſi tot corporũ mortuorũ, magnæ
eſt dementiæ mortem obliuiſci. Petiuit Dauid ab Achimelech
ſacerdote dicens: ſi habes hic ad manum haſtã aut gladium, da
mihi, Et dixit ſtatim ei, ecce hic gladius Goliath, quem percuſ-
ſiſti in valle terebinthi. Dixit Dauid, non eſt alter huic ſimilis, da
mihi eum. Nota igitur ꝙ Dauid noluit arma Saulis vt pugnaret
D cõtra Goliath, & tamẽ voluit arma Goliath vt ſe defẽderet cõ
tra Saul. Quo ſignificatũ eſt, mortẽ gladium eſſe, Satanę artificio
fabricatum, quandoquidem propter peccatum in mundum in-
troiuit, & quia ipſemet Sathanas in homines dominabatur, eiſ
dem omnino armis ipſe dæmõ vincẽdus erat, ſcilicet morte pre
tioſiſsima Chriſti: Et hoc eodem gladio vult Deus vt modo ad-
uerſus Goliath & Saul, hoc eſt contra dæmonem & peccatum
pugnemus. Cum ait Dauid, non eſt alter huic ſimilis, ſignifica-
tum eſt quam efficax remedium, quamq; acutus gladius ad de
bellandum dæmonem & peccatum, nec non ad omnes mundi
faſtus & vanitates contemnendas, mortis memoria ſit.

Ab omnibus nos ſpoliat mors, vnde Baruch ait, vbi ſunt prin
cipes

*Mors eſt incerta.*

*Ioann. 5.*

*Conſideratio mortis quam ſit vtilis.*

*Roman. 5.*

*Caluariæ ſumus animalium mortuorũ.*

*1. Reg. 21.*

*Conſideratio mortis contra dæmonem.*

cipes teræ, qui Dominantur ſuper beſtias quæ ſunt ſuper terrã, E
*Baruch. 3.* qui in cæli auibus ludũt, id eſt qui ſunt aucupes, qui argentum
theſaurizant, & aurũ in quo confidũt homines, & nõ eſt finis ac-
quiſitionis eorũ? Exterminati ſunt, & ad inferos deſcẽderũt, &
*Iſa. 2.* alij loco eorũ exurrexerunt. Horrẽdũ eſt quod dicat propheta,
quod iſti ibãt ſuper beſtias, & dominabantur theſauris, & vola-
*Diuitiæ* tilia venabãtur, & tamen exterminati ſunt, & ad inferos deſcen-
*quibus con* derunt, & quod alij eorum bonis ſucceſsiſſent, hoc eſt ad demõ
*ſideratio-* ſtrandum quam breui id eis eueniret: quaſi diceret, ſibi perſua-
*nibus tem* dere debent quod iã in inferno ardeant. Impij igitur Chriſtia- F
*nuntur.* ni qui ſic viuunt, exiſtiment etiam id ſibi dictum. Cũ igitur tam
*Eccleſ. 14* breuis ſit vita noſtra, conſilio illo Eccle. vtamur, cũ ait: ante obi
*Hiere. 2.* tũ tuũ, operare iuſtitiam, quia non eſt apud inferos inuenire ci
bum. Talibus minatur Deus per Hier. dicẽs: verterũt ad me ter
gum, & non faciem, & in tempore afflictionis ſuæ dicent, ſurge,
& libera nos: Quibus reſpondetur, vbi ſunt dij tui, quos feciſti ti
bi, ſurgãt, & liberẽt te in tempore afflictionis tuæ. Idololatriã
*Gal. 6.* cõmittimus cũ diuitijs, honoribus, ventre, quid quæſo inde ſpera
*Ioan. 21.* mus? Si quidem ait Apoſ. qui ſeminat in carne ſua, de carne &
metet corruptionem Scribit beatus Ioan. quod apparuerit Chri G
ſtus quibuſdam diſcipulis piſcantibus in littore, & Petrus erat
in naui nudus, & cũ vidiſſet Chriſtum, induit ſe tunica, & natan
do iuit ad Chriſtum cũ ſibi videretur decentius ita natando ac-
cedere ad Chriſtum quam ſi nudus acceſsiſſet: ſic igitur nos
per mare huius mundi nauigare debemus induti bonis operi-
*Ignominio* bus, ne in littore appareamus nudi ante Chriſtum Dominum no
*ſum erit* ſtrum & iudicem: quin potius huiuſmodi conſiderationibus pœ
*ante Deũ* nitentiã peccatorũ agamus, vt ita huiuſmodi nauicula ſecure
*apparere* trãſeamus turbulẽtũ huius vitæ mare, vbi tot ſunt cõtrarij venti
*bonis operi* atq; tãdẽ proſpero vẽto gratiæ, ad portum feliciſsimum gloriæ H
*bus nudũ.* perueniamus.

*Pænitentiam agamus.*

*D. Hiero.* OPtime quidẽ pœnitentia appellatur nauicula, ſi quidem Bea
tus Hiero. eã vocat ſecundam tabulã poſt naufragiũ. naufra-
gauimus per peccatũ originale, datus fuit nobis baptiſmus; &
rurſus cum naufragiũ fecimus innocẽtiã baptiſmalem perdẽtes,
*Pænitẽtia* datur nobis hæc ſecunda tabula poſt naufragium, qua ſalue-
*remediũ* mur. Et certe quãuis pœnitentia aliud nil præſtaret, quam libe-
*ad ſalutẽ* rationẽ ab illa ignominia quã incurrent peccatores in iudicio
*neceſſ. iũ.* ante vniuerſos homines, deberem⁹ ei maxime incũbere: nã ſicut
honos eſt præmiũ virtutis, vt ait philoſophus, ſic ignominia eſt
ſuppli-



A ſuppliciũ vitij, vnde fiet vt mali in illo vniuerſali iudicio, magna
afficiantur ignominia ante Deum & vniuerſos homines, ac mili
tiam cæleſtem. Vide enim quantam ſuſtineat confuſionem is qui *Ariſt. 4.*
ad ſuſpendium ducitur, aut capitis truncationẽ, cum ſcilicet vi *Ethi. c. 6.*
catim omnes procedunt vt ipſum videant, tũ etiam de feneſtris
multi proſpectant, & præſertim ſi tales ſint quos ipſe probe no- *Magna*
uerit, & cum quibus familiariter verſaretur. Quid ſi conſpiciat *inuretur*
ſe verſicoloribus indutum veſtibus, aut alijs huiuſmodi inſigni- *malis igno*
bus, iuſſu ſanctæ Inquiſitionis, annon maxime pudefit, & erubeſ *minia in*
B cit? O felicem igitur illũ, qui hic dum viuit pœnitentiam agit, ne *iudicio.*
illic poſt vitã, in tanta ſe videat poſitum erubeſcentia & confu-
ſione! Vnde Dauid dicebat, beati quorũ remiſſæ ſunt iniquitates *Pſalm. 31.*
& quorũ tecta ſunt peccata. Sane ſicut ad ſolis præſẽtiam atomi
cõſpiciũtur, quæ nõ videbãtur antea: ſic vtiq; ad præſentiã ſolis *Simile.*
iuſtitiæ Chriſti omniũ defectus manifeſtabuntur. Vnde Apoſ. ait, *1. Cor. 4.*
illuminabit abſcondita tenebrarum. Et per Nahũ dicitur, reuela *Num. 3.*
bo pudenda tua in facie tua, & oſtẽdã gentibus nuditatẽ tuam. ô
quanta hæc erit ignominia! dic obſecro, quid nõ facere deberes,
ne in tanta revideris ignominia? felices igitur illi qui hic naui- *Pænitẽtia*
C culã pænitentiæ ingrediũtur, ſi quidẽ per eã à tanta ignominia li *excellẽtia*
berãtur! Tãtæ quidẽ excellentiæ eſt pænitentia, eorum omniũ q
hic peccatores fuerũt, vt nõ modo nõ oſtẽdãt fæditatẽ peccato
rũ verũ etiã ſplẽdeãt eiſdẽ, & pro ornamẽto ad ferãt. Nam ſicut *Simile.*
cũ ſartor vndiq; veſtẽ ſcidit, remanent quidẽ cõmiſſuræ, quæ ta-
mẽ ſi illas ſerico quodã texto exornet, pulcherrimæ ſunt, & ocu
los plurimũ delectãt: ſic vtiq; erũt peccata eorũ qui pœnitentiã
egerũt ad ornatũ & decorẽ. Vnde Apoſ. ait, diligẽtibus Deũ, om *Roman. 9.*
nia cooperãtur in bonũ. Caue igitur peccator, ne vitiũ tuũ ſit ti
bi ad maximã confuſionẽ, niſi pęnitẽtiã agas: agẽs quidẽ pęnitẽ
D tiã ab hac cõfuſione liberaberis, & ſempiternis tormentis, atq;
maximo in honore eris, & in cælo gloria coronaberis.

Noli igitur pœnitentiam differre de die in diẽ & procraſtina
nare Cum Raab exploratores abſcõdit, hoc pactum cum ip- *Pænitẽtiã*
ſis inijt, vt ſignum educeret in ipſa vrbis vaſtatione, vt ita *non diffe-*
eius domus tuta remaneret. Cumque ſciret non ita inopi- *ramus.*
nato hoſtes venturos quin poſſent præueniri, nec tam cito,
quin ad hoc per aliquod tempus tardarent, nihilominus ta- *Ioſue. 2.*
men ſtatim voluit ſignum educere & oſtendere: quaſi dice- *Circũſpe-*
ret circumſpecta mulier, nil propter hoc amittere poſſum, & *ctè viua-*
tamen periclitarer vehementer, niſi ſignũ eductum reperiretur. *mus.*
Magnæ igitur eſt dementiæ, differre id, quod ſi ſtatim facias, nil *Ioſue. 2.*

 incom-

*Differre conuerſionem magnæ demẽtiæ eſt.*

*D. Chryſ. ſ. Ho. 8.*

*Magna eſt cæcitas ſalutare remedium differre.*

*Eccl. 9.*

*Simile.*

*Iſa, 55.*

incommodi ſequatur, & tamen ex eius rei obliuione aut ne- E
gligentia, multa poſſent ſequi incommoda. Siquidem expe-
rientia ipſa docet, interdum euenire tales occaſiones ſiue impe
dimenta, quæ ea facere non ſinant, aut obliuiſci ſolemus, & ita
pænitet nos id non feciſſe cum erat opportunitas. Plurimi fa-
cit beatus Chryſoſtomus, illud Eunuchi factum, cum ſcilicet
loqueretur ei Philippus de Baptiſmo, & ille ſtatim inuenta
aqua voluit Baptizari, dicens: ecce aqua, quis prohibet me
Baptizari? Quaſi diceret, quid incommodi aut abſurdi erit,
ſi ſtatim baptizer? Si igitur ô peccator, ſine pœnitentia ſaluus F
eſſe non potes, quid quæſo differes? Quid incommodi ſequi-
tur, ſi ſtatim pœnitentiam agas? Imo ſane maximo in pe-
riculo verſaris ſi pœnitentiam differas atque procraſtines, ſi qui
dem forte in reliqua vita tibi non occurret tanta commodi-
tas. An differs eam in futuram vitam? non ſequeris ſane con-
ſilium ſapientis, qui ait, Quodcumque facere poteſt manus
tua, inſtanter operare, quia neque opus, neque ratio, nec Sa
pientia, nec ſcientia erunt apud inferos, quo tu properas.
Cum aliquid perdis, illud profecto quærere debes vbi perdidi-
ſti. Si hic Deum perdidiſti, hic quærito, vt eũ inuenias, non in G
alia vita. Hoc innuit Iſa. cum ait: quærite dominum dum inueni
ri poteſt, inuocate eum dum prope eſt. Inde ſane colligas, quod
interdum quæratur Dominus, cum inueniri non poteſt, & quod
aliquando erit procul.

*Exo. 34.*

*Pænitẽtia plurimum placet deo*

*Relabimur facile in peccata*

*Rom. 2.*

Aliqui ita vigilanter & neruoſe pœnitentiæ incumbunt, diui
no adiuti fauore, vt breui tempore in virtutis ſtudio multos poſt
ſe relinquant qui ſicut ipſi non ceciderant; ſiquidem peccata
ipſa videntur ipſis eſſe loco ſtimuli. Vnde videmus quod Hebræ⁹
populus vt habetur in Exo. ita ex animo pœnitentiam ſuſcepe-
rit propter adorationem vituli vt non ſolum Dei iram placarit H
ſed etiam magna ei promiſerit, dicens: ego inibo pacta videnti-
bus cunctis & ſigna faciã, quæ nunquã viſa ſunt ſuper terram,
etiãneq; in cũctis gentibus. Plura illis modo promittit quã ante
peccatũ, vt intelligas quãti faciat pęnitẽtiã. Sed dolẽdũ eſt, quod
noſtræ pœnitẽtiæ nõ vidẽtur ex animo ſuſcipi, quandoquidẽ tã
breui relabimur, ſed vidẽtur ceremoniæ quædam, aut res ridicu
læ, aut comediæ actiones non verę pœnitentiæ, ſi attente con-
ſideremus: Nunc quidem etiã Deus nos ad pœnitentiam expe-
ctat opportunũ eſt tẽpus pœnitentiæ agendæ: nolle autem eã
agere, videtur in vilipẽdiũ fauoris Dei, quod graue ſcelus eſt, iuxta
quod ait Apoſ. an diuitias bonitatis & ſapiẽtiæ, & longanimitatis
con-



*Similitu.*

*Expectat nos Deus ad pœnitẽtiã, nõ igitur rebus mundanis nos implicemus.*

*Simile.*

*Patientia maxima vtitur de⁹ nobiſcum, ſed ſi eum irritamus furorẽ effundet.*

A cõtẽnis? ignoras quoniã benignitas Dei ad pęnitentiã te adducit?
Secũdum autem duritiam tuam & impœnitens cor, theſaurizas
tibi iram in die irę & reuelationis iuſti iudicij Dei. An non inur
banum eſſet, ſi cum viro aliquo honeſto iter faceres, qui te ſem
per expectat, quod diutius conſideres ludendo aut in fonte ali-
quo te nimis oblectando, vel amæno prato? Non ſanè te ex-
pectat Deus ad pęnitentiam, vt tu oblecteris in creaturis, & de-
licijs huius mundi, niſi vt tantum ſumas veluti viator, quæ ſunt
ad vitam ſuſtentandam neceſſaria. Noli theſaurizare Dei iram,
B addendo peccata peccatis vſq; ad exorbitantiam: ſiquidẽ Deus
etiam indignabitur poſt longam diſsimulationem, neq; pontes
aut piſtrina relinquet, vt dicitur, ſed potius te penitus deſtruet.
De cornicula legitur quod ſit moleſta aquilæ, & quod poſt eam
clamitet, audeatque ad ipſam accedere, & ſuis alis tangere: aqui
la vero cum ſit regia auis, non id curat, ſed diſsimulat ſæpe, vn-
de ſolet cornicula magis inſoleſcere, & aquilæ patiẽtia abuti: tũc
vero aquila indignationem ſuam effundens, vnguibus eam lace-
rat: Sic Deus ſe geret cum impijs qui nolunt pœnitentiam age-
re, ſed Dei patientia abutuntur. Cõſidera igitur peccator quod
C non habeas Deum æreum aut lapideum, qui non ſentiat iniurias
tuas, ingredere igitur pœnitentiæ nauiculam, & incolumis eris.

*Simile.*

*Quãta ſit virtus verbi Dei.*

*Quãta ſit confeſsionis virtus*

*Simile.*

*Pſalm. 6.*

Ceruus quidem herba venatoris transfixus, ad fontem currit,
ibique euomit quæcumq; in ventriculo habet, & ita moritur: her
ba quidem verbi Dei transfigit peccatores, & ipſi accedunt ad
diuinum fontem, & euomunt peccata confitendo, atq; ibi mo-
riuntur mundo, & eius pompis & vanitatibus. Sic igitur nos de-
bemus ad pedes confeſſoris accedere, qui eſt loco Chriſti, ibi-
que in fonte lachrimarum madefieri. Siquidem ſicut ex ſalſo ma
ri aſcendunt vapores, qui in dulcem aquam conuertuntur, ſic ex
D lachrymis & cordis dolore amaro, egreditur maxima quædam
dulcedo ſpiritualis, & ita fit fertilis animæ noſtræ terra. Vnde
Dauid dicebat, lauabo per ſingulas noctes lectum meum, lachry
mis meis ſtratum meum rigabo.

*Luc. 15.*

*Simile.*

Dicet quis, ſi igitur tãta eſt medicina pęnitẽtiæ, cur igitur pec-
cator obſtinatus non conuertitur? Si à tantis periculis & naufra
gijs nos liberat hæc nauicula, cur igitur in eam non conſcẽdi-
mus? Quid quæſo times peccator, vt non conuertaris? An
ignoras quod Chriſtus dicat apud Lucam, gaudium eſt in Cælo
ſuper vno peccatore pęnitentiam agente, quam ſuper nonagin-
ta nouem iuſtis qui non indigent pœnitentia? Quando in domo
alicuius magnatis occiduntur vituli, arietes, tauri, & volatilia, nõ

 celebra-

celebratur quidem horum animalium mors , quandoquidem E
ſunt ſatis domeſtica animalia,& ſæpe in palatio viſitata : at vero
ſi dominus ipſe ad venationem profectus fuerit, interfeceritque
*Maximũ* ceruum , vel damam , talem ceruum diligenter exornatum ge-
*eſt in cælo* ſtant,floribus & frondibus contectum,& ſuper iumentum poſi-
*gaudium* tum,currenteſq; præcedunt venatores,velocibus equis inſiden-
*propter cõ* tes,& cornua pulſantes magno cum gaudio & tripudio. Sanè iu-
*uerſionem* ſti dici poſſunt domeſtica animalia,diuinæ domus,nec propterea
*peccatoris* angeli tanto videntur exultare tripudio propter horum virtutẽ
& ſanctitatem. At vero propter conuerſionem peccatoris , qui F
eſt inſtar feræ alicuius belluæ, cum raro conuerti ſoleant & pœ-
nitentiam agere peccatores , ſanè maximum gaudium ſuſcita-
tur in cælo. Sic igitur quando diuinus venator Chriſtus ferit ſua
virtute cor huius feræ belluæ & conuertitur peccator, quis enar
rare valeat cœleſte illud atque ineffabile gaudium cœleſtium ſpi-
*Luc.15.* rituum,ſiquidem in conuerſione filij prodigi,tam ſolemne feſtũ
in terra peractum fuit?

*Pœnitentiam non differamus!*

NOn debemus differre pœnitentiam & ingreſſum nauiculæ, G
*2.Reg: 2.* quando iam nullum erit remedium. Secundo lib. Reg. habe
tur,quod inter Abner & Ioab fuit maxima contentio,quæ orta
eſt per iocum,& finem verum habuit,vt fere fit,ita vt prælium fe
*Interdum* rè per totum diem durauerit,& de Abner multi perierint,cũ præ
*quæ iocoin* ualerent contra ipſos qui erant ex parte Ioab: cum igitur Abner
*cipiuntur,* videret ſuos multos interuallis ſuperari ab his qui erant ex par-
*malum ha* te Ioab,decreuit exclamare,& poſtulare inducias à Ioab, cui reſ
*bẽt exitũ.* pondit Ioab,viuit dominus,ſi locutus fuiſſes mane,receſsiſſet po
*Pœnitẽtiã* pulus perſequens fratrem tuum. Quaſi diceret,ſero quidem indu
*agamus,* ciarum recordaris, melius fuiſſet,vt inducias poſtulaſſes priuſquã H
*quã omni* tam multi ex tuis morerentur: ſed in ſonuit Ioab buccina , & ſte
*tẽpore ad* tit omnis exercitus. Deus quidem tam miſericors eſt, vt ſi mane
*mittet de⁹* ad eum conuertimur,ſtatim nobis ignoſcet, ideſt ſimulatque ip-
ſum offendimus: cur igitur ad veſperam vſq; vitæ noſtræ expecta
mus,ideſt vſq; ad quartam vigiliam , præſertim cum tam letales
ictus nobis dæmon infligat? Caue obſecro ne ad illud vſq; tem-
pus conuerſionem tuam differas,vt tibi accidat, quod contigit
regi Antiocho,qui tam ſero acceſsit ad penitentiam peragendã,
vt dicat textus: orabat autem hic ſceleſtus dominum,à quo non
*2.Mac.9.* eſſet miſericordiã cõſecuturus. Quantũ quæſo dolet qui propter
capitale ſcelus ad Eccleſiam confugit , & eam clauſam inuenit,
aut



A aut ipſi claudunt ingreſſum veniẽti? Quid igitur diceſq;, facieſq; *Similitu.*
miſer homo,ſi expectas ſicut fatuæ virgines donec clauſa ſit ia-
nua,cum iam tibi nullus aperire poterit,ſed dicent,neſcio vos? *Mat. 25.*
Ex paruo Dei timore quem animo concipimus,fit vt peniten-
tiam tantopere obliuiſcamur: cum tamen non debeat ouis tantũ
metuere lupum ferocem , quantum homo timere debet diuinã
iuſtitiam. Quis obſecro peccator non timeat,cum ſancti etiam & *Simile.*
iuſti tantopere timeant? Non debemus expectare vel differre hu
iuſmodi timorem ad illum vſq; articulum,quando dicuntur dã
B nati videntes turbari , vt dicitur in lib. Sapientiæ , videntes tur- *Sapi.5.*
babuntur timore horribili. Sed dicamus cum beato Auguſtino, *Auguſt.*
domine hic vre,hic ſeca,vt in æternum parcas. Hanc proprieta-
tem dicit Ariſt. habere ouem ipſam, vt ſcilicet quando fugit, ma *Ariſto.*
gis terretur ſuo pedum ſtrepitu & manuum,quã alia re: ſic vtiq;
nil magis Dei ſeruum terrere debet,quam mala ipſius opera, ſi *Simile.*
quæ fecerit,& peruerſi greſſus. Præcipiebat Deus, vt multi colli-
gunt ex fine 20. cap. Deut. quod nullũ bellicum inſtrumentũ fie- *Deut.20.*
ret ex arbore frugifera,neq; ibi pẽderet, ſed ex infrugifera: qua
ſi ſibi vellet,vt nullus apud ſe retineat aliquid quod ſibi adferat *Nihil fa-*
C interitum,cũ ſit arbor frugifera,neq proximo: ne ponas in tuis *ciamus*
ſenſibus aliquid,quo Deũ offendas,nec permittas vt ex tuis po- *quod dero*
tẽtijs fiat aliquid,quo Deus offendatur,aut proximus,aut anima *get digni-*
tua,quin potius quodcũq; cogitabimus,loquemur,& faciemus, *tati homi*
ſit conforme doctrinæ Apoſt. dicẽtis,ſicut exhibuiſtis mẽbra ve- *nis.*
ſtra ſeruire iniuſtitiæ & iniquitati ad iniquitatẽ: ita nunc exhibe- *Rom.6.*
te mẽbra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem.

## SABBATHO POST CINERES

D
## CONCIO QVARTA.

CVM *ſero eſſet factũ,erat nauis in medio mari*. Mar.6. Mat.14 *Securitas*
Sumus quidem ſicut nauicula in medio mari,ſubiecta va *non eſt in*
rijs tẽpeſtatibus,null⁹ igitur exiſtimet ſe ſecurũ quãdiu *præſenti*
in hac vita viuit,quantũuis ſanctus ſit: ſiquidẽ quando ſe *vita.*
curiores nobis eſſe videmur,tunc ſolet contra nos inſurgere tẽ-
peſtas aliqua corporalis ſiue ſpiritualis,imo interdum vbi quis vi
detur periclitari,tunc ſecuritatem magis habet,& quandoq; vbi
videtur ſecuritas,ibi magis reperitur periculum.

*Circa quartam vigiliam noctis*. In quarta quidem vigilia venit re-
medium poſtquam vigilauerant per totam noctem: ſic Iacob ma
ne vicit angelum cum quo per totam noctem pugnauerat.
Sicut

Sicut medicus nouit quando frigidam propinare debeat febrici- E
*Simile.* tanti,& ita ſinit eum ſiti cruciari, vt tempore opportuno poſsit
opem ferre. Solent quidem tempeſtates venire bonis: ſic mulieri
illi quæ tam præclarè ſe geſſerat cum Elia, mortuus eſt filius vni-
3.*Re.* 17. cus,& ipſa querebatur id factum eſſe vt peccata ad memoriam
reducerentur.

*Ceſſauit ventus* Tandem Deus ſuos eripit à tribulatione, dæ-
2. *Re.* 18. mon vero ſuos in laboribus deſerit: ſic enim equus Abſalon, he-
*Mat.* 27. rum ſuſpenſum dereliquit: phariſæi Iudam, poſtquam eis tradi-
dit Chriſtum. Non ita ſe gerit Deus, quin potius ſuos liberat vt F
Danielem, Ioſephum, Suſannam.

### *Mundani homines quam vagi & perditi incedant.*

MVndum quidem ſancti vocant mare propter maximas eius
*Diſcrimẽ* mutationes atque pericula, nihilominus tamen mundani ho
*inter res* mines ita ipſum diligunt, vt ſemper ipſum ſequantur, obliuiſcen
*diuinas &* tes cœleſtia. Porro hæc eſt differentia inter res mundanas et cę-
*humanas.* leſtes, quod cęleſtes quo magis eas tractamus, maiores nobis fiũt,
*Simile.* mundanæ vero minores. Deſiderat aliquis aliquam dignitatem G
*Mũdana* vel officium auidiſsime, adeo vt ſibi videatur quod ſi id acqui-
*nõ ſaciãt.* rit, nil ſibi reſtat præterea deſiderandum, poſtquam vero acqui-
ſiuit, ita breui tempore illud faſtidit, vt ſibi videatur nullius pon-
*Simile.* deris,& ita alias res nouas appetit. Deſiderat aliquis connubio
iungi cum puella cuius amore languet maximopere, ita vt per
totum diem atq; etiam noctem ſpatietur per eius vicum, & va-
rio muſicæ genere eam oblectet,& eius cauſa varia ſæpe ſuſpiria
ducat, ſolumq; quieſcat cum eam alloquitur: paulo poſt igitur du
*Deliciæ* cit eam vxorem,& paucis tranſactis diebus iam videtur eam fa-
*mundanæ* ſtidire, ſicut experientia magiſtra paſsim didicimus. Tales ergo H
*non dant* ſunt res mundanæ ipſæ quidem, quas mundus ſuis promittit
*eã ſatieta* amatoribus: non ita ſe habẽt res cœleſtes & diuinæ, ſed quemad-
*tẽ quã pro* modum ſiquis in altiſsimam conſcenderit turrem, quo plus aſcẽ
*mittunt.* dit, tanto plura proſpectat: ſic vtiq; quoquis magis ſpiritualia &
*Simile.* diuina guſtat, eo maiores & excellentiores virtutes atq; mirabi
lia percipit. Et ſicut turrem quanto procul aſpicimus, tanto mi-
*Simile.* nor ipſa apparet,& quo plus appropinquamus, eo magis etiam
eius altitudo manifeſtatur: ſic res cęleſtes quãto magis è longin
quo aſpiciuntur, minores apparẽt, at vero ſi eas deguſtauerimus
& cominus introſpexerimus, maximæ apparent,& magis appe-
titum noſtrum incitant ſpiritualẽ, qui multo plura inuenit quæ
deſideret.



A deſideret. Non eſt Cherub in cælo, qui comprehendat tam diuina
myſteria, nec ſimul omnes Cherubim, Vnde Apoſto. ait, ô altitu- *Gloria ſu*
do diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ Dei, quam incompræhenſi- *perat opi-*
bilia ſunt iudicia eius! Quare præſtabilius multo eſſet, vt homi *nionẽ no-*
nes ſe totos traderent contemplationi harum rerum ſpiritualiũ, *ſtram.*
potius quam his rebus mundanis atque caducis, quæ inſtar ma- *Roma.* 11.
ris ſubiectæ ſunt varijs mutationibus ac tempeſtatibus.

Ad oſtendendum quod mundana hæc nos ſatiare non poſſunt, *Picus Mi*
ſed tantum cęleſtia, adfert Picus Mirandu. huiuſmodi ſimilitudi- *rand.*
B nem. Quemadmodum imago aut figura ſigillo aliquo in cera ex *Simile.*
preſſa, nũquam poteſt inuenire,& ſi mille adferas ſigilla, aliquod
quod perinde ipſi quadret, niſi idem adferas ſigillũ: ſic vtiq; hãc
Dei imaginem in anima noſtra inſculptam, nihil præter Deum
ſuis numeris omnibus explere poteſt: quod ſi imago in cera ex-
preſſa loqui ſciret, diceret illum ſuum ſigillum ſibi ſufficere. Qua *Animã ſo*
re conſidera homo quod nihil creatum poteſt te ſatiare: ſiquidẽ *lus Deus*
etſi mundus tibi tribuat quæcumque poteſt, tamen ſemper ali- *ſatiare po-*
quid deſiderabis: ſed quid loquor de mundo? nec angeli quidem *teſt, & nõ*
ipſi, nec Seraphim poſſunt mẽtem tuam ſatiare, niſi ſolus Deus. *creaturæ.*
C Nam quemadmodum febricitanti magis accreſcit ſitis, ſi bis ter *Similitu.*
ve bibat, ſiquidem calor ille augeſcit in corde: ſic vtiq; cum ho-
mo ad Deum videndum creatus ſit, quamuis reliqua bibat & de
guſtet, non tamen poſſunt eum ſatiare, ſed magis eius ſitis auge-
tur: cumque non intelligat vndenam ſibi hæc ſitis proueniat, in
de fit vt exiſtimet rebus mundanis eam eſſe ſedandam,& ita poſt
eas vadit,& fruſtra laborat, cum perinde faciat atq; is qui cũ ca-
pite doleat, tamen vnguentum ipſum applicat pedi. Nulla quidẽ *Simile.*
eſt in mundo delectatio, quæ poſsit expellere triſtitiam quam ha
bet anima propter Dei abſentiam. Optime id nouerat Dauid, cũ *Pſalm.* 50
D diceret: Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: quæ eſt lætitia quam
Deus dat ipſi animæ, quæq; mentem noſtram cumulatiſsime
exatiat.

Hæc quamuis ita ſint, nihilominus tamen ſunt multi qui *Leges mũ*
leges mundi ſequuntur, qui multos etiam habent comites,& pau *di multi*
ci ſunt qui leges cęleſtes & diuinas ſequantur. Vnde apte videtur *ſequuntur*
quadrare illud Hier. cum flet ſupra ciues, eo quod non ſint qui ve *non ſic le-*
niant ad ſolemnitatem. Non equidem modo lugebimus quia nõ *ges Dei.*
ſint mundani, ſiquidem multi ſequuntur leges mundi & eius de *Threno.* 1.
lectationibus ſe totos tradunt ac vanitatibus & pompis, defen-
dunťq; mundanas conſuetudines & leges. Illud vero lugendum *Pauci ſunt*
eſt quod non ſint qui ſe deuotioni tradant, lachrymis, ſilentio, *boni.*
pœniten-

pœnitentiæ,rebus ſtudioſis & ſpiritualibus:etſi aliqui tales pau- E
cos tamen habent ſatellites & comites. Iudam multi ſectaban-
tur,diſcipulos vero alios pauci.O rem lamentabilẽ, quod ita ex
animo mundum ſequamur fallacem & minime duraturum,cum
interim ſurdas exhibeamus aures rebus cęleſtibus in ęternum du
*Apo.* 14. raturis,& vtilibus.In Apo.ait Ioã. quod audiuit cœleſtem quã-
dam muſicam cum tam varijs inſtrumentis muſicis,vt planè mi-
*Gloria cœ* rabile eſſet,& cantabant quaſi canticum nouum.Quis id non mi
*leſtis ſua-* retur, quod ſcilicet tantorum annorum muſica dicatur noua?
*uitas.* Tanta tamen eſt eius ſuauitas,vt ſemper videatur noua. Et ob- F
ſerua quod non dicat canticum nouum,ſed quaſi canticum no-
uum,ſiquidem eius melodia eſt ac ſi hodie inciperet. Sic res ſe
habet hic in diuino obſequio,vt ſcilicet ſi quis eius ſuauitatẽ de-
*Simile.* guſtare cæperit,ſemper ſibi noua videatur. Itaq; mundana ſper
namus,cum fallat ſuos ſectatores mundus. Quanto plus à nobis
ſol recedit, tanto maiores ſunt vmbræ: Sic quanto plus à Deo
diſtamus,tanto mundana nobis videntur maiora & pretioſiora.
*Sap.* 5. Sic enim comparauit ſapiens cum ait,tranſierunt omnia tanquã
vmbra.Si Deus ad nos accedit,noſq; calefacit & inflammat, om
*Can.* 2. nes mũdi vmbre paruæ videbũtur & exigui momẽti. Solus Deus G
cor noſtrum ſatiare poteſt:quod ſponſa ſignificauit dicens, dile-
ctus meus ſicut malus inter ligna ſyluarum:quaſi dicat frugifera
eſt arbor inter robora & ſubera quę arbores ſunt modici fructus
& ruſticæ ac ſylueſtres ſiue montanæ:ſic eſt Deus inter res mun
danas. De his quidem qui mundana conſectantur arbitrantes in
*Pſal.* 106 his eſſe quietẽ,dici poteſt illud Prophetæ,errauerunt in ſolitudi
ne, & inaquoſo,eſurientes & ſitientes,anima eorum in ipſis defe
cit:vbi deſignatur ſterilitas rerum mundanarum & næniarũ, pro
*Simile.* quibus homines tantopere certant. Dic obſecro amens, ſi quæ
tantopere deſiderabas,poſtquam ea acquiſiuiſti, iam incipiunt H
diſplicere,teq; infeſtant,vnde quæſo ſperas fore quę modo deſi-
deras vt mentem tuã & cogitationem exatient? ſiquidem omnia
ex eodem manant fonte,& de eodem conſuuntur panno. Hoc in
*Eccl.* 4. nuit Eccl. dicens, Quid eſt quod fuit? ipſum quod futurũ eſt. Sal-
tem mihi negare non potes quod nulla quę poſsidet mũdus,po-
*Simile.* terunt te à morte liberare,& hæc quidem conſideratio ſufficien-
tiſsima tibi videri debebat, vt omnia mundana ſperneres. Cum
*Exo.* 32. Hebræi adorauerant vitulum, vt Moyſes ipſos doceret quanto-
pere ſe ad rem vilem & abiectam demiſiſſent, comminui iuſsit
vitulum & in puluerem redigi, atque in potu omnibus diſtribui:
quaſi diceret,videte obſecro in quam fragili re ſpem veſtram lo-
caueratis



A caueratis,vt ſe comminui patiatur,& limari, atque in potu miſ-
ceri. Eſt quidem mundanus inſtar illius ſitientis qui ad fontem
profectus de vmbra canalis potaret, & nunquam ſatiaretur,mi-
raretur tamen quorſum nunquam poſſet ſedare ſitim ſuam: cui *Similitu.*
quidem aptiſsime quis reſpondere poſſet,vide bone vir quod *Mũdana*
hæc non ſit aqua,ſed vmbra aquę.ſic ergo omnia mundana ſunt *ſatietatẽ*
tanquam vmbra rerum cœleſtium. Optime igitur ſapiens ait de *nõ prabẽt.*
his mundanis,tranſierunt omnia tanquam vmbra. *Sap.* 5.

B

*Mundus fallax eſt.*

VSque adeo rebus mundanis intenti ſumus, vt non attenda-
mus rebus cœleſtibus. Cum mens vt ait Ariſto. ipſi muſicæ *Ariſtot.* 2.
intenta eſt,non attendit ipſi literę vel verbis,ſed ſolum contem- *Ethi.*
platur voces:ſic euenit mundanis,vt ſolum attendant mundi va *Simile.*
nitati, vel ſunt inſtar eorum qui abſorbentur à ſyrenum cantu. *Simile.*
Dicit Homerus quod quando Troiani inibãt conſilium,nolebant *Hom. Ilia.*
ipſam Helenam ſeniores ibi interuenire, quando quidem tanta *lib.* 3.
erat pulchritudine prædita,vt facile ad ſe iuuenes alliceret & ab-
ſorberet, ita non attenderent propoſitioni ſenatus, & ita non *Mundani*
C poſſent ſententiam ſuam dicere;Helena eſt ſenſualitas ipſa mul- *extra ſe*
tis paſsionibus ornata & inordinatis appetitibus, & ideo nos *ſunt poſi-*
maxime conturbat. Vnde Apoſto.dicebat, video aliam legem in *ti:*
membris meis repugnantem legi mentis meæ. Item infelix ego *Rom.* 7.
homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Ideſt mor
tali.Mundanos mundus ipſe & eius iniquitates excæcant, ita vt
nõ attendant quid agant.Permittit Deus propter eorũ peccata
vt in cœcitate ambulent,& ita nil prodeſt ipſis ſpeculum rerum
quod ante oculos ponas, ſiquidem hoc merentur eorum ſcele-
ra.Vnde Iſa ait, excæca domine cor populi huius, & aures eius *Iſai.* 6.
D aggraua:eorum malitia eos excæcat,non Deus.Vnde Sap.2: ex- *Sap.* 2.
cæcauit eos malitia eorum.Cum enim Iſa.dicit quod Deus ipſos
excæcat,intelligẽdum eſt quod permittit ipſos excæcari propter *Plato.*
eorum peccata.Satis quidem experientia ipſa docet quam ſint *Qui opti-*
cæci mundani: opinio fuit Platonis,quod ſi homines Deum vnũ *me credit*
rerum omnium gubernatorem,& qui improbos punit, bonos *eſſe Deum*
vero præmio afficit,eſſe crederẽt,nõ poſſent diu in peccatis per *præmiato*
ſeuerare,exiſtimabatq; mortalium malitiam ex ignorantia harũ *rẽ & puni*
rerum oriri.O quam multi ſunt hoc tempore qui hoc credunt, *torem,non*
& non ſolum hoc habent lumine naturali! Et nihilominus vitia *committit*
multa committunt,& leges mundi ſequuntur; dic igitur quæſo *turpia ait*
Plato,quo tandem inferno digni erunt? *Plato.*

Item

Itẽm aliam conditionem habet mundus, vt ſcilicet prandium E
det ſuis & non cęnã, non ita ſegerit Deus, quin potius hora mor
tis ſuos ad cęnam inuitat, dæmon vero illis tunc aufert delicias
cœnæ, & cor illorum triſtitia replet, auferens illis omnem læti-
tiam, de quibus dici poteſt: illud Baruch, nutriui illos cum iucun
ditate, dimiſi autẽ illos cum fletu & luctu. O miſerabiles impios
cum luctu ex hac vita migrabunt! Cum præſertim ſe maxime de
ceptos tunc inueniant. Item illud Dauid ipſis congruet, conuer-
tentur ad veſperam, & famem patientur vt canes. Tractans Iob
de hac malorum mutatione dicit: tenent tympanum & cytharã, F
& gaudent ad ſonitum organi, ducũt in bonis dies ſuos, & in pũ-
cto ad inferna deſcendunt. Item quotiens lucerna impiorum ex-
tinguetur, ideſt cum eorum vita conſumpta fuerit. Et addit, ſu-
perueniat eis inundatio, & dolores diuidet furoris ſui, erunt ſi-
cut paleæ ante faciem venti, & ſicut fauilla quam turbo diſper-
git. Quid tibi proderunt miſer diuitiæ, in inferno exiſtenti, & põ-
pæ quas in mundo reliquiſti? Plus creſcent tua tormenta cum de-
lectationum recordatione. Tu quidem tunc panẽ hordeaceum
cum ariſtis ederes, bibereſq; ex lacu ab animalibus conculcato.
Medici cognoſcentes quod infirmus nimium ederit in prandio, G
iubent ei ne cænet: Sic Deus quos nouit nimium ediſſe in pran-
dio huius mundi, & ſe nimium oblectaſſe, priuat æterna cęna. An
non igitur tibi videtur opus eſſe expedita nauicula, vt poſsis tan-
tum mundi mare tranare?

Item mundus ſimilis eſt hero alicuius hoſpitij, qui inuitatur
ab hoſpite de his quæ ab eo emerit, comeditq; & bibit, ac poſt-
quam diſceſſerit iam hoſpes eſt in obliuione tanquam alienus:
quod ſi quis diſcedat non ſoluto hoſpitio, maxime conqueritur,
ſi vero liberaliter ſoluat, iam non amplius eius recordatur. Sic
mundus multos hoſpites recipit diuites & pauperes, & eos qui H
melius cum ipſo egerũt, & eius leges ſeruarũt, obliuiſcitur. Vides
enim quod imperatores quidã ſint iã in obliuione, & tamẽ mũdi
leges ſeruarunt, de quibus in lib. Sap. ſpes impij tanquam fumus
qui à vento diffuſus eſt, & tanquam memoria hoſpitis vnius diei
prætereuntis. Sancti vero ita tranſierunt per hoc hoſpitium vt
illud deriderent, appellarentq; mundum mendacem, vanum, ca-
ducum, neque voluerunt eius leges ſeruare, imo cõtra eum om-
nino operabantur, & tamen horum feſta celebrantur, & ſæpe in
recordationem hominum veniunt, de quibus Apoſt. ait, quorum
nomina ſunt in libro vitæ, idem etiam ait Ioan. in Apoc.

*Quã præſtantius Deus ſuos compenſet quam mũdus.* — *Baruc. 4.* — *Pſal. 118.* — *Iob. 21.* — *Mũdana quo redigantu.* — *Simile.* — *Deliciæ hu ius vitæ quo rediguntur.* — *Simile.* — *Mundi artes.* — *Sap. 5.* — *Serui Dei cognoſcũt probe vanitates mundi.* — *Phil. 4.* — *Apoc. 17.*

*Virtus*



A *Virtus multas patitur contradictiones.*

E*Rat enim ventus contrarius eis.* Quænam obſecro eſt nauis quæ
tot experiatur cõtrarios ventos, quot experiũtur ſerui Dei,
& præſertim in rebellione carnis contra ſpiritum? De hac con-
querebatur Apoſ. ita vt interdum dicat, ſentio aliam legem in
membris meis repugnantem legi mẽtis meæ, & captiuãtem me
in lege peccati: aliquando vero dicit, infelix ego homo, quis me
liberabit de corpore mortis huius? Interdum ait, caro concupiſ
cit aduerſus ſpiritum, ſpiritus autem aduerſus carnem: Qui ſe
B duci ſinit & gubernari à carne, in multas labitur miſerias. Tres
inimicos habuit Dauid, qui ipſum in maximas anguſtias conie-
cerunt, & præſertim tertius pluſquã cæteri ipſum infeſtauit: pri-
mus fuit gigas, ſecundus rex Saul, & tertius filius ſuus Abſalon,
qui erat caro de carne ſua, hic coegit ipſum incedere pedeſtrem
& nudis pedibus per montes & ſaxa fugientem & lachryman-
tem. Vbi intelligimus quod caro tanquam domeſticus hoſtis, nos
magis affligit, cuius venti contrarij magna totius corporis &
animæ remigatione opus habent. Peruerſus quidem eſt appeti-
tus mundani honoris, & diuitiarum, ſed maiores ſunt carnis ten
C tationes, vnde colligas quantum errant qui eam delicate nutriũt
ſiquidem hoc pacto in eius manus incidunt cum pacem cũ ipſa
ineant, & ſpiritus ne ipſi contradicat, magna incurrit incõmoda.
Sicut amicus qui amicum comitatur ne ipſum moleſtia afficiat,
& ita ipſum ducit in aliquod ſcelus capitale, vbi animæ vitã per-
dunt, item honorem ipſum. Hinc Apoſt. ait, ſi ſecundum carnem
vixeritis, moriemini. Igitur egredere iam ex carnis delicijs, & do
minare piſci tanquam Tobias: ſi enim renuntiaueris carnis deli-
cijs, educes piſcem ideſt carnẽ à ſuis delectationibus; & eris eius
dominus & ipſa erit ſerua, atq; tibi proderit ſicut profuit piſcis
D Tobiæ, quem audacter ex aqua eduxit, & exenterauit.

Magna quidẽ cura adhibenda eſt vt remigemus contra ventos
cõtrarios tentationis carnis, ſiquidem ſunt inſtar lapidis, quẽ etſi
cogas in altum per violentiam conſcendere, exacto impulſu illo,
ſtatim in terrã labitur maiori fere velocitate: violentiã videtur
caro ſuſtinere cum ad virtutem aſcẽdit & mortificationẽ, & abſti
nentiam, & ita opus eſt magna cura vt remigemus contra eam,
nam bona opera non vult animoſe inchoare, & ideo ſæpe opus
habet ſtimulis: quæ cum ita ſint, nihilominus eius delicijs ſerui-
mus, & ſpiritum obliuiſcimur. Vnde Iob ait, ponit enim ſterilem
& quæ non parit, & viduæ bene non facit. Sterilis eſt caro quæ nõ
dat fructum, vidua eſt anima quæ eſt ſine ſponſo ſuo Chriſto,

*Tentationibus viriliter reſiſtamus.* — *Rom. 7.* — *Gal. 5.* — *2. Re. 15.* — *Caro crudelis inimicus.* — *Magna eſt dementia carnẽ ſuã delicate tractare.* — *Simile.* — *Roman. 3.* — *Tob. 6.* — *Simile.* — *Caro difficile refrænatur.* — *Simile.* — *Iob. 24.* — *Virtus difficilis apparet.*

 quoniam

quoniam abſens eſt propter animæ negligentiam in remigando E
*Simile.* contra appetitus carnales. Dices tu quod faſtidis deuotionem,&
frequentationem confeſsionis & cõmunionis, item ſilentium &
orationem,quæ omnia ſunt remi quibus cõtraitur carni, Sed ob
ſecro te,nonne cũ corporis appetitus languet,mille quæris em-
*Fauorem* bãmata & lautitias, vt ipſum excites? cur igitur ſic non quæres
*Dei & Sã* aliquas lautitias pro exercitãdo animæ appetitu? vt pote aliquos
*ctorum im* Dei ſeruos qui tibi conſulant,& quibus te cõmendes in orationi
*ploremus.* bus ſuis,cõſiderando etiam breuitatẽ vitæ, mortis horam, extre
*Cõſidera-* mum iudicium,tormenta inferni,gloriam beatorum, ſane inter F
*tiones ad* tot animæ lautitias,aliqua erit quæ ipſam languentem excitabit.
*perſeuerã* Quod ſi te totũ deſiderijs carnis permittis, quid te miſero fiet?
*dũ in vir* ibis ſane ad barathrum ſempiternnm. Vndè Apoſ. carnis curam
*tute.* ne feceritis: quaſi dicat,ne detis arma inimico.
*Rom. 11.* Omnes quidem homines ſenſualitatis tentationibus impug-
*Iſai. 43.* nantur,ſed aliter in tentationibus ſe habent boni atq; mali. De
*Tentatio-* bonis ait Iſa. cũ ambulaueris in igne non cõbureris, & flãma nõ
*nes quî ſu* ardebit inte: nota quod bonus incedit in hac flamma,malus ve-
*perandæ.* ro non incedit ſed quieſcit ita vt dæmon manibus eũ pedibuſq;
ligetne exeat, ſed ibi cõburatur,bonus tantũ tranſit,& ad Deũ G
*Simile.* accurrit,vel ad ſanctam diſciplinã,aut abſtinentiam, & ita à ſe tẽ
tationem excutit,quaſi ſi ſcintilla aliqua ſinũ eius combureret,
& remigant contra carnem & eius tentationes viriliter ipſi boni.
Dices magnum eſſe hunc laborem: quid igitur exiſtimas? ignis
*D. Bern.* certe tentationis carnis ait Ber. Eſt prolixum martyrium, & per
petua remigatio contra multorum ventorum contrarietates,
ſed boni tunc non cõburuntur. De iſta ſenſualitate loquitur Iſai.
*Iſa. 5.* cum ait vt declarat gloſſa, væ qui cõſurgitis mane ad ebrietatem
*Gloſ.* ſectandam,& potandum vſq; ad veſperam. Item alibi ait, væ
*Intẽperã* qui potentes eſtis ad bibẽdum vinum: quaſi diceret, væ uobis qui H
*tia quan-* delicijs indulgetis,vt ſitis fortiores in delectationibus veſtris,&
*tũ noceat.* ideo vos datis ſplendidis epulis,muſicis cantibus, & alijs carnis
incentiuis,nec conſideratis quæ Deus parata habeat ſupplicia vi
*4. Re. 25.* ris carnalibus. Captiuitas Sedechiæ hinc originem habuit vt cõ
*Gen. 6.* ſtat 4. Re. propter hoc peccatum miſit Deus diluuium: prop-
*Iſa. 5.* ter hoc vitium vt ait Iſa. ſolet Deus mittere famem,ſterilitatem
bellum,& amiſsionem victoriæ: nec ſolum his ſupplicijs hoc pec
*Iſa. 5.* catum punit in hac vita,ſed etiam æternaliter in alia, vt ait Iſa.
dicens, propterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit
os ſuum abſque vllo termino, ideſt inſatiabiliter. O quam exi-
guum



A guum timorem habent diuinorum ſuppliciorum qui ſe huic vi- *Quã mala*
tio tradunt, quod hic & in futura punitur vita. O miſeram ani *vicina ſit*
mam quæ domina eſt talis carnis,quam infelicem habet vxorem *caro ani-*
& filios ideſt ſenſus inconſideratos, ſi his ſe regi ſinit. Omnes *mæ.*
participabunt talibus tormentis, cũ participauerint delectatio-
nibus. In quanto quæſo labore viueret puella inter impudicos *Simile.*
adoleſcentes & audaces? Sic planè periclitatur ſpiritus in tali car
ne. Vndè colligas quomodo oporteat diuinum implorare fa- *Roma. 8.*
uorem in continuo hoc bello, vt hoc poſsimus liberari à le-
B ge peccati vt ait Apoſt. in Chriſto Ieſu, ideſt propter meritum
Chriſti Ieſu.
Pauci inueniuntur hoc tempore caſti iuuenes vt Ioſeph, qui
ita remigent contra carnis occaſiones, imo quærunt occaſiones
ad peccandum. Quid quæſo facerent, ſi ſibi tales offerrentur ſi- *Gen. 39.*
cut ſancto Ioſeph, qui maluit ſuſtinere tot ignominias & car-
ceres quam Deum offendere abutendo coniuge heri ſui? Sic
Abimelech vt habetur in Gene. reprendit Abraham qui prop- *Gen. 26.*
ter metum dixit Sarram eſſe vxorem ſuam, dixitque, cur hoc
dixiſti? Quid enim ſi aliquis ad eam acceſsiſſet exiſtimans ſoro-
C rem eſſe? An non cauſa fuiſſes tanti mali in domo mea, & vt
graui Plaga percuterer? Nota quam grande delictum gens *Adulte-*
barbara duceret adulterium. Vnde colligas noſtri temporis ma- *riũ graue*
litiam, adeo vt multos videas qui non ſolum id committant fa- *ſcelus re-*
cile, ſed etiam ſe laudent pro eo. Medium quidem quo dæ- *putabatur*
mon vſus eſt ad Salomonem proſtrandum, cum ſibi videretur *inter bar-*
iniuria affectus propter templi ædificationem, fuit luxuria,vſ- *baros.*
que adeo enim mulieres eius cor peruerterunt, vt ex ædifica- *Luxuria*
tione templi venerit ad multa dæmoni templa ædificanda & *deteſtabi-*
falſis dijs, nec ſolum ædificauit ſed adorauit & ſacrificauit. Sa- *le vitium.*
D ne horrendum eſt quod caro tantum poſſet præſertim cum tam
ſapienti homine: quæ omnia euenerunt ei quod non remigaret *3. Reg. 11.*
contra carnales appetitus. Nullus ergo de ſe fidat: nam Da-
uid dicebat, ego dixi in abundantia mea, non mouebor, & *Pſal. 29.*
tamen videmus quod oblata occaſione, etiam ſolo conſpectu
cecidit per conſenſum & per operis executionem. Noli ad ta-
lem ignem etiam procul accedere. Cum Dauid vidit gigan- *Occaſio-*
tem, eum funda ſalutauit & lapide: hoc igitur negotium ita à *nes noxias*
longinquo tractãdum eſt & negotiandum. Hic carnis gigas *decline-*
ita procul ſalutandus eſt, fugiendo omnes occaſiones. *mus.*
Hoc ſignificauit Oſeas dicens, omnes adulterantes quaſi cliba- *1. Reg. 17.*
nus ſuccenſus à coquẽte, in grauioribus delictis ſolet dæmõ ex- *Oſea. 7.*
Bb 2 cæcare

cæcare mentis aciem,ne conſideret grauitatem delicti, & inferni,& oblectationem gloriæ,vt ita homo ſe vitijs ingurgitet,neq; remiget contra huiuſcemodi contrarium ventum. E

## DOMINICA PRIMA QVADRAGESIMAE.

## CONCIO PRIMA.

*Chryſoſto. ho. de ſpi. ſan. to. 3.* *Gal. 5.* *Rom. 8.*

DVctus eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu, vt tẽtaretur a Diabolo. Mat.4. Mar.1. Luc.4. Quaſi pędagogũ habuit caro Chriſti Spiritum ſanctũ,ait Chry. ſed quare Chriſtus ductus eſt? Vt nobis figuram daret,quia ſicut caro eius non ducitur concupiſcentijs,ſed ducitur ſpiritu,ſic & nos debeamus. Vnde Pau. ſi ſpiritu Dei ducimini,non iã eſtis in carne: & quicunq; ſpiritu Dei ducuntur,non ſunt ſub lege. Ducitur ergo ſpiritu caro Chriſti,ducamur & nos. Percontatur Abul. quare ductus eſt in deſertũ vt tẽtaretur, cum poſſet etiam alibi tentari? Et reſpõdet quod iuit ad deſertũ,vt maiorẽ opportunitatẽ diabolus inueniret ad tentandum eum in deſerto,quã inueniſſet in vrbibus. Iſta eſt cauſa quare ſolitudo omnimoda non eſt niſi pro viris perfectis. Minores autem non poſſunt eam ſuſtinere,& incidunt in multa pericula Sic recte dicit Ariſtot. quod homines agentes vitam ſolitariam,aut ſunt dij,aut beſtiæ. Et iſta videtes patres antiqui nõ permittebant alicui tenere vitam eremiticã omnino ſolitariam, niſi prius virtus eius in cęnobijs probata exiſteret. Primum enim dãnum ſolitarij eſt facilitas ſuccũbendi tentationi,iuxta illud Eccl. væ ſoli,quia vita ſolitaria eſt naturaliter triſtis, cum etiam homo ſit animal politicum naturaliter,vt ait philoſophus,eſt quodammodo cõtra naturam eius ſolitarium viuere. Vt igitur ex his omnibus poſſet dæmon occaſionem ſumere tentandi, ductus eſt in deſertum. F G H

*Abulẽ. in Mat. q. 4* *Ariſto. 1. Poli.* *Vita ſolitaria nõ omnibus cõuenit.* *Eccl. 4.* *Ariſto. 1. & 3. Pol.*

Dirigatur igitur ad dñm Ieſum incolã deſerti factum, oculus interior,& multo intuitu ipſum abſentẽ tanquã præſentẽ ſedulo cõtemplemur. Porro ſtultitia eſt ſapientibus mundi,deriſio delicatis,incredulis fabula,q̃ Chriſtus fuerit in deſerto. Quid enim eſt videre iuuenem delicatum,immaculatum,eſſe cum beſtijs in deſerto? Quid item faciebat rex regum,& dominus dominantiũ factus incola in deſerto? Humana conſolatione priuatus,ſqualida facie,inedia & ieiunio cruciatus,qui carebat lectulo,nec puluinar ſupponebatur diuino capiti,ſedile nõ erat ei,nec operiebatur nocturno tẽpore pãnis? Sed vbi nũc diuites? Vbi quos ambit multitudo

*Simon de Caſ. li. 4. cap. 4.* *1. Cor. 1.* *Audiant hoc delicati.*



A multitudo populorum? Vbi delicati? veniant, & contemplentur omnium regem ab animalibus ſociatum. Quid faciebat,ais? temerarium eſt diffinire quod ipſi notarij nõ ſcripſerunt, ſed incũctanter credamus,quod in omnibus agebat & curabat ſalutem noſtram. Si quæratur ait Abul. quid faciebat Chriſtus in his 40. diebus,dicendum quod vacabat orationi: ceſſat tamen homo ab oratione,quia humana infirmitas non poteſt attentionẽ illã in Deum tolerare,niſi ad paucum tempus. Chriſtus autem cum eſſet Deus,poterat ſemper manere ſine cibo, & ſemper attentus B circa eãdem rem,ſicut patet Luc.6. vbi dicitur, exijt in montem ſolus orare,& erat pernoctans in oratione Dei.

*Abulẽ. in Mat. q. 8.* *Luc. 6.*

Quadraginta diebus tentatur Ieſus,& quæ fuerint tentamenta omnia neſcimus: quæ ideo forſitan prætermiſſa ſunt, quia maiora erant,quam vt literis crederentur,& ſic oportet dicere: ſicut mundus capere non poterat omnes libros, ſi ſcripta fuiſſent quæ fecit & docuit Ieſus,vt ait Ioan. Sic 40. dierum tentationes quibus tentatus eſt dominus à diabolo,mundus ferre non poterat,ſi ſcriptura docuiſſet: ſufficit nobis hoc tantum ſcire, quod 40. diebus in deſerto fuerit,& tentabatur à diabolo.

*Orig. opinio in Luc. 4. ho. 29. to. 2.* *Ioann. 21.*

C Secundum Origenem,toto tempore 40. illorum dierum tentabatur,veruntamen verbũ hoc Origenis pie accipi debet,præſertim cum beatiſsimi Euãgeliſtæ Mat. & Luc. tres tẽtationes quas ibi paſſus eſt Chriſtus, cõmemorent. Baſi. quoq; ſentire videtur quod completis 40. diebus ieiunij ſit tẽtatus,ait namq;, Chriſtus per quadragenã intẽtatus manſit, nouerat enim diabolus quod ieiunabat,nec fameſcebat,ideoq; non audebat accedere. Et illud euangelicæ veritati magis conſonum reor, quia in Matt. habetur,cum ieiunaſſet 40. diebus & 40. noctibus &c. & accedens tentator dixit. Vnde apparet quod cõſummato ieiunio,& viſa fame D ipſius,tentator aggreſſus ſit eum. Hinc aliqui expoſitores affirmant,quod eſuries fuerit diabolo tentandi occaſio.

*Alia opi. Dio. Car. ſup Luc. 4.* *D. Baſi.* *Matt. 4.*

Porro Chriſtus tentatus eſt per omnes 40. dies,idquod expreſſe ex Marco videtur colligi,dicente: erat 40. diebus,& 40. noctibus in deſerto,& tentabatur à Satana: cui textui niſi violenter, reſponderi non poteſt. Adde quod hæc ſententia non diſplicuit Remigio,Bedæ,Thomæ,& Caietano. Ex quibus habetur,quod ſicut Antonius Abbas paſſus eſt innumeras à dæmonibus afflictiones,viſiones,& terriculamenta,ita & Chriſtus paſſus eſt. Lege D.Tho. & Cai. Cui ſententiæ iterum Paulus ſuffragatur,cũ dicit,Chriſtum tentatum per omnia,nullum igitur tentationis genus non eſt expertus ab hoſte,ſine peccato tamẽ. Demũ qui omnibus

*Pald. in Mat.* *Mar. 1.* *Remigius* *Beda.* *D. Tho. 3. p. q. 41. a. 3. ad 2. & ibi Caiet.* *Heb. 4.*

nibus tentatis futurus erat exemplum, auxilium, & meritũ, om- E
nes fere tentationes experiri debuit.

*Vt tentaretur à Diabolo.* O incõparabilis dñi patientia, & admirã
*Chryſo. ex* dæ humilitatis exemplũ, tentari à Diabolo dominus patitur, qui
*va. in* tentantem ſe in deſerto iam dudũ mortiferum ſerpentũ morſu
*Mat. ho.* percuſsit. Vnde Dauid ait, vbi tentauerunt me patres veſtri, pro-
*ho. 5.* bauerunt, & viderunt opera mea. Ieiunans etiam in deſerto pro-
*Num. 2.* nobis eſurijt, qui iã dudũ eſurientem populũ ſuum in ſolitudine,
*Pſal. 94.* per 40. annos cibo cęleſti refecit, vt habetur in Exo. Ieiunat Chri
*Exo. 16.* ſtus vt nobis virtutẽ ieiunij cõmendet, & intẽperantiam deteſte- F
*Simile.* tur, In vitis patrum quidã ex ſenioribus aiebat, ita ciborũ multi-
*Ioan. Cli.* tudine flãmas vitiorum accendi, quẽadmodum lignorũ magna
*gra. 26.* ſtrues in ignẽ conieċta ingentẽ flamam excitat. Ioã. Clim. idẽ ſub
*Simile.* alia tamen ſimilitudine profitetur. Sicut inquit ſtercoris copia
*Intẽperan* multitudinem vermiũ gignit, ita ciborũ multitudo lapſum & ma
*tia quãtũ* lũ cogitationũ, atq; ſomniorũ operatur multitudinẽ. Et alibi di-
*noceat.* ctũ eſt, eos qui pudicitiæ ſtuderẽt, & ſe cibis ingurgitarẽt, his eſſe
*Simile.* ſimiles qui ardentẽ ignem, iniecto oleo extinguerẽt. Cæterũ quẽ
*Simile.* admodum aquilæ ciconiæ pullos ſuos ſubiectis alis ſuſtinẽtes, ad
volandũ inſtruunt & inuitant: ita dux noſter exẽplo ſuo nos cer G
*Chryſolo.* tare cum cõmuni hoſte edocet. Ieiuniũ ait Chrhyſol. ſcimus eſſe
*ſer. 12.* Dei arcẽ, Chriſti caſtra, murũ ſpirit⁹, vexillũ fidei, caſtitatis ſignũ,
*Gen. 3.* ſanctitatis trophæũ. Hoc Adam ſeruauerat in paradiſo, quem in-
*Gen. 7.* de detraxit gula: hoc in arca cuſtodiuit Noe, mundũ ebrietas cũ
demerſit. Per hoc Loth Sodomiticum extinxit incendiũ, qui per
*Gene: 19.* ebrietatẽ inceſtus eſt aduſtus incendio. Hoc Moſen diuini feruoris
fecit lumine perdurare, quando cõmeſſatio & ebrietas Iraeliticũ
*Exod. 32.* populum ſimulachri tenebrauit erroribus. Hoc Eliã peruexit ad
cęlum, quando Achab impium ebrietas ad inferna deiecit. Hoc
*4. Reg. 2.* Ioannem in natis mulierum fecit eſſe maiorem, quando temulen H
tia Herodem principem imperio mulierum reddidit homicidã.

*Mar. 6.* Ecce tempus, quo carnis otia, quo mentis ignauia, quo ventris
*Chryſolo.* cura, & tota eſt familiaris obſequij deponenda torpedo. Ecce tẽ-
*ſer. 13.* pus, quo in armorum cęleſtium meditatione, animæ & corporis
*Tẽpus ad* exercendæ ſunt vires. Ecce tempus, quo reſidente Chriſto, aſtanti
*diuina præ* bus angelis, noſtra luctaminis exercenda eſt fortitudo. Nunc eſt
*ſtãda obſe* tẽpus quo gula cũ ieiunio, abſtinentia cum crapula, cũ luxuria ca
*quia accõ* ſtitas, pietas cũ impietate, patientia cum furore, cupiditas cũ li-
*modatiſsi* beralitate, miſericordia cũ auaritia, humilitas cum ſuperbia, ſan-
*mũ, Qua* ctitas cũ reatu, Chriſto remunerante confligit. Si quis ergo ſpectã
*drageſima* te Deo, cæleſti reſonante iam tuba, angelico inſiſtente cõcurſu, cu
biculi



A biculi irretitus illecebris, eneruatur per mollitiem ſuam, reſo-
lutus in totum iugalibus blandimentis, ad exercitium virtutis ve
nire neglexerit, perdet luctaminis præmium, virtutis gloriã, cer-
taminis palmam, iuſtitiæ coronam.

*Vt tentaretur.* Si in noſtris tentationibus diligenter conſiderare- *Tentatio-*
mus deſideriũ Dei & angelorum, vt victores euadamus, & virili- *nibus qui*
ter pugnemus, longe animoſius tentationibus reſiſteremus. Cõſi *bus cõſide*
dera quæſo quantã adhiberent curam homines in victoria repor *rationibus*
tanda in ludis olimpiacis, etſi præmium eſſet dumtaxat corona *reſiſtẽdũ.*
B aliqua ex frondibus arborum, aut alijs id genus, modo mundanã
gloriam reportarent: & nos qui Deum in certamine præſentem *Miratur*
habemus & angelos, tum etiam præmia immortalia parata, tam *dæmon*
debiliter pugnamus, vt dæmon etiam ipſe miretur tantam debi- *quod tã fa*
litatem noſtram, præſertim cum abundemus auxilio diuino & fa *cile ſuccũ*
uore, quæ tamen negligimus. *bamus.*

*Vt tentaretur.* Dæmõ nõ contendit cũ ipſum ſequuntur, ſed cũ
his qui ipſi nolunt obtẽperare. Cũ videt venator prædã ipſam re- *Simile.*
cta tendere ad laqueos ſuos, quieſcit & tacet, at ſi viderit prædã
alio tendere, clamat, vt ad laqueos impellat.

C *Vt tentaretur.* Magnam adhibet ſolicitudinẽ dæmõ intentando
homine: vix enim vnam vicit tentationẽ, cũ iam adhibet aliã, vix *Gen. 39:*
dum exacta erat ſeruitus Ioſeph, cũ iam vrſit eum tentatio heræ
ſuæ, & pęna carceris: cũq; ſciat dæmõ quod multis ſecuris qui-
dem ictibus proſternitur arbor ipſa, & multis aquæ guttis *Perſeue-*
immane etiam ſaxũ excauatur, atq; magno labore etiã ardua ſu- *rat dæmõ*
perantur: ſic ipſe etiã cupit aſtutijs ſuis frequentatis & dolis nos *intentatio*
proſternere: ſed in caſſum laborabit, ſi diuino adiuti auxilio reſi- *ne.*
ſtamus. Vnde Pau. ait omnia poſſum in eo qui me cõfortat, Phi. 4 *Phil. 4:*
poſtulemus igitur à Deo, vt lapides tentationũ & calamitatũ in
D panes conuertat, ideſt in vtilitatem noſtram.

*Vt tentaretur.* Dolendũ ſane eſt, ꝙ à vilibus & abiectiſsimis rebus
nos vinci patiamur. Iudi. 9. dixit Abimelech ad armigerũ ſuũ, eua *Iudi. 9:*
gina gladiũ tuũ, & percute me, ne forte dicatur ꝙ à fęmina perij.

*Et cũ ieiunaſſet 40. diebus.* Non eſt contenta alma mater Eccleſia de
ieiunio tractaſſe feria 4. Cinerum, quin etiã nũc idẽ repetit & cõ
mendat: ſiquidẽ cum aliquid eſt neceſſariũ, etiã millies repetitũ
placebit. Vnde Sen. ait, nunquã nimis ſcitur, ꝙ nõ ſatis dicitur! *Seneca:*

*Quadraginta diebus.* Celeberrimus ſane numerus ieiunio cõſecra-
us: ſiquidẽ ter 40. annos cõceſsit Deus ante diluuium vt morta *Gen: 6:*
les pęnitentiã agerent: itẽ 40: diebus pluit in diluuio: Inſuper de *Gen. 7:*
cies 40. annis fuit popul⁹ Dei captiu⁹ in Aegypto, qui oẽs fuerũt. *Exo. 16.*

*Exo.* 24. 400. Anni. præterea 40 annis iuerunt per deſertum & 40. diebus E
*Exo.* 34. ſtetit Moyſes bis in monte vt legem acciperet: per 40. dies appa
*Acto.* 1. rens probauit Chriſtus reſurrectionem ſuam: & 40. annis poſt
Chriſti mortem euerſa eſt Hieruſalem.
*Et accedens tentator.* Corpore aëreo, habituq; ſumpto cōmodiſ
*Soarez in* ſimo, nō iuuenis, ne leuis videretur: nec ſenis, ne delyrus, ſed me
*Matt.* diæ ætatis virū domino ſe objicit, vultu pallido, oculis concauis,
*Aſtutia* fingenſq; ſe auidiſſimū humanæ ſalutis dn̄m ſalutauit, multa ſer
*inimici.* uatori propoſuit longo ſermone vſus. Sed vnde ſumpſit ocaſio-
*Chryſo. in* nē dæmon ad huiuſmodi tentationes? Reſpōdet Chry. dicens, cū F
*Matt. ho.* audiſſet vocē de cælo venientē, atq; dicentē: hic eſt filius meus di
13. *to.* 2. lectus, audiſſet etiā Ioā. teſtimonium illi tā inſigne perhibentē ac
*Ioann.* 1. deinde ipſum eſurientē videret, magno teneri cæpit ambiguo. Nā
neq; hominē illū eſſe nudū credere poterat, propter ea quę vox
diuina de eo protulerat: nec ruſus iſtud percipere quod filius eſ
ſet Dei, quem eſurientē videbat. Itaq; maxima rerū concluſus an
*Perplexus* guſtia, voces emittit ancipites. Nec dixit, quādoquidē eſuris, ſed
*erat dæmō* ſi filius Dei es videlicet exiſtimans ſe illi poſſe, per laudū blandi
*cū Chri-* mēta ſuffurari: idcirco nō cōmemorauit eſuriem, magnitudinē
*ſtū tenta-* quippe tantę diſpenſationis ignorans, iſtud ei erubeſcendū puta G
*bat.* bat, propter quod doloſa illi adulatione palpando, ſolius mētio
nē facit dignitatis. O cæcitas diaboli manifeſta, ait D. Chry. ali-
*Chryſo. in* bi, quomodo ſuſpicatus eſt eū nō eſſe filiū Dei, quē poſt 40. dies
*non. abſo.* eſuriētem ſenſit, & per 40. dies non eſurientē non intellexit? nam
*ho.* 5. *to.* 2. ſicut eſurire hominis eſt, ita p 40. dies nō eſurire, hominis nō eſt
Nō cogitauit quoniā qui verè nō eſurit, volūtariè eſurire poteſt.
Fortis quidē ad ea quæ infirma ſunt, deſcendere poteſt, infirmus
autē ad ea quæ fortiora ſunt aſcendere nō poteſt: ſic ergo magis
ex eo quod per tot dies non eſurierat, intelligere debuerat quia
Deus eſt. Nā Deus quæ hominis ſunt agere poteſt, homo autem H
quæ ſunt Dei, agere nō poteſt. Forſitā tu dices, Moſes & Elias 40.
3. *Reg.* 19. dies ieiunarunt, & homines erant, ſed illi ieiunantes eſuriebant
*Exo.* 24. & ſuſtinebant, iſte autē 40. diebus non eſurijt, eſurire enim, & nō
mādūcare, patientiæ eſt humanæ, nō eſurire autē diuinæ naturæ:
*Dic vt lapides.* Quare eū aggreditur primo de peccato gulæ? ad
*Gorra. in* hoc dicendū quod vidit eū magis diſponi propter eſuriē, ſicut mi
*Luc.* 4. lites explorāt infirmiorē caſtri partē, & ex illa primo inuadūt, ſe
*Simile.* cūdū quod dicitur in Ge. vt videatis infirmiora terræ veniſtis. *Dic*
*Gene.* 42. *vt lapides.* Quaſi dicat, vt ait Hu. Car. diu laboraſti, multū ieiuna-
*Hu. Car.* ſti, iam perfeciſti pęnitentiam, neceſſe eſt aliquādo recreari. Non
*in Lu.* 4. dicit, vt ait Inno. dic vt lapides iſti carnes fiāt, aut piſces, ne forte
varijs



A varijs deprehendatur facilius aſtutia tētatoris: & addidit vt ait
alius doctor, quare tui occiſor eris, facile tibi natura quam con *Inno.* 3. *in*
didiſti, obtemperabit: ego quoq; inte credens, diſcipulus & tui *ſerm. Do.*
præco exiſtam. 1. *Quad.*
Ne credas quod ſtatim vt illum vidit dæmon, hac quæſtione *Soarez. in*
fuit aggreſſus, nam Euangeliſtæ breuitatis cauſa ſolum cōcluſio *Matth.*
nes rerum ſcribūt, prius enim illum appellauit amicis verbis, & *Autor.*
poſtea dixit ei: etiam ſi me non agnoſcas, multi tamen aguntur
iam dies, quibus ad me tui noticia & fama peruenit, volat enim *Exordiū*
B per vniuerſum orbem, & nunc præcipue cum tanto, tamq; mi- *dæmonis*
rabili ieiunio. Miror quidem valde tuæ vitæ aſperitatē, ſic adeo *in prima*
vt credam te non eſſe niſi filium Dei & Meſsiam quem Iudęi ex *tentatione*
pectamus. Si tu ergo is es quem ego ſuſpicor, nullo opportunio
ri tempore poſſes venire, nam mūdus, ita perditus eſt, & euerſus
quidem, vt ego propter tot tantaq; ſcelera quæ ſunt in Hie- *Tentat dæ*
ruſalem, ab ea fugere, & aliquibus diebus in deſertum recedere *mon ſub*
voluerim: cum autem tu poſsis tuæ vitæ ſanctimonia & exem- *ſpecie ſan-*
plo, tot atq; tantas animas perditas lucrari, videtur mihi melius *ctitatis.*
& magis acceptum Deo eſſe obſequium, ſi in Hieruſalem tēdas,
C & pœnitentiam prædices, quam hic in deſerto abſcondaris. Cū
autem nemo hic ad ſit qui cibum tibi poſsit miniſtrare, ſi quidē
filius Dei es, dic vt lapides iſti panes fiant.
Quemadmodum venator qui feram ſponte in retia incurren
tem tacitus obſeruat, nulla vtitur vociferatione, ſi vero diuer- *Simile.*
ſam abire viam videt, ſe ſe illi in via opponit; terroribuſq; & mi *Non ten-*
nis ad laqueos redire compellit: ſic Diabolus quos ſponte videt *tat dæmō*
perire, nō moleſtat, illos vero qui tutiorē ſelegerūt viam, omni *vitioſos*
bus modis ab incæpto terrere conatur. Dicitur autem tentator *viam ſuā*
propter varias artes ſuas & fraudes, & cum ſit ita peritus in ar *facientes.*
D te tentandi. Ex quo plane intelligere licet, quod quemadmo-
dum artifices primo inſtant operibus ſuis, vt pote qui eorū vſu *Similitu.*
victitant, ita hic noſter hoſtis & tentandi artifex, non alio fungi
tur officio, non aliud captat lucrum, non alteri curæ aut nego-
tio intentus eſt, ſed huic vni operi dies nocteſq; peruigil incum
bit. cæterum illi quidem opifices ſacris feſtiſq; diebus operis ſui *Diſsimile.*
laborem intermittunt, hic vero nullum tempus, nullamq; ten-
tandi occaſionem prætermittit, ſed potius maxime ſacrorum *Aſsiduus*
dierum otio in noſtram abutitur perniciem. Quid enim non au *& impē-*
deat, qui ipſum quoq; angelorum Dominum, quem cæleſti teſti *dēs tenta-*
monio filium Dei audierat, tentare auſus eſt? Qua nos ergo cō- *tor eſt dæ-*
fidentia vermiculos & veluti locuſtas aggredietur, qui illum in *mon.*

 vade-

uadere non dubitauit? Circuit enim atq; luſtrat omnes animi noſtri affectus incredibili vigilantia, non aliter atq; callidiſsimus hoſtis explorat arcis mænia, vt ea potiſsimum parte aggrediatur, qua ſenſerit infirmiora eſſe præſidia. Et ſicut qui è ſilice per frequentem æris colliſionem, ignem eruere volunt, diligenter attendunt, qua parte ſilex cōmodior ſit ad æris ictus percipiendos vt facilius ſcintillã excutiant, qua fomentis ignẽ concipiant: ita callidus tentator explorato hominis ingenio atq; natura tentationis ſuę ferro acrius pulſat, vt ita tandẽ praui conſenſus excuſſa ſcintilla, peccati flãmã omnia deuorãtẽ incẽdat. Hinc D. Gre. ait, prius complexionẽ cuiuſq; aduerſarius noſter perſpicit, & tũc tẽtationis laqueos opponit. Hac quidẽ ratione Gẽtiliũ ſcriptores memorãt, parricidã illũ Catilinã magnã ad ſe iuuenũ manũ Romæ attraxiſſe, atq; ad teterrimũ cõiurationis facinus inſtigaſſe, ꝙ ſcilicet vnicuiq; illorũ abunde ea omnia vitiorũ irritamẽta ſuppeditaret, ad quæ propẽſum quẽq; illorũ intelligebat, itaq; alijs ſcorta, alijs equos, alijs canes ad venãdũ prębebat, prout cuiuſq; mores & ingeniũ ferebãt. Sic igitur cõmunis hoſtis affect⁹ noſtros ad malũ incẽſos inflãmare magis nõ ceſſat. De eo nãq; ſcriptũ eſt, halit⁹ ei⁹ prunas ardere facit, & flãma de ore ei⁹ egreditur. *Dic vt lapides.* Lapides eſurienti offert, humanitas talis eſt ſemper inimici: ſic paſcit mortis autor, ſic inimicus vitæ. Diabo le fallit te prouiſio tua: poteſt famẽ vertere in ſaturitatẽ, q. poteſt in panẽ lapides immutare. Quid illi cõſiliũ tuũ, cui ſua ſufficit virtus? *Dic vt lapides.* Obtulit lapides dæmõ Chriſto, & ſic⁹ ſolus Samaritana bona verba, Iudæi in cruce Fel. Sic mali cũ deo agunt: alij offerũt obſtinata corda ceu lapides: alij ſolas ceremonias tãq; ficus, alij verba, alij fel id eſt mille quotidie peccata: ſic deo ſoluimꝰ beneficia in nos collata. *Nõ in ſolo pane.* Pẽſate quãta eſt patiẽtia noſtra ait Gre. nos ſi iniurijs, aut aliqua læſione ꝓuocamur, furore per moti aut quãtũ poſſum⁹ nos metipſos vlciſcimur, aut ꝙ nõ poſſum⁹ facere minamur. Ecce ꝑuerſitatẽ Diaboli, Dñs ꝑtulit, & nil niſi mãſuetudinis verba ei reſpõdit. Portat quẽ panire potuerat, vt hoc modo laus ei⁹ alti⁹ creſceret, ſi hoſtẽ ſuũ nõ extinguẽdo, ſed interim patiẽdo ſuperaret. Perpulchrũ eſt ait Rupt⁹, collationẽ facere illius primi hominis & ſecũdi, in eo ꝙ ille poſit⁹ fuit in loco amænitatis & ſatietatis, excepto vno ligno appoſitę ſũt ei oẽs delitię paradiſi, & tamẽ in illa tali ac tãta ſatietate, de gula in vno tẽtat⁹, tã facile ſuccubuit. Hic autẽ expulſus eſt in locũ horroris & vaſtæ ſolitudinis, & 40. dierũ ieiuniũ impoſitũ eſt ei, quo peracto eſurijt, & tamẽ in illa eſurie de neceſtario pane

[Left margin: Leo papa — Similitu. — Simile. — Callidus explorator dæmõ. — D. Greg. — Salluſ. — Simile. — Iob. 41. — Chryſol. ſerm. 11. — Mali quã peſſime deo ſeruiant. — Gre. ho. 16 in Euan. — Patientiã habeamus. — Rup. Ab. in Matth. — Gene. 3. — Right margin letters: E, F, G, H]



A ne tẽtatus, tẽtationi nõ ſuccubuit. *Tũc aſſum pſit eũ diabolus in ſãctã ciuitatẽ.* Ideo ducit eũ in altũ locũ, vt ipſa loci mutatio iuuaret ad decipiẽdũ Chriſtũ, ꝙ bene figuratũ fuit in Num. Vbi dicit ꝙ Balaac ducebat Balaã de loco ad locum vt malediceret filijs Iſrael. *Supra pinnaculũ tẽpli.* Nõ eſt cẽſẽdũ ꝙ poſuerit ſupra ipſũ ventorũ indicẽ, ſicut aliq. incõſiderate pingũt, & prædicãt, cũ multa ſint in cõtrariũ, & pinnaculũ nõ ſignificat ꝙ iſti cẽſent. Moyſes populo præcepit vt habetur in Deut. dicẽs. cũ ædificaueris domũ nouã facies per circuitũ muri tectũ &c. ita domus Ochoziæ regis ædi- B ficata fuiſſe credit, de quo ſcriptũ eſt quia cecidit ꝑ cãcellos domus ſuæ, & mortu⁹ eſt. Sup omne ergo tẽplũ pinnaculũ altũ erat de quo præcipitat⁹ legit Iacob⁹ frater Dñi. Et Beda ait, pinnaculũ ſũmitas eſt tẽpli, ꝙ in ſuperiorib⁹ æquale erat, ſicut mos eſt in Aegypto & Palæſtina dom⁹ ædificare. Et Glo. ait, in Palæſtina de ſup plana erãt tecta, & ibi erat ſedes doctorũ vnde populo loquerentur, vbi multos cepit vana gloria, honore magiſterij inflatos: in eo igit loco Chriſtũ tẽtat, in quo multos deceperat. Et Bona. in Luc. ait, in talibus pinnaculis cõſueuerũt ſtare doctores ſecũdũ illud Mat. ꝙ in aure auditis, prædicate ſup tecta. Multos dia- C bolus eleuat in altũ, vt grauius trahat ad caſum, ſicut cornix nucẽ eleuat, vt eã ab alto deijciẽdo frãgat. Vnde Iob ait, eleuaſti me & quaſi ſup vẽtũ ponẽs eliſiſti me. *Mitte te.* hæc vox conuenit illi quidem, qui omnes præcipitare ſatagit, in quo infirmus oſtẽdit ꝙ nulli nocere poſsit, niſi prius ille ſe deorſũ miſerit. Sicut cõcupiſcẽtia vanæ glorię ipſe decidit de cælo, nã cũ eſſet angel⁹, volẽs ſe oſtẽdere Deũ, perdidit illud ꝙ erat dũ voluit apparere ꝙ non erat. Sic putauit & Chriſtũ cor cupiſcentia vanæ gloriæ ferri ait Chry. nã ſicut difficile aliquẽ ſuſpicatur malum q. ipſe eſt bonus ſic difficile aliquẽ ſuſpicatur bonũ q. ipſe eſt mal⁹: vide rurſus ſu- D perbiã inimici, & quomodo ipſa inuitatio ei⁹ odioſa eſt, nunqd nõ poterat dicere, deſcẽde ꝑ aerẽ ambulãs: ſed qd mitte te deorſũ? nec timuit cogitãs ne forte ſi inuẽtus fuerit fili⁹ Dei, inueniat ſibi fecisse iniuriã. Sed nil dubitat dicere nec facere, q. nil ſibi reliquit ꝙ ſperet. Dicit autẽ, mitte te, qa diabolus ad malũ inuitare poteſt: cogere nõ poteſt. Nunquid proprius tẽtaſſet, ait Hu. Car. De vana gloria, ſi dixiſſet, ſi filius Dei es, aſcende in cælum? Sed ita affligitur Diabolus in exaltatione hominis, vt nec tẽtãdo aſſenſum velit perſuadere cæleſtẽ: Hinc Bona. ait, diabol⁹ hoc ſuggerebat, vt deſcẽdẽdo corporaliter, faceret eum ſuperbire ſpiritualiter, vt ſimul eſſet aſcenſus vanus, & deſcenſus verus.

Dixerat Chriſt⁹ quod nõ in ſolo pane viuit homo, contra hoc arguit

[Right margin: Gor. in Luc. 4. — Num. 24. — Hay. in do. 1. quad. — Deut. 22. — 4. Reg. 1. — Beda li. 1. in Mat. 4. tom. 5. — Glo. ordi. in Matt. — Bona. in Luc. 4. — Matth. 10 — Gor. in Matth. — Simile. — Iob. 30. — Glo. ord. in Matt. — Iſa. 14. — Chry. in non abſo. ho. 5. to. 2. — Simile. — Mali id ipſum de alijs præſumunt. — Hu. Car. in Matt. — Bona. in Luc. 4.]

arguit Diabolus ſic,ita ne ceſſarius eſt panis vt homo ſuſtente- E
*Tentat ſæ* tur,ac ſcala ad deſcendendum ab hoc pinnaculo. Si igitur tu di-
*pe dæmon* cis quod ſine pane poteſt Deus te ipſum ſuſtentare,etiam dices
*argumen-* ſine ſcala te infra deſcendere ſi igitur in deo confidis vt exiſti-
*tando.* mes te poſſe ſine pane alere & ſuſtentare, confide etiam quod
ſi ne ſcala poteris deſcendere,cum non ſit maior ratio de vno
quam de alio. Si autem ad id quod tu dicis,non in ſolo pane ho
minem viuere,locum ſcripturæ adducis, etiam locus ſcripturæ
*Deut*.8. dicit quod angelis ſuis mandauit de te: cum igitur ambo loca
*Pſal*. 90. ſcripturæ habeant,crediſq; quod ſine pane poſsis te alere,crede F
etiam te ſine ſcala poſſe deſcendere,atq; ita mitte te deorſum.
*Chry.in nõ* O diabole ait Chry. quomodo filius Dei angelorum manibus
*abſo.hom.* portatur,legiſti,& quia ſuper aſpidem & Baſiliſcum calcat non
3.*tom*.2. legiſti? Sed exemplum illud quidem profert quaſi ſuperbus, hoc
autem tacet quaſi aſtutus: nam & vere filius Dei angelorum ma
nibus non portatur,ſed ipſe magis angelos portat, nec vere etſi
portatur manibus angelorum,ideo portatur vt non offendat ad
*Pſal*. 79. lapidem pedem ſuum quaſi infirmus,ſed propter honorem po-
teſtatis quaſi Dominus. Scriptum eſt enim,qui ſedes ſuper cheru
*Ambro.l.* bim: Diſce hinc ait Ambro. quia Satanas transfigurat ſe velut G
4.*in Luc.* angelum lucis vt ait Apoſ. & de ſcripturis ſæpe diuinis laqueum
4. fidelibus parat. Sic hæreticus facit, & ſic euiſcerat fidem. Ergo
2.*Cor*. 11. non te capiat hæreticus,quia poteſt de ſcripruris aliqua exem-
*Orige. in* pla proferre. Vnde Orige.ait,ſi quando de ſcriptura teſtimoniũ
*Luc*. 4. audieris,vide ne ſtatim loquenti acquieſcas, ſed conſidera illum
*hom*.31. quis ſit ac cuius ſententiæ & voluntatis ne forte ſimulet ſanctũ
ſe eſſe quod nõ eſt,& ne venenis ſit infectus hæreſeos, & ne ſub
*Matt*. 7. ouis pelle lupus latitet, & ne forte loquatur in eo Diabolus
*Hiere*. 8. de ſcripturis. Quare diabole ſiles,ſuper aſpidem & Baſiliſcũ &c.
Niſi quia tu es Baſiliſcus, tu es omnium ſerpentium regulus, H
*Luc*. 10. nocentiora habens venena, quam cæteri. Sed licet tu taceas,
nos qui ſcripturas rectius legimus,ſcimus habere nos poteſtatẽ
*Pſal*. 90. conculcandi te, & datam nobis hanc ditionem non ſolum in ve
teri teſtamento ſicut nũc datur in Pſal. Sed etiam in nouo,ſalua
*Luc*. 10. tore dicente vt conſtat apud Luc. ecce do vobis poteſtatẽ calcan
di ſuper ſerpentes & ſcorpiones,& nil vobis nocebunt. Porro vt
*Hebr*. 10. ſcias quomodo conculcetur leo & conteratur draco, Pau. Epiſ.
lege vbi aſſerit conculcari peccatores filio Dei. Sicut ergo qui
*Hebr*.10. peccator eſt conculcatur filio Dei,ſic è contrario qui iuſtus eſt,
*Lu. Gra.* conculcat leonem & draconem. Poteras miſer, ait alius autor,
alio argumenti genere dignitatem filij Dei explorare, quam
tanto



A tantopere noſſe cupiebas,vt vel cæcos illuminaret,vel leproſos
mundaret,vel mortuos ad vitam reuocaret. Sed truculentus hu
mani generis hoſtis non ſigna humano generi ſalutaria, ſed per
nicioſa requirit.
*Non tentabis dominum &c.* Nota quod omnia teſtimonia quæ *Hay. Do.*
Chriſtus attulit ex ſcriptura,ex lib. Deut. Deſumpſit, & his vi- 1.*Quadr.*
cit Huius porro victoriæ typum quondam Dauid tenuit, quan- *Deut*. 6.
do ſingulari certamine cum Philiſthæo pugnauit, arma regalia *&*.8.
de poſuit,& 5. limpidiſsimos lapides de torrente aſſumpſit,è qui 1.*Reg*. 17
B bus vnum in fundam miſit, & philiſtæũ in frontẽ percuſsit,atq;
in terram proſtrauit. Sic enim Dominus ad conuincendam dia- *Sacra ſcri*
boli verſutiam, noluit vti armis regalibus ita vt confunderet *ptura ar-*
ipſum & in infernum mitteret,ſed 5. libros Moyſi aſſumpſit,quo *ma contra*
rum vno Philiſtæum in fronte percuſsit, quia ex Deut. lib. tria *dæmonem.*
teſtimonia aduerſus trinam tentationem oppoſuit: non debet
quis tentare Dominum ait Glo. quando habet ex humana ratio *Glo. Ord.*
ne quid faciat: Vnde quãuis omnia poſſet,ait tamen ſuis, ſi vos *in Matt.*
perſecuti fuerint in vna ciuitate,fugite in aliam,vt conſtat apud
Matt. & ipſe etiam fugit,abijt,& latuit. Poſtquam autem deficit *Matt*. 10
C humana ratio,commẽdet ſe homo Deo,non tentando,ſed deuo
te confidendo.
*Iterum aſſumpſit eum Diabolus in montem. &c.* Multi ducuntur in al *Gor. in*
tum prælationis & inde deijciuntur,qui in valle religionis fuerãt *Luc*. 4.
ſecuri. In montibus enim Gelboe ceciderunt fortes Iſrael: non 2. *Reg*. 1.
eſt ſic intelligendum quod ex illo loco poſſent omnia regna &
omnes ciuitates determinate videri,ait Lyra. Sed oſtendendo di *Lyra in*
uerſas partes orbis,dixit ei,tale regnum eſt in tali ſitu, & tale in *Mattt.*
tali,enarrando in breuibus magnitudinem & gloriam illorum
regnorum,& ideo oſtenſio fuit magis ad auditum quam ad vi-
D ſum. Dio. Car. dicit quod Diabolus arte magica & incantationi *Dio. Car.*
bus fecit vt in montis illius ſpatio omnes ciuitates mundi opu- *Dæmon in*
lentiſsimæ apparerent,omne porro aurum, argentum, & quid *cantator*
quid mundus amat. Hinc videre licet quanto noſtri odio Diabo *& impo-*
lus tentatur, quandoquidem omnia regna mundi, ſi id quidem *ſtor.*
efficere poſſet,libenter traderet vt nos in lethale aliquod pecca-
tum præcipitaret. A cuius odio quantum nobis timendum ſit,
declarat angelus ille qui in Apo. clamat,væ terræ & mari, quia *Apo*.12.
deſcendit Diabolus ad vos habens iram magnam, ſciens quia
modicum tempus habet.
Bene in momento temporis oſtendit ei omnia regna mundi, *Luc*. 4.
vt dicit Luc. non enim tã cõſpectus celeritas indicatur, quã ca-
duce

duçę fragilitas poteſtatis exprimitur. In momẽto enim ait Amb. E
*Amb. li. 4* cuncta illa prætereunt, & ſæpe honor ſeculi abijt antequam ve-
*in Luc.* nerit. Quid enim ſeculi poteſt eſſe diuturnum, cum ipſa diu-
turna non ſint ſecula? Cuncta prętereunt in momento, iuxta il-
*Eccl. 10.* lud Eccl. hodie eſt rex, cras morietur. Et Iob ait, gaudium hypo
*Iob. 20.* critæ ad inſtar puncti. Gloriam oſtendit mundi quæ cum mun-
do peritura eſt iuxta illud Ioan. tranſit mundus & concupiſcen-
*1. Ioan. 2.* tia eius: & illud Apoſ. præterit figura huius mundi. Vnde D. Bo-
*1. Cor. 7.* na. ait ſuper hunc locum, honor ſeculi abit antequam venerit.
*Bonauẽ. in* Et Iſa. ait, ecce gentes quaſi ſtillæ ſitulæ, & quaſi momentum F
*Luc. 4.* ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarum.

*Hæc omnia tibi dabo.* Tune illa feciſti miſer? ait Bern. quomodo
*Iſa. 40.* dabis quæ ille creauit aut quomodò hæc a te ſperanda? Quo-
*Bern. in* modo tua adoratione petenda, quæ ab illo condita? In illius
*pſal. qui* poſita ſunt ditione. *Si cadens adoraueris me.* Ecce quomodo ſu-
*habitat.* perbia Diaboli aſcendit ſemper: antequam enim peccaſſet, ſuffi
*ſerm. 14.* ciebat ei, ſi ſimilis eſſet altiſsimo, vt ait Iſa. modo nõ ſufficit ei,
*Pſalm. 73* niſi etiam adoretur ab altiſsimo: nec ſufficit illi ſupplex inclina
*Iſai. 4.* tio, ſed ſuggeritur totius corporis proſtratio: occultiore arte G
*Caiet. in* tentationem hanc intulit ad explorandum ſi filius Dei eſſet con
*Matt. 3.* ſiderans enim tentator priores conatus à ſuggeſtione, ſi filius
Dei es, fuiſſe vanos, cogitauit occulte idem explorare, tentando
de ſupremo crimine vt ſcilicet ſe adoraret, vt vel ſic prouocá
ret Ieſum ad increpandum tentatorem, vt diceret: ego à te de-
beo adorari, & tu tam inſanis, vt petas adorari à me? Et ſic
exploraret ipſum eſſe filium Dei, ſed fefellit eum opinio
ſua.

*Et angeli.* Nemo poteſt, ait Ambro. niſi vicerit coronari, ne-
mo autem poteſt vincere niſi ante certauerit: ipſius quoque
*Amb. li. 4* coronæ maior eſt fructus vbi labor maior eſt: tolle marty- H
*in Luc. 4.* rum certamina, tuliſti coronas. Sicut conſuetudo erat apud
antiquos, quodquando aliqui victoriam habebant venera-
bantur, ita hic celebratur triumphus Chriſti ab Angelis, ait
*D. Thom.* Thom. & in hoc ſignificatur quod homines qui vincunt Dia-
*in Matt.* bolum, merentur miniſterium Angelorum. Oremus fratres
*Innocẽ. 3.* ait Innocen. 3. Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, vt qui
*ſer. in do.* tentatoris ſuperauit aſtutias, ipſe nos liberet ab inſidijs tenta-
*1. Quad.* toris, nec nos permittat in tentationem induci, ſed ſi quando
*1. Cor. 10.* forte tentatio nos apprehendat humana, non permittat vſque
ad conſenſum tentari.

DOMINI-



A
# DOMINICA PRIMA QVADRAGE.

## CONCIO SECVNDA.

D*VCTVS eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu:* Matt. 4. Maio-
res ſibi videbantur offerri Domine tentandi occaſio- *Vbiq; im-*
nes in ciuitate vbi regnat mundus, caro, & ſuperbia: *minent*
ſed hoc facit vt intelligamus quod etiã ſint pericula *pericula.*
in deſerto, & ibi laqueos tẽdat dæmon, vbi minores
B videntur occaſiones.

*A ſpiritu* ſatis intelligitur à quo ſpiritu duceretur, ſi quidẽ ad
tã ſingulare & heroicum proceſsit opus, videlicet ieiunium, & *Ex operi-*
victoriã tẽtationũ: nã ex operibus quæ quiſq; facit intelligitur *bus cognoſ*
quo ſpiritu ducatur: ſi enim ad miſſã audiẽdã pergit, aut cõcio- *citur quo*
nẽ, ſiue ad viſitanda hoſpitalia, aut carceres, ſatis conſtat ꝙ à bo *ſpiritu du*
no ducatur ſpiritu pſal. ſpiritus tuus bon⁹ deducet me in terrã re *camur.*
ctã: at ſi te cõferas ad vidẽdas amaſias, ludos, vindictas, ſpiritu
malo duceris, item ſi ad prætenſiones humanas, vſuras &c.

Item ſe confert Chriſtus ad deſertum, vt intelligamus quanta *Oratio cũ*
C attẽtione debeamus orare & opera bona facere. Mirabile eſt ſa- *attentione*
ne ꝙ epiſtolã ab amico miſſã etſi valde prolixã, cũ maxima atten *fieri debet*
tione legamus, & videamur quãdã moleſtiã ſentire quod proli- *Similitu.*
xior etiã nõ ſit, prætãta ſuauitate quã capimus: & tamẽ oratio-
nẽ nõ cũ attẽtione percurrimus: itẽ cõcedis in ſecretũ aliquẽ lo-
cũ vt poſsis epiſtolã legere, non autem ſic in mundo præſtas.

*Cum ieiunaſſet.* Noli carnem tuam molliter tractare, qui vides *Delicias*
ſpecioſum forma præ filijs hominum, in tanta ſolitudine atq; ie *fugiamus*
iunio, ſiue loco, in frigore, & æſtu: Ieiunat quidem vt nobis *ad imita-*
exemplum præbeat ieiunandi, ſi quidem exempla maiorum plu *tionem*
D rimum nos mouent, vt conſtat ex rege Niniuitarum Ionæ. 3. *Chriſti.*

*Dic vt lapides.* Id curat dæmon vt lapides aſperos pœnitentiæ
in delicias conuertamus & panem delectationum corporalium. *Dæmon cu*
Dicit concionatoribus, ne ieiunes, nam ſatis te maceras in con *rat nobis*
cionando & fructum faciendo: quaſi vero fructum aliter non *pænitentiã*
poſſet reportare abſtinendo? Alijs dicit, cur pœnitentiam facis? *impedire*
Satius eſt vt in alijs pijs operibus te exerceas. Alios decipit vt *varijs mo-*
pote lutheranos, dicens quod iam Chriſtus pro nobis ieiunauit *dis.*
& paſſus eſt, & ideo parum de eius valore videmur cõfidere qui *1. Pet. 2.*
pœnitentiam agamus. Non ergo in his debemus audire dæmo-
nem, ſed faciamus quod videmus Chriſtum facere, id eſt ieiune-
mus, ſi quidem ipſe nobis reliquit exẽplum vt dicitur 1. Petri. 2.

*Scriptum*

*Scriptum eſt, non in ſolo pane.* Etſi hæc videatur leuior tentatio, E
*Paruis re-* tamen ei viriliter reſiſtit, vt doceat quod timeamus etiam leues
*ſiſtamus,* tentationes. Aliqui ſolum timent ne ſint homicidæ, latrones,
*ne in ma-* adulteri, infamatores, nõ intelligẽtes quam facile ex leuioribus
*gna laba-* ad grauiora tendamus. Quando audiuit dæmon ab Eua, ne for-
*mur.* te moriamur, cum tamen Deus dixiſſet, moriemini, intellexit
*Geneſ. 3.* eius minimam reſiſtentiam, & quam parum attendiſſet proprie-
tatem verborum Dei, & inde ſumpſit occaſionem dicendi, ne-
*Eccl. 19.* quaquam moriemini. Siquidem videbat eam in dubitatiõe vo-
cantem, quod Deus certo ſtatuerat Eccle. 19 qui ſpernit modi- F
ca, paulatim decidit.

*Contradictiones multas patiuntur ſerui Dei.*

HOc in loco illud primum adnotari ſolet, dominum poſt ſa-
crum baptiſma, & cæleſte patris teſtimonium à dæmone tẽ-
tatum fuiſſe, vt hinc diſcamus omnem dæmonis rabiem ac furo-
rem aduerſus eos maxime ſæuire, qui Dei filij nominentur &
*Iudith. 11* ſint. Eius enim eſt illa Holophernis vox: æquo animo eſto, & no-
*Dæmon tẽ-* li pauere in corde tuo, ego nunquam nocui viro, qui voluit ſer- G
*tat cõtra* uire Nabuchodonoſor regi. Itaq; repugnantibus maxime aduer-
*dicentes* ſatur, obſequentes vero deſerit: cur enim impugnet non repu-
*ſibi.* gnantes? Eſca enim eius non vulgaris & vilis, ſed electa ea eſt.
*Abacuc. 1.* Vnde tunc potiſsimum beatum Iob auertere tentauit, cum illũ
*Iob. 1.* à domino commendari vidit. Quemadmodum enim pyratæ his
*Simile.* potiſsimum nauibus inſidiantur, quas auro & pretioſis merci-
bus onuſtas eſſe intelligunt, ita dæmon his potiſsimum laqueos
tendit, quos ſpiritualibus diuitijs abundare cognoſcit. Nõ ſit er-
*Innoc. 3.* go monachus ſecurus in clauſtro, non ſit eremita ſecurus in ſo-
*Boni ſæpe* litudine, vt ait Inno. Tentauit etiam non poſt conuiuium, ſed H
*tentantur.* poſt ieiunium, non poſt peccatum, ſed poſt baptiſmum, quia ma-
gis inſiſtit, ſatagit, & laborat, vt ſeducat magnum quam paruũ,
iuſtum quam impium, ſapientem quam fatuum. Vere tentatio
eſt vita hominis ſuper terram. Propterea clamat & plorat Apoſ.
infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Et
*Rom. 7.* Dauid, educ dẽ carcere animam meam. Sicut rex non contra
*Pſal. 141.* ſubditos, ſed contra rebelles nationes bellum mouet: ita Diabo-
*Simile.* lus validius eos quos à ſua ſeruitute recedere viderit, & ad leue
*Exod. 5.* Chriſti iugum feſtinare, impugnat. Quod in exemplo Iſraelita-
rum didicimus, quia tunc à Pharaone ipſi afflicti leguntur,
quando per Moyſen & Aaron ad terram promiſsionis ſunt vo-
cati.



A cati. Idem fecit Laban cum Iacob, qui etiam ſiminus præclare cũ
illo ſe geſsit quo tempore ei ſeruiuit in domo, cũ tamen videret *Gene. 31.*
eum inde fugientem, cõgregauit amicos, & perſecutus eſt eum,
ita certe quamuis qui in mundo verſantur, magnos experiantur
labores, maiores tamen experiuntur qui deo vere & ex animo
ſeruiunt: canis enim non domeſticos mordet, ſed eos qui foris *Simile.*
ſunt: nunquam fur furaturus ingreditur loca vbi paleæ ſunt &
ſtercora, at mercatorum domos ingreditur & rebus prætioſis in- *Similitũ in-*
ſidiatur: & quemadmodum nemo aduerſus amicos & domeſti- *ductio.*
B cos inſurgit, ſed contra inimicos, ita Diabolus non eos expu-
pugnat qui ſui ſũt, ſed eos qui ſub vexillo ducis Chriſti ambulãt.
Cum incipimus Deo vacare, & eũ in anima noſtra recipere, ſta-
tim inſurgunt multæ tempeſtates tentationum & inanium cogi- *Greg.*
tationũ. Hoc figuratũ fuit vt ait Grego. explicans illud Num. 6. *Nu. 16.*
in Nazareis, quibus cum profeſsionem facerent abſtinentis vitæ *Figura.*
& perfectionis, maxime creſcebãt capilli, ita vt vſq; ad pedes in
aliquibus peruenirent. ita qui ſe deo tradunt, maximo tentatio-
nũ flumine percutiuntur & variarũ cogitationũ fluctu operiun-
tur, ac propriæ eſtimationis. Quid quæſo neceſſe erat cũ Deus ac- *Gene. 3.*
C ceſsit ad terreſtrem paradiſum, dicere, quod illico vẽtus quidã
inſurrexerit, ni vt intelligeremus ꝙ quãdo Deus accedit ad ani-
mam noſtrã & inſpirat vt aliquid boni faciamus, ſtatim nos ina-
nis gloria impugnat? Quanto melior aliquis, tãto plus tentatur
& vehemẽtius. Experientia quidẽ nos docet ꝙ cẽtũ etiã in carce-
re cõcluſis viris, vnus dũtaxat ſufficiẽs ſit cuſtos: nõ autẽ ſufficit *Simile.*
alicui fugiẽti cõprehẽdẽdo, ſed multis opus habet: ſic multis ſub *Serui Dei*
dæmone iã cõſtitutis peccatoribus, vnus ſufficit dæmon, at vero *multis im-*
ꝓ cõprehẽdẽdo vno iuſto, multis opus eſt dæmonibus, & multis *pugnãtur*
machinis, vt vincatur, & ita multi cõiũgũtur, cũ enim reſiſtẽtiã pa- *tentationi-*
D tiãtur, tãto maiorẽ adhibẽt diligentiã. Hoc in viſione vidit quidã *bus.*
ſeruus Dei vt refert Gre. vidit enim ſupra monaſteriũ quoddam *Exẽplum.*
multitudinẽ dæmoniorũ & ſupra totã ciuitatẽ vnus tãtũ erat dæ- *Gregor. in*
mõ; cũ autẽ cauſam quæreret huius rei, ſibi dictũ eſt ꝙ in eo mo- *Dialog.*
naſterio omnes eſſent dei ſerui & ideo erãt tot dæmones ad eos *Mali vix*
impugnãdos, at in ciuitate oẽs erãt viri perditi, & ita eis vnus tã- *tẽtationes*
tũ ſufficiebat dæmõ. Porro ꝙ dæmõ tãtã adhibeat diligẽtiã in ꝓ- *ſentiunt.*
ſtrãdis iuſtis, ſignificatũ eſt apud Ioã in Apo. vbi dicitur ꝙ viderit *Apo. 12.*
draconẽ horrẽdũ cũ ſeptẽ capitibus & cornibus decẽ, qui ita cau- *Dæmon o-*
dã ſuã in altũ ſuſtulit, vt tertiã partẽ ſtellarũ demoliretur: id eſt *dio habet*
prætẽdit dæmõ varijs ſuis tẽtationibus obſcurare famam eorum *bona opera*
q virtutibus ſplẽdẽt tãquã aſtris: Verũtamẽ nõ propterea debent *noſtra.*

ſuccumbere ſerui Dei,quin potius quemadmodũ aquarũ inſu- E
mentes fluctus atq; impetus,nequeunt rupes ac ſaxa quæ impe-
tunt perfringere,quin potius fluctus ipſi tandẽ debilitãtur: ita
aduerſ s Dei ſeruos non præualẽt tẽtationũ incurſus,nõ huma
ni conatus,non dignitatũ oblatio,ſed ſemper immobiles in di-
uino obſequio permanent tanquam rupes firmiſsimę.

*Similitu. Serui dei viriliter reſiſtunt tẽtationib⁹.*

Quã limitatas habeat dæmõ vires ad tẽtãdos homines,& ꝙ ali
ter nõ poſsit quã ſibi præſcribitur,ex hoc cõſtare poteſt: quoniã
dæmon volens tentare Euã,cur obſecro aliã nõ induit formã q̃
ſerpẽtis? ad hoc reſpõdetur ꝙ hoc nõ fuit in manu dęmonis,ſed F
fuit ꝓuidẽtia diuina: nã inſtitutũ Dei fuit,primũ ne magis crede
ret Eua tã vili animali quã ipſi Deo, deinde vero vt poſtquã in
peccatũ incidiſſet,libẽtius amplecteretur pœnitẽtiã vidẽs ꝙ pro
pter tã vile animal lapſa fuerat , ſi Deus permiſiſſet quod figurã
angeli lucis accepiſſet,ſicut interdũ permittit, vt ait Pau.videba
tur ꝙ Eua poſſet dicere,quis nõ credidiſſet tã pulcherrimæ crea
turæ? Quis nõ deceptus fuiſſet? & ita quoq; nõ permiſit Deus cũ
populus Iſraeliticus aurũ inſumeret ad idolũ conflãdum, vt inde
egrederetur niſi horribilis vitulus,non autẽ angelus,aut aliquis
ex ſeraphim vt ita nõ haberẽt occaſionẽ adorandi eũ , ſed odio G
haberẽt. Vnde colligas quã limitatã habeat potẽtiã dæmon in tẽ
tationibus,ſi quidẽ ſi ſibi permitteret lõge grauius & peius ſe-
gereret. Cũ itaq; De⁹ ita dæmonis poteſtatem refręnet,& nobis
tot cõcedat fauores, nos pro virili noſtra cõſtãtiſsime tẽtationi
bus reſiſtamus,& ita diuino adiuti auxilio victores euademus.

*Gene. 3. Limitatas habet dæmõ vires ad tẽtãdũ. 2. Cor. 11. Exod: 32. Dæmõ nõ plus tẽtat quam ſibi permittitũ.*

Salutare quidẽ conſiliũ hoc eſt,omnibus pie in Chriſto viuere
volẽtibus,quo omnes diaboli fraudes & machinas ſuperare va-
leãt,videlicet vt quemadmodũ prudẽtis iudicis eſt nũquã aliq̃d
in cauſa ꝓnunciare,niſi vtrũq; litigãtẽ audierit,ita nunq̃ homo
aliquid in cordis ſui tribunali definiat , niſi vtraq; deliberatio-
nis parte diligẽter examinata. Si enim quis alterã libræ lancẽ le- H
ui etiã põdere oneret,in altera vero nil apponat,annõ certũ eſt
eã quæ onerata ſit deijciẽdã,alterã vero in ſublime tollẽdã? Vtra
q; ergo ſuis põderibus onerãda eſt. Hac porro ſimilitudine ad-
uerſus diaboli tẽtationes vti cõmodiſsime poteris : ſubijciamus
aliquot huius rei exẽpla: ſi tibi dæmõ carius delicias & volupta-
tes amplificat,tu in altera libræ lãce voluptatibus iſtis cõſtituta
ſupplicia appẽde,quæ Dñs in Apo.definit cũ ait,quãtũ glorifica
uit ſe & in delicijs fuit,tãtũ date illi tormẽtũ & luctum. Et illud
itẽ,momẽtaneũ eſt ꝙ delectat,æternũ vero ꝙ cruciat. Rurſus ſi
tibi dęmõ terrena lucra exaggerãs,ad fraudes & rapinas trahere
nititur,

*Simile. Simile. Noſtra opera prudenter põderemus. Exempla. Apoc: 18. 2. Cor. 4:*



A nititur,illã Apoſ.cõminationẽ fac tibi ante oculos ponas,hoc au
tẽ ſcitote intelligentes quoniã omnis fornicator aut immũdus, *Epheſ. 5.*
aut auarus,quod eſt idolorum ſeruitus,non habet hæreditatem *Col: 2.*
in regno Chriſti & Dei: nemo vos ſeducat inanibus verbis. His
ergo rationibus fidei clypeũ arripiẽtes,omnia tela inimici ignea *1. Ioan: 3.*
deludere poterimus.

*Ieiunij & abſtinentiæ excellentia:*

ET *cum ieiunaſſet 40. diebus,* Præparat ſe Chriſtus ad tentationes
B & munit præſidio,vt vinceret dæmonem, atq; ſe veſtit armis
ieiunij, vt intelligamus hoc eſſe oſtium per quod eſt ſubijcienda
caro ſpiritui. Quo enim magis caro noſtra fuerit inedia ac labo-
ribus fracta & debilitata,hoc minora aduerſus ſpiritum bellorũ
incẽdia ſuſcitat. Cui⁹ rei typũ ingẽs ille piſcis gerit,qui intra flu *Tob: 6.*
minis alueũ poſitus,aperto ore inhiãs,Tobiã, deuorare nitebatᷣ:
angeli vero iuſſu ab aquis in aridã terrã extractus,extincto pæne
robore deficere & palpitare cæpit ante pedes eius: ad hunc ergo
modũ caro noſtra carnalibus delicijs inuitata,ſpiritũ d̃uorare ni
titur, ieiunijs tamẽ & inedia macerata, ac veluti in arido loco
C poſita,minora aduerſus eum bella concitat. Nam quemadmo-
dum nulla eſt arx munitiſsima,quę per ſitim oppreſſa non capia
tur,ſic nullum eſt vitium quod ieiunio & abſtinentia,non ener-
uetur ac comprimatur. Debemus quidem per abſtinentiã & ieiu
nium recuperare quæ per gulã perdidimus,cumq; gula nos De⁹
paradiſo expulerit, per abſtinentiam eũ recuperemus: ſicut enim
filius cui extenuatũ eſt patrimoniũ & opigneratum propter pa- *Rom. 4.*
tris ingluuiem,curat ab omnibus tributis illud liberũ vendicare,
tẽperate victitans: ſic etiã nos facere par eſt , conſiderantes illud *Luc. 6.*
Apoſ.nõ eſt enim regnũ Dei eſca & potus,ſed iuſtitia & pax: qua
D ſi diceret , non hac via itur ad cælum: Viris ingluuiei deditis mi *1. Reg: 2.*
natur Chriſtus dicens apud Luc. væ vobis qui ſaturati eſtis,quia
eſurietis: ſi quidem vt multi gulæ ſatisfaciant, ſolent mala mul-
ta committere. Filij quidem Heli cum eſſent helluones,vide qua
lem habuerint exitum & finem,

*Abſtinentia virtutũ oſtium. Abſtinentia domantur carnis impetus. Simile. Similitu.*

Qui ieiunat & propter Deum famem patitur,habilis redditur
ad contemplationem , videtur habere mentem vacuam imagi-
nationum multitudine, & exhalationum. Qui vult caſtus eſſe &
à rebus ſenſualibus ſe abſtinere, & tamen non eſt amicus abſti-
nentiæ,ſed multi cibi & potus,ſimilis eſt vt ait Climacus, ei qui
vult vt canis aliquis ſe non ſequatur,& tamen ei paſsim panem
porrigit,& ita libentius eum ſequitur. Prius quidẽ cibũ brutorũ

*Ieiunium quã ũ cõducat. Climacus. Simile.*

 præpara-

præparauit Deus, quam hominum, vt conſtat ex Geneſ. Vt intel E
ligamus quantum ieiunium & abſtinentia conducat homini.
*Geneſ.1.* Non temere eam Petrus commendat dicens, ſuccincti lumbos
*1.Pet.1.* mentis veſtræ, ſobrij perfectiq; ſitis. Et Chriſtus apud Luc. ait,
*Luc. 6.* beati qui eſuriunt. Magnum quidem virtutis fundamentum eſt
*Similitu.* ieiunium. Si quidem vt gula fons eſt innumerabilium vitiorum,
ſic temperantia fons eſt virtutum. Non temere dicebat Apoſ.
*1. Cor. 9:* caſtigo corpus meum, & in ſeruitutem redigo. Bene quidem no
uerat Saul quantum conduceret abſtinentia & ieiunium etiam
ad victoriam obtinendam in prælijs corporalibus, ſiquidem F
in quodam bello legem ſanxit nequis comederet donec prelium
*1. Reg.14.* ex actum eſſet, & ita fecerunt, ac poſtea refecti ſunt, & ſpo-
lia diuiſerunt: & quia Ionathas regis filius modicum mellis gu-
ſtauit, voluit pater eum vita priuare, & priuaſſet, niſi popu-
*Abſtinen-* lus obſtitiſſet. Quanto igitur magis conducet ieiunium ad ob-
*tia cõdu-* tinendam victoriam in ſpirituali prælio? Si quidem Eccleſia
*cit ad vi-* cantat, qui corporali ieiunio vitia comprimis, mentem ele-
*ctoriã obti* uas. Et certe leones etiam & vrſos domare ſolemus, at vero ca-
*nẽdã tãin* ro tua eiuſcemodi eſt, vt quo delicatius eam tractaueris, eo
*prælijs ſpi* ferocior reddatur. O cibum male conſumptum, & ingratiſsi- G
*ritualibus* mæ carni applicatum! patres quidem in eremo viuentes, vt te
*quã corpo* ſtis eſt Theodoretus, palladius, & Hiero. rigide quidem car-
*ralibus.* nem ſuam tractabant vt eam domarent & ſubijcerent: non ita
*Eccleſia.* lurcones & helluones faciunt, & ita caro contra ipſos rebellis
redditur atq; indomita: de quibus ait Apoſ. multi enim ambu-
*Diſsimile* lant, quos ſæpe dicebam vobis, nunc autem & flens dico, inimi
*Theodor.* cos crucis Chriſti, quorum Deus venter eſt: aduerte quomo-
*Palla.* do eos appellet inimicos crucis: Quaſi dicat, ex gula proue-
*Hiero:* nire, vt ſint inimici crucis & pœnitentiæ, adeo vt malint in in-
*Phil: 3.* fernum ire, quam abſtinentia vti. O miſerabiles homines! nam H
*Lurcones* etiam idololatræ adorabant figuram auream vel argenteam, vel
*crucis ini-* ſolẽ, vel lunã, at vos vẽtrẽ adoratis, & Deũ facitis, rem ſcilicet tã
*mici.* vilẽ atq; abiectã, Quod obſecro cõmodũ inde reportas vir helluo
ex tã delicata corporis tractatione & cura, atq; aſsiduo obſequio?
Attende quæſo quid Apoſtolus dicat, corporalis exercitatio ad
*1.Timo.4* modicũ vtilis eſt, pietas autẽ ad omnia vtilis eſt. Non intelligit
*Iuuc.in.2.* quidem Apoſtolus quod corporalis exercitatio ſi ad bonum di
*ſati.* rigatur finem, non ſit optima, ſed intelligit de ea quæ tota
occupata eſt in ſeruiendo corpori. Antiquorum curam cir-
ca temperantiam declarat juuenalis dicens: Quis fercula ſe-
ptem ſecreto cænauit? Quaſi dicat, quis Romanus fuit, qui
ſolus



A ſolus auſus fuerit ſeptem immenſa apponere fercula. nam pu- *Intempe-*
blice non audebant. O ſi juuenalis ab orco ſuſcitatus veniret *rantia vi-*
modo, quid diceret? Siquidem hoc tempore non ſeptem mo- *get hoc no*
do, ſed etiam ſeptuaginta apponuntur fercula, neque ſecreto *ſtro ſeculo*
quidem, ſed etiam publice. Sed intelligamus quod quemadmo- *Simile.*
dum qui in obſidione ſunt, ſi cibus eis aufertur, ſtatim ſe ho-
ſti dedunt: ita etiam caro ipſa ſubijcitur rationi ſi ipſi cibus au- *Abſtinen-*
feratur & delectationes carnales. Et quemadmodum ſerpens *tia mace-*
vt pellem mutet, abſtinet per multos dies ab eſca, cum inſtinctu *ratur caro*
B naturæ intelligat quod ſi ieiunet, multo melius id præſtare *Simile.*
poteſt. Sic nos vt veterem hominem exuamus, & prauam vi- *Virtutes*
uendi conſuetudinem, abſtinentia vti debemus tam cibi quam *ieiunio plã*
delectationum. Et quemadmodum arbores quæ plantantur *tantur.*
vel ſcinduntur in plenilunio, non præbent accommodatum li- *Simile.*
gnum, ſed potius quod facile putreſcat, quoniam tunc abun-
dat humor ſuperfluus à luna cauſatus: ſic vtique nimius cibus *Intempe-*
& potus producit in nobis vitiorum putredinem, & ſalutem *rantia vi*
corporis deſtruit, Vnde videas quod vel in ipſa adoleſcentia in- *tiorum*
uadant multos graues infirmitates, atq; immatura etiam mors *mater.*
C ipſos opprimat, ita vt talis ſæpe ſit mors, qualem duxerunt vi- *Gula vir-*
tam. Deniq; per intemperantiam, honos, diuitiæ, ſalus tam cor *tutes deua*
poris quam animæ amittitur. *ſtat.*

*Securitas non eſt in præſenti vita.*

ET *accedens tentator.* Quis obſecro reperiri poteſt in quocun-
que ſtatu, qui tentationibus careat, & Diaboli inſidijs: ſiqui
dem Chriſtus etiam in deſerto, & ſanctis occupatus exercita-
tionibus, tentatur? Significauit nobis Chriſtus quod pœnitentia *Simile.*
D non ſolum congruit peccatoribus, ſed etiam vtilis ſit iuſtis. Car
nibus quidem antequam corrumpantur, vtilior eſt ſal quam
poſtquam incipiunt corrumpi. Quod autem nullus in quocunque ſta
tu dum hic viuit, ſecurus dici poſsit, declarat D. Hieronym. *Hieron. in*
qui quidem de ſe ipſo teſtatur, quod quamuis in deſertis viue- *epiſt. ad*
ret locis cum feris, & ſanctis occuparetur exercitationibus *Euſto.*
atque aſsidua pœnitentia, adeo vt vel conſpectus eius figuræ,
terreat homines, nihilominus tamen dicit, quod in mentem *Tentatio-*
eius tales ſubirent imaginationes, vt ita ſibi videretur in mulie- *nes ſeruos*
rum choro verſari, atque in puellarum choreis Romæ. Si igi- *Dei maxi*
tur in huiuſmodi locis deſertis tanta eſt pugna & in viris perfe- *me inua-*
ctis, in cæleſtibus rebus occupatis: quid quæſo putandum erit *dunt.*
Cc 3 de

de his qui in medijs ciuitatibus viuunt, & remiſsi ſunt ac otio E
indulgentes quique ſibi ipſi quærunt malorum occaſiones, &
carnis delicias? Tres quidem perſecutiones ait D. Bernar. præ
*Bernar.* cedent Antichriſtum, prima erit tyrannorum, ſecunda hæreti-
corum, & tertia vitiorum ac delectationum carnalium, atq;
hæc inquit erit omnium peſsima & periculoſiſsima, quæque
bonam hominum partem ſubuertet. Vnde Chryſoſ. ait quod
*Chryſoſt.* tormenta martyres faciunt & delectationes Epicureos. porro
quod inter gentiles ſint Epicurei, non eſt mirum, at vero inter
fideles, quorum caput Chriſtus eſt, quem hodie famelicum vi- F
demus, hoc ſane horrendum eſt. Quod ſi etiam in ipſo ieiunio
homo ſecurus non eſt, quanto minus ſecurus erit ſi intemperan
ter viuat?

*Nos Chri ſtiani præ teritis ab ſtinentes eſſe debe- mus.* Sæpe quidem nobis videtur, quod poſtquam non incidimus
in priſtina quæ ſolebamus vitia, iam ſecuri ſimus, & in vtramq;
aurem dormire poſsimus: veruntamen cum ſe offert occaſio,
ſtatim apparet minima firmitas noſtra, & quam falſa ſit opinio
noſtra. Siquidem ſicut ignis qui ſub cinere abſconditus eſt, &
ſemiuiuus apparet, ſtatim ad vnicum flatum retegitur & manife G
*Simile.* ſtatur: ſic vtique ſi nobis vel exiguus adſit flatus tantillæ occa-
*Occaſiones oblatæ ſtatim infirmitatem noſtrã manifeſtant.* ſionis, ſtatim manifeſtare ſolemus quam fragiles virtutis radices
iecerimus. Vt nos Chriſtus id doceret, permiſit, vt animoſus Pe
trus ab ancilla proſtraretur, etſi paulo antea tantum animum
præſeferre videretur, vt totum ſenatum Apoſtolorum excelle-
ret. Itaque circumſpecte viuamus, quandoquidem huic tantæ
fragilitati obnoxij ſumus, & tentatorem habemus tam vigilan-
*Ioann. 18.* tem. Sæpe nobis accidit, vt de maximis victoriam reportemus,
*Mar. 14.* & tamen in minimis prolabimur: item in arduis interdum inui-
*Magna eſt inconſtãntia noſtra.* ctum habemus animum, & tamen in minimis timidi ſumus: &
hoc interdum vſu venire ſolet etiam præclariſsimis viris. Vnde H
videmus quod Apoſto. Poſt tantos labores exantlatos, carce-
res, verbera, ſaxa, & naufragia, tamen nihilominus Romanis ſcri
*2. Cor. 11.* bens ſe fatigatum inueniebat cum diceret: infelix ego homo,
*Rom. 7.* quis me liberabit de corpore mortis huius? Et Poſt ſtatim reſpi
*3. Reg. 18.* rauit dicens, gratia Dei per Ieſum Chriſtum. Vide quam inui-
ctum gereret animum Elias cum Achab, cum diceret ei Achab,
*3. Reg. 18.* tu ne es ille qui conturbas Iſrael? reſpondit enim ei audacter
non ego turbaui Iſrael, ſed tu, & domus patris tui, qui dere-
*3. Reg. 19.* liquiſtis mandata Domini, & ſecuti eſtis Baalim. Sed vide
paulo poſt ex ſola vnius mulieris comminatione quam turba-
tus



A tus aufugerit, vt vix ſciret quo tenderet: imo & ſeruum ſuum
reliquit, nec recordatus eſt ſecum cibum aſportare, ſed aufu- *Interdum minimis ſuccumbimus qui in maximis viceramus*
git perdiem, per menſes, donec tandem fatigatus ſub arbore re
quieuit, rogans deum vt ſibi vitam adimeret, præ tanto vnius
mulierculæ metu: Quare ne exiſtimemus nos ſecuros quamuis
animoſi ſimus, cum tentator ſit vſq; adeo aſtutus, vt opportu-
nitatem ſemper captet tentandi nos.

Inter alia maris pericula, vitium illud eſt periculoſiſsimum,
quando ſcilicet in ſaxum aliquod immane impingimus arena *Simile.*
B vndique tectum. Interdum quidem homo eſt eo animo vt po-
tius moriatur quam peccet, & tamen breui tempore eos ſibi *Tentationes occurrunt cũ nobis ſecuriores videmur.*
dæmon laqueos intendit latens anguis in herba, vt quan-
do minus attentus eſt homo, eundem proſtret. Nullus eſt
pharmacopola qui ita ſuas pilulas inauret: nec piſcator qui
ita eſca hamum contegat, ſicut dæmon peccatum tegit ſub vir-
tutis ſpecie.

Conſule ſaluti tuæ homo, neque exiſtimes te iam ſecurum *Simile.*
eſſe, neque debere circumſpecte viuere: ſiquidem etſi præcla
ra & vndique bituminata ſit nauis tamen ex magna nauigatio
C ne ſindi quidẽ poteſt cum tandem ſiue ex cælo, ſiue ex mari, vn- *Nullus eſt etſi ſanctitate polleat, qui viuere incaute debeat.*
das aliquas noxias experiatur, quæ rimis fatiſcant: ſic nul-
lus eſt etſi caute viuat, qui interdum per aliquam incuriam
& inaduertentiam non labatur, quod ſi tanquam ad ſacram
anchoram non confugiat ad ieiunium vel pœnitentiam, actum
plane de illo erit.

Verum illud hoc in loco maximum pijs etiam hominibus ti
morem incutere poterit, cum videant ſapientiſsimum Salo-
monem, qui Dei ſpiritu plenus, tam multa atque miranda
doctrina monumenta Eccleſiæ reliquit, qui cantici Cantico- *3. Reg. 3.*
D rum altiſsima myſteria penetrauit, & ſcripſit, cuique Domi- *3. Reg. 9.*
nus bis apparens, eum monuit vt caute viueret, ita à fide defe-
ciſſe, cum tamen tot fidei & virtutis retinaculis conſtitutus eſſet,
vt nefandis dæmonibus funeſtas aras & templa erexerit. Quis
igitur hoc exemplo non totus expalleat & contremiſcat? *Nullus incaute viuat.*
Quis tantis diuinæ gratiæ opibus adeo circunfluat, vt ſe-
curitatem ſibi ad finem vſque polliceatur? Quis altiſsimam
hanc diuinorum iudiciorum abyſſum, non miretur & ſtupeat?
Quis non cum Apoſt. clamet? ô altitudo diuitiarum, ſapientiæ
& ſciẽtiæ Dei, quã incõprehẽſibilia ſunt iudicia eius, & inueſtiga *Rom. 11.*
biles viæ eius! Quo circa recte nos Petr' Apoſ. monet vt cũ timo
re incolat' noſtri, & tremore, vitã agam'. Beat' enim homo qui

 ſemper

ſemper eſt pauidus, ſemper de periculo ſolicitus, ſemperq; ſibi de ſe ipſo timidus. E

*1. Petr. 1. Prou. 28. Apoc. 4. Periculorum plen⁹ eſt mũdus Sap. 14. Laqueos multos armat dæmõ*

In Apo. ſcribit Ioan. quod illa quatuor animalia vndiq; plena erant oculis, quid igitur hac tanta oculorum multitudine nobis indicatur? multa ſane, ſed illud in primis, hoſtibus, laqueis & periculis eſſe omnia plena. Omnis etenim creatura vt ſapiẽs ait, in laqueum & muſcipulam pedibus inſipientum facta eſt. Quid vero eſt in quo ſerpens antiquus laqueos miſeris hominibus non tendat? in cibo, in potu, in inceſſu, in veſtibus, in colloquijs, in frequentia hominum, in ſolitudine, in ſecundis, in aduerſis rebus F ac poſtremo in ipſis etiam bonis operibus, quibus frequenter nos ad inanem gloriam ſtimulat, in portu naufragium facere efficit. Quæ cum ita ſint, quid mirum, ſi contra multitudinem laqueorum, neceſſaria nobis ſit multitudo oculorum? Quid mirum ſi cum hoſtis antiquus mille habeat nocendi artes, nos quoque mille oculos habeamus, quibus tot eius fraudes & inſidias deprehendere valeamus? non enim tam multis oculis op⁹ eſſet, niſi multis modis nos hoſtis noſter adoriretur. Sunt etiã tot oculi ante & retro neceſſarij, vt non modo præterita, ſed etiam futura proſpiciamus: In præteritorum enim recordatione G inueniemus vnde erudiamur, vnde doleamus, vnde gratias domino agamus: In futurum autem proſpicientes, vnde timeamus, & vnde nobis opportune prouideamus. Hanc autem ſapientiam ſanctus propheta filijs Iſrael optabat cum diceret, gens abſque conſilio eſt, & ſine prudentia: Vtinam ſaperent & intelligerent, & nouiſsima prouiderent:

*Nota.*

*Neceſſe habemus mulos oculos qui tantos habemus intentos laqueos.*

*Deut. 32.*

DOMINICA PRIMA QVADRAG:

## CONCIO TERTIA:

H

*Deus ad bona & Diabolus ad mala inducit.*

DVCTVS *eſt Ieſus in deſertum à ſpiritu.* Matth. 4. Spiritus ſanctus ducit eum in deſertum, & ſpiritus malus aſſumpſit in ciuitatem: Spiritus ſanctus inducit vt ieiunet, & ſpiritus malus vt comedat, vt cadat, vt ipſum adoret, vnde ex ipſa perſuaſione intelliges quo ſpiritu ducaris.

*Exod. 12.*

*Vt tentaretur.* Si Deus te reficit cæleſti paſtu & recreat ſua gratia, id facit vt te exerceas in eius obſequijs & pugnes cõtra hoſtes ſic enim multis cæleſtibus delectationibus hebræos affecit ipſos vt vi-



*Exod. 14. Ioſue. 1. Exod. 16.*

A vt viriliter ſe gererent in his quæ ipſis euentura erant: aperuit enim Iordanem, dedit manna &c. 1. Cor. 6: ne in vacuum gratiã Dei recipiatis.

*Tẽtat paſſim dæmon. Ne offendamus Deũ etſi graues ſe nobis offerant occaſiones.*

*Poſtea eſuriit.* Cũ intelligat dæmon ipſum eſurire, tentat eum de cibo, cum nil tunc ſibi opportunius videretur. Valde quidem cõſiderat dæmon inclinationes noſtras vt nos conuenienter tẽtet, & infirmiores partes aggredi ſolet.

Multos tentat dæmon præ fame, aut timentes ne fame corripiantur: vt pote pauperem mulierem, quam inducit vt Deum of B fendat ne eſuriat: item alij ſuadet vt vſuras faciat ne in paupertatẽ & famẽ incidat. Noli igitur huiuſmodi tentationibus ſuccumbere, ſed ſpera in domino, ipſe enim iuuabit te.

*Dignitates mundanæ periculoſæ.*

*Supra pinnaculum templi.* Vt præcipitaret eum, hoc eſt enim dæmonis officium, videlicet curare vt quis ad dignitatem euehatur & poſtea præcipitetur in infernum.

*Qua arte vtatur dæmon intentando.*

*Oſtendit ei omnia regna & gloriam eorum.* Non oſtendit ei pericula quæ ibi inerant & labores in regendis dignitatibus, & in diuitijs, & vitijs: ſolum iucunda ante oculos obijcit, ſi enim illa pingeret, non tam multos ſuis laqueis irretiret. Si enim infernum repræ C ſentaret & eius tormenta quæ vitia conſequuntur, & momentaneas delectationes, non ita illaquearet animas. O nos miſeros, qui propter tam caducas delectationes, in tantum barathrũ nos conijciamus! Quod pro impijs, & dignitatibus id faciamus.

*Tanquã cæci labimur in laqueos dæmonis.*

*Reliquit eum diabolus.* Fugit enim eos qui ſibi viriliter reſiſtunt; eſto igitur conſtans in virtute.

*Puſillanimis eſt dæmon ſi ſibi reſiſtatur.*

*Acceſſerunt angeli.* Non venerunt ad primam tentationem, nec ad ſecundam, ſed ad tertiam, noli igitur te affligere ſi ſtatim tibi Deus non opituletur, quia veniens veniet, & non tardabit. Sæpe quidem tubas pulſarunt, & cum arca circuierunt, antequam mu D ri Hiericho corruerent: perſeuerantia enim ipſa omnia ſuperat.

*Ne cadamus animo etſi de⁹, ſtatim nobis nõ ſubueniat. 2. Reg. 11. Ne cadamus animo etſi aliquando ceciderim⁹.*

*Reliquit eum diabolus.* Etſi aliquando victus fueris, non ideo cadas animo: Siquidem vt dixit Dauid ad nuntium miſſum à Ioab de infelice belli ſucceſſu vbi occiderat Vrias, ſic fieri ſolitum eſt in bello, vt modo hæc pars modo altera vincat, Sed propterea non debemus diffidere, ſed vrgere bono animo, & proſequi bellum, ſicut præcepit Dauid ipſi Ioab:

### *Ambitio deteſtabile malum.*

COnfert ſe Chriſtus ad deſertum ieiunaturus, vt nos erudiat bona opera eſſe facienda in occulto, id eſt ne propter ipſã mundi

*Bona ope-* gloriam faciamus, eſt enim vanitas vanitatum. Moleſtat ſa- E
*ra propter* nè nos vehementer hic appetitus oſtentationis, qui etiam ſan-
*Deum tan* ctos inuadere ſolet. Sed quemadmodum quamuis integrum fe-
*tum facia* re nobis non ſit prohibere ne aduolantes & reuolantes hirundi-
*mus.* nes domum noſtram ingrediantur, eſt tamen facile in poteſtate
noſtra ne ibi nidificent, ac ſibi nidos conſtruant: ſic profectò ta-
*Simile.* metſi minus videamur cogitationum influxum poſſe declinare,
depellereq; à mente, at certè ne quæ prauæ ſunt & ex inani glo
ria conflatæ, in nobis nidificent & moram trahant, id quidem fa
cile poſſumus curare, atque debemus. Narciſſum quendam fa- F
*Simile.* bulantur poętæ vſq; adeo ſibi placuiſſe, ſuiq; amore captũ fuiſſe,
vt cum aliquando propter tantum amoris impetum, pulchritu-
dinem ſuam in quodam limpidiſsimo fonte contemplaretur, ex
*Iob. 8.* tra ſe omnino poſitus, in florem fuerit conuerſus: ita qui inanis
gloriæ auidiſsimi ſunt, vſq; adeo ſibi placent, vt idcirco nulli pla
ceant, ſed potius in caducum quendam vanitatis florem com-
mutati, omnibus pro oblectamento ſint atq; ludibrio. Vnde Gre
*Gre. li. 8.* go. explicans verba illa Iob, non ei placebit væcordia ſua, ait:
*Mor. c. 28* extremæ quidem dementiæ eſt, magna operari, & per ea merce-
*Pſal. 126.* dem tantum quærere humanam, & tam vili pretio, inæſtimabi- G
*Gre. lib. 8.* lia virtutum opera diuendere. Dicere Dauidem, vanum eſt vobis
*Mor. c. 35* ante lucem ſurgere, ſignificare videtur vanum eſſe, velle nos de
*& 37.* bonis operibus noſtris laudem quærere humanam, antequam re
*Pſal. 77.* tributio illa cœleſtis adueniat à Deo. Optime his hominibus qua
*Gre. lib. 9.* drat quod ait Dauid, tradidit in captiuitatem virtutem eorum,
*Mor. c. 17* & pulchritudinem eorum in manus inimici: omnia igitur opera
*& 18.* eorum qui propter inanem gloriam operantur, huc miſeriæ re-
deunt. Vnde idem Greg. ait, faciamus opera bona, & ea minime in
tueamur ſiue ſuſpiciamus, ne vlla nos apprehẽdat inanis gloria.
*Simile.* Itaq; ea cognoſcentes, quodammodo ignoremus. Quaſi latrun- H
culus eſt ſiue inſidiator bonorum operum ipſe appetitus laudis
humanæ perpetuo quærens quanam ratione ea iugulare poſsit
& interficere.

*1. Mat. 6.* Cogitationes aëreæ & imaginationes vanæ illius qui inani glo
*Simile.* ria capitur, perſimiles ſunt ſomnijs eius qui ſomniat ſe in hono
re poſitum eſſe, diuitijs affluere, etiam ab omnibus in pretio
*Per inanẽ* haberi, in omnium rerum abundantia viuere, & tamen à ſomno
*gloriã mul* excitatus, in eadem ſe inuenit paupertate, in eodemq; ſtatu. Cũ
*ti bona o-* occidiſſet Eleazarus elephantem, ibidem quoque mortuus fuit
*pera per-* oppreſſus à beſtia ſuper ipſum cadente: in quo ſignificatur quod
*dunt.* multi in ſpirituali certamine, fęlices alioqui, & bonis operibus
clari



A clari, cũ tamen iuuenili ſiue inani quadã gloria inſoleſcant & eua *Gre. li. 20.*
neſcant, tandẽ opprimantur & pereant cũ ſuis operibus ſimul ca *Mor. c. 2.*
dentibus ſuper eos, hoc eſt ruentibus & pereuntibus propter ip-
ſam inanem gloriam. Serui quidẽ Dei, ait Greg. in peregrinatio *Iob. 3.*
ne cõſtituti, hæc omnia arbitrantur inania & abiecta, nec vlla ex
eiſdem vanagloria inſoleſcunt. Vnde Iob dicebat, ſi vidi ſolẽ cũ *Simile.*
fulgeret, & lunam incedentẽ clarè. Quaſi diceret, non ſuperbiui, *Hier. 17.*
inſolens non fui propter opera mea, vel propter ſplendorẽ famę *Chryſ. in*
qui ex eiſdem naſci ſolet operibus, ſicut lunæ ipſius ſplendor à ſo *Gen. ho. 5.*
B le ortum habet. Non item querebat humanã gloriã & laudẽ po *tomo. 1.*
pularẽ, ꝙ alijs verbis dixit Hie. Diẽ hominis nõ cõcupiui, tu ſcis:

Pernicioſa quidem eſt inanis gloria, quæ ceu latro quidam om *Simile.*
nibus nos bonis operibus ſpoliat & priuat, ait Chryſoſt. Si tanto
pere fugimus eos prædones qui nobis bona temporalia diripiũt, *Luc. 18.*
cur non vehementius multo ac diligentius inanem gloriã fugie-
mus, quæ à nobis ſurripit theſauros noſtros ſpirituales? Contẽ- *Laudes hu*
plare quęſo quam cito omnia bona ſua perderet phariſæus ille *manæ quã*
propter ſuam inanem gloriam, & quantum recuperaret publica- *ſint cadu-*
nus, qui eam tam ſtudioſe & diligenter deuitauit. Sed quorſum *cæ.*
C laudes quæris humanas, cum pręſertim nil eis mobilius ſit? Quod
enim tibi nunc homines laudis tribuerũt, idẽ poſtmodũ ſubito mu *Chry. ho. 3*
tata voluntate adimunt! Quid quæſo facis homo, ait alibi Chry- *ſuper illa*
ſoſt. alius de tuis operibus teſtificari debet, nempe Deus, & tu ho *verba.*
mines teſtes inuocas? Deũ iudicẽ habere debes, & tu ſolos homi- *2. Par. 26.*
nes ſpectatores, diſceptatoreſq; adhibes? an nõ qui currunt, ad eũ *Eleuatum*
locum vbi adſunt iudices, recta contẽdunt? Et qui haſtili confli- *eſt cor.*
ctu decertant, an non eis tantum placere ſtudent, qui iudices cõ- *Ozia. to. 1.*
ſtitui ſunt? cur tui non misereris, quod poſt longa certamina, diu
turnamq; palęſtrã præmiũ nullũ propter inſolentiã tuam & huma
D næ laudis auiditatem cõſequaris? ſi auidus es laudis, cogita quæ- *Similia.*
ſo ꝙ Deũ habeas in interioribus ac penetralibus, cuius dumtaxat
laus eſt vera, & ſtatim omnis appetit⁹ humanę laudis euaneſcet.
Noli eſſe vſq; adeo abiectus, vt tua facias opera propter homi- *Chry. ho.*
nes, oculos & mentem in cælũ ipſum attolle, & cęleſtia ſolũ con- *43. to. 5.*
tẽplare. Quænam quæſo laus ab infante, & eo qui loqui neſcit,
poteſt dari? Quænam gloria à fictis quibuſdam perſonis in ſcena *Laudes ho*
collaudari? talis eſt vtiq; hæc popularis laus, citius tranſiens, quã *minũ quã*
ea quæ in comędia ſiue tragędia alicui affingitur. Noli igitur ei⁹ *ſint incon-*
auidus eſſe, quæ cum breuiſsima vitæ noſtræ comędia mox peri *ſtantes.*
tura eſt. Quid eſt enim quæſo, ait Seneca, quod ab hominibus ex
tollaris, aut depraueris? an nõ ridiculum & ſtultum eſt, infantiũ
laudis

*Vide Sen. lib.14.ep. epiſ.6.*
*Exemp.ũ Alex.*

E

laudis & gloriæ appetentes, auidiq; eſſe vel ipſius Alexandri exẽplo, qui quondam uulneratus, magno ſuſpirio dixit. Multi quidẽ dicunt me Iouis eſſe filium, egó tamen longè aliter in me ipſo experior, repellens ſcilicet à ſe popularem gloriam. Hæc quidem commodius præſtantur ſi fiãt & bona opera in occulto: quod vt Chriſtus nos doceret, idcirco in deſertum conceſsit. Antequam etiam bona opera præſtemus, id in occulto teneamus, ne aliquis ea nobis impediret, item poſtquam fecimus, in occulto teneamus, ne fructum boni operis amittamus per inanem gloriam.

F

*Iudic.6.*
*Bona opera in occulto faciamus, vt inanẽ gloriam euitemus.*

In libro Iudicum habetur quod præcepit Deus Gedeoni ſacrificia quædam facere, & quod deſtrueret altare idolorum: qui ne à domeſticis interturbaretur, id nocte præſtitit: ſic ergo nos deſtruamus altare idolorum ideſt vitiorum, neq; id cõmunicemus idololatris ideſt vitioſis, & ædificemus altare Deo, offerendo illi ſacrificia, ideſt occupando nos in rebus cum virtute cõiunctis: & quãdo hoc præſtabimus, ne uideri velimus ab hominibus. Cõſideremus quidem quod quando idololatræ factum Gedeonis reſciuerunt, volebant eum interficere, quid ergo feciſſent, ſi ipſum talia audentem vidiſſent?

G

*Tentationes nunquam deſunt.*

*Iob.40.*

VT tẽtaretur à Diabolo. Quãuis de hoc tẽtatore dicat Iob quod non eſt ſuper terrã poteſtas quæ comparari illi poſsit: nihilominus tamen ita limitatam habet poteſtatem, vt niſi velimus iã ſponte ſuccumbere, nulla ratione poſsit contra nos præualere.

*Ioann.16.*

Solum enim eos vincit, qui vinci volunt. Iam de hoc tentatore & mundi principe triumphauit Chriſtus dominus, & vicit eum, ſed nihilominus ſumus tam puſillanimes & fragiles, vt ab hoc etiam victo nos vinci ſinamus.

*Puſillanimes ſum' in reſiſtendo tentationibus.*

H

Non vlterius quidem progreditur dæmon in tentando, quam ſibi à Deo permittatur: ſed quamuis vt leo rugiens circum eat quærens quem deuoret, quia tamẽ Deus præſens adeſt ſpectator, non vlterius progreditur quam Deus ſibi permittat. Huius rei figura extitit quod habetur 3. lib. Reg. quando leo ille qui prophetam occidit, non eſt auſus ipſum dilaniare, neq; deuorare, ſed nec etiam aſellum quo vehebatur, ſiquidem ſibi diuinitus non permittebatur, imo ibi corpus mortuum ſeruabat & aſellum donec ſepultum fuit corpus: ſic ergo huic leoni rugienti diabolo non permittitur vt tentet quantũ ipſe vellet. Latrare poteſt & rugire, item ſuſurrare, at nõ cõpellere: ſolum mordet ad ſe appropinquãtem, nam ligatus eſt: tẽtat ſuadendo

*3.Reg.13.*

*Tentator limitatã habet poteſtatem.*



*Cãn.2.*

A

dẽdo & inducendo. Magnæ ſane eſt puſillanimitatis quod ab eo nos ſuperari patiamur, præſertim cum tanta habeamus diuinitus refugia, qui ſemper nos ad ſe vocat, vt nos fauoribus ſuis exornet, dicitque, veni columba mea in foraminibus petrę.

*Pſal.15.*

Ne defatigemur in tentationibus, ſed viriliter reſiſtamus, nam Deum ſpectatorem habemus. Probe quidem hoc ſenſerat Dauid cum diceret. Dominus eſt mihi à dextris ne cõmouear. Gaudet Deus cum videt nos viriliter decertantes adeo vt cum contradictiones deſint in terra, ipſe angelum etiam mittat, qui luctetur

*Gen.32.*

B

cum Iacob. Vide igitur quomodo te geras in tẽtationibus, ſiquidem Deus te contuetur cum cœleſti curia, neq; vel ictum quidem vnũ das, quin eum notent, laudent, & ſolemnizent: dicentes, ô quam pulchre modo ſe ſcuto protexit! Et rurſus, quã egregium inflixit ictum! His maxime delectatur Deus, ſoletq; dicere nobis in ſecreto cordis quod dixit diſcipulis in anguſtia poſitis: confidite, & nolite timere, vt habetur apud Marcum. Sic videmus quod protexerit Iacob in ſuo maiori conflictu. Vnde per Iſai. ait Deus, Quis tu, vt timeas ab homine mortali, & à filio hominis, qui quaſi fœnum ita areſcet? Et alibi dicit idem propheta,

*proſpectat nos cæleſtis curia ad pugnam.*
*Mar.6.*
*Gen.32.*
*Iſa.51.*

C

quieſcite ab homine, cuius ſpiritus in naribus eſt, ne vos perturbet hominis perſecutio, qui non plus habet vitæ, quam minimũ ſpiritus ad reſpirandum. Non conſiſtunt vires hominum, vel dęmonis, in varia induſtria, & varijs armis, ſed in diuina diſpoſitione & beneplacito. In libro quidem Iudicum habetur quod ſane quidam Hebræorum dux, interfecit ſexcentos Philiſtæos ſolo vomere, & aliqui dicunt quod ſolo ſtimulo, & ita ipſe ſolus defendit populum Iſrael. Quid igitur timebit homo, qui Deum ſibi propitium habet? Vnde Dauid in hoc cõfidens, dixit ad Goliath, tu venis ad me cũ gladio & haſta, & clypeo, ego autem venio in

*Iſa.2.*
*Iud.3.*
*1.R.17.*

D

nomine domini exercituũ. Cõſidera etiam quid Sanſon egit in ſola mandibula aſini, contra tantam Philiſtæorum multitudinẽ armatorum. Quæ cum ita ſint, non eſt quod animo cadamus in tentationibus, ſed induite vos armaturam Dei, vt inquit Pau. Cætera enim proſpera ſuccedent. Permittit Deus interdum, vt à modicis etiam rebus timidi ſimus, imo & victi, vt nos humiliemus, & cognoſcamus quanta ſit fragilitas noſtra. Vide enim obſecro quod difficilia per tranſiſſet Moyſes, & tandem quam minima re ſuperatus ſit, in aqua de petra educenda dubitando, cum tamen tam mirabilia ſæpe vidiſſet & prodigioſa. Vnde intelligas verum eſſe quod ait Apoſt. Qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat.

*Iud.15.*
*Ephe.5.*
*Num.20.*
*1.Cor.10.*

Remedium quidem ſalutare contra tentationes eſt, ſtatim ad Deum

*Simile. Deum imitemur in tribulationibus. Simile.*

Deum accurrere orando, & fauorem eius atq; auxilium implorã- E
do. Nam ſicut latro timet cum voces audit vicinorum, & fugit: ſic vtiq; dæmon cum videt ſanctos & angelos accedentes ad cla- morē orationis ipſius tentati, fugit, amplius expectare nō audet: & ſicut ſeruus clamorem ſentiens, voceſq; non emittens, præſu- mitur in furto conſentire, ſic profecto ſi tu cum te ſentis tenta- ri voces non dederis & emiſeris ad Deum, ſignum eſt quod Dei

*Exemplũ. Tentationes omnes Dei auxilio vincuntur.*

& animę tuæ proditor ſis. De Lacedæmonijs ſcribitur quod ma- gis curarent inimicos vincere aſtu & arte quam viribus: dicebãt enim vires eſſe communes hominibus & brutis, attamen ars, in- genium & induſtria, ſolius hominis erant: & ita quando vince- F
bant armis, offerebant gallum gallinaceum: cum vero arte, offe- rebant bouem, ſignificantes ſe maiorem accepiſſe fauorem. Si vo- lumus tentationes mundi, dæmonis & carnis fugare ſolis noſtris viribus, impoſsibile erit, at diuino fauore facile erit, & ita opti-

*Pſal. 10.*

mum eſt medium oratio ipſa, in qua Chriſtus hoc tempore occu- pabatur. Bene quidem nouerat Dauid inde ſibi victoriam prouē- turam cum diceret: Tu Domine cuſtodies nos à generatione hac

*Iob. 1.*

in æternum: quaſi diceret, Tu me liberabis ab inimicis meis peſ- G
ſimis & omnes qui ſe tibi commendabunt, & fauorem tuum implorabunt. Siquidem quemadmodum vallaſti Iob, & domum eius per circuitum, ſic nos defendes tuo diuino auxilio.

*Non debemus eſſe incauti quãuis dæmonē ſæpe vicerimus.*

Debemus quidem valde notare, quod etſi diuino adiuti fauo- re vincamus ſemel vel bis dæmonem ita vt eum fugemus pro- cul, non tamen propterea deſinit nos tentare, ſicut videmus in hodierno Euangelio. Quæ cum ita ſint, & ſi iterum viceris ſemel vel bis, non ideo debes arma deponere, ſiquidem reuerſurus de- nuo eſt, quando minus id exiſtimes. Vnde Athana. dicit in vita

*Athan. in vita S. Anton.*

S. Anto. neq; Antonio vincendi ſecuritatem dedit primus ille triumphus, neq; diaboli fractæ defecere vires. Hoc figuratum H
videtur. 1. Mac. vbi legitur quod poſtquam primum prælium da- tum eſt, & victoriam habuerunt non ſine maxima inimicorum

*1. Mac. 4.*

ſtrage, volentes iam ſpolia accipere, dixit Iudas Mac. Nondum ſecuri ſumus, ne concupiſcatis ſpolia, quia bellum contra nos

*Non debemus arma deponere etſi multis reſtiterimus tentationibus.*

eſt, & Gorgias & exercitus eius prope nos in mōtibus: ſed ſta- te nunc contra inimicos noſtros, & expugnate eos, & ſumetis poſtea ſpolia ſecuri: quod ſecurius erit in futura vita, ſiquidem in præſenti vita non eſt vera ſecuritas.

Magna quidem vtitur dæmon aſtutia in tentando, quandoqui- dem vides quod conſcientiam non tentat proponens ei pecca- ta manifeſta, vt furta, homicidia, adulteria, & ſimilia, cū cogno-

ſcat



*Magna dæmonis aſtutia in tentando.*

A ſcat ſtatim diſſenſuros, ſed curat tegere ipſa peccata aliquo vir- tutis velo, & colore adulterino & fallaci, atq; ſub blãda eſca oc- cultat acutum hamum: & ſub vaſe deaurato abſcondit mortale

*Tentat dæmon ſub ſpecie virtutis. Apo. 17. Iob. 1.*

venenum, ſicut peſtifera illa mulier de qua fit mentio in Apo. Vi- de quanta ſit dæmonis aſtutia, ſiquidem cum tentaret Iob prius ei abſtulit bona quam filios, vt magis id ſentiret: nam ſi con- tra ſe geſsiſſet, poterat Iob dicere, cum mihi filij ſint ablati, quorſum bonis indigeo? non enim ſuperſunt quibus derelin- quam. Solent enim vafri luſores permittere vt perdant aliquan-

*Similo.*

B tulum, vt poſsint colluſores ſuos ludo ineſcare, & poſtea lucren- tur quidquid aduerſarij habent: item impoſtores luſores com- ponunt folia vt volunt, & oculis ſibi inuicem conniuere ſolent,

*Dæmon interdum ſe vinci patitur vt nos verius ſuperet.*

aliiſq; huiuſmodi vti ſolent ſignis & impoſturis. ſic dæmon in- terdum ſe vinci patitur, & fugere videtur ac timere, quæ omnes ſunt impoſturæ. Tantę quidem ſunt eius aſtutiæ & inuentiones, vt ſi Deus eum non refrenaret, non eſſet qui poſſet eius laqueos effugere, attamen Deus eius potentiam refrenat. Sic videmus

*Gen. 3. Tẽtator limitatã habet poteſtatem.*

noluiſſe Deum, vt dæmon ſub alia figura quam ſerpentis, pro- toparentem tentaret Euam, ne facile decipi poſſet, imo potius C cum videret beſtiam loquentem, eam ſuſpectam haberet, ſi dili- genter aduerteret. Noluit etiam Deus idololatriam in mundum

*Inuentiones multas quærit de? vt a peccato abſtineamus.*

intrare, niſi homines humanum ſanguinem effunderent pro ea, vt videntes tam crudelē rem abſtinerent ab idololatria: nihilo- minus tamen etſi homines tot haberent admonitiones, nolue- runt ſibi attendere. Vnde colligas noſtras peruerſas inclinatio- nes, & quam caro res malas emamus, cum tamen res bonas re- cuſemus etſi vili nobis dentur. Duplicem aciem producit mundus contra milites Chriſti, blanditur enim, vt decipiat, ter-

*D. Aug. in ſer. S. Vincentij.*

ret, vt frangat: non nos teneat voluptas propria, non nos ter- D reat crudelitas aliena, & victus eſt mundus, ad vtroſq; aditus oc- currit Chriſtus vt non vincatur Chriſtianus.

### *Abſtinentia plurimum commendatur.*

*Gen. 3.*

PRima Chriſti tentatio fuit de gula: ſicut acciderat in pro- toparentibus. Magnam ſane vim contra tentationem ha- bet ieiunium & abſtinentia, ſiquidem Chriſtus eo vti voluit in deſerto, vt intelligeremus quomodo dæmonem vincere deberemus. Abſtinentia corpori & animæ multum prodeſt, iuxta

Chryſ.

Chry. dicentem, vis nutrire corpus? reſeca quod eſt ſuperuacã- E
*Chryſo. in* neum, & quod ſufficiat tantum ſubminiſtra. Nil ſic iucundum eſt
*epiſt. ad* ſicut cibus bene digeſtus & decoctus: nil ſic ſalutem, nil ſic ſen-
*hæb. c. 12.* ſuum acumẽ operatur, nil ſic ægritudinem fugat ſicut moderata
*ho. 29. to.* refectio, exceſſus vero ciborum conſumit & putreſcit corpus hu
*4.* manum, & macerat ægritudine diuturna, ac tandem morte cru-
*Abſtinen-* deli conſumit. Et Chryſolo. dicit, Quoties ciborum cruditas vi-
*tia cibi ho* talia deijcit, infirmat ſtomachum, corrumpit ſanguinem, vitiat
*mini ſalu-* humores, ſuccẽdit coleram, extremum febris gignit incendium,
*tifera.* toties mentem perdit, amittit ſenſum, fertur deſiderijs, contrarijs F
*Pe. Chry-* vrgetur, ſalutaria reſpuit, quærit noxia, fugit curam tunc medici
*ſol. ſer. 41* ſummo ſtudio parat abſtinentiæ remedio ſubinde vt ſanetur:
*Intẽperan* vt ſanet abſtinentia quod voracitas ſauciarat. Quod ſi pro tem-
*tia quãtũ* porali cura ægri medicis obediunt, ſeruantque ordinem, parcita
*noceat.* tem, quare pro ſempiterna ſalute ſit durum, Chriſto moderatis
*Simile.* obedire ieiunijs? Corpus gubernare menſura, mẽtem regere par
citate? vt nubes obſcurant cælum, ſic obſcurant animas intempe
*Similia.* rata conuiuia. Sicut ventorum turbines elementa confundunt,
ſic fercula congeſta ſtomachum conturbant: vt nauem fluctus,
corpus ebrietas demergit, hominem dat in profundum, lucra vi- G
tæ aufert, & mortis facit ſubire naufragium.

Sicut per ſitim aut per famem ſolent plurima munitiſsima lo-
*Simile.* ca expugnari, & capi, eſtque præcipuum militiæ ſtratagema, cape
re imprimis turrim aquarum, & præoccupare fontes & itinera
*Abſtinen-* quibus introduci alimenta poſſunt: ita quoq; optima eſt diligen-
*tia doma-* tia & neceſſaria ad expugnationem noſtrarum paſsionum, atq;
*tur caro* earundem dominium aſſequendum, cum aduerſus nos frequen-
*& fugan-* ter inſurgant, alimenta detrahere. Caro enim, ſanguis & ſenſua-
*tur vitia.* litas ſunt hoſtes animæ, vnde ipſis detrahamus oportet nutrimẽ
tum corporale, vt ea rationi facile ſubijciamus, ac dominemur H
*Leo Pa. de* eis. Quid poteſt efficacius eſſe ieiunio, ait Leo Papa, cuius obſer-
*ieiu. deci-* uantia appropinquamus Deo, & reſiſtentes diabolo, vitia blanda
*mi menſis* ſuperamus? Semper virtutis cibus ieiunium fuit, & abſtinentia
*ſer. 2.* producit cæleſtes cogitationes, rationabiles volũtates, ſalubria
conſilia, & voluntarias afflictiones, caro concupiſcentijs mori-
*Chryſol.* tur, virtutibus ſpiritus innouatur. Item Chryſo. ait, eſt quidem
*ſer. 8.* ieiunium vitiorum mors, vita virtutum, eſt ieiunium & corpo-
*excel. ẽ. ie* ris & mẽborum decus, ornamentum vitæ eſt ieiunium robur mẽ
*ieiunij.* tium, vigor animarum: eſt ieiunium caſtitatis murus, pudicitiæ
*Exemplũ* propugnaculũ & ciuitas ſanctitatis: eſt ieiunium ſchola merito-
*Hilario.* rum, magiſterij magiſterium, diſciplinarum diſciplina, eſt ieiu-
nium



A nium eccleſiaſticæ viæ viaticum ſalutare: eſt denique ieiunium *Hiero.*
inuictus Chriſtianæ militiæ principatus. Probe quidem nouerat
virtutem abſtinentiæ Hilarion, de quo dicit Hiero. quod cogno-
ſcens vitam ſibi finiri, ab anno ſeptuageſimo quarto vſq; ad an-
num octuageſimum ita ſe ieiunio tradidit, vt omnibus eſſet
admirationi, ita vt tunc primũ videretur dies ieiunij inchoare.

Iuxta Abulenſem peritiſsimi medicorum fatentur abſtinẽtiam *Abul.*
eſſe ſumme medicinam. vnde Plato improbat hominem bis in *Plato.*
die ſaturum, & cum in Siciliam nauigaſſet, menſas Syracuſanas *Deteſtab a*
voluptati comparatas damnabat, & ſuis ſcripſit ſe vidiſſe por- *tur Plato*
B tentum in Sicilia, homines videlicet bis in die comedentes: & *bis in die*
ſequitur, malæ & turpis diſciplinæ ciuitatis, nullam maiorẽ con- *comedere.*
iecturam poteſt quis capere, quam iudicibus & medicis indigere.

Rurſus mala quæ ab intemperantia ſequuntur, innumera pla- *Iuſti. li. 1.*
ne ſunt: De Cyro refert Iuſtinus, quod cum ad Scythas expugnã *Intempe-*
dos conceſsiſſet, vt de eis poſſet triumphare, fugam ante eos ſi- *rãtia quot*
mulauerit, ingẽtemq; Bacchi ac ciborum lautiſsimorum copiam *importet*
ibidem reliquerit, quam cum Scythę conſpexiſſent, rati vere *incõmoda*
exercitũ ipſum nunquã reuerſurũ, acceſſerunt illuc, ſeq; cibo, po- *Iuſti. li. 12*
tuq; adeo ingurgitarunt & obruerunt, vt non ſolum pleriq; ea *Exemplũ*
C temulentia ſtatim interierint, ſed etiam in fugientes Cyrus cum
exercitu magnam ſtragem ediderit, atq; ita demum de Scythis
omnibus triumphauerit. Idem etiam Iuſtinus refert de nonnul-
lis imperatoribus, quos cum potentiſsimi exercitus ſuperare &
euincere non potuiſſent, ſuperauerint atq; interemerint immo-
derata conuiuia, potuſq; & cibi intemperantia. Refert Beda, *Beda li. 5.*
quod quidam amiciſsimus eſſet gulæ adeo vt cum alij ad audien *de geſtis*
dam miſſam ingrederẽtur, ipſe ad comedendum pergeret, cum *Anglo.*
que in grauem incidiſſet infirmitatem quales ſimilibus euenire
ſolent, monerentque eum amici vt confiteretur & pænitentiam *Exemplũ*
D ageret vere de peccatis, ipſe reſpondebat ſe non poſſe id præſta *horrendũ*
ſtare: nam ait ſicut Stephanus videbat cælos apertos, ſic ego vi-
deo mihi infernum patere, videoq; ſedem meam inter Iudam & *Philip. 3.*
Pilatum propter gulam meam. De his dicit Apoſt: quod ſint
inimici crucis Chriſti, quorum finis interitus, quorum Deus vẽ- *Iſa. 5.*
ter eſt. His ait Iſa. væ qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & *Ebrietas*
viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Per intemperantiam ſe *infame vi*
priuat homo maiori honore quem habet, videlicet quod ſit ani *tium.*
mal rationale, & dominus ſuæ voluntatis, nec ducatur ſolo na- *Eccl. 15.*
turali inſtinctu vt bruta iuxta illud Eccl. Deus ab initio conſtituit
hominem, & reliquit illum in manu conſilij ſui. Item appoſuit
Dd ait ti-

*Eccl. 3.* ait tibi aquam & ignem, ad quem volueris porrige manum tuã. E Item alibi ait, noli auidus eſſe in omni epulatione, & non te effundas ſuper omnem eſcam. *Simile.* Salus quidem corporalis & ęterna per intemperantiam amitti ſolet: ſicut enim ex terræ humiditate ſolent medio ſole quædã aſcendere exhalationes quæ ſolis lucem impediunt, ſic ex intemperantia prodeunt vapores mentẽ obſcurantes, & ſalutẽ conturbantes. *Exemplũ vtile abſtinentiæ Socratis.* De Socrate ferunt quod eſſet abſtinentiſsimus, & cũ aliquos inuitabat ad prãdiũ vel cænã, parciſsimum eis victum dabat, cumq; rogaretur cur id faceret, reſpondebat, ſi boni ſunt, hoc eis ſufficit, ſi vero tales non ſunt, hoc nimium eſt. F Omnibus quidem ornamento eſt temperantia, verum præſertim eſt ornamento ſacerdotibus & prædicatoribus, vt ſe melius orationi applicent, & ſuum munus exerceant, vt habet D. Tho. & idipſum commendat beatus Hiero. ad Nepotianum. *D. Tho. 3. p. q. 4. a. 3. Hiero. ad Nepo.*

### Dominica I. Qua. Concio 4.

*DVctus eſt Ieſus in deſertum vt tentaretur à diabolo.* Mat. 4. Ignominioſum ſane nobis eſt, quod tentationibus ſuccũbamus, præſertim cum nulla nobis tentatio accidat quam vincere non poſſimus, G & pręſertim leues tẽtationes facile poſſemus expellere. *Leuibus etiam tentationibus ſuccũbimus.* Vſque adeo indolebat Abimelech, quod à fęmina percuſſus eſſet lapide, vt diceret ad armigerum ſuum, vt ipſum interficeret, ne à fęmina diceretur interfectus: *Iudi. 9.* & tamen tu ignominioſum non ducis, quod à leui tentatione vincaris.

*Cum ieiunaſſet.* Prius baptizatur antequam Quadrageſimale ieiunium ingrediatur: ſic nos deberemus etiam prius peccata noſtra confiteri, ne nobis diceretur illud Iſai. 56. *Iſa. 56.* Quare ieiunauimus & non aſpexiſti? & reſpondetur, quia in die ieiunij veſtri inuenitur voluntas veſtra. Nunquid tale eſt ieiunium quod elegi? H Diſſolue colligationes impietatis, omnes debitores veſtros repetitis. *Non debemus debitorem pauperem vrgere.* Dices tu, an non licitũ eſt debita repetere? licitum eſt ſane veruntamen in tali poſitus eſſe poteſt neceſsitate pauper, ait Hiero. ſuper hunc locum, vt lethaliter delinquas ſi repetas.

*Dic vt lapides.* Aduerte propoſitum dæmonis fuiſſe, Chriſtum ad mutationem & nouitatem excitare: ſolet enim tentator nouitates & rerum viciſsitudines inducere, quibus nobis perniciem machinetur, imo non ſolum dæmon, ſed etiam eius ſerui nouitatibus delectantur. *Quod ſine cauſa nouitates cõſectemur, tẽtatio eſt dæmonis.*

*Scriptum eſt.* Legit & citat ſcripturas dæmon, vt nos fallat: ſic multos videas qui eo quod literas cum virtute non coniungunt



A abutuntur literis. In fluuijs reperias naſturtia quædam quę quamuis ſemper aquam habeant, nihilominus tamen, niſi deſuper ipſis pluat, pulchritudinem ſuam amittunt: ſic multi ſacris literis abundant, ſed quia nolunt diuino vti fauore ad eas intelligendas & explicandas, inde fit vt ſiccitatem maximam patiantur in anima. *Literæ ſine virtute parum videntur prodeſſe.*

*Angelis ſuis mandauit de te.* Cum vidiſſet in prima tentatione dæmon quod Chriſtus ita in Deo confideret, dicens, ſed in omni verbo quod procedit &c. modo in hac tentatione inde ſumens occaſionem, B tentantem de nimia confidentia dicit, angelis ſuis &c. *Dæmon extremorum amicus.*

*Si cadens adoraueris me.* Qui diabolum colunt, cadere dicuntur: magna profecto ruina & infelix, infelix caſus, peſtilẽs calamitas, dæmonijs obſequium prębere, & idolis cultum ſoli Deo debitum tribuere. *Multimodi idololatria.* Idola autem ſunt non ſolum falſorum deorum ſimulachra, ſed omnia illa quæ contempto vero Deo ſumme diligimus, in quibus ſummam felicitatem collocamus.

*Dic vt lapides.* Si dæmon poſſet nos vincere abſq; vllis delectationibus noſtris, nec guttam quidem aquæ nobis daret, tanto noſtri odio flagrat: *Odit nos dæmon.* delectationes ergo offert, quia videt quod aliter vincere non poteſt. C Dicit enim Auguſ. quod ſi protoparentes abſq; pomi eſu potuiſſet vincere, id feciſſet. *D. Aug. ſimilitudo* Eſt quidem inſtar piſcatoris, qui eſcam apponit hamo, & cum piſcis captus eſt, etiam ex ipſo ore ſi poteſt eſcam extrahit. *Simile.* Vnde fit vt homines decipiat interdum ſola delectationum expectatione, vt ſint inſtar canum leporariorum, qui odoratu ducuntur, & tamen prædam interdũ non conſequuntur: *Impoſtor eſt dæmon* ſic enim iſti in prætenſionibus ſuis moriuntur, non conſequentes quod optant.

### Auaritia deteſtabile malum.

D IN tertia quidem tentatione omnes ſancti concordant, quod de auaritia Chriſtum tentauerit, cuiuſmodi tentatione multos proſtrare ſolet, tanquã exercitatus in ea arte. *Diſſimile.* Tanta quidẽ eſt noſtri tẽporis auaritia, vt potius videretur cũ feris tractare quam cum auaris. *Viget auaritia his tẽporibus.* Siquidem ſimulatq; feræ conſequutæ ſunt quod cibis ſuis congruit, ſtatim quieſcunt, non ita auarus. Item feræ vel noctu quieſcunt, non ita auarus mercator, ſed ſemper negotiatur, vt ait Eccl. Vanitas eſt, & afflictio peſsima: nihilominus tamen etſi mille viueret annos nunquam ſatiaretur, *Eccl. 4.* nec auaritiæ ſuæ ſatisfacere poſſet. Illud ſibi videntur tantum iſti auari boni facere, vt cõſumant etiam paucula bona quæ pau-

*Eccl. 13.* per haber. Vnde Eccl. ait, ditiori te ne ſocius fueris, ſi neceſſa- E
rius illi fueris ſupplantabit te, & ſubridens ſpem dabit, narrans
tibi omnia bona, & dicet: Quid opus eſt tibi? & confundet te in
*Diuites a* cibis ſuis, donec te exinaniat bis & ter, & in nouiſsimo deride-
*uarietiam* bit te, poſtea videns derelinquet te & caput ſuum mouebit a te,
*paucula* Hęc præſtat diues auarus cum pauper neceſsitate conſtrictus ad
*quæ habẽt* eum tendit: fingit enim quod ipſum diligit, facitq; eum accum-
*pauperes* bere, & caro prandium emit, ſiquidem antequam inde ſurgat,
*deuorare* cogitur hæreditatem vendere minoris, vel ad alia obligatur
*nituntur.* quibus totus pereat, irrideturq; ab ipſo diuite aiente, arbitraba F
*Aſtutiæ a* tur hic quod abſq; pretio ipſum eſſem inuitaturus?
*uarorum.* Vt aliqui intelligant quanta ſiti laborent diuitiarum auari, fa-
*Fabula:* bulantur poetæ, quod rex quidam Erigiæ nomine Baſia, hoſpi-
tio exceperat Bacchum, à quo poſtulauit vt quidquid tangeret,
in aurum conuerteretur, & ita factum eſt: cumq; cibum & po-
*Quanta ſit* tum tetigiſſet, in aurum conuerſa ſunt, & ita fame peribat. Qua
*quorũdam* re iterum ſupplicauit Baccho vt ſibi hanc poteſtatem adimeret,
*cupiditas.* & ita factum eſt ne fame periret. Tales igitur ſunt mundanæ di-
*Diuitiæ ſi* uitiæ, quamuis enim plures accumulet diues, nihilominus tamẽ
*ne Deo nil* ſine Deo nil valent, ſed potius fame pereunt poſsidentes. Inue- G.
*valent.* niunt diuitiarum cupidi in medio diuitiarum odore, quibus ve-
*Simile.* hementer pungãtur, cum fallat eos dæmõ, ſicut pueri alios pue
*Exo. 3.* ros fallere ſolent odorantes roſam, acicula aliqua armatã. Quid
ſentiet miſer auarus mortis hora, cum fallaciæ diuitiarum ipſius
*Simile.* manifeſtabuntur? In Exod. habetur quod viderit Moyſes rubum
ardentem & non ſe comburentem, ſic videmus multos auaritia
*Auari ar* ardentes & tamen non conſumuntur, ſed in igne viuunt ceu ſa-
*dent & nõ* lamandræ: hoc videtur quaſi miraculum ſatanæ, quod ſcilicet
*comburun* cognoſcant ſe in inferno, iam prope ardere, & tamẽ ſecuritatem
*tur.* ſibi pollicentur, nec eos mouet Dei verbum ignitum, iuxta il- H
lud Hie. nunquid non verba mea ſicut ignis?
Etſi vitium auaritię ſit tam deteſtabile, vt inde multa ſequan-
*Hiere. 23.* tur incõmoda, nihilominus tamen ita late ſerpit vt iam vix æſti
*Auaritia* metur ab hominibus eſſe peccatũ, vbi obſeruabis quod quam-
*late ſerpit* uis multa alia ſint grauiora peccata, nihilominus tamen non
vacat myſterio quod hoc tam ſæpe in ſcriptura reprehendatur:
*1. Tim. 6.* & cauſa eſſe debet quam reddit Apoſt. cum ait, radix omnium
malorum eſt cupiditas, Multa poterat recenſere alia vitia
*1. Theſ. 2.* Apoſt. quibus deditus non fuerat, ſed nihilominus de auaritia
præſertim mentionẽ facit ad Theſa. ſcribens, cum ait, neq; enim
aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis, neque
in oc-



A in occaſione auaritiæ, Deus teſtis eſt, cum poſſemus vobis oneri *Val. Ma*
eſſe. Nunquam deſunt auaro occaſiones ad explẽdam auaritiam: *de cultu*
Refert quidem Vale. Ma. quendam Dyoniſium Syracuſanum vi *Deo.*
dentem pallium quoddam ſtatuę cuiuſdam Iouis prætioſiſsimũ, *Exemplũ*
ei ipſum ademp ſiſſe dicendo quod frigidum nimis eſſet hyeme, *peruerſũ.*
& æſtate graue & ponderoſum, pręſertim cum eſſet ex texto At-
talico: atq; ita ſuo hoc prætextu ex panno communi ei pallium
aliud dedit quod eſſet iudicio ſuo commodius quocunq; tẽpore. *Occaſio-*
Idẽ etiam aureã ceſariem abſtulit ſtatuæ Aeſculapij, dicẽs quod *nes captãt*
Apollo eius pater imberbis eſſet, & quod ei non cõueniret, quæ *auari vt*
B tamen omnia propter auaritiam præſtabat. Etiam in ieiunijs ca- *ſitim diui*
ptant occaſiones auari, quibus appetitui ſuo ſatisfaciant, compu *tiarum ex*
tantes in lucrum quod parum tempore ieiunij edatur. O quam *pleant.*
deceptos ſe inuenient tales, de quibus ait Iaco. Agite nunc diui-
tes, plorate vlulantes in miſerijs veſtris quę aduenient vobis, di- *Iaco. 5.*
uitiæ veſtræ putrefactæ ſunt, veſtimenta veſtra à tineis comeſta
ſunt: aurum & argentum veſtrum eruginauit &c. Dicite miſeri, *Simile.*
cur non attenditis quid Spiritus Sanctus his loquatur? quis ob-
ſecro eſt miles qui iuſta ſpolia non curet domum ſuam compor *Mat. 6.*
tare, vt ibi eiſdem vtatur? mittite igitur in cælum theſauros
C veſtros vt cum ejs etiam aſcẽdant corda veſtra, ſiquidem vt Chri
ſtus ait, vbi eſt theſaurus tuus, ibi & cor tuum.
Curant auari diuites perſuadere ſe non poſſe aliter bona fi
lijs ad viuendum relinquere, niſi auaritia vtantur, & ita malis
vtuntur contractibus, vt docet Michęas dicens, omnes mercedes *Mich. 5.*
eius igne comburentur, rationemq; aſsignans dicit, quia de mer *Diuitiæ*
cedibus meretricis congregatæ ſunt, & vſq; ad mercedem mere *maleacqui*
tricis reuertentur: quaſi diceret, cum ex illicitis veniant, etiam *ſitæ quo re*
miſere pereunt. Videas aliquos fugientes illam viam qua vide- *dıgãtur.*
rint aliquem mercatorem iacturam feciſſe, ſed è contra cum tan-
D tum ſtudium in hoc ſtatuant, in contrarium extremum tendũt. *Simile.*
vide enim quid tibi proderunt diuitiæ ſi ſint male acquiſitæ? Qui
plus comedit quam poſsit ſtomachus, vel illud vomere debet,
aut in morbum incidere: ſic vtiq; accidet iſtis, nam videas ali- *Auari va*
quos velle totum vt aiunt Iordanem imbibere, ita vbiq; nego- *rys vtũtur*
tiantur: quid igitur de his ſperandum eſt, niſi vt fidem frangant, *auaritiæ*
& creditores decipiant? Sunt quidem procliues ad recipiendum *formis:*
& difficiles ad dandum. Contra vero ſentit Eccle. dicens: non ſit *Eccl. 4.*
porrecta manus tua ad accipiendum & ad dãdum collecta. Sunt *Simile.*
iſti inſtar ſpongiæ quæ facile quidem recipit, & tamen premen- *ſimilitud.*
da eſt vt reddat: ſunt inſtar quarundã pixidũ puerilium, vel arcu-
 larum

larum eccleſiæ quæ facile recipiunt, at vero vt reddant, magna E
eſt opus induſtria & labore: & ſicut tales pixides frangere ſole-
mus, vt educamus pecuniam intus latentem: ſic auarum mors
*Iob. 2.* ipſa frangere debet vt pecuniæ excutiantur. Vide auaritiam ami
corum Iob, qui cum ipſum viderent per tot dies in ſterquilinio,
noluerunt tamen ipſum inde deducere, ne obligati ad curandũ
viderentur, neq; fragmẽtum etiam panni præbuerunt ad ſaniem
*Auaritia* exiccandam, ſed potius teſta eam radebat, quæ maxime noxia
*quam ſit* erat vulneribus. Hæc igitur potius auaritia erat, quam amicorũ
*crudelis.* compaſsio. Vis videre quam crudelis eſſet Achab in pauperes? F
*3. R. 18.* ſcribitur quidem. 3. Reg quod poſt tres annos ſterilitatis & famis
in Iſrael, dixit Achab ad Abdiam diſpenſatorem domus ſuæ, va-
de in terrã ad vniuerſos fontes aquarum, & in cunctas valles, ſi
*Maiorem* forte poſsimus inuenire herbã, & ſaluare equos & mulos, & nõ
*mult. ha-* penitus iumenta intereant, & ita Achab ibat per vnam viam, &
*bent bellua* Abdias per viam alterã, o miſerabilem regem, an non alia erant
*rum curã* potius curanda quã hæc? nonne orphani erant paſcendi. viduæ &
*quam pau* infirmi, qui tantos tali tempore pati ſolent labores? melius vtiq;
*perum.* erat dicere, remedium aliquod quæramus ne pauperes pereant,
ô quam multi ſunt Achab ſimiles, hodie in mundo! G

Magnum eſt ſane auaritiæ malũ, cum Chriſtus dicat apud Mat.
facilius eſt camelũ per foramẽ acus tranſire, quã diuitem intrare
*Mat. 19.* in regnum cælorũ, & de nullo alio vitio id dixit. Auarus ſemper
*Simile.* eſt inquietus, & inſtar argẽti viui quod ſemper mobile eſt & alia
inquietat præter aurũ, ſic auarus nõ quieſcens habet aliud pręter
*Eccl. 14.* aurum, illud theſaurizat, & ei ſe totũ dat, de quo Eccl. ait, viro
*Vrba. 5.* cupido & tenaci, ad quid aurũ? Quod ſi omnes dedecorat auaritia
maxime tamen deturpat viros eccleſiaſticos. Vnde Vrba. pa. 5. ait
quæ offeruntur à fidelibus, viris eccleſiaſticis, tantum expendi de
bent in rebus eccleſiaſticis & pauperibus, quia vota ſunt fidelium H
*Nic. Lir.* & pretia peccatorum, ac patrimonia pauperum. Quanquã enim
*3. p. ſup.* bonus imperator Conſtantinus pulchrum habuerit intentum ni
*Deut. c. 32* hilominus tamen multi eccleſiaſtici eo abutuntur: vnde Nico. Ly
*Hen. in* ra. citans ipſum Ganda, dicit auditam tunc fuiſſe vocem dicen-
*quolib.* tem, hodie cecidit venenum in Eccleſiam Dei.

*Quod tentationes vir malus non experiatur*
*peſſimum eſt eius indicium.*

Ideo accepiſti arma, non vt otieris, ſed vt pugnes, vt fortior, &
ipſo prorſus ferro valentior, tentationum exercitatione redda-
ris.



A ris. Neque certe ſuperueniret tibi, nec aduerſum te diabolus ir- *Chryſ. in*
rueret, niſi in maiore te poſitum honore conſpiceret. Hinc enim *Mat. 13.*
ait Chriſoſt. aduerſus Adamum inſurrexit ab initio, quia multa *to. 3.*
eum dignitate vidit conſpicuum. Tum & contra ſanctum Iob ne *Gen. 3.*
quitiæ ſuæ arma commouit, quia vtiq; videbat illum à Deo mi- *Iob. 1.*
ris laudibus coronatum. Et alibi idem doctor ait, nunquid igitur *Chry. in*
miles poſt militiam ſignatur, vt ſedeat iam & requieſcat, & non *non abſo.*
magis ante militiam, vt militet & laboret? Cæterum cum videris *ho. 5. to. 2.*
peruerſum aliquem Chriſtianum nunquam triſtari aut periclita- *Non tẽta*
B ri, & nunquam tentationum perſecutionem pati, noli ſcãdalum *ri infauſtũ*
pati, nec dicas quomodo mali homines nunquam periclitantur, *eſt.*
ſed ſemper boni? ſcito enim quoniam qui filij Dei ſunt, hi tantũ-
modo in tentationibus baptizantur igne: Veniat tibi in mentem *2. Tim. 3.*
quod te docuit Apoſt. dicens, quod omnes volentes pie viuere in
Chriſto, perſecutionem patientur, mali autem homines & ſedu-
ctores proficient in peius, errantes & in errorem mittentes.

Pax & concordia dæmonis cum ſuis me frequenter in admira- *Dæmon ſe*
tionem rapit, quia ille captiuos ſuos non reclamantes, non relu- *curos vult*
ctantes, non tyrannidẽ eius cauſantes, ſed ſponte obſequentes, in *reddere*
C captiuitate ſecuros detinet. Quid enim mirabilius, quam impro- *quos poſsi*
bum hominem cernere tanta pace & ſecuritate agentem, cum *det & va*
tam acrem contra ſe aduerſarium nẽpe Deum habeat, cum à dæ *cuos tenta*
mone obſidetur, cum omni gratia deſtitutus, in mille paſsim præ *tionibus.*
cipitia ruiturus ſit, cũ deniq; inter ipſum æternumq; ſupplicium
ſola vita interſit, quæ telis aranearum fragilior eſt? Qui enim ca
ptiui ſub Pharaone tenebantur, ij plane querebantur, angebãtur *Simile.*
& captiuitatis ſuæ miſeram fortunam deplorabant, & ad liberta- *Exo. 3.*
tem ſemper aſpirabant: at vero in hac ſpirituali animarum capti *Mali fal*
uitate, nil horum videmus, ſed in ſumma pace & ſecuritate velut *ſam habẽt*
D in amænisſimo quodã loco miſeros homines agere, adeoq; capti *ſecuritatẽ.*
uitatem ſuam non horrere, vt ea vel maxime oblectentur, tanta *ſimilitudo.*
huius tyrãni potentia eſt. Et quidem qui grãdi ære alieno oppreſ
ſi à creditoribus vexãtur, vix gratũ cibum aut ſomnũ, hac cura ſti
mulante, capere poſſunt. Quomodo ergo infelices iſti, qui decẽ
millium talentorũ creditori Deo debitores exiſtunt, in tanta pace
& ſecuritate degunt? Iam vero quibus in carcere vinctis capitalis *Simile.*
ſententia denuntiata eſt, quo metu, quo angore, atque horro-
re, dies noctesque concutiuntur? Qui ergo fieri poteſt vt tu qui
fidei lumine inſtructus, credis te ſecundum præſentem iuſti-
tiam ad extrema ſupplicia diuino iudicio eſſe dãnatũ, vnde cõſe
quens eſt vt cum primũ reſpirare deſieris in momento temporis

 ad in-

*Ita otioſe* ad inferna deſcendas, & cum diuite epulone ibidem ſepeliaris, E
*degunt a-* vbi ne guttam quidem aquæ ad incendia tua refrigeranda ſis ha
*uari ac ſi* biturus, quomodo inquam qui hoc firmiter credis, huius tantæ
*infernus* rei metu adeo non cõmoueris, vt etiam rideas, ludas, in vtramq;
*ipſos non* aurem ſecurus dormias, & in ſumma pace vitam ducas?
*maneret.* Hoc certe diabolus maxime conatur, vt quã poſsidet peccato
*Luc.16.* ris animam, quieſcere faciat in culpa, & in vtramuis aurem dor
*Auari ſine* mire, ita vt neq; vllum conſcientiæ ſtimulum patiatur. Sicut
*timore vi* enim Babylonij, qui captiuos Iſraelitas ducebant, inuitabant il-
*uunt:* los ad cantum: ſic dęmon cum in captiuitatem peccati ac ſerui- F
*Simile.* tutem peccatorem redigit, cantare, gaudere, ludere ac quieſcere
*Pſal.176:* omnibus modis eum permittit, vt ſic obliuiſcatur peccator peri
*Dæmõ ſuis* culum ſuum, in quo infeliciter detinetur. Cui potius reſponden
*ſecuritatẽ* dũ eſt, quomodo cãtabimus canticum domini in terra aliena? o
*pollicetur* infelicem pacẽ & miſeram, de qua Iſai. ait, ecce in pace amaritu-
*Iſai.38.* do mea amariſsima. Sicut auarus rebus ſus minime cõtentus eſt,
*Simile.* ſed ad aliena ſemper aſpirat, magis enim alienorum bonorũ de-
ſiderio cruciatur, quã ſuorum poſſeſsione lætatur: ita hoſtis no-
*Gen. 14:* ſter qui animarũ noſtrarum tam auidus eſt, vt ipſius nomine di-
ctum ſit, da mihi animas, cætera tolle tibi: nullo modo in his ple G
*Abac.1.* ne requieſcit quos iamdudũ ſuos fecit, ſed ad eos qui alieni hoc
eſt Dei ſunt, tota auiditate aſpirat, de eo enim myſtice illud acci
*Simile:* pitur quod in Abacuc ſcriptũ eſt, cibus eius electus, Sicut enim
ſalus animarũ Chriſti cibus eſt, ita earundẽ pernicies, diaboli eſ-
*Plurimi fa* ca eſt. Sed hæc tamen eius eſca electa eſſe dicitur, quia nõ tam im
*cit dæmon* proborum hominũ, quam iuſtorũ perditione lętatur velut ex mẽ
*prædã ali* bro Chriſti electum cibũ rapere ac deuorare conatur, videlicet
*enius ſerui* non tam de ſuo lucro, quã de anima noſtra, & Chriſti domini in-
*Dei:* iuria triumphãs. Nec enim vt D. Cypr. ait, illos quærit quos iam
*D. Cypri.* ſubegit, hos enim vt captiuos tenet: illos pergit laceſſere, in qui- H
bus Chriſtum cernit habitare, Ille horribilis draco de quo ſcribit
*Apo.12.* quod cauda ſua tertiam ſtellarum partẽ demolitus eſt, ſignificat
*Gen.31.* quod precipuũ dæmonis intentũ ſit demoliri & obſcurare eorũ
famam & opera tentãdo, qui ita viuunt, vt exẽplo ſuo, ſtellæ cæ-
*Exo.5.* li videantur. Quod autẽ dęmon eos perſequatur quos ſibi rebel-
les nouerit, figuratũ habemus in Labã, qui tunc perſecutus eſt Ia
*Hier.44.* cob, cũ ſciuit à ſe ſeparatum. Itẽ in illo quod Moyſes dixit Deo,
vt habetur in Exo, ex quo locutus ſum Pharaoni afflixt magis
populũ tuum. Hoc ſignificarunt hebræi cum dicerẽt Hiere. cum
eramus idololatræ ſaturati ſumus panibus & bene nobis erat,
malũq; non vidimus, ex eo autem tẽpore quo ceſſauimus ſacrifi-





A care reginę cęli & libare ei libamina indiguimus omnibus, & gla-
dio & fame conſumpti ſumus:
Multi laquei quocũq; progredimur nobis intẽdũtur ait Ambr. *D. Amb.*
Laquei in corpore, laquei in lege, laquei in pannis tẽplorum, la- *in Luc: 4.*
quei in cupiditatibus. Oculus enim meretricis, laqueus eſt pecca *lib.4.*
toris, laqueus in pecunia, laqueus in religione, laqueus in ſtudio
caſtitatis. Exiguis enim momentis mens inclinatur humana, & *Nuſquam*
huc atq; illuc, pro verſutia ſuadentis frequẽter impellitur. Quo *ſecuritas*
modo igitur hos laqueos deuitabimus? vt poſsimus & nos dice *in præſenti*
B re illud ſãcti vatis, anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo *vita.*
venantium: laqueus contritus eſt, & nos liberati ſumus. Aduer- *Pſal.123.*
te ergo quod non dicit, ego contriui laqueum, non enim auſus *Tentatio-*
eſt hoc dicere Dauid, ſed ſubiecit: adiutorium noſtrum in nomi *nes diuino*
ne Domini, vt oſtenderet vnde laqueum ſolueremus. Vt prophe *fauore vin*
taret quod venturus eſſet in hanc vitam, qui contereret laqueũ *cere debe-*
fraude Diaboli præparatum. Quare tanto adiuti fauore, non eſt *mus.*
quod tentationes paueamus.

*Angeli ad noſtrum miniſterium creati.*

ET *ecce angeli acceſſerunt, & miniſtrabant illi*: Plurimi quidem fa-
C cere debemus, quod cum angeli tam excellentes ſint creatu-
ræ, nihilominus tamen ad noſtrum etiam miniſterium creati
ſint. Excedit quidem numerus cæleſtis militiæ longiſsime res
mũdanas, ſicut cælorum magnitudo excedit has res inferiores,
eſt enim maximum interuallum. Vnde Iob ait, nunquid eſt nu-
merus militum eius? Vt intelligamus eſſe prope innumerabiles *Iob. 25.*
angelos, qui vt ait B. Tho. ſpecie differunt. Quibus ſuppoſitis, *D. Tho. 1.*
ſciendum eſt ex doctrina Ariſ. rerum ſpecies numerorum ratio *p. q.50. a.*
nem imitari, vt ſcilicet quemadmodum ſuperior numerus infe- *4. in cor.*
riorem continet, & aliquid ſibi proprium adijcit, ita ſuperior *Ariſ. l. 8.*
D ſpecies tum inferioris perfectionem, tum etiam ſuam peculia- *meta. tex.*
rem contineat. Incipiendo ergo ab inferiori angelo, cuius pul- *10.*
chritudo longe excedit has res mundanas, vt ſatis conſtat ex *Perfectio*
pulchritudine illius angeli qui apparuit Danieli: ſecundus iam *Angeli.*
angelus continet perfectionem prioris, & ſuam vlterius, item *Dan. 10.*
tertius perfectionem ſecundi, & ſuam etiam continet, ſi ergo aſ *Angeli pro*
cendamus vſq; ad primum, quantas obſecro perfectiones nume *pe innume*
rabimus? Quę mens hoc aſſequatur humana? annon igitur vi- *rabiles.*
des quantum debeas Deo, qui tam excellentes tibi in miniſte- *Tob. 5.*
rium deſtinauit creaturas? Vnde dixit Angelus ad Tob. Ego ſum *Angeli*
Azarias magni Ananiæ filius. Sed cur id dicit cum careant pa- *Dei mini*
tre? Tamẽ verum dicebat ſe eſſe de filijs Iſrael cum ipſi eſſe mã- *ſtri.*

mãdatũ vidẽlicet, nã coadiutor dei in animarũ ſalute erat. Ananias E
etiã id eſt filius gratiæ Dei: & ipſe filius erat gratiæ Dei, in gra
tia creat⁹ & cõfirmat⁹. Vnde ſatis apte in hiſtoria Tobiæ videtur,
*Gene. 37.* quãtã ad hibeãt curã angeli, noſtræ ſaluti, & quã libẽter id faciãt.
Quando Ioſeph fratres ſuos quærebat, inuenit virum errantem
in agro, crediturq; quod eſſet angelus, quoniam tametſi Ioſeph
ei non declararet quis eſſet, nec quinam eſſent eius fratres, di-
*Dani. 6.* xit ei: receſſerunt de loco iſto &c. Item quando Daniel miſſus
eſt in lacum leonum, venit angelus & ora concluſit leonum,
*Angelos* quod ſignificauit Daniel dicens: Deus meus miſit angelum ſuũ,
*ad cuſto-* & obturauit ora leonum, & non nocuerunt mihi. Tantum nos
*diã nobis* amãt, vt inter ſe contendant antequã cognoſcãt volũtatem deli F
*Deus de-* beratam Dei circa nos, iuxta illud Danie. cum ſtabant inter per
*dit.* ſas captiui Hebræi, videlicet inter idololatras, angelus perſarum,
*Danie. 10* vt ipſi conuerterentur bono exemplo hebræorum, pugnabat
ne exirent de captiuitate ipſi hebræi, at vero angelus cuſtodiæ
hebræorum præpoſitus pugnabat vt inde exirent ne idololatria
*Magna eſt* perſarum perirent. Vnde angelus hebræorum dixit Danieli: ego
*ſolicitudo* veni propter ſermones tuos, princeps autem regni Perſarum
*angelorũ* reſtitit mihi viginti & vno diebus, & ecce Michael vnus de prin- G
*circa nos.* cipibus primis, venit in adiutoriũ meum, id eſt attulit nũtiũ de-
creti Dei, nempe vt de captiuitate exirẽt: quaſi diceret, meas
*D. Hiero.* egit partes, nõ quod inter ipſos ſit diſſenſio. Ita explicat Hiero.
*in Dan. 10* in Danie. & Gre. li. 17. Mora. ſi igitur tãtã de hominibus curam
*tom. 5.* gerunt, & in eorum miniſterio occupantur, quid mirum quod
*Greg. lib.* hodie occupentur in obſequendo Domino ſuo, miniſtrantes ei?
*17. Mor.* atq; pro tanta eius victoria ipſi gratulentur?
*ca. 7.* Bene quidem ſanctus propheta ait, vt refertur etiam in Euan
*Pſal. 90.* gelio hodierno Angelis ſuis mandauit de te, vt cuſtodiant te.
*Pala. in* His principibus tantis Deus mandauit de te, ô Chriſtiane, proui H
*Matt.* diſsimus eſt Deus, & quod digniſsimum omni veneratione,
*Magna* non vni angelo dumtaxat mandauit de te, ſed angelis ſuis. O
*hominis* admirabilem Dei dignationem! o ſingularem angelorum obe-
*dignitas.* dientiam! ô hominum ſummum pretium! cum ipſi tamen ſint
*Hiero. in* vniuerſa vanitas. Sed quid mirum ſi Deus mandauit angelis de
*Marc.* te, ſi quidem & filio ſuo mandauit de nobis non ſolum vt cuſtodi
*Matt. 18.* ret nos, ſed etiam vt moreretur pro nobis? Item D. Hieronym.
in Mar. ait, poſt hæc angeli miniſtri, qui vident faciem patris
noſtri in cælis, vt ait Mat. ſemper mittũtur nobis, vt reſponſa &
*Tob. 12.* ſolatia cordibus vigilãtibus dent, dicẽtes illud quod Raphael dixit
Tobiæ, ego obtuli orationẽ tuã dño. Aliquãdo vero dicũt, exau
dita



A dita eſt oratio tua. Chryſoſ. præterea explicãs verba illa Matt. *Matt. 21.*
& ſepem circumdedit ei, ait: Quid eſt ſepes, niſi angeli in circui *Chry. in*
tu, cuſtodientes populũ Dei? corpora etiã glorioſa dicũtur ferri *non abſo.*
baiulis angelis, ait Tho. & etiam in nubib⁹, nõ quaſi eis indigeãt *ho. 40. to.*
ſed ad reuerentiam deſignandam, quæ corporibus glorioſis *2.*
& ab angelis, & ab omnibus creaturis defertur. Magna dignitas *D. Tho. 4.*
animarum ait Hiero. vt ita vnaquæq; habeat abortu natiuitatis *ſẽt. d. 44.*
in cuſtodiam ſui angelum delegatum. *q. 2. a. 3.*
Angeli quidem, vt ait grauiſsimus doctor Lauren. Iuſt. in vi *quæſtiun*
B ſione pacis felicitate fruũtur beata, & in charitate conſtituti per *1. ad. 1.*
fecta, nil prætermittunt quod ſaluti hominum ſciunt eſſe pro- *Hieron. l.*
ficuum. Maximam profecto reuerentiam noſtris debemus exhi *3. in Ma.*
hibere cuſtodibus, qui tam ſedula nobis charitate miniſtrant, *18.*
continuis fouent præſidijs, ſpiritualibus exhortationibus exci- *Lau. Iuſt.*
tãt, ſuis orationibus protegunt, ſuoq; miniſterio dæmones ar- *de ſpiri.*
cent, ne ad libitum noceant. Quis quæſo niſi angelico fretus eſ- *ani. reſur.*
ſet auxilio, tam immaniſsimorum hoſtium valeret ſuperare ra *lib. 2.*
biem, effugere laqueos, tentationes vincere, fraudeſq; detegere? *Angelo-*
Cuſtodia ſiquidem ſua vias noſtras ſepiunt, ne ad lapidem offen *rũ fauore*
C ſionis & Petram ſcandali ſpiritualem animæ impingamus pedẽ. *à dæmoni*
Quemadmodum de quolibet iuſto propheta teſtatur dicẽs, quo *bus prote-*
niam angelis ſuis mandauit de te. Cum igitur ad profectum no *gimur.*
ſtrum beatorum ſpirituum numeroſos exercitus militare noſ- *Pſal. 90.*
camus, mirum non eſt ſi etiam terrena nobis inſeruiunt. Quod
vtiq; non ex humano merito, ſed exuberantiſsimo diuinæ largi-
tatis fonte emanat. Quid igitur ô homo, retribues domino, pro *Pſal. 115.*
omnibus quæ retribuit tibi? In miniſterium tuum deputauit an *Vide quan*
gelos, virtutes, principatus, & poteſtates, in ſolatium tuum *tum homi*
fecit corpora cæleſtia, ſolem videlicet, lunam, & ſtellas. In ob- *nes Deo*
D ſequium & victum tuum conceſsit tibi piſces maris, & terræ *debeant.*
quadrupedia, aëris volucres, & quidquid humus generat, ſeu
de arboribus procreatur.

## FERIA II. POST I. DOMI. QVADRAG.

## CONCIO PRIMA.

CVM *venerit filius hominis in maieſtate ſua. Matt. 25.* Qua *Mire ſam*
ſi ſibi velit hoc modo dicere, cũ bona cõſciẽtia præſta *pliſicatur*
bit toti⁹ vniuerſi regimini, cũ ſati⁹ erit fuiſſe pauper *illud cum*
culũ, quã magnũ prælatũ, diuitẽ, potentẽ in hoc mũdo: *venerit.*
cum de-

cũm deliciæ, voluptates, honores, humanæ amicitiæ peribunt. E Cum mundus ſuccenſus & conſumatus fuerit. Cum tu deniq; cũ Deo ſolus ſedebis ad rationem. Quid dicent ſuperbi, cũ videbũt iudicem illum, qui portans in humeris ſuis crucem crucifigi voluit? Quid ambitioſi, cum viderint iudicem qui fugit cum voluerunt eum regem facere? Quid guloſi dicent coram felle & aceto potato? Quid deniq; omnes mundi amatores, coram mundi & deliciarum contemptore dicturi ſunt?

*Horribilis dies vltimus.*
*Ioann. 6.*

Criminoſas perſonas iudex auditurus in publico, tribunal F ſuum collocat in excelſo, hinc inde officiales ordinate conſiſtũt, in medio ſecretario ponuntur genera horrenda pœnarum, quæ non ſolum pati, ſed & videre tormentum eſt. Stant iuxta parati tortores, crudeliores aſpectu quam manibus. Tota iudicij facies cuiuſdam ſchematis terrore veſtitur: & cum admedium productæ fuerint criminoſæ perſonæ, ante interrogationem iudicis ipſius, iudicij terribilis diſcutiuntur aſpectu. Similiter & Dominus ſe ad iudicium venturum promittit, ſimiliter cum terrore, non cũ ſimili terrore. Nam & bona & mala ſimiliter ordinata ſunt in terra ſicut in cælo, non tamen ſimilia. Ergo videntes in terra pœnas & glorias, non ſimiles putare debemus in cælo, G ſed cum ſint talia ſuper terram, multo maiora ſuſpicari debemus in cælo. Quantum enim Deus diſtat ab homine, tantũ cæleſte iudiciũ à terreno, iſtius enim iudicij ſplẽdor ſępe cũ mẽdacio, illius autẽ iudicij maieſtas in veritate, & tẽpeſtate vnde ꝓpheta, Deus manifeſte veniet, Deus noſter & non ſilebit: ignis in cõſpectu eius ardebit, & in circuitu eius tempeſtas valida. Manifeſte inquit, nõ iam celatus in corpore ſicut antea, vt vix eum etiã boni cognoſcerent, ſed manifeſtus in gloria, vt etiam mali eum confiteantur inuiti, vt qui contempſerunt eum in humilitate, cognoſcant eum in poteſtate & maieſtate, & qui ſcire noluerunt H quam dulcis eſt miſericordia eius, ſentient quam grauis ſit ira ipſius.

*Chryſ. in non abſo. hom: 54. tom. 2.*
*Spectaculum horrẽdũ in iudicio.*
*Pſal: 49.*

*Cum venerit filius hominis*: Hericius dum eſt vacuus fugit venatorem, at pannis onuſtus fugere non poteſt, ita peccator in hac vita poteſt per pęnitentiam fugere vltionem Dei, at indie iudicij grauidus pondere ſcelerum nullo modo ſe in fugam conijcere valebit. Id intelligens Iſa. ait, quid facietis in die viſitationis & calamitatis? ad cuius confugietis auxilium?

*Simile.*
*Iſa. 10.*

Super illa Sopho. Verba, ſcrutabor Hieruſalem in lucernis, ait Ber. ſi in Hieruſalem ſit ſcrutinium, quid erit in Babylone? Et recte quidem, nam ſi iuſtorum vita per Hieroſolymã ſignificata, eſt di-

*Sopho. 1.*



A eſt diligenter exploranda, quanto magis ſceleratorum colluuies per Babylonem intellecta? Accuſabuntur impij non ſolum à dæmonibus ſceleratis, ſed etiam à viris iuſtitia præſtantibus quos ipſi affixerunt, iuxta illud, ſtabunt iuſti in magna cõſtantia. Horrendum ſane eſt ante regem accuſari ab amicis regis. Si Adam fugere volebat præſentiam Dei, quem ob morſum pomi prohibiti offenderat, quid facient, qui eundem Deum ſæpe contempſerunt, cuius legem infinitis maleficijs violarunt?

*Si bona opera ſunt ita examinanda, q̃d dicemus de malis?*
*Sap. 5.*
*Geneſ. 3.*

*Et congregabuntur ante eum omnes gentes*: Sicut in tempore hyemis inter virides & aridas arbores diſcretio non eſt, cum venerit B tempus illud beatum vernale diſcernũtur: ita tunc vnusquiſq; ſecundum fidem ſuam, & ſecundum opera ſua manifeſtabitur impijs quidem nulla proferentibus folia, nullum oſtendentibus fructum, ſancti autem & folijs veſtientur vitæ æternæ, & fructibus ornabuntur gloriæ: & hoc modo ſegregabuntur à Domino cęleſti paſtore. Et paſtor quidem corporalis ſegregat ſecundum naturas corporum, Chriſtus autem ſecundum genera animorũ ſegregat homines. Oues ſunt homines iuſti propter manſuetudinem, quia ipſi neminem lędunt: patientiam, quia cum ab alijs C læſi fuerint, ſuſtinent. Hædos autem homines peccatores dicite, quia in capris naturaliter hæc inſunt vitia, libido præ cæteris animalibus, ſuperbia, rixa, ſemper enim ſe percutientes incedunt, item iactantes ſunt & glorianteſ ſicut ſignificat Salomõ dicens. Tria ſunt quæ bene gradiuntur, & quartum quod incedit feliciter, leo fortiſsimus beſtiarum, ad nullius pauebit occurſum, gallus ſuccinctus lumbos, & aries, nec eſt rex qui reſiſtat ei. Et Chryſoſ. legit, leo inter iumenta, gallus inter gallinas, & hircus præcedens capras. Item capræ multum trahuntur concupiſcentia gulæ. Propter gulam namq; ſuam per ſaxa & præcipitia D ambulant, & ſuper præcipitia ſe ſuſpendunt. In omnibus his vitijs peccatores abundant, & ideo hædis ſunt aſsimilati.

*Simile.*
*In iudicio qualis quiſq; fuerit manifeſtabitur.*
*Diſsimile.*
*Humiles quãtũ gaudeant hoc die.*
*Prou. 30.*
*Chryſ. in non abſo. ho. 54. to. 2.*

*Statuet oues ad dexteram ſuam, hædos ad ſiniſtram*: Quando aliquis ante conſpectum regis aut iudicis introducitur, ex ipſo loco vbi ſtare iubetur, intelligit ſi propter bonum introductus eſt, aut propter malum. Si enim propter bonum, ſtatim vocatur in proximo, ſi propter malum, longe ſtare iubetur; ſic & Deus iuſtos quidem ad dexteram conſtituet, & peccatores ad ſiniſtram, vt vnuſquiſq; meritorum ſuorum conditionem, ex ipſius loci qualitate cognoſcat, & ante iudicij ſententiam, pœnam confuſionis excipiat. Merito iuſtos ad dexteram collocat, quia nunquam cognouerunt ſiniſtram: merito impios ad ſiniſtram: quia nunquam cognoſ-

*Simile.*
*Locus dabitur in iudicio pro meritis cuiusq;.*

cognoſcere voluerunt dexteram partem. Quomodo putas im- E
pios confundendos in die iudicij, quando ante conſpectum An-
gelorum ſegregatis iuſtis, fuerint derelicti? nonne & ſi nil vlte-
rius paterentur, illa ſola verecundia ſufficeret illis ad pœnam?

*Quã cõfu-ſi erũt ma li in iudi-cio.*

*Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt.* Quare non dicet illis an
te qui ſunt ad ſiniſtram? quia paratior eſt ſemper Deus ad bene-
faciendum, quam ad male faciendũ. Nã bona bonis ſecũdũ pro
poſitũ ſuũ præſtat, quia bonus eſt: malis autẽ mala cõtra propo
ſitum ſuũ facit inuitus, quia iudex eſt: quidquid autẽ homo con-
tra naturã ſuã agit, pigrius agit. *Venite benedicti*, quia dediſtis quę
ſemper habere non poteratis, recipite quę in ꝑpetuũ poſsideatis
merito cẽtuplũ ſuper cælũ, qui vnum ſeminaſtis in terra. *Eſuriui.* F

*Deus paratior videtur ad præmiandum quam puniendum.*

putas quãto gaudio extollentur ſancti quãdo in cõſpectu om
niũ angelorũ, ꝙ fecerũt hominibus, ipſe Dñs fateatur ſe accepiſ
ſe: iã tale videtur opus eorũ, nõ quale datũ eſt, ſed qualis perſo-
na illius qui accepit. Illud dediſtis ait Aug. quod vt daretis, vo-
bis Deus cõceſsit, & nihilominus ita illud vult exoluere, vt ſei-
pſum det in præmiũ. Cæterũ vide quæſo ꝙ forte iſti quibus loqui
tur, erãt caſti & cõtinẽtes, & nihilominus Chriſtus nõ dicit, ve- G
nite quia vixiſtis caſte, vel nõ vſurpaſtis aliena. Neq; dixit malis,
quia furati eſtis, mẽtiti eſtis, aut adulteriũ cõmiſiſtis, quãuis qui
dem ex omnibus reddẽda ſit ratio, dicit ergo id, vt nobis maxi
me cõmẽdet eleemoſynæ virtutẽ, & vt intelligamus quã crimi-
noſum ſit immiſericordem eſſe. Vnde huc ſpectat ꝙ dicit B. Iaco
bus, iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non fecerit mi-
ſericordiam ait inquam Iacobus. *Hoſpes eram.* Quemadmodum
fere fit, vt immittendo rete ad piſces expiſcandos, educantur
etiã gẽmæ vel alia pretioſa nimis: ita qui rete immittit ad homi
nes excipiẽdos, hoc eſt vt clarius dicã, qui hoſpites benigno hoſ
picio excipere cõſueuit, etiã angelos ſæpe excipiat. Quod Abra H
hã & Loth cõtigiſſe, teſtatur li. Gen. Quare felici⁹ nobis ſucce-
det, pauperes excipiẽdo, cũ Chriſtũ ipſum, vt hic idẽ teſtatur, re-
cipiamus. *Eſuriui.* Quare id dicis Dñe? Quare dicis te famelicũ
fuiſſe? cũ præſertim de te dicatur, qui dat iumẽtis eſcã ipſorũ, &
pullis coruorũ inuocãtib⁹ eũ. Cur dicis te ſitiuiſſe? Pręſertim cũ
apud te ſit fõs vitę. Cur dicis te fuiſſe nudũ qui operis cælum nu
bib⁹, & paras terræ pluuiã? Cur dicis te fuiſſe incarcere, & vin-
ctũ? Si tu in ſanguine teſtamẽti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu?
Cæterũ id facis ad honorẽ iuſtorũ, & vt manifeſtes quæ tibi ſer-
uitia exhibuerũt *Dñe quãdo te vidim⁹ eſuriẽtẽ, & pauim⁹ t.?* o humi
litas, quorũ nec poſt mortẽ deficiet! homo enim mal⁹ etiã fal ſis
laudibus

*Deus in ſe recipit ꝙ datur pauperibus.*

*Aug. ſer. 1. do: in ſeptuag. to. 1*

*Eleemoſyna præſtãtiſsimum opus.*

Iaco. 2.

*Simile.*

*Geneſ. 18.*

*Gene. 19.*

*Pſal. 146*

*Pſalm. 35.*

*Pſal. 146*

*Zach. 9.*



A laudib⁹ delectatur, vir autẽ bon⁹ etiã debitã ſibi laudẽ fugit. quã
diu ait feciſtis vni d his fratrib⁹ meis. O bonitas Chriſti! eſto quã,
diu in corpore cõtẽptibili erat in mũdo, fuerat veriſimilis ratio
vt ꝓpter ſimilitudinẽ viſionis fratres ſuos homines appellaret:
ꝗd autẽ dicem⁹ ꝙ in illa gloria cõſtitut⁹ adhuc cõtẽtus eſt eos di
cere fratres, ꝗbus ſufficeret ad laudẽ, ſi bonos ſeruos illos voca-
ret? d trahet ſibi, quod habet, vt illis pręſtet quod nõ habẽt. Ecce
ſi homo ex humili generatur, aut Deo pręſtãte ad aliquid aſcẽde
rit, erubeſcit generationẽ ſuam audire. Si quis dixerit eũ ipſius eſ
B ſe filiũ, dedignatur ſeipſũ cõfiteri quod eſt, vt appareat quod nõ
eſt, Chriſtus adhuc gloriabitur fratres ſuos dicendo ſedẽs in ma-
ieſtate. *Eſuriui & dediſtis mihi manducare.* Hodie videtur impletum
illud Dauid, Beat⁹ qui intelligit ſuper egenum & pauperẽ in die
mala liberabit eũ: optime quidẽ ſoluit De⁹. Magna ſane fuit mer
ces ꝗ dedit Dauid ipſi Abigail, ꝓpterea ꝙ ipſi cũ cõmilitionib⁹
cõmeſſationẽ illã dedit, quãdoquidẽ eã vxorẽ duxit & reginã cõ
ſtituit. Sed copioſior eſt merces ꝗ hodie dat Chriſt⁹ his ꝗ longe
minora ꝓ ipſo præſtiterũt, quin & ſeipſũ dat in prẽmiũ tãꝗ alter
Dauid. *Diſcedite à me maledicti.* bonis dixit, venite benedicti: malis
C vero dicit, ite maledicti nõ quidẽ à patre, nõ enĩ ipſe, ſed opera
eis ꝓpria maledixerũt. *In ignẽ æternũ*: nõ vobis, ſed diabolo & ange
lis ei⁹ præparatũ. Ita quãdo de regno ꝗdẽ dicebat, præparatũ vo
bis ante mũdi cõſtitutionẽ, ſubiecit: de igne vero nõ ſic, diabolo
ait eſſe paratũ. Nã ego regnũ vobis, ignẽ autẽ nõ vobis, ſed dia-
bolo & angelis eius præparaui, in quẽ quoniã vos ſpõte inieci-
ſtis, vobis ipſis id reputate. *Diſcedite*, quaſi ꝗ nõ ſufferat præſẽtiã
eorũ vel aſpicere, ſic dicit, diſcedite a me. De⁹ in ſanctitate de-
lectat̃ animarũ, peccatrices animas aſpiciẽs quaſi grauat⁹ nõ ſuf
fert. Tanꝗ ſi dicat eis, ait idẽ Chryſoſ. alibi, quaſi putredo & ſpur
D citia eſtis nec tãdiu vos ſuſtineo, quãdiu ſtatis in iudicio meo:
*Nõ dediſtis mihi mãducare.* ſi autẽ ꝓ eo ꝙ bene nõ faciũt, ſic cõdẽnã
tur, putaſ quales pęnas exoluẽt ꝓ eo ꝙ peccãt? Et digne Deus e-
nim ideo hominẽ fecit vt benefaciat, & ad gloriã Dei pertineat
nõ ideo tãtũ vt nõ peccet. Nã ſi nõ faciat bonũ, nec eſt cauſa qua
re creat⁹ eſt. Sine dubio enim etſi creatus nõ fuiſſet, peccatũ non
fieret ſuper terrã. Nã ꝗ intelligit myſteriũ diuinæ diſpenſationis
quare fact⁹ eſt homo, cognoſcet quia iudicio quaſi peccãs cõdẽ
net ꝗ iuſtitiã nõ facit. Ideo De⁹ creauit hominẽ cõtemptibilẽ &
infirmũ, quaſi ad certamẽ cõtra diabolũ, vt ꝗ gloriabat̃ eſſe ſe
ſimilẽ Deo, per corruptibilẽ naturã euacuatus & victus, oſtẽdat̃
non ſolum non eſſe quaſi Deus, ſed omni re fragilior.

Domine

*Humiles nolunt laudari.*

*Chriſtus bonos honorificabit in hoc die: Diſsimil.*

Pſal. 40.

1. Reg. 25.

*Chry. in Matt. ho. 80: to: 2.*

*Infernus paratus erat diabolo:*

*Chryſoſ. in nõ abſ. ho. 20.*

*Non ſufficit malũ non facere ſed bonum etiam faciamus.*

*Creauit Deus hominẽ, vt vinceret dæmonem*

*Augu. de va. n. ſecu. c. 3. to. 9.*

*Non vale bũt preces in iudicio.*

*In ſocietate dæmonũ remanebũt mali.*

Domine dicent mali, quandoquidem meriti ſumus æternam E condẽnationem propter culpas noſtras, permitte quæſo, vt eas pœnas & mala ante te toleremus: reſpondebit iudex ait Augu. non eſt ea voluntas mea, ſed diſcedite a me. Rurſus dicent mali ſaltem benedicito nobis ante diſceſſum: quibus reſpondebit & Dominus, non erit ea benedictio, ſed maledictio: ite ergo maledicti. Vrgebunt mali, mitte nos ſaltem ad moderatum aliquod & leue ſupplicium. Pœna veſtra ait Chriſtus, erit ignis, propterea ite in ignem. Porro inſtabunt iniuſti dicentes, quia in ignem nos mittis vt meriti ſumus, at certe ſit temporarium hoc ſup- F plicium, & aliquando finiendum. Reſpondebit iudex fore ignẽ iſtum perpetuo duraturum, dicens ite in ignem æternum. Dicẽt tandem mali, quia ita libitum eſt tibi, ſaltem ſoli ſimus cum patiemur, & dęmonibus nequaquam ſociemur. Non ita erit dicet Chriſtus, quin potius erunt vobis ſocij ipſi dæmones, quibus paratus eſt & ignis & angelis eorum. Quem putas tunc fore fletum? Quantam męſtitiam? quem eiulatum? dilexiſtis dicet iudex, mortem & perditionem, ſecuti eſtis dæmonem & ſequaces eius, propterea nũc eum etiam ſectamini; odiſtis lucem, poſside ergo tenebras: dilexiſtis delectationes, poſsidete ergo tormenta. G Ibitis nunc ad locum, in quo licet affligemini, nunquam tamen moriemini, nec qui vos affligent fatigabuntur, ſed infatigabiles ſemper erunt. Ita ardebitis, vt vos nunquam ignis omnino conſumat, ita mortui eritis vt ſemper viuatis ad perpetuam mortem. Quare domus tuæ ignis extinguitur? quia ſcilicet deſunt combuſtibilia applicanda quæ ſi non deeſſent, nec ignis finiretur: Ligna in inferno ardentia, & quæ animam torquent, eſt mala cuiuſq; voluntas & deſiderium peccandi, hoc autem nũquam extinguitur, quia deeſt facti dolor & pęnitentia, ibi enim nemo reſipiſcere poteſt: nam quotquot ſunt ſemper Deum perſequũ- H tur, & cum nunquam iſta ligna praui voluntatis deſint, ſic nec deeſt pœna. Cum itaq; ſemper in ipſis culpa duret, iuſtum eſt vt etiam pœna permaneat. Et certe tales peccatores ſunt veluti hi qui chartarum ludo vacare ſolent ad multam vſq; noctem, qui cum iam ludo parcere volunt, non propter deſiderij defectum parcunt, ſed potius lucernæ quæ illos illuminabat. Si enim ad craſtinum diem duraret, & luſores etiam in ludo perſiſterent. Peccatores enim niſi naturæ concederent, peccandi deſiderium eorũ nũquã hic extingueretur. Et cũ De⁹ noſter pęnas ſecũdũ deſideria, ſicut & ſecũdũ opera mẽſuret, ſequitur deſiderio æterno male operandi deberi æternam pœnam de rigore iuſtitiæ.

*Simile.*

*Malæ intentiones ſunt ligna in inferno ardentia.*

*Augu. in epi. 49. q. 4. & l. 21 de ci. Dei ca. 28. & 29. & in Enchi. c. 112.*

*Tormenta inferni quare in ſepiternũ durabunt.*

*Ite male-*



*1. Cor. 1.*

*Terrebit mundũ veniens Chriſtus ad iudicãdum.*

A *Ite maledicti.* Dicũnt mali quod non iudicabit Chriſtus cum tãto rigore ſicut dicimus: ſed tamẽ intelligãt ꝙ ſicut attonitus fuit mundus cũ Deus factus eſt homo paſsibilis & mortalis, atq; cũ pro nobis mortu⁹ eſt, imo multi dicebãt ſtultũ eſſe id credere ꝙ tãta maieſtas ad tãtã miſeriã deſcẽderet. Sic mirabitur mundus ꝙ agnus in Lupum videatur reuerſus, & ꝙ pius aduocatus ſit riguroſus iudex: irẽ vidẽdo ꝙ paruulus natus in præſepio, ſedeat in tãto throno: & qui pãnis inuolut⁹ vagiebat, modo veniat gloria amictus, & qui aſino & boue ſociatus erat, modo militia cæ- B leſti ſit ſtipatus, & ſolo cõſpectu mũdũ terreat. Naturalius quidẽ videtur deo maieſtatẽ repræſentare, q̃ paupertatẽ & ignominiã: cũ autẽ hæc ita repræſentauerit, quomodo putas maieſtatem repræſentaturũ? Si tibi videatur graue ꝙ tãta manſuetudo in tãtã maieſtatẽ cõuerſa ſit, & quod ex tã multiplici venia, ad tã ſeuerã punitionẽ deſcẽderit: fac tibi ante oculos ꝓponas Moyſi manſuetudinẽ cũ oraret pro populo, & rigorẽ cũ vidit poſt deſcẽſum demõte idololatriã populi: ſi quidẽ vitulũ cõfregit, & in puluerẽ cõminuit, ac in potũ hebræis propinauit, reprehẽditq; Aaronẽ, & milites inuicẽ ad præliũ ſũ incitauit, adeo vt nunquam quie- C uerit donec viginti tria millia hominum occiſa vidit. Quis in quam ſperaſſet tantam vindictam, ex tam manſueto homine?

*Optime quidẽ repræſentabit Chriſtus maieſtatẽ in iudicio.*

*Exod. 32.*

*Figura rigoris Chriſti in iudicio.*

*Tunc reſpondebunt mali dicẽtes, Dñe quando te vidimus eſurientem?* O inconuertibilis inobedientia iſtorum! quis nõ intelligat hoc, quia omne malum faciamus, nõ quia homines corruptibiles ſumus, ſed quia malum propoſitũ poſsidemus? Ecce enim tunc hominũ peccatorum corruptibilitas carnis mortua erit, & adhuc malitia viuet, ait Chryſoſ. nunquid nõ audierãt dominum ſupra dicentẽ ad iuſtos, quãdiu vni minimorũ iſtorum feciſtis, mihi feciſtis? Et vtiq; intelligere debuerãt, quomodo qui hominibus nõ D fecit, nec Chriſto fecit. Sed audiẽtes, adhuc contradicunt, in iudicio ſtant, & adhuc peccare non ceſſant.

*Chryſoſ. in nõ abſo. homi. 54. to. 2.*

*Ibunt hi in ſuppliciũ æternũ, iuſti autẽ in vitam æternam.* Terrã hãc cum populis, vrbibuſq;, & fluminibus, & ambitu maris, puncti loco ponamus. Cogitemus inſuper ætatem noſtram minorem portionẽ habere quã punctũ, ſi tẽpori cõparetur omni, cuius maior eſt mẽſura quã mũdi. Quid ergo intereſt id extendere, cuius quãtumcũq; incremẽtũ fuerit, nõ multũ aberit à nihilo? licet nouies centenos percẽſeas annos, cum ad omne tẽpus demiſeris animum, nulla erit, illa longiſsimi breuiſsimiq; æui differentia, ſi inſpecto quanto quis vixerit ſpatio, comparaueris quanto non vixerit. At ſupernæ illę mentes, quibus vita noſtra compa-

*Breuiſsima quidẽ eſt hominis vita, etſi multos viuat annos.*

 rata

rata vix puncti inſtar obtinet, non minus ignorantiam & puſil- E
*Simile:* lanimitatem noſtram in hac parte mirabuntur, quam illius piſ-
cis ætatem miramur, qui quoniam vno ſolo die vitam produ-
*Ephimera* cit, ephimera à philoſophis & medicis græco nomine appella
tus eſt. Cum enim vitæ noſtræ ſpatium, piſcis huius vitæ com-
*Etiam minor puncto eſt vita noſtra ad futuram cõparata.* paramus, breuiſsimam illam atq; momentaneam ętatem, iudi-
camus. Quis autem dubitare poſsit vitam noſtram ſi cum beata
rum mentium æuo conferatur, multo eſſe breuiorem quã illius
piſcis? in altero enim res finita cum finita comparatur in altero
vero, anguſtis terminis circumſcripta, cum ea quæ nullis fini-
bus coercetur. Si ergo nos breuiſsimam illã vitam iudicamus,
*Eccle. 18.* multo certe breuiorem ſupernæ mentes noſtram iudicabunt, F
etiam ſi ad centeſimum annum, vt ait Eccle. protendatur. Dam
*Sap. 5.* nati certe ad æterna ſupplicia ſimili ratione ante actæ vitę & feli
citatis ſpatia computant, qui cum in lib. Sapien ætatem ſuam
rebus breuiſsimis ac pæne momentaneis compararent, tandem
concludunt; ſic & nos nati, continuo deſinimus eſſe; ſed proti-
nus natalem diem cum morte copulaſſe. Multis enim rebus vt ſa
*Seneca.* pienter Seneca ait, nõ ex natura ſua, ſed ex parte noſtra magni- G
tudo ipſa accedit. Cæterum quoniam vitæ noſtræ breuitatem vi
demus, ſequitur vt eius deinde miſeriam videamus. Hanc au-
*Dan. 2.* tem non video qua ratione commodius explicare poſsim quã
ſi eam ſtatuæ illi quam Nabuchodonoſor in ſomnis vidit quæ
cito in fauillam conuerſa eſt, comparem. Qua quæſo imagine
humanæ vitæ cõditio magis ad viuum explicari potuit? Princi-
pio quod rex inſomnis non verã rẽ, ſed imaginem contempla-
tus eſt, humanæ vitæ maxime conuenit, quæ in ſcriptura tum
*1. Cor. 7.* figura, tum imago appellatur. Paulus ait, præterit figura huius
*Pſalm. 38* mundi. Dauid ait, veruntamen in imagine pertranſit homo. Vn
*1. Cor. 7.* de & Apoſ. hortabatur, qui habent vxores, tanquam non haben H
tes ſint. Quę cum ita ſint, quorſum obſecro, tam breues huius
mundi delectationes commutare volumus cum tam æternis
tormentis, videlicet igne inferni ſempiterno?

*Conſideratio breuitatis vitæ quã tum conducat.* Vnde enim quæſo heroes illi olim viri in tantam ſanctitatem
peruenerunt, niſi quod diutius hæc conſiderarent, & in horum
contemplatione immorarentur? Cuiuſmodi fuerunt Antonius,
Macharius, & alij complures ſancti, & ſanctæ. Conſiderationes
*Conſiderationes ad bene dirigẽdã vitã.* quidem rerum futurarum debent ponderari & expendi accura-
te, ſicut ſolebat vir quidam ſanctus aſsidue legere & voluere
librum quendam tria dumtaxat folia habentem, aliud qui-
dem folium album erat, aliud nigrum, aliud denique rubicundũ.
Album



A Album autem foliũ ſignificabat gloriam & beatitudinem cæle
ſtem: nigrum vero horrendam inferni gehennam, & deniq; rubi
cundum, deuotiſsimam Chriſti paſsionẽ. Quod ſi nos huiuſmodi
librum aſsidue volueremus, longe aliter nos gereremus. Vnde
Eccleſia hæc nobis tria frequenter ante oculos conſtituit, qui-
bus ſi nõ vincimur & ſuperamur, miſeri in perpetuum ſumus fu
turi, neq; ſpes aliqua nobis relicta eſt. Dic mihi homo, ait Chry. *Chry. ho. 2. in 2. ad Theſſa.*
tribunali Chriſti cũ ſiſtẽdus ſis, omnia magis loqueris quã de iſto?
Et quidẽ ſi quãdo tibi cũ iudice cauſa eſt, plerunq; verbo tenus
B dũtaxat, nõ nocte, nõ die, nõ aliquo tẽporis articulo, non aliqua
hora, aliud quid loqueris, ſed ſemper de cauſa illa quã agẽdã ha
bes. Cũ vero de omni vita rationem redditurus, & pænas datu-
rus ſis, neq; alios etiã pateris q te huius iudicij admoneãt. Atq; *In obliuione videmur habere vltimũ iudicij diẽ*
ppterea cũcta periere, & intercidere, q nos ipſi quidẽ tribunali
tẽporaliũ rerũ gratia ſiſtendi, neminẽ nõ monemus, neminẽ non
rogamus, indeſinenter de illo ſoliciti ſimus, omnia hui⁹ gratia fa
cimus: ad tribunal vero Chriſti vẽturi, idq; breui, neq; per nos ip
ſos aliquid, neq; per alios facimus, iudicẽ nõ rogamus, quis no
bis multũ ſpatij ante iudiciũ permittat, neq; in medijs nos abri-
C piat peccatis, ſed pmittat vt illa exuere aggrediamur, & nil ho-
rũ quæ ad ipſũ recidũt, prætermittit, bonitate illa ſua & benigni
tate. O felices illos q quotidie hæc meditãtur, & Dñm ſuũ expe
ctãt cũ vigilãtia. Beatus vir q ſemper eſt pauidus, ait Sapiens. Ex
hoc autẽ timore naſcitur quædã ſecuritas. Tãto autẽ ſecurius vi *Prou. 27.*
ues quãto maiorẽ adhibebis diligẽtiam & vigilãtiam quidem ad
expectãdũ Dñm tuũ quãdo veniet. Et plane ſicut diruta maceria
fruct⁹ vineæ periclitãt, ita virtutũ atq; donorũ cæleſtiũ fruct⁹, ſi *Similitu.*
timoris Dñi maceria defuerit, furibus patet. Deniq; ſanctus hic
timor, velut põdus eſt quo mercibus plena nauis nõ facile vẽto-
D rum impetu ſubuerti poteſt, quo tamẽ deſtituta, ſub maximo & *Simile.*
merciũ & vẽtorũ periculo nauigat: cui⁹ nos piculi Eccleſi. admo
net cũ ait: niſi in timore Dñi tenueris te inſtãter, cito ſubuertẽt *Eccle. 27.*
dom⁹ tua. eſt enĩ timor hic velut intern⁹ qdã animę vermis, inte
riora noſtra depaſcẽs, q nobis ſẽp ob oculos ponit & picula qbus *Simile.*
verſamur, & leges qb⁹ aſtringimur, & rationẽ q reddituri ſum⁹.
Hic timor facit vt qſq; dicat illud pphetæ Abacuc, ſup cuſtodiã *Abacuc 2.*
meã ſtabo, & figã gradũ ſup munitionẽ, & cõſiderabo qd dicat *Eleemoſynã & opera pietatis exerceamus.*
mihi, & qd reſpõdebo ad arguẽtẽ me. Annõ obſeruaſti ſicut ca
in hodierno Euange. quanti Deus faciat pauperes, & quantũ re
muneretur quod pro nomine eius in ipſos cõferimus? Acceſsit
ad Chriſtum, vt ſcribit Matt. pauper & leproſus, dixitq; ipſi, do-

*Matt.* 8. mine ſi vis potes me mundare. Quaſi dicat, ego quidem cognoſ E
co quod ad ſanandũ me, tibi non deeſt facultas, ſolum interro-
go an velis id facere, ſiquidem cum pauperes odio habeantur à
*Pauperes* mũdo, ignoro an velis me curare, tã miſellũ ſcilicet à mũdo deſ-
*à mũdo cõ* pectũ. Reſpondit tamen Chriſtus dicens, volo, mũdare. Quaſi di
*tẽnuntur.* cat, ego quidẽ nolo te cõtẽnere etſi pauper ſis & infirm⁹. Huiuſ
modi cõſideratione animãtur boni ad fauendũ pauperibus. Et
*Proue.* 21. certe cõſiderãdo præſens euãgeliũ, & ꝙ dicit ſapiẽs, gaudiũ eſt iu
*Prouer.* 3. ſto facere iuſtitiã. Itẽ idẽ alibi ait, honora pauperẽ de tua ſubſtan
tia, & de primitijs omniũ frugum tuarum da pauperibus, & im F
plebuntur horrea tua ſaturitate, & vino torcularia tua redunda
*Eccleſ.* 9. bunt. Item Eccl. ait, omni tẽpore ſint veſtimenta tua candida
*Eleemoſy* oleum de capite tuo non deficiat. Apertum eſt quod non intelli
*nam facia* gat de oleo materiali, ita enim non eſſent mundæ veſtes, ſed lo-
*mus.* quitur de oleo miſericordiæ. Magna vtuntur multi crudelitate
hoc tempore cum pauperibus & infirmis, ſiquidem interdum
eos fame confici & perire ſinunt, neq; eos viſitant, nec calicem
*Simile.* aquæ propinant. Vide obſecro quod ne detur vacuum in natu-
ra, excedunt limites ſuos creaturæ inſenſibiles, aqua ſurſum aſ-
cendit, ne detur vacuum, & ignis non incẽderet puluerem ſulphu G
reũ in tormẽto bellico, ſi ſimul concluderetur ſiue obſeraret, &
*Negligun* ignis admoueretur: at vero tot ſunt pauperes vacui neceſſarijs
*tur hodie* ad vitã, & nullus eorũ miſeretur. Si videres aliquem filiũ alicui⁹
*pauperes.* potẽtis, in alieno ſolo infirmũ & maxime indigentẽ in hoſpitio,
annõ illũ domũ tuã adduceres, & diligenter ſanãdũ procurares,
*Deus in ſe* cõfidẽs ꝙ a patre eſſes ampliſsimã mercedẽ acceptur⁹? cur non
*recipit* igit hoc ipſũ cũ pauperibus præſtas, ſi quidẽ Chriſtus ait, ꝙ vni
*quod pau-* ex minimis meis feciſtis, mihi feciſtis? cur nõ ſumus miſericor-
*perib⁹ ero* des? ſane aliqs videbit poſſe iudicare vel ꝙ infideles ſimus, aut
*gatur.* ſtulti: ſi enim hoc nõ credim⁹, hæretici ſumus; ſi autẽ credimus, H
*Sumptus* cur nõ ſumus miſericordes? Liberales vtiq; ſunt multi in bonis
*in reb⁹ va* expẽdẽdis in vanitatib⁹ & tamẽ parciſsimi ſunt in dãdis eleemo
*nis, elee-* ſynis: ſi enim nũmũ argẽteũ dãt pauperi, iã periſſe videt, & tamẽ
*moſynas* in rebus carnalibus omnia cõſumũt, & in põpis mũdanis, non ti
*impediunt* mentes paupertatem. Hæc ſigna ſunt viri reprobi, ſicut ſignum
*Gene.* 24. eſt prædeſtinati, pauperibus eleemoſynas largiri. Hoc figuratũ
*Signũ præ* habemus in Geneſ. quando ſeruus Abrahæ dixit, illam fore ac
*deſtinati,* cõmodatam puellã ad coniugium heri ſui, quæ nõ ſolũ ſibi potũ
*liberalẽ eſ* daret, ſed etiã camelis. Miſericordia quidẽ & eleemoſyna paupũ
*ſe erga* cõuerſa eſt in crudelitatẽ & iniuſtitiã, cũ iã vix reperiatur pau-
*pauperes.* per, qui cõtra diuitem iuſtitiam obtineat. Iuris periti enim mul
ti ſunt



A varijs cum ſignis. Vnde Luc. ait, Erunt ſigna in ſole, luna, &c.
Quaſi dicat, totus mundus erit in agonia, & ſudore maximo, cõ *Paroxiſ-*
cutienturq; omnia eius oſſa, ideſt omnes homines vehementer *mos patie*
terrebũtur. Si enim tu quod luxetur os aliquod, ita doles, quan- *turmũdus*
tum putas futurum dolorem, cum omnia luxabuntur oſſa? Hinc *in fine.*
ergo intelliges quid homines ſentiant in iudicio: Timebũt quo- *Luc.* 21.
dammodo hoc die Angeli & ſancti, tantam videntes hominum *Simile.*
ruinam, ſicut timere ſolet qui ex editiſsimo loco comburi videt *Horribi-*
ciuitatem, aut qui videt hominem aliquem à ferociſsimo tauro *lis omnib⁹*
vel leone dilaniari. Hoc innuens Iob ait, columnæ cęli pauent *erit dies*
B ad nutum eius. Dic igitur peccator, vt ait Gregor. ſuper hunc lo *vltimus.*
cum, quid facient tabulę, quando tremunt columnæ? Quid virgu *Simile.*
la deſerti patitur, cum cedrus paradiſi concutitur? Quid ſentient *Iob.* 26.
peccatores, ſi vident Angelos & iuſtos pauere? *Grego.*

Magna quidem eſt Dei miſericordia quod nos moneat hodier *Miſericor*
no Euangelio, de quo ſint interrogandi homines in iudicio, cum *dia Dei.*
ait, Eſuriui enim, &c. vt præmeditati poſsint accedere. Si enim *Simile.*
cum doctor aliquis creatur, præmoneretur ſecreto de quibus eſ-
ſet interrogandus, an non maximo afficeretur beneficio? ſic igi-
C tur maximum eſt Dei beneficium cum in riguroſo examine ſi- *Præmonet*
mus interrogandi, & cæli vniuerſitati aggregandi, ac doctora- *nos Deus*
tus laurea inſigniendi, vel contra reprobandi, longe ante nos *vt præme*
ſubmonere quodnam ſit futurum examen, videlicet de operibus *ditati ac-*
miſericordiæ, an ea obſeruauerimus. Probe quidem id nouerat *cedamus.*
regius vates cum diceret, Iucundus homo qui miſeretur & com *Pſalm.* 3.
modat diſponit ſermones ſuos in iudicio, quia in æternum non
commouebitur. ô felicem illum qui reſpondere tunc poterit,
ego te paui eſurientem, & potaui ſitientem:

Hic quidem quærimus excuſationes in peccatis, illic vero ne- *Gen.* 3.
D que intentare audebimus. Quando protoparentes peccarunt, in *Excuſatio*
tellexerunt ſe nudos eſſe, & fecerunt ſibi perizomata de folijs fi- *nes non ad*
cus, exiſtimantes forte quod ita diſsimularentur, at quãdo acceſ *mittentur*
ſit Deus, abſconderunt ſe, cumq; vocaret Deus dicens, Adam *in iudicio.*
vbi es? ait, vocem tuam audiui, & timui, atq; abſcondi me quod
nudus eſſem. Quaſi diceret, cũ aberas domine, culpa mea præ- *Omnia*
texebatur, nunc vero te præſente, cui omnia nuda ſunt, excu- *ſunt nuda*
ſationem non habeo, nec me occultare poſſum arborum fron- *oculis Dei*
de. Hic quidem excuſat ſe iuuenis vitijs deditus: dicens hæc iu
uenilia eſſe: excuſant ſe mulieres fuco ornãtes, dicuntq, ita vſum *Iſa.* 6.
inualuiſſe. At vero in die illa non valebunt excuſationes, ſed om
nia diuinis oculis patebunt, Hoc ſignificauit Iſai. dicens, eru-

 bel-

*Luc.16.* beſcetis, quãdo eritis ſicut quercus decidentibus folijs: quaſi di- E
*Timeam⁹* cat, non habebitis quo tegatis vos: Noli igitur tunc remedium
*Deum.* quærere, quando illud aſſequi non poteris, ſicut fecit auarus
*Simile,* ille diues, de quo mentionem fecit Luc. Dicite mortales, quis
*Exo. 19.* vobis tantarum rerum metum abſtulit, cum minimas res time-
*Diuinum* re ſoleatis? Si cum Deus legem daret Hebræo populo, ita terri-
*timorem* tus fuit populus prę tot tonitruis, vt Moyſi diceret, non loqua-
*abiecimus* tur nobis dominus, quid erit quando exiget Deus legis ſuę tranſ
greſsiones & præuaricationes? Si tantum aliquis turbatur cum
vel regis nomine, vel ſanctæ inquiſitionis compræhenditur, quid F
quæſo tunc erit, cum diuino tribunali homo ſiſtetur, cumq; crea
turæ omnes contra ipſum armabuntur? Cum Hebręi de Aegipto
egrediebantur, quia Deum ſibi propitium habebant, idcirco om
nia etiam ipſis obtemperabant, terra, mare, ignis, aqua: ſiquidẽ
*ſimilitudo* omnia famulantur Dei ſeruis, at vero in tam horribili die, omnes
*Simile.* creaturæ contra malos armabuntur. Quid quęſo tunc erit cum
*Gen.3.* videas imperatores Romanos, atq; monarchas, qui vel ſolo no-
*Timebunt* mine mundum terrebant, ita proſtratos, & timore confuſos? Si
*valde ma* Adã ita abſcondebatur neſciens quid Deus vellet cũ vocaretur,
*li vidẽtes* ſed tantũ conſcientia eũ intus vrgebat, neq; viderat aliquod pu- G
*omnes crea* nitionis exemplũ, quantũ fore putas malorũ metũ in tam horri-
*turas con-* bili die, cũ videãt ſe ab omnibus accuſari, & intelligãt ex fide quã
*tra ipſos* habẽt, ſe in ſempiternũ cruciãdos, cõſpiciantq; tot exẽplaria diui
*armatas.* næ indignationis ante oculos? o bone Deus quã longe diuerſum
tunc exhibebis ſpectaculũ, quam cũ ſpinis coronatus, & vlcerib⁹,
cæſus, ligatuſq; & ſputo conſputus apparebas!

Valde quidem ſplendet Dei miſericordia, quod prius mo-
*monet nos* neat hominem antequam eum puniat: ſic monuit Adam, Caim,
*Deus vt e* Noe, cui dixit quod vellet mundum punire, monuit Sodomitas,
*mẽdemur* Niniuitas, Pharaonem, & alios innumerabiles. Sagittarius qui- H
*Gen.4.* dem abſcondito expectat auem vt eam poſsit interficere cum
*Simile.* requieuerit. Deus vero antequã puniat peccatorẽ, ſtrepitũ quen
*Iona.3.* dam videtur excitare, vt is ſibi caueat & ſaluetur. Hoc ſignificãs
*Exo.7.* Dauid ait, dediſti ſignificationem vt fugiant à facie arcus, & libe
*Pſal.59.* rentur dilecti tui. Nõ imitatur venatorẽ quærẽtẽ occidere, ſiqui-
dem potius vult vt peccator cõuertatur & viuat, & ideo monet
eum interdũ laborib⁹ immiſſis, ſiquidẽ labores qui nobis hic con
tingũt, monent nos ne in æternos cruciatus incidamus, vt fugia-
*Simile.* mus à facie arc⁹. Bene dicit à facie arcus, nã ſicut qui arcu vtitur,
*Gen.6.* videtur prius ſuũ icere pect⁹ arcũ vibrando, quã exteriora feriat,
ſic Deus videtur ſe ipſũ prius ferire quam nos feriat, iuxta illud
Gen.



A Gen. Tactus dolore cordis intrinſecus, delebo inquit hominem
quem creaui hoc eſt ſi De⁹ eſſet capax doloris, maxime doleret *Simile.*
antequam nos puniret. Et ſicut arcus quo magis intenditur, eo
acrius ferit, ſic quanto magis Deus diſsimulat, eo grauius poſtea
caſtigat. Vnde Pau. ait, theſaurizas tibi iram in die iræ. *Rom.2.*
Sicut antequã nubes pluuias emittat, tonitrua ſolent interdũ *Simile.*
excitari & fulgura, ſic antequam horribilis hic iudicij dies euene
rit, horribilia fient ſigna: Sed quid quæſo debẽt ſol & luna, quod
ita in tali die tractẽtur? ſane vt intelligamus quantum Deus ode
B rit peccatum, quandoquidem non ſolum peccatorem punit, ſed
etiam eas res quæ peccato ſeruierunt. Timebunt in hac die An-
geli reuerentiali quodam timore, videntes Deum ſuum indigna
tum. Timent filij videntes patrem iratum contra ſeruum, & eum *Simile.*
punientem, etſi ipſi culpa vacent: quid igitur facient mali quam- *Pſal.2.*
tumuis potentes extiterint? Oculi ſublimis hominis, ait Iſa. hu-
miliati ſunt, & incuruabitur altitudo virorum, exaltabitur autẽ
Dominus ſolus in die illa, quia dies Domini exercituum ſuper
omnem ſuperbum, & ſuper omnem arrogantẽ, & ſuper omnes *Peccatum*
cedros libani, & ſuper omnes quercus Baſan, & ſuper omnes mõ *quantũ o-*
C tes excelſos. ô Deus bone quid hoc eſt? quando in mundum ve- *derit De⁹.*
niſti, acceſsiſti manſuetus & inermis, & modo contra miſerum
hominem venis tam rigidus & armatus, tantaq; ſtipatus militia?
Hoc figuratum habemus. 1. lib. Reg. cum enim Dauid cum gi- *1. Reg. 17.*
gante præliaturus erat, arma depoſuit, & acceſsit cum funda, at *1. Re. 25.*
vero contra Nabal acceſsit cum exercitu furibundus, qui ruſti-
cus erat paſtor. Artificium ſane diuinum fuit, quod in primo ad-
uentu accederet manſuetus, vt dæmon falleretur, ars vt àrtem
falleret, ſicut canit Eccleſia, item in primo aduentu venit noſter, *Eccleſia.*
hic vero venit ſuus, & idcirco in primo aduentu ſe nobis accõ-
D modauit, ſicut ſolet paſtor ad oues accedere, at cum veniet in *Simile.*
iudicio, veniet cum poteſtate magna & maieſtate, vt ait Luc. Et *Luc.21.*
veniet in maieſtate ſua, & omnes Angeli eius cum eo, vt ait Mat. *Pſal. 93.*
hoc loco. Hanc iudicis maieſtatem præuidens Dauid ait, exaltare
qui iudicas terram, redde retributionem ſuperbis, ideſt cõculca
Domine hos malos, qui ita ſeruos tuos conculcarunt. de hoc etiã
vltimo die intelligitur illud quod dicitur in li. ſap. ſtabũt iuſti in *Sap.6.*
magna cõſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerũt. Ibi oſtendet
Deus furorẽ ſuũ, quoniã hic malus noluit bene vti mãſuetudine
Chriſti. Sic enim etſi Moyſes ſępe rogaſſet pro Pharaone & veniã *Exo.14.*
obtinuiſſet, nõ tamẽ tandẽ obtinere potuit, ſed ſubmerſus eſt pro
pter duritiam Pharaonis. Sicut enim pater vſus virgis quę filium *ſimilitudo*
flagel-

flagellant, eaſdem in ignem conijcit ſic poſtquam per tyrannos E
*Simile.* duriter ſerui Dei tractati ſunt, in ignem ijdemq; tyranni con-
*Tyrannos quomodo puniet Deus.* ijciuntur. Sed quam ſoliciti erunt ibi tyranni, & minime ſtipati ſeruorum & famulorum caterua, quam in hoc mundo habebát, qui iudices erant, pręſidentes, & iuſtitiam negligebant? Siquidem longum comitum agmen trahere hic ſecum ſolent, tãquam apes,
*Iudicesma lè punietur* eos præſtolantur ſiue comedant ſiue dormiant, quam triſtes vero in iudicio tunc erunt, & quam timidi? Implebitur illud Apo.
*Apo.14.* opera enim illorum ſequuntur illos. Vnde Ambro. ait. ſola mi-
*D. Ambr.* ſericordia comes eſt defunctorum. Et idcirco hæc bonos comi- F
tabitur in iudicio, nam dicitur in Euang. hodierno. Eſuriui, & dediſtis mihi manducare.

Dicit Euangeliſta quod malis dicet Chriſtus, ite maledicti in ignem æternum. Sed quid hoc eſt domine, videris iniurius
*Apo. 18.* his miſeris, videris repugnare legi quam promulgat Ioan. in Apo. cum ait, quantum glorificauit ſe, & in delicijs fuit, tantum
*Cur mali æterna pæna mulctabuntur.* tormentũ date & luctum: ergo ſi delectatio tẽporalis fuit, cur infligis æternam pænam? Reſponderi poteſt quod mali neq; ſe, neq; ſcelera ſua volũt agnoſcere, & idcirco veniã nõ obtinebũt, ſed perpetuam pęnam. Hoc ſignificauit Chriſtus cum ait, ſi cæci G
*Ioan.9.* eſſetis, non haberetis peccatum, nunc vero dicitis quia vide-
*Simile.* mus, propterea peccatum veſtrum manet. Sicut enim indigeſtus cibus in ventriculo niſi aliqua tandem via expellatur, infirmita-
*peccatum quantum noceat.* tem parit, ſic peccatũ niſi tanquam indigeſtus cibus per pæniten tiam expellatur, infirmitatem manentem generat: & ideo dicit manet, vt intelligamus quod pænitentiam non fecerunt, & ita
*Pſa. 48.* nunquam Deus placabitur, iuxta illud prophetæ, non dabit Deo placationem ſuam, & pretium redemptionis animæ ſuę, & laborabit in æternum. Illi igitur male metent, quia male ſeminarunt
*Gal.6.* in hac vita, nam vt ait Apoſt. quę ſeminauerit homo, hæc & me H
*Simile.* tet, Quod ſi vt ait ſanctum Euangelium, ſempiterno igne cruciabitur qui pauperibus eleemoſinas dare noluerit, quid dicemus de illo qui pauperem ſpoliauerit?

Concludit Chriſtus in Euangelio hodierno dicens, ibunt hi
*Magnates ſi mali fuerint: quã parui fient.* in ſupplicium æternum, &c. Cur ita loqueris bone Deus, cum illuſtriſsimis tum prælatis, tum etiam imperatoribus, & regibus ac principibus? nam tunc multi ex his ibi aderunt inter malos. Sed iam præſertim pro his ceſſabunt tituli maieſtatis, altitudinis, excellentiæ, dominationis, & ſimiles, ſolum dicentur hi, quo verbo nil ſimplicius dici poteſt. O quomodo ante Deum ceſſant honores mundani! non ibi habebunt titulos, at vero boni dignis



A ti ſunt qui etſi cognoſcant ſe cõtra iuſtitiã facere, quærunt tamẽ apparẽtes rationes, & accumulãt autoritates doctorum &
*Pauperibus non fit iuſtitia.* textuũ, vt alijs appareat quod iuſtitia ſit illa. Contra quos dicit
*Iſa.10.* Iſa. væ qui condunt leges iniquas, & ſcribentes iniuſtitiam ſcripſerunt, vt opprimerent in iudicio pauperes. Vtuntur
*Simile.* ergo in hoc caſu iuriſperiti legibus, tanquam delicatis quibuſdam caligis acu textis, quæ ad arbitrium cuiuſque anguſtantur vel dilatantur: Vę talibus qui ita legibus abutuntur. Vix iam
*Multi abutuntur legibus.* reperias pauperem, qui velit iudicio contendere cum diuite, ni-
B ſi iam iuſtitia ſit omnibus manifeſtiſsima, & tamen cauſa cadit: quod ſi vincat, vſq; adeo contortus eſt, tãtaſq; facit expenſas, vt ſuperent litẽ. Multum valet ad cõpatiendum pauperibus, quod
*In operibus miſericordiæ nos exerceamus.* diſceptatio futuri iudicij ſolũ de operibus miſericordiæ fiet, ex hibitis & nõ exhibitis pauperibus & egenis, vt cõſtat ex hodierno Euãg. Multũ ſane cõferre debet, hoſpitio excipere peregrinos, viſitare infirmos: & in carcere poſitos, quãdo quidẽ ita de his nũc fit mẽtio. Cõpati debet homo infirmis, & eos quãtũ poteſt iuuare debet Sic cõpaſſus eſt Samaritanus homini vulnerato alligãs eius vulnera & imponẽs iumẽto, vt ſcribit Luc. quia
C diues epulo nõ eſt cõpaſſus Lazaro vulnerato, ideo ſepultus eſt *Luc. 10.*
in inferno. Cõpati debet homo peregrinis, & eos vagos recipe- *Luc. 16.*
re, & hoſpitari, & reficere quãdo poteſt Sic cõpaſſus eſt Abrahã angelis quos credebat homines peregrinos. Loth etiã cõpatiens
peregrinis, angelos quos credebat eſſe homines, in hoſpitiũ in- *Geneſ. 18.*
troduxit. Peregrinos recipientes, multas à deo recipiũt gratias: *Gene. 19.*
nã Elias peregrinus ſuſcitauit filiũ mulieris, apud q̃ hoſpitio eſt *3. Reg. 17.*
receptus. Mulieri ſunamitidi filiũ nõ habẽti, Eliſæus ab ea recept9 *4. Reg. 4.*
hoſpitio, filiũ impetrauit, & ipſum poſtea ſuſcitauit. publi9 prĩceps, Paulũ cum ſocijs de confracta naui euaſos ſuſcepit hoſpi- *Acto. 18.*
D tio: paul9 autẽ liberauit patrẽ eius febrib9 & diſenteria laborãtẽ. Peregrinos recipiunt hoſpitio pauperes & artifices magis q̃ nobiles & diuitijs abundãtes. Nã in Gabaa Bẽjamin non inuenit leuita qui eum hoſpitio receptaret, niſi ſenẽ de opere reuertẽtẽ: Petrus Apoſ. eſt apud quẽdam ſenẽ coriarium hoſpitatus Paulus
manebat apud Priſcã & aquilã, qui erant eiuſdẽ artis: Lydda *Iudicũ. 19*
purpuraria rogauit Paulum & ſocios eius, ſecum hoſpitio habi *Acto. 10.*
tare. Cõmẽdat Apoſ. hebræos, quia in carcere miſsis & afflictis *Acto. 18.*
cõpatiebãtur. Vide quomodo Ioſeph vinctis cõpateretur etiam *Acto. 16.*
cum ſibi carceris cuſtodia cõmiſſa eſt. Carceres quãuis oporteat *Hebr. 10.*
eſſe fortes ac bene munitos, humani tamen eſſe debent. Qui Hie *Geneſ. 39.*
remiam prophetam incluſum in carcere cuſtodiebant, non impedie-

pediebant ei negotium dictãdi ipſi Baruch, atq; emẽdi, vẽdẽdiq; E
*Hiere.* 32. contractũ, quãquã gẽs erat inhumana & Barbara, qui Paulũ vin
& 36. ctũ habebãt, nõ prohibebãt tamẽ cũ diſcipulis & alijs cõmuni-
*Ephe.* 1. care, & quocũq; vellet, epiſtolas mittere. E carcere ſi quidẽ ſcri-
*&c.* pſit ad Ephe. & ex vinculis conſcripſit ad Phil. Item cum eſſet
*ad Phile.* in vincula cõiectus, literas Philemoni pro oneſimo ſeruo miſit.
Et cum eſſet vinctus ſub præfecto felice, iuſsit iudex, ne cum diſ
cipulis communicare Paulum vlla ratione prohiberent, vt con-
*Acto.* 24. ſtat cap. 24. Acto. Herodes qui tam tyrannus erat, non prohi-
*Matt.* 11. buit tamen ne cum ſuis diſcipulis conuerſaretur ac communica-
ret Baptiſta. Scribens Apoſ. ad Timo. dicit: det miſericordiam
2. *Tim.* 1. Dominus Oneſiphori domui, quia ſæpe me refrigerauit, & cate- F
nam meam non erubuit: ſed cum Romam veniſſet, ſolicite me
quæſiuit, & inuenit. Det illi Dominus inuenire miſericordiam
*Gene.* 40. à Domino in illa die. Cuſtos carceris affabilis ac benignus eſſe
debet, talis enim erat ſanctus Ioſeph cum eſſet poſitus carceris
cuſtos: interrogabat enim eos, cur triſtior ſolito eſt hodie facies
veſtra?

## FERIA II. POST DOMI. I. QVADRAG. G

## CONCIO SECVNDA.

*Roma.* 8. CVM *venerit filius hominis in maieſtate ſua.* Matt. 25. Luc.
21. Cum verum ſit vt ait Apoſ. quod non accepimus
ſpiritum ſeruitutis iterum in timore, cur ergo Eccle
*Terrore opus habemus vt cõuertamur.* ſia hodie tantum nobis timorem incutit, referendo
quæ futura ſint in die iudicij? annon melius erat vt
nos blande moneret, cum acceperimus ſpiritum adoptionis filio
rũ? Reſpõdeo quod ſi tales eſſemus, quales eſſe debebamus, & ita H
Deum amaremus, vt facere debebamus; amore ſane eramus du
cendi & inuitandi, at vero tales ſumus, vt niſi terrore & timore
commoti, non moueamur. Sumus inſtar hebræorum, quibus to
nitruis opus fuit, vt legem recordarentur, & eam cuſtodirent,
& ita eam timore concuſsi acceperunt.

*Venientem in nube.* Duo ſolent nubes ad ferre, videlicet aquam,
*Nubes aliquando recreant, aliquãdo terrent.* qua terram lætificant, & eidẽ proſunt ſi moderata ſit: aliquan-
do vero tãtã adferunt aquæ abundantiam, vt diluuia generent,
item grandinem aliquando immittant, fulguraq;, & fulmina, ad
eo vt omnes territent. Sic aduẽtus filij hominis quibuſdam erit
lætitiæ alijs vero erit terrori.





A Conſidera obſecro peccator quod Deus habeat manus gra- *Exod.* 17.
ues tanquam alter Moyſes, ita vt ſolo tactu maximum præſeſe
rant pondus. Iob 19. manus tua tetigit me. & vide quo eũ rede- *Iob.* 19.
gerit, quid quęſo feciſſet ſi grauiter manũ impegiſſet? cęterũ etſi
tam graues habeat manus, tamen in hac vita ſolum tangit, ſi
quidem ſancti ſuis orationibus manus ſuſtentant: at vero in die *Exod.* 17.
iudicij non erit qui eas ſuſtentet ſicut Moyſi, & ideo grauiter fe
riet, tũc enim ſancti tanquam quodãmodo defeſsi, non ſuſtenta-
bunt manus, ſed contra malos iuſtitiam poſtulabunt.

B *Cum poteſtate magna.* Quorſum bone Deus cum tanta poteſtate, *Iob.* 14.
ſi non eſt qui tibi reſiſtat? Contra foliũ quod vẽto rapitur? Sed
id facit vt malos terreat qui ipſum cõtẽnebant. Nil enim eſt ꝙ
ita aliquem terreat, quã videre inimicũ ſuũ quẽ ipſe contẽnebat,
cum poteſtate magna venientẽ: Vide enim quid ſentiret Aman *Heſther* 6.
cum videret in tãta gloria Mardocheum: ſane id acerbius ferret 3. *Reg.* 22.
quam mortem. Quid etiam ſentiret Iezabel videns ipſum Ioſa-
phat in tanta poteſtate? Quid ergo mali ſentient, cum videbunt
Chriſtum cum poteſtate magna?

Tuba inſonabit angelus quæ per vniuerſum mundum audie- *Potẽtiam ſuam oſtẽdet Chriſtus in iudicio:*
C tur, atq; mortui reſurgent. Quod ſi angelus vnus tantam habet
poteſtatem, quid dicemus cum venient omnes angeli, & Domi-
nus angelorum? In hac quidem vita permixti ſunt boni & mali
tanquam calculi quidam diſcolores quibus luditur, in saccũ con
iecti ſunt: at vero ſicut cũ in tabula opponuntur, ſingulis ſuus da *Similitu.*
tur locus, ſic vtiq; in tremendo die vnuſquiſq; ſuo loco cõſidebit.

*Ite maledicti.* Si blanda vox dicentis, Adam vbi es? Et Paulo; *Geneſ.* 3.
Saule, Saule, quid me perſequeris, ita ipſos terruit, quantum pu
tas terreri in iudicio malos, cum huiuſmodi Chriſti vocem au-
dient, ite maledicti?

D Si Deus ſe ita iratum oſtendet contra mare, flumina, & fon-
tes, quoniam hominibus ſeruierunt, quantum putas iraſcetur
contra eoſdem homines peccatores? Quatuor quidẽ illa erũt in
hoc iudicio, quæ in cæteris eſſe ſolent, videlicet citabitur reus,
& ſtatim reſurget tuba vocatus, item erit hic iudex, accuſato-
res, & teſtes.

*Ite maledicti.* Exiſtimo quod ſicut illi qui accuſabant adulte- *Autor.*
ram, illis caracteribus à Chriſto in terra expreſsis, ſua peccata *Ioann.* 8.
videbant; ſic cum hæc vox, ite maledicti, audietur, cuiuſq; ſenten
tia, & omnium etiam declarabitur cum eorum malefactis.

*Iudicium extremum horrendum.*

Si tantum Iſayas conturbatus eſt videns ſubuerſionem Hie- E
*Iſa.* 21. ruſalem, vt diceret: viſio dura nũtiata eſt mihi, propterea reple-
ti ſunt lumbi mei dolore, & anguſtia poſſedit me, quid quęſo di
ceret aut faceret, ſi videret deuaſtationem mundi, & diſtrictum
Dei iudicium, quod ante oculos nobis hodie proponitur? Erit
*Mat.* 24. hic dies ita ſecretus, vt dicat Chriſtus, quod de die illa nemo
ſcit, neque filius hominis, niſi pater. Ita hoc negotium voluit
ſecretum eſſe, vt ita demonſtraret etiam quantum amaret ho-
mines, & quomodo eorum anguſtiam in hoc die ſentiret.
*Simile.* Quaſi diceret quis ad amicum, anneſcis quanta in calamitate F
verſetur Petrus vel Ioannes, reſponderetq; ille, ah mitte obſe-
cro, nec ſcio nec ſcire velim propter tantam anguſtiam quam
de ea capio, Sic Chriſtus declarat quantum ſentiat hominum
*Sẽtit Chriſtus labores noſtros* calamitatem in hoc die, cum dicit quod nec filius hominis
ſcit, cum tamen ſciat: Omnes quidem creaturæ ad hominis
obſequium creatæ ſuam triſtitiam exhibebunt hoc die, quaſi ve
*Parũ timemus hunc diem vltimum.* ſte lugubri indutę propter mundi mortem. O virum miſerabilẽ
quod ſcilicet videas ita dolere creaturas tua cauſa, & tamen tu
non moueris, ipſæ dolent vicẽ tuam, & tu tui obliuiſceris. Quid
obſecro miſer facies cum tua perpetrata mala toto terrarum G
*Iob.* 20. orbe publicabuntur? Iob enim ait, cæli narrabunt iniquitatem
eius. Omnes ſane creaturæ teſtes erunt iniquitatũ tuarũ. Hunc
vero terrorem & horrorẽ tanto magis ſentiẽt & patiẽtur homi
*Pſal.* 48. nes, quãto grauiores erunt peccatores, iuxta illud regij vatis,
cur timebo in die mala? Et reſpondet, iniquitas calcanei mei cir
cũdabit me. O peccatores, qui tã effrænate peccatis, cur non re-
cordamini huius timoris, quẽ veſtra peccata vobis pariẽt in iudi
*Aug. l.* 20 *ciui. c.* 18. cio? Dicit Aug. lib. 20. de ciui. Dei, quod ignis ille de quo loqui-
tur Dauid, ignis ante ipſum præcedet, tantum extolletur, quan-
*Pſal.* 96. tum aquæ diluuij, cõburet omnes mortales, & erit vice purgato H
*Mag. Se. in.* 4. *diſ.* 44. rij bonis, vt purificẽtur, vt ait Magiſ. Sen. ô quãtũ erit tunc gau-
diũ iuſti, quãdo anima in corpus redibit, & in ipſum gloriã ſuã
refundet, ſi quidẽ & laborũ particeps fuit! & vice verſa, quantus
erit luctus cũ anima mali corpori vnietur, & ſe inuicem male-
*Quãtũ affigatur malus, cũ anima corpori vniẽt* dicent! dicet anima maledicta ſis lingua, quæ ita blaſphemaſti,
& mendacijs te oblectaſti ac murmurationibus: maledicti ſitis
oculi, qui tãta vetita concupiuiſtis & vanitates: maledictæ au-
res, quæ ita audiendo murmurationes vos oblectaſtis. Et ſane
*Simile.* ſicut cum quis moritur, paroxiſmis quibuſdam corripi ſo-
let & maxime affligi, tum etiam circunſtantes obſtupeſcunt:
ſic vtique mundi finem quaſi paroxiſmi quidam præcedent
varijs



A gnis decorabuntur titulis, nã vocabuntur iuſti & benedicti. Quid
igitur dicemus ad hæc fratres? non vtiq: ſunt hæc negligenter *Boni etſi pauperes quanto in honore habeantur.*
deguſtanda & percurrẽda. Caueamus igitur ne tunc remedium
quæramus, cum iam non erit remedij locus: Dicit item Euange-
lium, tunc dicet rex his qui à dextris eius ſunt: hic rex Chriſtus eſt
de quo Ioan. in Apo. rex regum, & dominus dominãtium. Item
Petrus in Actis Apoſt. ait, prædicans Cornelio, quod conſtitutus *Apo.* 19.
eſt iudex viuorum & mortuorum. Et Pau. ait quod oportet nos *Act.* 10.
omnes manifeſtari ante tribunal Chriſti. De hoc tremendo die, 2 *Cor.* 5.
B & de his quæ in ipſo accidere debent; ait Eccl. cuncta quæ ſunt,
adducet Deus in iudicium: pro omni errato ſiue bonum fuerit, *Eccl.* 12.
ſiue malum. Hoc igitur die tam diſtrictus rex erit iudex, vt Ioan.
dicat dicturos homines mõtibus, cadite ſuper nos, & abſcondite *Apo.* 6.
nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni, quoniam ve-
nit dies magnus iræ ipſorum, & quis poterit ſtare? Sicut enim in
primo aduẽtu omnes mirati ſunt eius manſuetudinem, ſic in hoc
ſecundo aduentu terrebit ſuo furore: Vnde Chryſoſt. ait, quod *Chryſoſt.*
mille ſuſtineret potius fulmina, quam videre faciem iratam huius
manſueti agni.

C

*Patientia & manſuetudo commendantur.*

DIcit Euangeliſta quod ſtatuet oues quidem à dextris, & hœ-
dos à ſiniſtris, ſignificat vero per oues iuſtos, propter man- *Humilitas & manſuetudo quantum placeat Deo.*
ſuetudinem & patientiam inſtar ouium: Maximopere placere
debet Deo manſuetudo & patientia, quandoquidem ſuos ſeruos
comparat his animalibus manſuetis. ô miſeriam noſtram, quod
ſcilicet quamuis Chriſtus his animalibus ſuos comparet, & ſeip
ſum etiam ouem nominet, nihilominus tamen nihil magis obli- *Iſa.* 53.
D uiſcimur quam patientiam & manſuetudinem, & præſertim ſi-
quis nobis verbum aliquod contumelioſum dicat. Sane quemad
modum ignis ipſe vel carbunculus in obſcuriori loco magis ſplẽ *Simile.*
dorem ſuum manifeſtat, & inuictus miles in ipſo conflictu vires
ſuas oſtendit: ſic Dei ſerui in medijs laboribus & ærumnis virtu- *Boni virtutem ſuã in laboribus oſtendunt.*
tem ſuam magis oſtendere debent, vt ita præmia & coronas re-
ferant immortales, Vnde Iaco. ait, omne gaudium exiſtimate fra
tres, cum in tentationes varias incideritis: Et quemadmodum
peritus miles cupit occaſionem oportunam ſibi dari alicuius prę *Iaco.* 1.
lij, in qua poſſit vires ſuas oſtentare, & ex ſpolijs diteſcere, ſic fa
ciunt ſerui Dei. Patientia quidem & manſuetudo non ſolum ſibi *ſimilitudo*
vtilis eſt, ſed etiam ad reliquas virtutes conſeruandas. Eſt inſtar *Simile.*
perdi-

perdicis quæ non ſolum in ſe apta eſt ad cibũ, ſed etiam eſt inſtar fiſtulæ cuiuſdam ad reliquas perdices captandas: ſic & de patientia dicendum eſt, nam per hanc conſeruatur caſtitas, humilitas, temperantia, & reliquæ virtutes: Quare nobis eam comparemus & conſeruemus, quandoquidem tantus ex ea nobis fructus promanat, & Chriſtus eam in hodierno Euangelio commendat. E

*Mãſuetudo quã ſit vtilis.*

Satis apparet quam ſit exigua noſtra charitas, quandoquidem exiguam habemus patientiam cum aliqua ſeſe offert occaſio. Nam charitas vt ait Apoſto. patiens eſt, benigna eſt, charitas non æmulatur, omnia ſuffert, omnia ſuſtinet: nõ ita nos facimus, ſed ſtatim ſuccenſemus, cum iraſcendi offertur occaſio, cum tamen contrario modo facere deberemus, & moderate reſpondere, dicentes, tu quidem frater non ſatis me noſti qualis ſim, nam alia multa in me errata inuenires. Vt ad huiuſmodi patientiam deueniamus, plurimum proderit quod homo de ſe humiliter & abiecte ſentiat, atq; crebro iniquitates ſuas contueatur & recolat, ita enim tam pretioſum patientiæ theſaurum conſeruabit, cognoſcens videlicet in quantas deueniret miſerias, niſi diuina manu protegeretur. F

*1. Cor. 13. Exigua eſt patientia noſtra. Fragilitatem noſtrã conſideremus & patientes erimus.*

Armis mãſuetudinis armatos miſit Chriſtus diſcipulos ad prædicandum cum ait, ecce ego mitto vos ſicut oues in medio luporum: nam arma militiæ noſtræ, vt ait Apoſtolus, non carnalia ſunt, ſed ſpiritualia. Præliatur ergo Chriſtus contra lupos ouibus, culicibus contra Pharaonem, & muliere contra Holophernem, vt intelligamus quod patientia omnia vincat, qua niſi armentur homines, nihil fere cum laude coniunctum præſtabunt. De Pythagora legimus quod ante omnia patientiam doceret diſcipulos, ita vt ipſos pro foribus collocari iuberet, & audire multorum ſubſannationes, nam dicebat vnus hunc aptiorem eſſe iudico iumentis cuſtodiendis, illum vero paſtorem eſſe exiſtimo: alium vero aſino ſimilem dico. Et rurſus ille mihi videtur inter ruſticos & agreſtes enutritus. Quod ſi ad Philoſophiam humanã comparandam tam vtilis eſt patientia, quid dicemus quantum proderit ad cæleſtem & diuinam conſequendam? Nam patientia vt Iaco. ait, eſt opus perfectum: nil enim ita animam in tranquillitate & quiete eſſe facit vt manſuetudo, hæc omni diademate ſe poſsidenti eſt vtilior. Hæc omni annulo & gemma conducibilior. Quid enim beatius, ait Chry. quam inteſtino liberari bello? Nam quis plurima pace & cura externa fruatur, ſi intra nos cogitationum naſcatur tempeſtas, tumultus & ſeditio? nil externa pax nobis proderit. Sicut & neq; miſerabilius eſt ciuitate, quæ licet G H

*Mat. 10. 2. Cor. 13. Exo. 8. Iudith. 9. Pythagor. Exemplũ. Patientia ab antiquis philoſophis plurimi fiebat. Iaco. 1. Chry. in Gen. ho. 34. c. 1. Pax quã ſit vtilis.*



A licet præſidijs & muris bene ſit munita, intus tamen ciues foueat proditores. De rege Priamo ferunt quod cum vidiſſet philoſophum quendam nomine Corradum minime turbatum fuiſſe in quibuſdam ignominijs & iniurijs quibus eum affecerant, ſed omni patientia tuliſſe: interrogauit eum quomodo huiuſmodi iniurias tolerare poſſet? qui reſpondit, ſcito rex me dominum eſſe dominorum horum, & ipſos ſeruos eſſe ſeruorum meorum: quaſi diceret, iſti ſunt vitioſi, & ſeruiunt vitijs, quæ ego ſub pedibus colloco, & hęc quę ſunt veluti ſerui mei, dominãtur ipſis qui B mihi iniurij ſunt. cum igitur ſub pedibus habeam horum dominos, nihil mea intereſt quid dicant eorum ſerui, vel faciant.

*Simile. Priamus. Exemplũ.*

Explicans Beatus Chry. verba illa Mat. tradent enim vos in cõcilijs, & in ſynagogis ſuis flagellabunt vos, cõbinationem quandam facit patientiæ & manſuetudinis, quam habebant diſcipuli tantis fluctibus expoſiti, & exiguæ patientiæ quam nos habemus modo in tanta viuentes quiete & tranquillitate, dicitque: Qua igitur venia nos erimus digni, in omni trãquillitate & ſecuritate viuẽtes? nam cum nemo nos ſuperet, fundimur & diſsipamur. nec in pace ipſa ſalui poſſumus viuere. Et illi quidem cum totus C orbis cremaretur, cumq; in tota terra vnus quaſi rogus flagraret, in medias flammas inſilientes, multos eripiebant, tu vero nec tibi ſaluti eſſe potes? Quænam ergo libera nobis reſpondendi poteſtas erit? Quæ venia concedetur? quos non exagitant flagella, non vrgent carceres, quibus non principes, non ſinagogæ minantur, nec aliquid huiuſmodi malorum impendet, imo vero omnia ſe in cõtrarium habeant? Dominamur enim & regna poſſidemus, quippe qui fideles reges habemus, vnde Chriſtiani honoribus affluunt, præfecturas regionũ adipiſcuntur, honore, ſecuritate & pace potiuntur, neq; ſic tamen vincimus. Et illi quidem D cum ad cruciatum quotidie ducerentur, & tam magiſtri quam diſcipuli mille tormentis atq; flagellis cæderentur, bonorum tamen paradiſi animo & cogitatione fruebantur. Nos vero qui nec in ſomnis cruciatum quidem aliquem ſuſtinuimus, multo profecto molliores quam cera ipſa ſumus, ſiquidem in tanta, tamq; ampliſsima tranquillitate, atq; etiam quiete, vel tantillam patientiam non oſtendimus, nec præ nobis ferimus, ſed potius in omnibus impatientes maxime ſumus, atq; impatientiam factiſq; & dictis ſtatim manifeſtamus, & omnibus patefacimus:

*Patientia quibus cõſiderationibus cõſeruetur. Chry. in Mat. 10. ho. 34. Nota. magna eſt impatientia noſtra. Si res minimas patienter nõ ſuſtinemus quomodo maximas ſuſtinebimus? Patientia vigebant ſancti.*

## FERIA II. POST I. DOMIN: QVADRÆ. E

## CONCIO TERTIA.

*Mar. 14. Memoria iudicij quã ſit vtilis.*

CVM *Venerit filius hominis in maieſtate ſua.* Mat. 25. Vtiliſsimum ſane eſt, vt quis cõuertatur ſæpe memoriam habere vltimi iudicij, ſiquidẽ Chriſtus ante ſummum ſacerdotem, cum ignominioſe tractaretur dixit, amodo videbitis filium hominis &c. Si igitur Chriſtus tam obſtinatis viris fore vtiliſsimam hanc memoriam cenſuit, quantum quęſo vtiliſsimam fore reliquis putandum eſt? F

*Et omnes angeli eius.* O cœtum admirabilem! Siquidem angeli illuc conuenient, ſeruientq; ipſi iudici.

*Similitudo. Iram Dei timeamus.*

*Cum poteſtate magna.* Horrendum ſane erit cum dominus cum furore ad iudicandum venerit: eſt enim inſtar tauri, qui vnam & alteram ignominiam ſibi illatam diſsimulat, item boat & reboat, at vero ſi curſum ceperit, tanto impetu fertur, vt nullus ante ipſum ſtare audeat, & quos attingit, in altum ſuis cornibus ita extollit, quaſi paleam ventilator in area: ſic igitur inſtar tauri ferociſsimi, poſtquam multas pertulerit ignominias Deus, ad G iudicandum accedet: Vnde Iſa. ait triturabis montes, & comminues, & colles in puluerem pones. *Iſa. 41.*

*Sedebit.* Ita enim decet iudicem: ſic acceſsit cum maxima quiete ad caſtigandum protoparentem: ita cum puniuit Sodomam & Aegyptum. Sed tamen modo, vox tonitrui erit in rota, ideſt punitio non habebit finem. *Gen. 41.*

*Ite maledicti.* Si tantum doluit Eſau, quod à patre poſtponeretur ipſi Iacob in benedictione, quæ erat rerum terrenarum, an non multo magis dolebunt mali, maledictionem ſempiternam reportantes? Quos quæſo edent gemitus & eiulatus? Dormiebat Noe H & filius Can eum deridebat, ſed vide quam maledictionem ſit ei imprecatus poſtquam à ſomno ſuſcitatus eſt: ſic igitur modo videtur Deus dormire, & ita mali quodammodo ipſum deridẽt, at in iudicio audient, ite maledicti, *Gen. 27. Gen. 9.*

### *Quale futurum ſit vltimum iudicium.*

*Euſe. epi. Emiſſenus. Iob. 14.*

CVm ergo talis futurus ſit terror venientis, quis poterit terrorem ſuſtinere iudicantis? omnia apud illum collecta, omnia apud illum repoſita atq; ſignata ſunt. Vnde Iob ait, ſignaſti quaſi in ſacculo delicta mea: plus eſt ſignaſſe quam ſeruaſſe. Et per Sopho.



A Sopho. dicit Deus. Scrutabor Hieruſalem in lucernis: ô vere miſerandam ſtupiditatem noſtram, qui in tanta ſocordia degimus, cum tanta diligentia commiſſa noſtra omnia in libris illis ſcribãtur, vt habet Ioan. in Apo, cũ ait, libri aperti ſunt, &c. Quod negotium perinde agi videtur, atq; ea quæ apud Chriſtianę fidei defenſores tractari ſolent, apud quos vel dum dormit, vel ludit ille qui in phreneſim lapſus eſt, teſtis interim accuſat, ſcriba diligenter exarat, iudices criminis pœnam decernere incipiunt, cum tamen miſer ille criminis ſui oblitus, nil minus cogitet. Quanto aliter B beatus Iob? Sic enim vir innocentiſsimus cum Deo agit: inſtauras teſtes tuos contra me. Quæ verba hominis quidem ſunt in terra degentis, ſed quid in diuina curia de ſuis operibus ageretur, formidantis. Quid igitur inquies, faciemus? certe quod propheta ſe facturum pollicetur, cum ait, ſuper cuſtodiam meam ſtabo, & figam pedem ſuper munitionem, & contemplabor vt videam quid dicatur mihi, & quid reſpondeam ad arguentem me. *Apo. 20. Simile. Iob. 10.*

*Curat dæmõ vt nimis de miſericordia deipræſumamus.*

Cogitanti mihi fratres, ex altera parte huius iudicij magnitudinem & acerbitatem, ex altera vero cõmunem vitæ noſtrę corruptelam atq; licentiam, diligentiuſque huius tantæ cæcitatis C cauſam indaganti, ea mihi vel præcipua viſa eſt, quod perperam homines (dæmone adhortante) de diuina miſericordia ſimul & iuſtitia ſentiant. Communis enim humani generis hoſtis hoc ſemper agit, hoc curat, vt diuinam peccatoribus miſericordam ſemper ob oculos ponat, non vt eam diligant, ſed vt ab ea peccandi anſam arripiant. Contra vero diuinã iuſtitiam atque iudicium ita extenuet, vt ſublato omni diuini timoris freno, in peccata omnia præcipites agat. Scit enim verſutus ille hoſtis quod ſi vel minimã partẽ acerbitatis iudicij huius (quod ille iam in ſe expertus eſt) intelligeremus, ſine dubio ad ſolam iudicij & peccati ap- D pellationẽ, mente & corpore concuteremur. Hanc tantam hominum cæcitatem homo quidam poſt obitum ſuum, cuidam amico aperte declarauit: Rogatus enim ab amico quo in ſtatu eſſet, ille ingenti gemitu reſpondit, nemo credit, nemo credit, nemo credit: cumq; rurſus ab eo peteret, quidnam vox toties repetita ſignificaret: ille rurſus, nemo credit quam diſtricte iudicet Deus, & quam ſeuere puniat. Iuſtum eſt igitur vt poſtquam præceſsit dies hominis, veniat dies Dei. Tranſierunt iam dies hominis, in quibus ſua ſuperbia, arrogantia, vindicta & ferocia viguit. Debet igitur accedere dies Domini, in quo vigeat iuſtitia eius, & taceat iſta ferocia humana, atq; ſuperbia: *Horrendũ teſtimoniũ de iudicio. Iudicium vltimum dicitur dies domini.*

Sicut vbi apparet magna & regia aquila, quæ reliquarum

auium exiſtit regina, cæteræ aues expaueſcunt, & omnia omnino **E** deſerentes, celerrime in caueas quibus abſcondantur cõuolant. ita cum filius Dei rex regũ & dominus dominantium redibit in mundum, tanta quidem maieſtate & claritate apparebit vt omnes homines expaueſcant, & vbi occultentur inquirant.

*Simile. Chry. in nõ abſ. ho. 49. to. 2.*

Obſcurabuntur hoc die ſol, luna, & aſtra: quando enim pater familias moritur, famuli omnes conturbantur, & tota familia luget, totaq; domus in ſqualore eſt: ita in tremendo iudicio cum totum genus humanum moritur, & in tantis verſatur malis, omnes creaturæ dolorem quendam intimum perferre videntur cum **F** ad hominis miniſterium eſſent creatæ. Atq; ita exuentes ſe veſtibus claritatis & lucis, induentur omnes lugubri veſte, tenebris ſcilicet & obſcuritate. Dicere etiã poſſumus quod id faciunt vel propter compaſsionem bonorum quos vident in tantis malis, vel propter malorũ indignationẽ, videndo tanta ſcelera quę cõmiſerunt. Erit tãdem nox multæ miſeriæ & tenebrarum ad diuidendum diem huius miſerabilis ſeculi à die ſequentis ſeculi feliciſsimi, æquum enim non eſt vt hic dies tãtæ calamitatis in quo hic viuimus, continuetur cum alio tam quieto ac delectabili.

*Propter multas cauſas ſigna apparebũt in cœlis in iudicio.*

*Simile. Ioſue 3. Ioe. 1.*

Si vt tranſirent Hebræi diuiſæ ſunt aquæ Iordanis, & coacer- **G** uatæ in altos montes vt viderentur à vicinis regionibus, vt videre eſt apud Ioſue: quã in altum quæſo ſubleuabitur mare cum venturus eſt in iudicium Deus? Non poteſt propheta Ioel ſatis explicare, vt conſtat ex cap. 1. tantum tamq; tremendum iudicium, vnde dicit, Ah, ah diei, quia prope eſt dies domini, & nos tam ſæpe de eo loquimur? Hoc quidem eo fit, quia nos ſuperficiem dũtaxat eius videamus, propheta autem & diuinus vates, cum rem attentius contemplaretur, non poterat cohibere lachrymas & ſuſpiria, ſed euiſcerabatur fere, ac tota mẽte & omnibus artubus contremiſcebat. Si quod concidat domus aliqua, adeo qui ruinã **H** audiunt abſterrentur, quid tunc erit cum ędificia totius terrarum orbis vaſtabuntur & corruent? Capitolium corruet, Memphis, cæteraq; ædificia ſumptu maximo extructa & in cælum vſq; prope elata, muri, propugnacula, & regiæ ſublimes: quid autem facient minimę ſtructuræ & ędificia, cum tam maxima humi adæquabuntur? ſi domus vna tantũ incendio inflammata, totam terret viciniam, imo oppidum, quid tunc futurum eſt, cum vniuerſus incendio conflagrabit orbis?

*Simile. Omnia mundi ædificia in hoc die corruẽt ſimilitudo*

*Simile. Chry. in nõ abſc. ho. 49. to. 2.*

Si quãdo rex aliquis terrenus vult inſigne aliquod edere ſupplicium, cui aſsiſtere omnes debent, tũc magnates omnes cõueniũt omnes domeſtici in armis ſunt, & totus deniq; populus cõmo-





**A** uetur, ac ciuitas volitat armata, credibile plane eſt hoc in die, in quo rex regum totum orbem iudicare parat, & in publicã lucem totum genus humanũ euocare, volẽs huic iudicio idem aſsiſtere cum ſua maieſtate, acceſſuros cum eo aulicos omnes, & magnates atq; optimates, hoc eſt ſanctos. Thronus autem cum quo accedet, erit Cherubim & Seraphim ornatus, ita enim decet tãtam maieſtatem. Faces præcedentes talem iudicem; erunt fulgura & coruſcationes maximæ. Tubæ erunt tonitrua vehementiſsima, nam cum rex ipſe procedat, ante talis vox, & ſonus præcedet, **B** qui penetratis elementis omnibus, per totum audietur orbem, penetrabitq; mare vniuerſum, & viſcera omnia terræ, ſane terribilis erit vox ea, quandoquidem confringet lapides, aperiet inferos, perfringetq; eorum oſtia fortiſsima, educet animas ex intimis penetralibus, & reducet ſingulas ſuis proprijs corporibus. Hæc tremenda vox tanta etiam erit, vt diſcurrat per ſinus totius maris, & voragines ipſius telluris, ad congreganda vniuerſa hominum oſſa, quantumuis varijs, longeque diſtantibus diſiuncta locis, & in res alias commutata. quæ diuina virtute perfacile fient, ita vt vnaqueq; res reſtituat ſtatim ſine contradi- **C** ctione, quidquid ad corpora pertinebit & ſpectabit.

*Veniet Chriſtus cum militia cæleſti cõſtipatus.*

*Terribilis audietur vox, quæ inferorũ conteret portas.*

Non poterunt in hoc die, inquit Hiero. merita aliorum alijs prodeſſe: & quemadmodum tempore captiuitatis Babyloniæ, nullum remedium Hierem. propheta dare potuit captiuis & peccatoribus, imo monuit eum Deus ne pro eis rogaret, ita erit horribilis dies ille, in quo quiſq; pro ſe dumtaxat reſpondere poterit. Idem etiam alibi ait: Quidnam tum nobis miſerrimis faciendum eſt, cum ſuper totum orbem deſcendet tam rapaciſsimus ignis? Quid faciemus cum peccatores dicent: cadite montes ſuper nos, & colles operite nos, ne tantum videamus in- **D** fortunium? quid faciemus cum homines mortẽ vltro depoſcent & tamẽ ſemper fugiet mors ab eis? Quid cũ cõplebitur prophetia illa? Aſpexi terrã, & ecce vacua erat & nihili, & cælos, & non erat lux in eis: vidi mõtes, & ecce mouebãtur, & omnes colles cõturbati ſunt. Intuitus ſum, & nõ erat homo, & omne volatile cæli receſsit. Aſpexi, & ecce carmelus deſertus, & omnes vrbes eius deſtructæ ſunt a facie Domini, & à facie iræ furoris eius. Hæc fratres, quæ futura ſunt, oſtenduntur etiam ex quibuſdam præteritis. Vide quæſo quantam calamitatem diluuium hominibus inuexerit. Recordare quid ignis fecerit apud Sodomã. Recordare quid contigerit etiam Aegypto. Memẽto ruinam Hieruſalem per Titum & Veſpaſianum: ex quibus omnibus colliges tandem

*Hiero. in Mat. lib. 4. c. 25. to 9.*

*Hie. 7. & 11. 14.*

*Hie. epiſt. de ſcientia diuinæ legis. to. 4.*

*Oſeæ. 10.*

*Hie. 4.*

*Hor. eadẽ erit hic dies.*

*Gen. 7.*

*Gen. 19.*

*Exo. 7. 8.*

*Ioſephus.*

E quod ſi puniuit Deus particularia aliqua delicta, multo magis puniet vniuerſa omnium delicta in tam horrendo iudicio? Quod ſi tanta eſt fragilitas naturæ humanę, vt vel facili quodã ſiue leuiſsimo incõmodo abſterreatur, quid tunc de homine futurum eſt, cum expectabit, audiet, videbit tam horrenda? ſi ſufficiens eſt ad hominem prope exanimandũ, febricula aliqua, quænam futura eſt tunc eiuſdem turbatio in tantis malis & calamitatibus?

*Simile.*

*Anſel. de ſimili. mũdi.* *Dies maxi mæ anguſtiæ erit malis.* *Hie. in reg. monac. 30 de cõſ. de. de extremi diei iudicij to. 4* *Hie. ad Helio.* *D. Aug. li. de vani ſecu. c. 3. to. 9.*

In hoc tantummodo ſpectaculo ait Anſelmus, in dextera erũt peccata accuſantia, in ſiniſtra innumerabiles dæmones expectantes: in parte inferiori erit hianti & aperto ore infernus ipſe, in F ſuperiori iudex ſeuerißimus, circumcirca totus mundus ardens. ô miſerum peccatorem in tãto conflictu! Quo ibis obſecro infelix? non poteris ſine te abſcondere, intolerabile vero eſt etiam ante iudicẽ apparere. Qua igitur tãdẽ parte te cõmittes? Quod remedium habebis in tãtis malis? Sẽper fratres, ait Hie. ſit in auribus perſonãs terribilis illa tuba, & formidabilis vox quæ dicit, mortui venite ad iudicium. Aduenit iam rex, accedit iudex, cui tam accurate rationem reddere debemus, vt etiam de cogitationibus otioſis eam reddere debeamus. Idem ſcribens Helio: dicit, illa die miſer homo maxime ingemiſcet, ibi potentißimi reges de- G nudati apparebunt, & attoniti, illuc Plato cum ſuis euocabitur diſcipulis, Ariſto. cum ſuis argumẽtis, & noui omnes philoſophi cum ſuis illis rotũdis ſyllogiſmis & artificioſis. Et Auguſt. dicit, conſideremus amantißimi fratres, quales manebimus ante Deũ & eius iudicium, cum noſtra opera offerentur ante noſtroſmet oculos. Qualis erit tunc noſtra confuſio & pudor, videndo ita noſtra delicta manifeſtari omnibus, coram Deo & ſuis angelis? præſertim cum hic de vno tantum homine tantum pudeſimus cum videt defectus noſtros. Quemadmodum cum rei ex carcere euocantur ad iudicium, vnuſquiſque adfert ſua vincula & im- H pedimenta, alij compedibus impediuntur, alij catenis vinciuntur; ita ait Chry. apud ſeuerißimum hunc iudicem impij deuincientur ſuis ſceleribus & adligabuntur facinoribus ſuis, ceu compedibus quibuſdam.

*Simile.* *Chry. in Mat. ho. 24. to. 2.*

*Ioan. 8.* *Exo. 17.* *1. Reg. 15.*

Quando Phariſęi mulierẽ adulteram conſpectui Chriſti obiecerunt, tacebat Chriſtus, ſed vide quod ſcribebat. Tu ergo peccator aduerte quod quãuis hic taceat Deus, ſcribit tamẽ, diſsimulat, ſed tamẽ vitã & proceſſum cumulat. Quãdo filij Iſrael profecti ſunt ex Aegypto per deſertum ad terrã promißionis, exiuit obuiam ipſe Amalech, animo dimicãdi cõtra Dei populũ, poſt quadringẽtos annos dixit Sauli Deus per prophetam Samuelem, recenſui quæ-



*Non obliuiſcitur Deus offẽſas etſi eas diſſimulet*

A quæcunq; fecit Amalech Iſraeli, quomodo reſtitit ei in via quando aſcendebat de Aegipto: nunc ergo vade & percute Amalech, & demolire vniuerſa eius. Bene exiſtimabãt Amalechitę Deum oblitum eſſe peccatorum eorum, ſicut tu forte exiſtimabas Deũ non ſumpturum ſupplicium de tuis iniquitatibus, ſed tamen aliter eis euenit.

*Acto. 9.* *Simile.*

*Quã horribilis veniet ad iudicãdum dominus.*

*D Chryſ.* *Quam benignũ ſe oſtendet bonis Chriſt. in iudicio.*

Si Saulus Chriſtianos perſequẽs, ita perterrefactus eſt audiens vocem illã, Saule, Saule quid me perſequeris? adeo vt ex equo deturbatus: ſtatim reſpõderit, domine quid me vis facere? ſtatim mã- B ſuetus redditus ſit, & ex tenebris in lucẽ reſtitutus, quid tunc futurũ eſt quãdo veniet in tãta maieſtate dominus? Quid enim aſperum dictũ eſt Saulo, quid adeo terribile? nihil vtiq; pręter hęc verba, Saule, Saule quid me perſequeris? durũ eſt tibi contra ſtimulum calcitrare, Quãto magis abſterritus eſſet ſi aſperis vſus eſſet verbis dominus? Quid igitur futurum eſt in vltimo iudicio, cum dominus in tanta maieſtate atq; terrore veniet contra miſeros & infelices malos? Vſq; adeo hoc videtur ſentire Chryſoſt. vt dicat, acerbius multo futurum eſſe videre aſpectum irati iudicis tunc, quam inferni tormenta. Boni autem contra magna cum benig- C nitate & clementia tractabuntur à iudice. Quid enim benignius dici poteſt, quam venite benedicti patris mei? ô felices animos, feliceſq; aures, quibus contigerit tam dulcia audire verba! ô felices oculos, qui iudicem videbunt tam benignum erga ſe atq; fauorabilem, infelices autem eos, qui ſeueritatem iudicis experientur atq; perſentient!

*Nullus pro malis intercedet in hoc die.* *1. Reg. 15. & 16.*

*Gen. 27.* *Simile.*

Quis igitur tunc pro malis deprecator accedet, cum videat à domino repulſos eſſe atq; proiectos ex eius amicitia ſegregatos, & ex vniuerſo cæleſti regno exterminatos? Cũ Deus reiecit ac reprobauit Saulem, lugebat eum Samuel, atq; eius vicem vehemẽ- D ter dolebat: cui dixit Deus, vſquequo tu luges Saul, cũ ego proiecerim eum? ſi igitur tunc hoc dictũ eſt cum tanta ſeueritate, cum adhuc in hac vita eſſet maxima fiducia, quid tunc futurũ eſt, cum ſententia illa ſempiterna executioni mandabitur, ibunt hi in ſupplicium ęternum, iuſti autem in vitam ęternam? Quid quæſo ſentient peruerſi homines cũ viderint illã ſententiam contra ſe pronunciari? Quãdo Eſau vendidit primogenituram ſuam pro leuiſſimo lentis edulio, receſsit lætus, parui pendens & nihili faciens quod commiſerat, at vero poſtquã vidit fratrẽ ſuum Iacob primogenituram magna cũ lætitia & honore poſsidere, ſibiq; eam Iacob ſua arte abſtuliſſe, irrugijt clamore magno videns iam nullum eſſe remedium, petiuitq; à patre vtrũ remedium ſibi vllum

 adhuc

*Nullũ ſupereſt malis remedium in iudicio.*

adhuc ſupereſſet, cũq; reſpõdiſſet pater nullum iam locum petitioni ſuæ relictũ eſſe inſtitit vehemẽter, vt ſibi aliquid ſaltem à patre cõcederetur. Ita plane multi hoc tẽpore æternã beatitudinẽ parui pẽdunt, & pro minima delectatione vendunt: at vero cum terribilis iudicij dies appropinquauerit, pro benedictione, ſempiternam maledictionẽ referent & reportabũt. E Quid igitur aliud miſeri præſtabũt quã flagrare odio tũ contra Deũ, tũ cõtra diuos omnes & diuas? ſi enim ille pro hereditate tẽporali tãtopere furebat, & indignabatur, quãto magis iſti pro ſpirituali hereditate ac ſempiterna beatitudine indignabũtur? cũ preſertim videãt ſe pro leuibus & momẽtaneis delectationibus æternã benedictionẽ amiſiſſe? F Quid faciã vbi ad tribunal iudicis cũcta cernẽtis ſiſtẽdus ero? Quid faciã ſi aduerſũ me ſentẽtia feratur, & ſi in gehennam perpetuo torquẽdus ero? Quid faciã ſi nullos apud iudicẽ patronos, nulla virtutũ merita mecũ tulero? Quid poſtremo faciam cũ toti⁹ vitæ meæ hoc eſt omnium diuinorũ beneficiorũ, omniumq; maleficiorũ meorum, rationẽ redditurus ſim? quæ tãto erũt grauiora, quãto beneficia maiora fuerũt. Quid ergo faciam cũ de externis bonis, quæ mihi Deus dedit, quæ multis negaui, rationem exiget? G Quam multi enim ſunt, qui reliquias menſæ meæ delicias ſuas putarent? Quam multi erant qui fame, nuditate, ære alieno, filiorum multitudine, varijſque morbis & incommodis premebãtur, à quibus malis diuina prouidentia me immunem conſeruauit? Quid tunc igitur mali reſpondebunt? quorum alij in ſuperfluis conuiuijs, alij in veſtitu prophano, alij in muliercularum voluptatibus, & alijs id genus rebus bona conſumpſerunt, quæ à Deo acceperãt? Verum non hæc ſola de externis bonis ratio (quorũ nobis diſpẽſatio credita eſt) exigetur. Alia ſunt his multo maiora. Redde enim inquit iudex, rationem adiumentorũ omnium, quæ tibi ad bene viuẽdum cõtuli, hoc eſt fidei, H baptiſmatis, doctrinæ, ſacramẽtorũ, concionũ, diuinarumq; inſpirationũ, quibus toties ad oſtium tuę mẽtis pulſaui, ad ſtudium te melioris vitę excitabam? Quod ſi hæc parua ſunt, redde iam ſanguinis mei rationẽ, redde crucis, mortis, ſpinarũ, verberũ, ſputi, atq; alaparũ, contumeliarũ, ac deniq; tot annorũ, quos tam multis ſudoribus in procurãda ſalute tua inſumpſi: redde præterea rationẽ totius vitæ, hoc eſt tot annorũ, quos tibi ad viuendũ contuli, vt his fidei talẽtis adiutus, æternæ vitę ad quam te condidi, negotium ageres. Quid hic reſpõdebunt, qui nil minus quã de hac ratione reddenda cogitarunt? nec de nobis ſolum, ſed etiam de his qui noſtræ fidei cõmiſſi ſunt, exigenda ratio eſt, hoc eſt de famulis

*Blaſphemabunt Deũ & Sãctos dãnati.*

*Lud. Gra. Rationem reddituri ſumus accuratã de acceptis beneficijs.*

*Ratio accurata exigetur de bonorum adminiſtratione.*

*Ratio exigetur adiumẽtorũ acceptorũ ad ſeruiendum Deo.*

*Ratio exigetur talẽtorum.*



A mulis, filijs, ac domeſticis omnibus, ſi eos vt par erat erudiuimus, corripuimus, pauimus, & honeſte tractauimus, ſcriptũ eſt enim ſi quis ſuorum & maxime domeſticorum curam non habet, fidẽ negauit, & eſt infideli deterior. Quid igitur hoc loco dicent, qui ita ſeruis emptitijs vt iumentis vſi ſunt, nihilo magis eos ad pietatem & iuſtitiam erudientes, quam ſi muta animalia eſſent?

Fingite nunc animis ingentẽ hominum exercitum in cãpo coactum, oraculo domini certiorẽ factum tantã vim fulminũ eſſe repente ſuper eos caſurã, vt maxima eorũ pars fulminibus acta oc B cumbat. Si hoc igitur omnes iſti certa fide tenerent quo timore concuterẽtur? quas nõ latebras exquirerent? quid non facerent, vt ſe tanto diſcrimine ſubducerent? quale autem hoc fulminis periculum eſt, quo celerrimo dolore vita alias breui defutura abſumetur, ſi cum illo fulmine cõferatur, ite maledicti in ignẽ æternum? ſi ergo multi ſunt qui hoc fulmine, tam pauci vero qui ad beatorum ſortem cooptandi ſint, quis ſtupor, quæ cæcitas, quæ amentia noſtra eſt, qui in vtramq; aurem dormimus, neq; huius tanti periculi quod nos manet, vnquam recordamur? Cæterum priuſquã horrifica illa grandinis plaga Aegyptũ vaſtaſſet, Moyſes C Pharaonẽ & ſeruos eius ab hoc periculo ſeruare volẽs his verbis premonuit. Mitte inquit iam nũc, & cõgrega iumẽta tua, & omnia quæ habes in agro, homines enim & iumẽta, & vniuerſa quę inuenta fuerint foris, nec cõgregata de agris, cecideritq; grãdo ſuper ea quidẽ, moriẽtur. Deinde ſequitur: qui timuit verbũ domini de ſeruis Pharaonis, fecit cõfugere ſeruos ſuos & iumenta in domos: qui autẽ neglexit ſermonẽ domini, dimiſit ſeruos ſuos & iumẽta in agris, quæ omnia vi grandinis interiere. Simile igitur quiddã fratres, verbi Dei miniſtris nõ raro cõtingit; nobis enim diuinæ iuſtitiæ ſeueritatẽ, reproborum pœnas, gehennæ incẽdia, D immortalem vermẽ, ſuppliciorum æternitatem, nullo vnquam tempore finiendam, & præſentiſsimum quotidianæ mortis periculũ vobis ante oculos proponẽtibus, quidã his noſtris vocibus annuẽtes, opportuno tẽpore ſuſcepto pænitẽtiæ propoſito ſaluti ſuæ proſpiciunt. Cõtra vero alij ſalutaria monita noſtra parui facientes, ſe abdere poſſunt in ſpeluncas & in petras montium, & dicant montibus & petris cadite ſuper nos, & abſcondite nos à facie ſedentis ſuper thronum, & ab ira agni: Iram autem agni appellat, vt indicet talem eius Dei irã futuram, qualis eius manſuetudo ante præceſsit. Qualis quæſo eſſet erga filium matris furor, ſi ipſum manibus correptum, in ingentem ignis pyram flammis abſumendum proijceret? Cum ergo nos piiſsimus ille

*1. Tim. 5.*

*Simile.*

*Timeam⁹ hunc terribilẽ diem. Mat. 25.*

*Timeam⁹ dubiam ſortẽ noſtram.*

*Simile. Exo. 8.*

*Timor dei quam ſit ſalutaris.*

*Apo. 6.*

*Simile.*

agnus pluſquam materna charitate dilexerit,qualis ille furor ex E
*magna ira Dei in iudicio:* iſtimandus eſt, quando quos ita parturiuit, vltricibus flammis
perpetuo cruciandos committet? Quid ergo ſupereſt fratres,ni-
ſi vt quicunq; recte ſapit, qui ſalutem ſuam charam habet, qui
*Præparemus nos ad mortẽ.* huius periculi magnitudinem oculis ſuis cernit, nil aliud vitam
ſuam quam perpetuam vigiliam & præparationem ad mortem
eſſe credat,mortemq ſemper & hunc vltimum diem ante oculos
*Ioan: Cli.* habeat,eamq; ſibi quemadmodum Climacus monet, indiſſolu-
bili matrimonio deſpondeat, vt cum illa ſimul cibum capiat,
cum illa dormiat,& cum illa à ſomno excitatus vigilet,timeatq; F
ſemper in vita mortem,vt mortis metum euadere poſsit.

Multi quidem falſis dęmonis perſuaſionibus ſeipſos decipiunt,
*Simile.* non conſiderantes vnquã ſeparationem quæ facienda eſt in vlti-
mo iudicij die bonorum & malorum. Quemadmodum enim ora
tores,ea quę cauſam ſuam adiuuant, auditorum oculis affigunt
& vehementer amplificant, quæ vero nocent, aut ſilentio pre-
munt,ſi poſſunt, aut ſi non poſſunt, minuunt & extenuant: ita
*Ioan.8.* aſtutiſsimus dęmon præterquam quod mendax eſt & mendacij
pater,ea quæ animos noſtros quidem ad mundi amorem inflam
mare poſſunt,miro modo auget & amplificat, & tanquam ocu- G
*Arte vtitur dæmõ contra nos* lis ſpectanda proponit, quæ vero nos ad eius odium atq; recor-
dationem extremi iudicij adducunt, hæc artificio vel extenuat,
vel oculis noſtris abſcondit, Quare huiuſmodi dæmonis artem,
arte noſtra deludere debemus, & cogitare omnia humana bre-
uia & caduca eſſe,infinitiq; temporis nullam partem occupãtia.

*Duri ſumus in operibus miſericordiæ exercẽdis.* Vide quanta bona viros iuſtos conſequantur propterea quod
miſericordes fuerunt & certe admiratione dignum eſt, cum vi-
deamus quanta inde conſequantur bona, quod tam duri ſimus
in his exercendis operibus: ſiquidem ſi aliquod opus ex his ex-
ercemus, fere per importunitatem & longas preces extorque- H
*Iſa.1.* tur. Non ita conſulit Iſa. cum ait, diſcite benefacere: ſubuenitę
oppreſſo,iudicate pupillo,defendite viduam,& venite & argui-
*miſericordes Deum habebunt propitium* te me, dicit dominus. Quaſi diceret,ſi ita feceritis, ego præclare
vobiſcum agam, & hanc meam promiſsionem exigite cum vo-
letis;item ſi hoc feceritis,ita mihi grati eritis,vt ſi fuerint pecca
ta veſtra vt coccinum, quaſi nix dealbabuntur: quod ſi contra fe
ceritis, & me ad iracundiam prouocaueritis, gladius deuorabit
vos,quia os Domini locutum eſt. Hæc quidem in hodierno Euã-
*Hiere.5.* gelio apte deſcripta ſunt. Conqueritur Deus apud Hiere. de his
qui opera miſericordiæ nõ exercent & minatur eis dicens, mag-
nificati ſunt,& ditati,incraſſati ſunt, & impinguati,& præterie-
runt



A runt ſermones meos peſsime: cauſam viduæ non iudicauerunt,
& cauſam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non
iudicauerunt. Et ſtatim addit, nunquid ſuper his non viſitabo,
dicit Dominus? Aut ſuper gentem huiuſcemodi non vlciſcetur
anima mea? Vide igitur quomodo hæc omnia impleat Deus in *Minatur Deus his qui miſericordia non vtũtur cũ pauperib⁹.*
hoc die. Cura igitur vt miſericordiam exerceas, nam cum ſit mi
ſericordia maxime propinqua charitati, excellentior eſt humili
tate, temperantia, patientia,& alijs huiuſmodi: ſiquidem iſtæ
virtutes ſunt tantum tibi vtiles, hæc vero & tibi & alijs multis
B prodeſt. Eſt miſericordia oleum quoddam ſpirituale, quæ red- *Excellentia miſericordiæ.*
dit ſplendidam figuram, & in longos conſeruat annos. Opera
quidem ſine hac virtute, ſunt inſtar rudis cuiuſdam picturæ, quę
parum durat. Multos videas vſq; adeo impios, vt non ſolum
non vtantur miſericordia cum his qui ea indigẽt, ſed etiam eos
crudeliſsime tractent & ignominioſe. Non hoc quidem Eccle: *Crudelitas execrabilis:*
docet cum ait, non exaſperes pauperem in inopia ſua, cor ino-
pis ne afflixeris: declina pauperi ſine triſtitia aurem tuam,& red
de debitum tuum,& reſponde illi pacifice in manſuetudine. Et *Eccle. 4.*
initio cap. dicit, fili, eleemoſynam pauperis ne defraudes,& ocu *Exactam reddituri ſunt rationem immiſericordes & ſeueram.*
C los tuos ne tranſuertas à paupere, animam eſurientem ne deſ-
pexeris. Vide enim quanto cum rigore hoc hodie puniatur, &
quam diſtricta ratio ſit ea de re reddẽda. Exerceamus nos ergo
in bonis operibus,& ſimus miſericordes, atq; liberales in paupe
res, quoniam hos ita à deo præmiari videmus. Quod enim di-
cat ſponſa, manus eius tornatiles, innuit eſſe accommodatas in *Can.5.*
omnem partem & verſatiles, atq; ad miſericordiam & liberali-
tem præparatas, ita vt facile paratæ ſtatim ſint ad miſericor-
diæ & pietatis opera exercenda,& vt pauperibus ſubueniant,&
in neceſsitatibus eorundem præſto ſint ac paratiſsimæ ſemper.

D

## FERIA II. POST DOMI. I. QVADRAG: CONCIO QVARTA.

*Iudicium vltimum horrendum.*

CVM *venerit filius hominis in maieſtate ſua.* Matt.25. Luc:
21. Si hunc iudicij diem, quem nobis Eccleſia hodie *Iudicium vniuerſale cur erit poſt particulare.*
repræſentat, ſemper ante oculos haberemus, longe
aliter viueremus. Porro vna inter alias cauſas pro-
pter quas poſt particulare iudicium, futurum eſt vniuerſale, il-
la eſt vt ſcilicet mali apud omnes ignominiã portẽt, boni vero

 gloriam

gloriã & laudem. Et tanto maior erit laus bonorũ, quãto mino E
*Iudicabit* res habuere occaſiones ad ea bona præſtãda, & quãto eis maio
*Deus occa* ra ſucceſſerũt impedimẽta. Tãto etiã maior erit ignominia &
*ſiones tã bo* pudor malorũ, quãto maiorẽ habuerũt occaſionẽ vt boni eſſẽt.
*ni quã ma* Annô maxima hæc erit viri mali ignominia, quod longos hic vi
*li ad vir-* xerit annos, ꝙ inter Chriſtianos viros educatus ſit, ꝙ frequẽtes
*tutem.* audire potuerit cõciones, & tamẽ propter culpã ſuã cõdẽnatus
appareat? Quãta porro gloria erit eius, quẽ nec officiũ, nec oc
cupationes aſsiduæ ſinebãt rebus cæleſtibus intẽdere, nihilomi-
*Actor. 10.* nus tamẽ ibi cõſpiciatur propter ſuam virtutem in numero ele
ctorũ? Qualẽ dicere poſſumus Corneliũ, de quo legim⁹ in Actis
*4. Reg. 5.* Apoſ. Itẽ Naamã alienigenã, de quo li. 4. Re. Qui poſtea tã libe- F
rales extiterũt, & tantopere ſecuti ſunt pietatẽ, cũ tamẽ barbari
eſſent, & ſuis muneribus longe ab huiuſmodi rei exercitatione
*Matt. 8.* remoti? Quid dicemus etiã de Cẽturione, qui quamuis barbar⁹
*Iob. 1.* eſſet & militiæ deditus, fuit tamẽ tã humilis & virtutis ſtudioſus,
*Gene. 19.* atq; operũ miſericordiæ amãtiſsimus? Quid dicã de patientiſsi-
mo Iob inter gẽtiles? Quid etiã de Loth inter Sodomitas? Quid
*Philip. 2.* de Philippenſibus? De quibus dicit Apoſ quod virtute micarẽt G
in medio nationis prauæ atq; peruerſæ. Quid de illo epiſc. Apo.
Vbi dicitur, quod etſi inter gentes moraretur vbi dæmon ſedem
*Apoc. 2.* habebat, ipſe tamen fidem nõ negauit, nec eorum vitia ſecutus
fuit. O magnam igitur confuſionem noſtram, qui in tanta luce
cæcutimus, & barbaros homines nobis præferri permittimus.
*Maieſtas* Cæterũ quãtus in extremo illo & horrẽdo iudicij die erit ho
*iudicis val* minũ pauor, cũ videbũt tãtã Chriſti maieſtatẽ, tãtũq; apparatũ?
*de malos* Cũ cõſiderabunt terribilẽ ſentẽtiã quæ ſuper ventura erit? Maie-
*terrebit.* ſtas porro iudicis & apparat⁹ tãtus erit, vt vniuerſũ mũdũ cõtre
*Iudæ. 1.* miſcẽtẽ reddat atq; pauẽtẽ. Quo autẽ comitatu & caterua acce
det, declarat Iudas Apoſ. in ſua epiſ. dicẽs ꝙ veniet cũ ſanctorũ H
millibus: ſi quidẽ millia milliũ miniſtrãt ei, & decies cẽtena mil-
*Dani. 7.* lia aſsiſtũt ei. Si ſolũ cũ venit dator legis, in tãto timore & hor-
*Apo. 5.* rore omniũ ſuperuenit cũ tãtis tonitruis & fulminib⁹, quid pu
*Exod. 19.* tas faciet cũ veniet caſtigaturus legis trãſgreſſores? etſi ei⁹ cõſ-
pectus tã terribilis erit, quãto terribilior ſentẽtia futura erit ꝗ
*Terribilis* promulgabit? Si quãdo calamitas illa quæ Hieruſalẽ inuaſit, an
*apparebit* te ꝗ prodigia multa præceſſerũt, tãtopere abſterruit ꝑterruitq;
*Chriſtus* populũ vniuerſũ, vt habetur 2. Mac. & nihilomin⁹ dicit ibi text⁹,
*in iudicio.* ꝙ tũc Deus aduerſum populũ ſuũ, modicũ fuiſſet iratus, quid fu
*Similitu.* turũ eſſe putas quando ira maxima cõtra peruerſos homines in
*2. Mac. 5.* citabit & indignabitur? Quando etiã implebitur illud Deut. de
tanto



A tãto igne excitãdo vt deuoret terrã cũ germine ſuo, & mõtium
fundamẽta cõburat. Quid tũc ſentiet malorũ animus cũ tãtã vi- *Ignis hor-*
derit iudicis indignationẽ? Quid dicẽt tũc blaſphemi, qui dum *rẽdus præ*
hic viuerẽt tã ſæpe eius iudicis ſanctiſsimũ nomẽ blaſphemarũt *cedet iudi*
& pro rebus nullius põderis contẽpſerũt? Si noſtrũ cuiuſquã oc *cium.*
cultũ crimen aliquod hoc ipſo die in mediũ delatũ, huic modo
cõfeſſui innoteſceret, nõne fieret, vt ille interire, ac terrã ſibi po *Similitu.*
tius dehiſcere, quã tã multos peccati ſui teſtes habere, vellet?
Quid igitur tũ nobis fiet miſeris, cũ omnia orbi vniuerſo palam
B facta, in tã aperto tãq; illuſtri theatro denudata, hominũ nobis *Simile.*
partim cognitorũ, partim incognitorũ, oculis ſubijciẽt? Quem- *Omnia hu*
admodũ bona quibus in hoc mũdo vtimur, vmbrã tãtũ referũt *ius vitæ*
cæleſtiũ bonorũ, ita mala quibus in hoc mũdo vexamur, vix te- *tormenta*
nuẽ quandam imaginem referũt eorũ malorum quibus in alte *vmbra*
ra vita improbi cruciãtur. Hac autẽ de cauſa viri etiam ſanctiſ *ſunt futu-*
ſimi, ſuperni iudicis faciẽ præuenientes ſeipſos vt Apoſ. monet, *rorum in-*
iudicabãt, vt ante eius tribunal iudicati, non iudicandi appare *ſtar.*
rent, de ſe ipſis ſupplicium ſponte ſumentes, ne ad æterna *1. Cor. 11.*
ſupplicia damnarentur. Et certe vt cæteros taceam, Beatus *Beatus*
C Vincentius ordinis prædicatorum, quamuis tam ſanctus eſſet, *Vincẽtius.*
& tam ſolicite in vinea Domini laboraret, adeo ſeuere de ſe ip *Exẽplũ in*
ſo ſupplicium ſumebat, vt ſingulis noctibus ſeipſum acerbiſsi- *ſigne 5.*
me verberaret. Sed hoc minus mirum, illud certe multo maxi- *Vincent.*
mũ & mirabile, quod cum in lecto ægrotaret, neq; ſe ipſe cæde-
re poſſet, ſociũ in Chriſti nomine adiurabat vt ipſum non leui-
ter & blande, ſed atrociter flagellaret. Vide ergo quãtopere ti-
meret vltimum Dei iudicium. Quid hic dicet improbus ho-
mo, qui bibit quaſi aquam iniquitatem? Sanctus quidem Iob in *Iob. 15.*
conſideratione poſitus tremendi iudicij, videns mortem ipſam *Iob. 14.*
D appropinquare, dicebat: dimitte me vt plangam paululum do-
lorem meum. Vnde ergo prouenit hæc tanta in nobis cæcitas,
vt tã terribile iudicium non metuamus? an forte hæc cæcitas,
noua peccati pæna eſt? Quæ enim ſaxa, quæ cautes, his tantis
exemplorum fulminibus non frangantur? Hic ego Dei atq; *Vbi eſt iu-*
hominum fidem imploro, hic cælum, terras maria, in teſtes *dicium no*
aduerſus dementiam & cæcitatem noſtram aduoco. Quis nos *ſtrum, qui*
ita faſcinauit? Quis ſic excæcauit, vt hanc tantam rem neque *hoc tãtum*
vnquam cogitemus, neque nos ad illam præparemus? Vbi *Dei iudi-*
iudicium? vbi conſilium? vbi ratio? Qui vitam ſic inſtruamus, *ciũ obliuiſ*
quaſi ea omnia quæ credimus, mera ſomnia, & puerorum terri *camur?*
tamenta putaremus.

Lauda-

Laudabile quidem eſt ante oculos paratum habere & propo E
ſitum extremum iudicij diem, tum etiam horribiles inferni pœ
*Con. Tri.* nas me tuere. Vnde in Con. Tri. Seſ. 6 cano: 8. dicitur, ſi quis di-
xerit gehennæ metum, per quẽ ad miſericordiã Dei de pecca-
tis dolendo confugimus, vel à peccando abſtinemus, peccatum
*Lau. Iuſ.* eſſe, anathema ſit. Quis oro mentis conſideratione iudicem con
*l. de triũ.* tuetur iratum, & non contremiſcit & deficit? Quis diuinam ani
*Chri. ago.* maduerſionem attendens voluntarie delinquit vlterius? Hoc ex
*ca. 9.* preſsit vates eximius dicens: tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi?
*Pſal. 75.* De cælo auditum feciſti iudiciũ, terra tremuit & quieuit. Quie F
uit inquam, cum peccare ex propoſito deſiſtit. Salubris ergo hu
iuſmodi iudicij comminatio eſt, ſed non minus proficuus pa-
tris pius aſpectus: illa cum tremore cognoſcitur, iſte vero cum
ſuauitate ſuſcipitur. Quid quæſo facies miſer, cum exercitus
ſuos terribiles, Deus contra te homũcionem & vermiculum im
*Similia.* mittet, qui vel à muſca oppugnaris, à culice affligeris, & à febri
cula proſterneris? Omnia quidem contra te peccatorem tunc in
*Sap: 5.* ſurgent, cæli, terra, aqua, animalia, elementa deniq; omnia, quę
antea tibi fauebant, iuxta illud Sap. ſumet ſcutum inexpugna
bile æquitatem, acuet autem diram iram in lanceam, & pugna G
bit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos. Magnos quidem
*Matt. 13.* exercitus mittet Deus in die iudicij ad perdendum malos. Pri-
mus erit exercitus angelorum, iuxta illud Matt. exibunt angeli
*Iſa. 3.* & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in ca-
minum ignis. Secundus exercitus erit ſanctorum, iuxta illud Iſa.
*Sap. 5.* Deus ad iudicium veniet cum ſenioribus populi ſui, & principi
bus eius. Tertius erit exercitus creaturarum, iuxta illud Sap. 5.
armabit creaturam ad vltionem inimicorũ. etſi omnia taceãt,
tamen ipſæ cogitationes noſtræ & ipſa opera noſtra ſpecialiter
*Rom. 2.* aſtabunt ante oculos noſtros accuſantes nos ante Deum, dicen H
te Apoſ. cogitationibus ſe inuicem accuſantibus aut etiam de
fendentibus in die illa, cum iudicabit Deus occulta hominum.
*Omnia e-* Quid igitur vis tibi amplius de hoc die enarrari? ſane ſicut
*runt cõtra* Chriſtus qui modo eſt nobis aduocatus, tunc erit diſtrictus iu-
*malum in* dex: ſic angeli qui modo ſunt ad cuſtodiam noſtram, tunc erunt
*hoc die.* vt nos tradant in manus hoſtium noſtrorum. Malis ergo omnia
*Ezech. 9.* aduerſa ſuccedent. Hac de re loquens Ezec. c. 9. ita ait, tractans
de vindicta quam angeli ſument de malis, vnuſquiſq; vas inter
fectionis habebit in manu ſua. Horrẽdum quidem eſt à carnifi
ce torqueri, at vero ſi is carnifex pater eſſet, horribilius multo
eſſet: ſic quod mali à dæmonibus affligantur, luctuoſum eſt, at
vero



A vero quod ab angelis patronis ſuis in æterna conijciantur ſup-
plicia, hoc ſane longe luctuoſius erit, & maxime Dei furorem *Multis de*
declarat. Quare obſecro vt diligenter hoc attendamus. Quid *cauſis ab*
quæſo ſentiet miſerabilis homo, cum videbit quod angelus qui *angelis*
ſibi à matris vtero ad cuſtodiam deputatus eſt, idem ipſum clien *tradentur*
tulum ſuum æternis ſupplicijs ac igni tradit? Vult quidem Deus *mali in-*
vt hoc præſtent angeli, quippe qui fideles teſtes ſcelerum ſunt, & *manus dæ*
aperte norunt quam ſanctis inſpirationibus fuerit ſæpe pulſa- *monum.*
tus peccator. Ita quidem beatus Hiero. declarat illud Iſa. 1. audi- *Iſa. 1.*
B te cæli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus eſt *Hiero. in*
filios enutriui & exaltaui, ipſi autem ſpreuerunt me. Diciq; *Iſa. 1.*
quod angelos appellet teſtes ſcelerum noſtrorum: & tãquam te *Quid di-*
ſtes dicent peccatoribus, quoniam monitis noſtris parere nolui *cent ange-*
ſtis, ſed ea deſpexiſtis, nec voluiſtis eſſe nobiſcum incolæ cęli, mo *li cuſtodes*
do cum dæmonibus in æterna ſupplicia protrudemini. *malis.*
Declarans beatus Ioan. in Apo. quantus futurus ſit omnium *Apo. 2.*
pauor in iudicio ait: a cuius conſpectu fugit cælum & terra, & lo *Simile:*
cus nõ eſt inuẽtus ab eis: quaſi diceret, maxime quęrebant quo
ſe retraherent. Quemadmodũ pueri maxime timent cum à ma *Quã di-*
C giſtro ſibi dicitur vt accedant ad conferenda quę ſcripſerunt cũ *ſtrictũ erit*
exemplari, inueniatq; vel diſtorte ipſos ſcripſiſſe, vel non ſatis fi- *examen in*
gurate, aut diſsidentibus apicibus, atq; ita ſingula luſtrat, & ip- *iudicio.*
ſos verberibus cędit: ſic plane nullus erit qui non paueat in iudi *Diſtrictã*
cio, cum videbit à ſe rationem exigi lectionum auditarum et *rationẽ in*
ſanctarum inſpirationum, item ab ipſis concionatoribus, quo- *iudicio red*
modo ſe geſſerint, an ſalutariter prædicauerint, vel ad oſtentatio *dituri ſu-*
nem: tunc apparebunt obliquitates peccatorum, & maculæ vi- *mus.*
tiorum, & prauitas vitæ atq; diſsimilitudo cum ipſa lege Dei &
euangelio. Annon tibi videbuntur longe diſtare illa verba, veni
D te benedicti, vel ite maledicti? Porro ſi tu aureos nũmos ſi iuſti
ponderis non ſunt eos recipere recuſas, & in marſupio tuo con *Simile.*
cludere, & vis vt Deus te in ſuam gloriam admittat virtutibus
vacuum & inanem? Audi quid dicat ſapiens, pondus & ſtatera, *Prou. 16.*
iudicia Dei ſunt. Quid ſenties, cum te in ſtatera appendent, &
ignorabis anſis iuſti ponderis? Quid cũ tibi dicetur illud Danie. *Dani: 5.*
appenſus es in ſtatera, & inuentus minus habens? Sane ſicut qui
falſam cudit pecuniam, inſtrumenta ipſa quibus pecuniam adul *Simile.*
terauit, publice geſtans, propter tantum læſæ maieſtatis crimen,
atrociter punitur, præcone ipſo delictum proclamante: ſic vti-
que in tam tremendo die peccator publice peccata ſua omni-
bus ſpectãda exhibebit maxima cũ ignominia & infamia, atq;
morte

morte ſempiterna multabitur,& punietur. E

*Eleemoſyna quam ſit excellens?*

*Hiero. in Epiſ. ad Nepo.* ESurini enim & dediſtis mihi manducare. Satis ex his verbis colli
gitur quam ſit verum quod ſcribit Hierony. ad Nepotianũ
dicens:non memini me legiſſe, perijſſe, infelici aliquo exitu
miſericordem,piumque hominem.Habet ſiquidem hic depre-
catores varios,qui pro eo intercedant.vix autẽ fieri poſſe vide-
tur, vt multæ aſsiduæq; talium ac tam multorum preces non
exaudiantur. Olim quidem mulier illa ſareptana liberalis exti F
*3. Reg. 17.* tit &officioſa erga Eliam,cum tamen magna premeretur neceſ
ſitate cum filio ſuo, ideo meruit ſibi remunerationem fieri. Si
*Similitu.* ergo mulier hæc credidit promiſsis hominis ignoti, & obtulit
panem in tanta neceſsitate, quorſum nos promiſsis inuitati
*Auari ſumus in dãdis eleemoſynis.* Chriſti Domini, in tanta eius liberalitate qua nobiſcum in dies
vtitur,,non erimus benigni & miſericordes erga egenos & af-
flictos? Abundat arca pecunijs, horreum tritico,vino torcula-
ria, & veſtes à tinea roduntur, tu tamen in tanta rerum om-
*Pauperes interdũ libentius q̃ diuites eleemoſynã dant.* nium vbertate nec de ſuperfluis quidem quidquam pauperibus
largiri vis.Mulier erat hæc,& infirmi ſex⁹,marito deſtituta,pau G
per & inops, & filium habebat ſumma innopia alendum, nil ſu
per erat niſi pugillus farinæ & in tanta tamen anguſtia,voci pro
phetę nunquam antea cogniti obediuit.Sicut enim Niniuitæ in
indicio condemnabunt gentem Iudęorum,ſic iſta auares diui-
*Simile.* tes,quibus Dominus dicet:eſuriui, & non dediſtis mihi mandu
*Matt. 12.* care. Hi enim cum in mundi vanitatibus prodigi ſint, tamen
*Matt. 25.* cum propter Chriſtum aliquid largiri debent,atra auaritia de-
*Similitu.* tinentur & excæcantur. Faciunt ergo veluti Iſraelitę olim, qui
*Exod. 32.* annulos,monilia,& ſimilia pretioſa ornamenta,pro vitulo con
flando prodegerunt. Quod ſi charitate erga Deum atq proxi- H
mũ arderẽt,nõ vtiq; ita ſegererẽt:amor quippe diuinus otioſus
*Simile.* non eſt,& vbicunq; eſt operatur.Et veluti ſi quis ignẽ ſinu foue
*Proue. 6.* rit,fieri nõ poteſt quin ardeat vt ait ſapiẽs in pro.ita qui amoris
*3. Reg. 9.* diuini igne ſucceſus eſt & inflãmat⁹,eũ ſolet per bona opera ma
nifeſtare, & miſericordiam erga proximos exercere.Sic Eliſæus
poſtquã inſiluit in eũ ſpiritus Domini,ſtatim occidit duos bo-
ues & coxit carnes eorum,populiſq; diſtribuit.

Cũ hæc igitur ita ſint,facite vobis amicos de mammona ini-
*Luc. 16.* quitatis, vt ſicut diſpenſator ille de quo ſcribit Luc. cũ intellige
ret ſe ſua priuãdu diſpẽſatione,ſolicitus fuit vt futuræ vitæ proſ
piceret,nec aliud pręſentius reperit,q̃ vt bonis Dñi ſui in ſuum
com-



A commodum vtens quam diu poſſet,pararet ſibi amicos ex bonis *Negotiemur hic*
Domini ſui,qui ipſum ſuo munere deſtitutum alerent:ita & nos *beatitudinem quã*
cogitemus aliquando nos à tẽporaliũ horum bonorum diſpenſa *ſperamus.*
tione amouendos,ac ob id ſoliciti ſimus qua ratione nobis in
æterna vita vbi non erit horum in manu noſtra diſpenſatio,pro
ſpiciamus.Sciamuſq; illam demum proſpiciendi nobis rationẽ
eſſe commodiſsimam, ſi acceptis diuinitus facultatibus benefa
ciamus liberaliter pauperibus, per quos in æterna ſimus reci-
piendi tabernacula cum defuncti fuerimus diſpẽſationis noſtræ
B officio. Non autem intelligas te id præſtare debere ex bonis *Simus erga pauperes liberales.*
male acquiſitis cum ſcias cui debeas reſtituere, ſed de his quę
poſsides iuſte. Quod ſi ad paululum argenti offerendum,& fru-
ſtra panis præbenda,adeo tenax,auarus,& piger es, quid face-
res ſi vniuerſa tibi eſſent euacuanda? Quando diabolus quibuſ *Chry. in Ioan. ho. 67. to. 3.*
cumq; obuijs dare iubet,etſi huic rei gehenna imminet, iucun-
de tamen illi obtemperas:Cum vero Chriſtus regnum, ſi indi-
gentibus obtuleris, tibi retribuat,non modo nil præſtas, ſed in
ſuper etiam petentes contumeliaris, ſic aperte mauis obedire
diabolo vt puniaris, quam parere Chriſto vt ſalueris:qua qui- *Matt. 25.*
C dem væcordia neſcio ſi quid væſanius vnquam poſsit cogita-
tari. Quemadmodum arbores infrugiferę quamuis virides *Simile.*
ſint, & oculis gratæ, nihilominus tamen propterea quod nul- *Auari tanquã infrugiferæ arbores, igni tantũ apti ſunt.*
lum edunt fructum, facile ſtatim conuelli ſolent, & in ignem
conijci:ſic profecto auari quamuis diuites ſint, & in rerũ abun
dantia viuant, quia tamen ad frugem meliorem ſe nunquam
recipiunt,neq; pauperibus benigne faciunt,tandẽ breui in inte
ritum abibunt ſempiternum:quando enim miſericors eris, ſi te
nax in hac vita fueris?quando præceptum hoc complecteris, oc *Cyril.*
caſionem faciendi quotidie prætermittens? Recordare illud *Pſalm. 6.*
D Pſal. Quia non eſt in morte qui memor ſit tui,in inferno autem *Gal. 6.*
quis confitebitur tibi? Quis enim fructus poſt mortem? Audia-
mus ergo Apoſ.dicentẽ,dum tẽpus habemus,operemur bonũ.

Vide quã libenti animo Rebecca,ſeruo Abrahã potũ daret,& *Gene. 24.*
decẽ camelis eius,quod parui faciẽdũ nõ erat,preſertim cũ aquã nõ
ſine brachiorũ labore hauriret:ſed illud mirabilius eſt quod ipſum
domi inuitaret,dicẽs ampliſsimã eſſe atq; ſuppetere ibi copiã pa *Maxima Rebeccæ pietas.*
buli pro animalibus.Nõ ita nos facimus, cũ tamẽ promiſſum no
bis cælũ videamus,& miſericordibus dari cęli poſſeſsionẽ: Neq;
auderẽt filij veſtri peregrinũ aliquẽ domi recipere, quoniã bene *Matt. 5.*
norũt q̃ immiſericordes ſitis,& erga pauperes auari,ſicut Rebec *Matt. 25.*
ca confidẽs de labã faciebat. Audacter quidem à deo miſericor-
diam

diam poſtulare poſſumus, ſi ipſi miſericordes fuerimus cũ pro E
*Ioſue.* 2. ximis. Sic Raab audacter poſtulauit ab exploratoribus ne ſi-
bi noceretur & domui paternæ, quando quidem ipſa tam libe-
*Iaco.* 2. ralis cum ipſis extiterat. Semper vtiq; vt miſericordes eſſemus,
terribilis illa beati Iacobi vox, auribus noſtris inſonare debe-
ret, iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non fecerit miſeri-
cordiam.

*Simile.* Sic vtiq; Deus ſe nobiſcũ gerit dicens vt miſericordes ſimus
*Gaudet* ſicut pater qui pomum dedit filio & poſtea illud ipſum ſibi dari
*plurimum* blande repetit, quod ſi filius illud dederit, amplexatur ipſum & F
*De⁹ quod* ſuauiter deoſculatur: ſic ergo Deus petit dari bona ſiue impar
*miſericor* tiri pauperi, quæ ipſe tibi dedit, vt declares amorem tuum erga
*des ſimus* ſe, & quod intelligis à Deo tibi ea bona eſſe conceſſa: ſic ſe geſ-
*Gene.* 22. ſit cum Abraham, nam cum in ſenectute deſideratum filium ei
*Magni fa* conceſsiſſet, poſtea eundem ſibi ſacrificari iuſsit, & licet execu-
*cit Deus* tioni, mortem filij non mandauerit Abraham iubente Deo, id
*quod pro* tamen tanti fecit Deus, quanti ſi reuera mortuus eſſet. Vnde di
*ipſo præſta* xit ei: quia feciſti rem hanc, & non pepercisti filio tuo vnigeni-
*mus.* to, benedicam tibi, &c. Sic videmus quod Anna Samuelis mater
1. *Reg.* 2. filium tantis lachrymis acquiſitum in ſenectute, Domino obtu- G
lit vt in templo ſeruiret. Cognouit autem Heli ſacerdos, quãti
Deus id faceret, atq; ita dixit ipſi Annæ, reddat tibi Dominus
*Deus cu-* ſemen pro fænore, quod commodaſti domino: Vnde permiſit
*mulatiſsi* Deus eam tres parere filios, etſi ſterilem, ſic igitur vult Deus vt
*me repen-* temporalia bona, quæ nobis ipſe largitus eſt, pauperibus ſuis di
*ſat quod* ſtribuamus, quod tamen opus ita compenſat, ac ſi ipſe nobis nõ
*pro ipſo fa* fuiſſet bona largitus. Probe hoc nouerat Dauid, cum diceret:
*cimus.* tuum Domine regnum, tuæ diuitiæ, tua ſunt omnia, & quod de
1. *Par.* 29 manu tua accepimus, reddimus tibi. Non ita nos facimus, quin
*Dio. Cyn.* potius vnicam eleemoſynam nullus poteſt à nobis extorquere, H
& ita pauperes patientiam multam habere debent. Diogenes
quidem Cynicus etſi magnus philoſophus, paupertatis tamen
fuit ſtudioſiſsimus, ita vt ex eleemoſynis viueret oſtiatim exqui
*Magna* ſitis: cum autem maximã diuitum duritiam videret, ad lapides
*auarorum* conuertebatur eleemoſynam petiturus, cum vero idcirco repre
*diuitia in* henderetur, dicebat: hic me exerceo, & actus patientiæ ago, vt
*eleemoſy-* cum ab auaris, qui lapides ſunt, petiero, & eleemoſynam mihi
*nis ipſis fa* concedere noluerint, non afficiar moleſtia, neq; eorũ duritiem
*ciendis.* admirer. Aequum igitur eſt vt tenuioris cõditionis viri eleemo
ſynas dent, quandoquidem tanta diuites inuaſit duritia.

Poſtquam Chriſtus multa flagitia de Phariſæis recitauerat,
vt con-



A vt conſtat apud Luc. ita vt videretur eos quaſi pro derelicto *Luc.* 11.
habere, nihilominus tamen dixit eis, quod ſupereſt, date elee-
moſynam, & ecce omnia munda ſunt vobis. Vnde colligas, vt *Eleemoſy*
ſi tam graues peccatores talem conſequuntur veniam, eleemo *na quãtũ*
ſynas largiendo, quanto maiora bona aſſequẽtur iuſti per elee *poſsit a-*
moſynam? quid quæſo præſtantius de eleemoſyna dici poteſt? *pud Deũ.*
Quod ex illo Danie. Confirmatur, cum perditiſsimo Nabucho *Dani.* 4.
donoſor dixit: conſilium meum placeat tibi, & peccata tua
eleemoſynis redime. Etſi Baptiſta peruerſæ genti prædicaret,
B quæ ad eum baptizandæ accedebant, vt ſcribit Luc. adeo vt ip- *Luc.* 3.
ſis diceret, progenies viperarum, nihilominus tamen cum per-
contarentur quid ſibi faciendum eſſet, reſpondebat, qui habet
tuas tunicas, det non habẽti, & qui habet eſcas, ſimiliter faciat.

### *Inferni tormenta qualia ſint.*

ITe maledicti in ignem æternum. Erit quidem hoc ite, maior pæna *Pæna dã-*
quam ſentient damnati, videlicet quod Dei conſpectu ca- *ni quanta*
reant in ſempiternum, quæ dicitur à theologis pęna damni, *ſit.*
C quam ſentient damnati, cum à Dei conſpectu ſe ſegregandos
videbunt in ſempiternum. Cum Abſalon ab exilio ſuo reuerte-
retur, quod incurrerat propter mortem Amnon, miſit Dauid di
centes ei, quod ea lege exilium auferebat, vt non videret fa-
ciem eius; & ita reuerſus eſt in Hieruſalem, vbi quamuis am-
pla familia abundaret, & opippare viuere poſſet, ita tamen cru
ciabatur propter priuationem faciei patris ſui, vt quieſcere- 2. *Reg.* 13
non poſſet ſed potius miſit ad patrem vt ſineret ipſum videre, & 14.
aut aliter ei vitam eriperet. Vnde facile colligas quam grauius
ſentient damnati quod faciem Dei non videant, quæ in infini-
D tum Dauidis conſpectum excedit, præſertim etiam cum nõ ſint *Grauiſsi-*
habituri finem, vnquam dolorũ ſuorum, ſicut Abſalõ, vt ſe leni *mũ dãna-*
re poſsint, imo potius ſtatim in ignem ęternum relegabuntur. *torũ tor-*
Probe quidem nouerat ſanctus Dauid. Hanc tantam miſeriam *mẽtũ, non*
cum diceret, ne proijcias me a facie tua. Quod igitur reme- *videre*
dium miſerabili damnato tunc ſupererit? Sane cum peccauit *dei faciẽ.*
Adam, ad ficum acceſsit, & eius folijs coopertus eſt: item *Pſal.* 50.
cum indignatio Dei deſcendit ſuper Sodomam, fugit Loth in *Geneſ.* 3.
montem: & quando diluuium inundauit ſuper vniuerſam ter *Gene.* 19
ram, Noe ad arcam confugit. Item quando Hebreus popu- *Geneſ.* 7.
lus peccabat, ſtatim accedebat ad templum ſacrificaturus vt 3. *Reg.* 8.
Deum placaret: & modo accedimus ad ſacroſancta ſacramenta
 à Chriſto

à Chriſto Domino inſtituta: at vero in iudicio, quo tandem con fugiet miſerabilis peccator? Apparebit tunc Chriſti crux micantior aſtris, & bonis quidem ſolatio erit, malis autem triſtitiæ. In cuius rei figuram virga Moyſi quæ hebræis erat lætitiæ, Aegyptijs erat tormento: ſic ergo præſentia crucis Chriſti quæ erit viris ſanctis iucunditati, erit reprobis, maximo terrori & mærori, adeo vt beatus Hierony. dicat quod magis torquebuntur mali vultu Chriſti irato, quam ſi in igne eſſent inferni. Si aliquis quod annum integrum lecto infirmus decumbat, ita ſentit, etſi diuitijs abundet, et vxorem habeat ac filios ſibi obedientes maxime, tum etiam ſedulam familiam, & delectabilem muſicam, ac delicatiſsimum lectum, & ſalutarem cellam, æſtate quidem frigidam, & hyeme peripetaſmatis ornatam, nihil ominus tamen inquietus eſt, & ſe toto lecto ſubinde reuoluit, neque aliquid poteſt ei ſatisfacere, ſed omnia nauſeam mouent, alta ducit ſuſpiria, de medicis conqueritur, & interdum omnes domeſtici non poſſunt ipſi ſatisfacere, ſed potius videntur faſtidium generare propter grauitatem morbi; quid obſecro cenſendum erit, cum quis ſe ſupra voraces & per acutas flammas extenſum videbit, atque ab omni delectatione penitus alienum, vbi tota inferni familia non voluptatem, ſed maximam triſtitiam incutiet, tum etiam ipſæ pænæ non ad mille annos, ſed ad omnem æternitatem ſunt duraturæ, vt hodiernum teſtatur Euangelium? miramur quod tanta eſſet fames Eſau, vt prolentis edulio primogenituram venderet; & non miramur quod pro momentanea delectatione perdat aliquis primogenituram cæli, & Dei amicitiam, atq; æternas velit incurrere pænas? Porro cauſa propterquam pœnam æternã incurrent damnati, illa erit, quia in æternum peccarent, ſi vita æterna concederetur: ſiquidem quamuis eorum vita hic finiatur, non tamen extinguitur peccandi deſiderium: ſicut luſoribus cupidiſsimis etſi candela extinguatur, non tamen ludendi deſiderium, quin potius manibus adhuc luſoria tenent folia. O quam deluſos miſeri ſe in iudicio inuenient! Quam apte dicere poſſunt quod fratres Ioſeph dicebant, merito hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum: ſic ipſi dicere poſſunt, iuſto Dei iudicio hæc patimur, quoniam tam atrocia commiſimus ſcelera & flagitia, neque voluimus fratrem noſtrum audire, Chriſtum videlicet cum nos deprecaretur, & tantis nos lachrymis rogaret.

Eijciantur in tenebras exteriores, vt illic dentes ſtrideant, qui hic

*Crux apparebit in iudicio.* *Exod. 14.* *D. Hiero.* *Simile.* *Tormēta inferni quāta ſint* *Inferni tormenta* *Gene. 25.* *Gene. 27.* *Simile.* *Gene. 42.* *D. Greg.*

E F G H



A hic de edacitate gaudebant. Nam fletus de ardore, ſtridor ſolet excitari de frigore, ibi duplex oſtenditur eſſe gehenna, ſcilicet nimij frigoris, & intolerabilis feruoris.

Mali igitur maximo cum furore & impulſu in infernum trudentur, & comminuētur, ſicut conteritur lagena figuli, vt ait Iſa. contritione valida, & non inuenietur de fragmentis eius teſta in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea: hoc eſt vſque adeo minuta erunt fragmenta ipſa, vt vel teſtula non ſuperſit ad ſcintillam excipiendam B qua poſsint miſeri calefieri cum ab aquis frigidiſsimis niuium redibunt: neque qua poſsit gutta aquæ excipi vt refrigerentur cum à voraciſsima reuertentur flamma. Porro quod hanc tantam tormentorum varietatem ſuſtineant, colligitur ex beato Iob dicente, ad nimium calorem tranſiet ab aquis niuium: item conſtat ex eo quod Chriſtus ait, ibi erit fletus, & ſtridor dentium. Nam vnum ex his gignetur ex fumi moleſtia, aliud vero ex niuis frigiditate: denique tanta mala nullam admittent conſolationem. Nec vero hæc ſolum ſentient tormenta, ſed alia multa viſus eſt Dauid intellexiſſe cum ait: ignis, grando, C nix, glacies, ſpiritus procellarum, pars calicis eorum: vbi aduerte quod dicat hanc eſſe partem tormentorum, vt innuat multa alia eſſe longe maiora, quale eſt Dei viſionis carentia.

Corpora quidem damnatorum erunt maxime ſenſibilia, adeo vt plus ſentiat corpus alicuius damnati, ſi vel palea aliqua ipſum tangas, quam hic ſentiat alicuius hominis corpus vel ſi grauiter eum baculo percutias. Nam ſicut morbo articulari affectus, vel ſi tantillum eum tangas, vel veſtis aliqua ei admoueatur, ſtatim vociferatur & clamores edit maD ximos: ſic profecto corpora damnatorum ita ſenſibilia ſunt, vt vel à minimo aliquo tormento ſummopere torqueantur. Et aduerte quod illa tormenta nequaquam minima dici poſſunt, ſiquidem omnia ad æternitatem ſunt duratura. Hic quidem alleuantur labores per vſum eorundem & ſuſtinentiam, nam interdum callum obducimus & contrahimus: at vero illic in inferno, ita labores ipſos damnatos afficient poſt multa ſecula, ſicut primo ingreſſu inferni. Annon igitur maxima eſt inſania, vt propter leuiſsimas & exigui temporis delectationes, in tãtas pœnas, tãtoſq; cruciatus impingere & incurrere velim⁹? Hoc quidē fac̃t⁹ Iob maxime ſētiebat, cũ diceret; ad modicũ eleuati ſunt, & non ſubſiſtēt, humiliabuntur

*Eſa. 30.* *Dānati refrigerium non habebunt in æternum.* *Iob. 24.* *Luc. 13.* *Calorē & frigus ſentient damnati.* *Pſalm. 10* *Scilicet dānati maxime mopere tormenta* *Simile.* *Diſsimile Non alleuabuntur inferni tormenta per vſum* *Iob. 24.*

 ſicut

ſicut omnia &c. Quaſi diceret, auarus quidem maxime obleɛta E tur lucro ipſo, at vero quid ei pro deſt hæc lætitia quæ tam mo dico tempore durat, & non ſubſiſtet? ſic etiam de ambitioſo dicere poſſumus, de carnali, et ſic de alijs vitio deditis hominibus: tunc igitur id mali intelligent, quando iam remedio non erit locus. Ex quo fit vt iam poſiti in tormentis, cum euadendi nulla datur occaſio vel opportunitas, ſed potius iam de ipſis actum ſit, & in ſempiternis illis tormentis remanere in perpetuum debeant, tunc dicant quod habetur Sap. 5. cum maximo gemitu & eiulatu, atq; laboribus maximis cruciati, non videntes ſe vlla ratione ex ipſo tormentorum incendio euadere F poſſe, ſed in ſempiternum pati debere atrociſsimas illas pœnas: dicent inquam, tranſierunt omnia illa tanquam vmbra:

*Sap. 5.*

## FERIA III. POST. I. DOMIN. QVADRAG.

## CONCIO PRIMA.

*Chryſ. in nō abſ. ho. 38. tom. 2.*

CVM *intraſſet Ieſus Hieroſolymam, commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens, quis eſt hic?* Matt. 21. Merito commonebantur G videntes rem mirabilem: homo enim laudabatur quaſi Deus, ait Chry. ſed Deus laudabatur in homine: dicebant enim, oſanna filio Dauid, benedictus qui venit in nomine Domini: *Et intrauit Ieſus in templum.* Hoc porro proprium erat boni filij, vt veniens ad domum curreret patris, & illi honorem redderet qui genuit eum, vt tu imitator Chriſti factus, cum aliquam ingreſſus fueris ciuitatem, primum ante omnem actum ad Eccleſiam curras. Hoc erat boni medici, vt ingreſſus ad infirmam ciuitatem ſaluandam primum ad originem paſsionis intenderet. Nam ſicut de templo omne bonum H egreditur, ſic & de templo omne malum procedit: quemadmodum medicus quando primo ingreditur ad infirmum, ſtatim de ſtomacho eius interrogat, & eum componere primum feſtinat, qui ſi ſtomachus ſanus fuerit, totum corpus validum eſt, ſi autem diſsipatus fuerit, totum corpus infirmum eſt. Ita ſi ſacerdotium integrum eſt, tota Eccleſia floret; ſi autem corruptum fuerit, tota omnium fides marcida eſt. Cor autem & ſtomachus, Sacerdotes intelliguntur, quia in rebus ſpiritualibus per eos totus popul⁹ gubernatur. Et ſicut cor ſapiẽtiæ locus eſt, ita ſacerdotes ſunt receptacula ſapientiæ ſpiritualis. ſicut enim ſtomach⁹ accipiẽs cibũ, coquit eũ in ipſo, & per totũ corp⁹ diſper-

*Simile.*

*Simile.*

*Eccleſiaſti cã quã bonũ debẽt exhibere exemplũ.*

*Simile.*

*Similitu.*



A diſpergit: ſic et ſacerdotes accipiũt ſcientiam ſermonis per ſcripturas ex deo, & excoquentes eam in ſe, id eſt tractantes & meditantes apud ſe, vniuerſo populo ſubminiſtrant. Et ſicut ſtomacho ſubminiſtrante, vnumquodq; membrum ſuſcipit nutrimentum, & conuertit ipſum in ſe ſecundum ſuam naturam, vt puta quod ſuſcipit iecur, totum fit ſanguis, quod autem ſuſcipit fel, bilis efficitur totum; quod vero aſcendit in pulmonem, phlegmata fiunt: quod autem in mamillas, totum efficitur lac: ſic ſacerdotibus cum Eccleſia loquentibus, verbum B omnes ſuſcipiunt, vnuſquiſq; autem conuertit illud ſecundum proprium cor, ita vt vnum id ipſum verbum in cordibus quidem rectis procedat ad vitam, in cordibus autem peruerſis ſuſcitet iracundiam quaſi bilem, in alijs autem operetur dilectionem dulciſsimam quaſi lac, in alijs autem odia quaſi phlegma nociuum & expuendum. Videte ergo ſacerdotes quomodo vos componatis in verbo & opere: quoniam ſicut in corpore ſi aliquod infirmatum fuerit membrum, non omnino languet & ſtomachus; ſi autem ſtomachus languerit, omnia membra inueniuntur infirma: ſic ſi aliquis Chriſtianorum peccauerit, non omnino pec C cant & ſacerdotes; ſi autem & ſacerdotes fuerint in peccatis, totus populus conuertitur ad peccandum. Ideo vnuſquiſque Chriſtianorum pro ſuo peccato reddet rationem, ſacerdotes autem non ſolum pro ſuis, ſed et pro omnium peccatis reddituri ſunt rationem. Vidit arborem pallentibus folijs marcidam, & intellexit ſtudioſus agricola, quia læſuram in radicibus haberet: nã vere quemadmodũ cũ videris arborem pallẽtibus folijs marcidam, intelligis quia aliquã culpã habet circa radicẽ: ita cũ aliquẽ videris populũ indiſciplinatum & irreligioſum, ſine dubio cognoſce, quia ſacerdotium eius non eſt ſanum.

D Ad hæc igitur incommoda extirpanda in ſua radice, acceſsit prius Chriſtus ad templum viſitandum.

*Simile.*

*Verbũ Dei quã varios in cordib⁹ hominũ generet affectus:*

*Simile.*

*Simile.*

*Quãtũ debeant Eccleſiaſtici honeſte viuere.*

*Commota eſt vniuerſa ciuitas.* Quod Chriſtus in animam ingrediatur, inde cognoſcitur quia cõmouetur totus homo & vitam emẽdat, nec enim ſufficit vitiũ vnũ aut alterũ tantũ relinquere, ſed omnia ſunt relinquenda: itẽ nõ ſufficit quod vni tantum aut alteri virtuti incumbat, ſed totus debet Deo placere cũ feruore, hoc enim ſignificatur cũ dicit, cõmotã eſſe vniuerſam ciuitatẽ.

*Et eijciebat omnes vendentes & ementes de tẽplo.* Dñs eiecit hos de tẽplo hodie ratione loci, qui tãtũ ſpiritualibus erat deputatus, & ideo cõtra reuerentiã loco debitã faciebãt ſuas mercationes, vt ait beatus Tho. & apparebat in talibus turpitudo ſuæ cupiditatis.

*Vide quãta præſtet Chriſtus in animã. D. Thom. opuſ. 73. c. 13.*

*Orig. ho. 15. in Mat. Ori. in loc. vide D. Tho. 3. p. q. 44. ar. 3. ad. 1. Ioan. 18.*

ditatis. Vel dicendum quod de templo ſunt tales eijciendi, quia non licet miniſtris templi id eſt viris eccleſiaſticis, talia exercere merci monia. Supra menſuram dignitatis Chriſti videbatur, ait Orige. Secundum quod videbatur filius fabri eſſe, vt tanta fiducia vteretur & poteſtate eijciens nundinas de templo cum nec princeps alicuius gentis hoc poſſet explicare quod fecit Ieſus. Idem Orige. alibi ait, quod Iudæos de templo eieciſſe Chriſtum, maius fuit miraculum quam cum aquam in vinum conuertit. Nã illic inanimata ſubſiſtebat materia, hic vero tot millium hominum domantur ingenia. Quod etiam perſimile eſt illi rei quæ habetur Ioan. 18. vbi ſolo verbo Chriſti omnes abierũt retrorſum ex quibus patet quod Chriſtus quando voluit, virtute diuina animos hominum immutauit. Hoc primo ſciẽdũ ait Hiero. quod iuxta mandata legis auguſtiſsimo in toto orbe terrarum templo domini, & de cunctis pene regionibus Iudæorũ illuc populo cõfluẽte, innumerabiles immolabãtur hoſtiæ, maxime feſtis diebus; taurorũ, arietũ, hircorũ: pauperibus ne abſq; ſacrificio eſſent, pullos colũbarũ & turtures offerẽtibus: accidebat plerũq; vt qui de lõge venerãt nõ haberent victimas. Excogitauerũt igitur ſacerdotes quomodo prædã de populo facerent, & omnia animalia quibus opus erat ad ſacrificia vẽdebãt, & vt vẽderẽt nõ habentibus, & vt ipſi rurſum empta ſuſciperẽt. Poſuerũt itaq; & nũmularios, qui mutuã ſub cautione darẽt pecuniã. Sed quia erat lege præceptũ vt nemo vſuras acciperet, & prodeſſe non poterat pecunia fænerata quæ cõmodi nil haberet, & interdũ ſortem perderent, excogitauerũt & aliã technã vt pro nũmularijs collybiſtas facerent, & vilia munuſcula, vt pote vuas paſſas, ficus, amigdalas, & alia huiuſmodi, ne pecuniã reciperẽt: quaſi vero hæc nõ eſſet etiã vſura, & prohibitum hoc erat apud Ezechie. cũ ait, vſurã & ſuperabũdãtiã nõ accipietis. Ad hæc igitur corrigenda mala ingreditur Chriſtus in templum.

E

F

*D. Hie. lib. 3. in Matt.*

*Vide quãta ſit humana cupiditas.*

*Leui. 25. Deut. 23.*

G

*Vſura palliata non poteſt Deo occultari.*

H

*Et eijciebat omnes vẽdentes.* flagello eos expulit: eſt quidem maxima Dei miſericordia, quod noſtra ſcelera hic puniat, & flagellis nos à vitijs abducat: ſicut contra calamitoſiſsimum eſt quod hic peccator non puniatur, ſed pro ſuo arbitratu omnia faciat & in infernum puniendus relegetur: Pſal. dimiſi eos ſecundum deſideria cordis eorum, ibunt in adinuentionibus ſuis. Optimi parentes punire ſolent filios, ne ad ſuſpendium aliquando ducantur.

*Ezech. 22*

*Calamitates quam ſint vtiles*

*Pſal. 80.*

*Simile.*

Fecit quaſi flagellum Chriſtus de funiculis illis quibus merces ligabantur: ſic ſolet Deus ſæpe punire per ea in quibus offendimus.

*Eas res quibus vtitur malus cõtra Deũ aſſumit Deus ad punitionẽ ipſius.*



A mus. Sic aliquando permittit vt filius male educatus à patre, ſuſpendatur vidente patre, vt ita de praua educatione pœnam exoluat pater. Item auarus & vſurarius punitur aliquando tali aduerſitate, vt fidem frangat. Habes filium ex adulterio, eum aliquando permittit Deus talem eſſe, vt tibi bona quæ habes furetur, & te in mille iniurias, laboreſq; conijciat in ſenectute tua: Item aliqui coniuges, qui forte multa commiſerunt flagitia ante coniugium, aut non debitis medijs acceſſerunt ad illud, interdum multos ea de cauſa ſuſtinent labores, & inquieti viuunt.

B Omnes quidem eiecit Chriſtus de templo tam vendentes quam conſentientes, omnes eadem menſura menſurauit tam diuites quam pauperes: ſic qui iuſtitiam adminiſtrant facere deberent, & non ſicut aliqui faciunt, qui tantum caſtigant pauperes. Non vtiq; tales admittendi eſſent ad iuſtitiæ adminiſtrationem, qui non audent etiam potentiorem iudicare, quin potius deberent ſtatim munus ipſum dimittere, ſi illud habent, quoniam in maximo verſantur periculo. Optimus quidem iudex erat Dauid, qui dicebat, in matutino interficiebam omnes peccatores terræ.

*Facientes & conſentientes puniuit Chriſtus.*

*Iudex qui non audet potentiori reſiſtere, deponat officium.*

C Porro ipſos alia iam vice Chriſtus de templo eiecerat, cumq; non ſe emendaſſent, id circo nunc acrius ipſos punit. Sic igitur nos non debemus mirari quod laboribus & calamitatibus premamur, ſi quidem vitam nunquam emendamus.

*Ioan. 2.*

*Domus mea, domus orationis vocabitur:* Quid ad hoc dicent audaces illi homines, qui ſine vlla reuerentia ex templis cultui Dei & orationi ſacratis porticus faciunt, ac domos negotiationis, ſuis inambulationibus & ſpatijs non minus inconſiderate factis, quam ſi in publicis nundinis & mercato aliquo verſarẽtur? Hi plane interturbant officia diuina, impediunt

*Ambulare & negotiari in templo quam graue delictũ ſit.*

D ſanctam prædicationem, officiunt pænitentibus ipſis, qui ad ſua deflenda & confitenda peccata illuc accedunt. Ad hos cohibendos nec ſufficit reuerentia debita ſanctiſsimo altaris Sacramento, nec ſufficit videre quanta incommoda multis inferant ſuo peruerſo exemplo. Nec præterea horum effrænatam audaciam compeſcere poſſunt præcepta & cenſuræ à Reuerendiſsimis Epiſcopis illatæ. Iam O homo quiſquis es, qui hoc in vſu habes, vbinam talem ciuilitatis modum didiciſti? Vt ante cuncti potentem Deum, in cuius conſpectu cæleſtes omnes chori contremiſcũt, ita irreuerẽter & indecẽter te habeas, tũ inambulãdo, tũ cõfabulãdo? An hoc faceres ante terrenũ aliquẽ regẽ? Quæ igitur tandem ratio ſuadet, quæ lex tum humana, tũ diuina

*Magna ſequuntur incommoda ex negotiatione in tẽplis.*

*Diſsimile*

permittit, vt tãtum valeat autoritas terreni regis ad frænãdos E
tuos motus omnes, & nõ valeat ante diuinum conſpectum, &
in ſacra aula Dei, ac templo, tibi perſuadere optimam compo
*Exẽplum*
ſitionẽ, conuenientemq; reuerentiã? Iam vero tanta obſeruan
tia Salomonis templum colebatur, vt quamuis adhuc ex ædifi.
catum, extructumq; non eſſet, tamen diligentiſsime cauere-
tur, ne ibi audiretur ſecuris, nec deniq; ſtrepitus vel ſonus aliarũ
*3. Reg. 6.*
rerum vel ipſi operi neceſſariarum, vt conſtat 3. Reg. tu vero ti-
bi perſuadebis licitum eſſe in diuino templo conſtructo iam
*Maxima tẽplo Dei habeatur reuerẽtia.*
ac ſacrato, ſanctitatiſq; & maieſtatis vndiq; pleno, inambula- F
re, contractus negotiari, reſque alias peragere, quæ non ſo-
lum pro loco neceſſariæ non ſunt, ſed etiam ex diametro pu-
gnent cum tanta maieſtate & ſanctitate? Age porro ſi felices
& beati ſunt, qui verbum Dei audiunt & cuſtodiunt, quemad
modum Chriſtus ipſe teſtatus eſt apud Lucam, quid nam de
*Luc. 11.*
his dicemus, qui non ſolum id audire renuunt, ſed etiam mul
tos alios quo minus audiant impediunt? Quod ſi dicis, te id
iam probe callere quod concionator ipſe profert, & quod non
*D. Chriſ. hom. 7. in Gen. to. 1.*
eges huiuſmodi concione: timeo quidem, vt ait Chryſoſ. &
anxius ſum, ne hoc tibi ad maiorem accuſationem accedat, G
cum ſcriptum ſit Luc. 12. Qui ſcit voluntatem Domini ſui,
*Luc. 12.*
& non facit, vapulabit multis. Quemadmodum enim quanto
*Simile.*
maior eſt eruditio tua & autoritas, tanto magis mereris, ſi
*Conturbatur concionator, ſi omnes quiete non audiant.*
tuo optimo exemplo cæteris præluxeris in diuinis officijs at-
tente & reuerenter audiendis, ſic profecto tanto vehementius
plecteris ac ſeuerius, ſi contra te geſſeris & habueris. Quis enim
concionator non refrigeſcet in pulpito, videns perturbationem
iſtã tantumq; ſtrepitum? Quis ſacerdos non deturbabitur de
ſua illa attentione, quam collocat in ſacris ipſis peragendis?
*Puniet Deus atrociter perturbatores officij diuini.*
Ecquis tandem cæterorum aſtantium & conſidentium, nõ maxi H
me cõmouebit? Noli quæſo expectare vt Chriſt⁹ ipſe accedẽs, fla
gello te de domo ſua expellat. Fieri enim poterit, vt ꝓpter hoc
vitiũ, tũ hic calamitate aliqua te percutiat, tũ illic in extremo iu
dicio, immanibus illis ac crudeliſsimis tortoribus tradat in per-
petuũ ſine vlla veniæ ſpe flagellãdũ, ac ſeueriſsime cruciandum.

*Mali ſolẽt culpã ſuam in alios trãſferre.*
*Videntes autem &c. dixerunt ei; Audis quid iſti dicunt?* Reprehen-
dunt iſti Chriſtum, quod non increpet & caſtiget pueros ta-
lia dicentes. Vnde quam ipſi habent culpam, reijciunt in
Chriſtum & pueros. Hæc eſt malitiæ natura, vt non ſolum cri-
men ingerat vbi non ſit, ſed etiam culpam quam ſuſtinet, alijs
inijciat



A inijciat. Hoc præfiguratum videtur in hera & domina ipſius Io-
*Gen. 39.*
ſeph, quæ impudentiam ſuam & libidinem effrænatam, tranſtulit
*Chry. in Gen. ho. 62. to. 1.*
in ſanctiſsimum Ioſeph. Circa quod dicit beatus Chryſoſt. non vi
detur mihi fere tam mirabilis res, illos eſſe pueros in igne abſq;
læſione, atq; ſanctum Ioſeph verſari in tanta mulieris flamma &
*Dan. 3.*
impudentia, & nõ ardere. Nam certe quemadmodum pueri illi
diuina virtute illæſi exiuerunt ab eo igne: ita Ioſeph Dei benigni
tate euaſit illæſus à tam voraciſsimo incendio. Non enim po-
*Tentationes Dei auxilio ſuperabimus.*
tuiſſet ita reſiſtere, niſi Deum habuiſſet auxiliatorem. Cęterum
B voluit impudenticula ſeſe vindicare, inurendo ignominiam &
maculam inſonti Ioſeph. Atq; ita ſe gerunt nunc principes ſacer
dotum & ſcribæ cum Chriſto. Carere certe debet vitio qui in
*Simile.*
alterum paratus eſt dicere. Nec poteſt quis oculo ſuo puluere
*Qui alios carpit labe carere debet.*
obducto iudicare de alterius macula. Nec poteſt ſordes eluere
ex cuiuſquam facie, lutoſa manus. Hi quidem homines, ſi modo
homines appellãdi ſunt, & non belluæ forma humana veſtitæ, vi
tiorum omnium ſentinę cum ſint, quærunt eluere ſordes vel cul
*Gre. li. 10 Mora. c. 3*
pas, quæ nullo modo erant in pueris. Vnde D. Greg. ait, ſolent
peruerſi homines, cum ſeſe victos norunt, quærere calumnias
C & reprehenſiones aliorum, nec poſſunt omnino ſuſtinere confu
ſionem ſuam: non ita certe iuſti homines. Vnde pro. 9. doce iu-
*Pro. 9.*
ſtum & feſtinabit accipere. Impij contra, vt patet ex eodem con
textu, vbi dicitur: Qui erudit deriſorem, ipſe ſibi facit iniuriam.
Quare impij omnem fugientes emendationem, nequiores ma-
gis, magiſq; euadunt, quæruntq; potius eos calumniari, à quibus
reprehenduntur, non inuenientes omnino iuſtas accuſationes.

*Chry. ho. 31. & 52. ſup. Gen. to. 1.*
*Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatem.* Non eſt plane melius
aliquod remedium, ait Chry: contra inuidos & malitioſos ho-
mines, quam eos derelinquere, & diſcedere. Scribitur quidem
D Gen. 26. quod habitatores illius regionis vbi erat Iſaac, dicebant
*Gen. 26.*
ei vt diſcederet: cuius rei cauſam adferebant quod eſſet factus
*Rom. 12.*
potentior illis. Vnde ſanctus Iſaac conceſsit illis, atq; abijt. Ac
*Mat. 10.*
ſi illud Apoſt. legiſſet, date locum iræ: Et illud Mat. 10. quando
*1. Reg. 16*
perſequentur vos in vna ciuitate, fugite in aliam. Ita porro Da-
*Occaſiones malas fugiamus.*
uid ſe geſsit cum Saule, quem ſępe poterat interficere. Hoc item
præſtitit Abraham, commutans bona ſua omnia perſæpe ex vno
loco ad alium, quod ei inuiderent, vnde demigrabat alio, vt vide
*Chry. ho. 31. in mat.*
tur inſinuare D. Chry. ne in illis creſceret inuidia. Porro Chriſtus
licet tanto cum triumpho introductus, noluit tamen ibi commo
rari, ne ſcribæ maiori quidem in ipſum arderent inuidia, ſed re-
ceſsit, vt turbationem eorum mitigaret, quod nobis quoq; fa-

 cien-

ciendum eſt. Non enim debemus in aduerſarios inſurgere, ſed vl- E
ceribus eorum mederi, cedentes, vt dolor eorum mitigetur.

*Occaſiones malorum fugiamus.*

*Concedamus iræ aduerſariorũ ſimilitudo*

RECEDIT Chriſtus a peruerſa iſta generatione, vt doceat nos quam diligenter fugere debeamus occaſiones, quæ nos ad malum ducunt vel alios. ſiquidem etiam ex longa experientia didicimus, vel ex leuibus occaſionibus nos in ingẽtia labi mala, F ſicut ex tenuiſsimis nubibus ſiue paruis, ſolent interdũ maximæ tempeſtates oriri, multaq; tonitrua & fulmina, ſic etiam nos ſolemus etiam ex cauſis leuiſsimis, in maximas Dei offenſiones incurrere. Nã & leuiter iraſci & in vocẽ iræ indicẽ, ſine fratris tamẽ graui iniuria prorũpere, venialia peccata ſunt, quæ tamẽ Chriſt⁹ vitare nos monet, ne ad lethalia veniatur. Scriptũ eſt enim: qui timet Deum, nil negligit. Sicut enim qui vitã diligit, nõ ſolũ mortẽ odit, ſic venialia quoq; peccata, quæ velut ægritudines animæ ſunt, diligenter quis vitare ſtudet, ne cito ad maiora progrediatur, qui etiã parua formidat. Et ſane neſcio an poſsimus leue aliquod peccatũ dicere, quod in Dei cõtemptũ admittitur. Eſtq; prudentiſsimus, qui non tã conſiderat quod iuſtum ſit, quã illum G qui iuſſerit: nec quantitatẽ imperij, ſed imperãtis cogitat dignitatem. Huiuſmodi autẽ peccata nõ auferũt animæ mortẽ, ſed ægritudinẽ, non mentẽ interimũt, ſed ad interitũ præparãt, deniq; nõ auferunt charitatem, ſed feruorem charitatis. Quo fit vt ſi tunc vel occaſio aliqua ad peccatũ vehemẽter vrgat, vel violẽtior aliquis tentationis æſtus ingruerit, periculũ ſit ne in lethale peccatũ homo æger & lãguidus ruat. Hac enim de cauſa venialia peccata ad lethalia viam ſternere Theologi dicunt: imo vero magna pars eorum qui à diuina gratia excidunt, hac occaſione excidiſſe veri H ſimile eſt. obſeruat enim callid⁹ hoſtis noſter has tẽporum cõmoditates, cumq; piorũ animos paulo negligẽtius ſe gerere viderit, aliqua peccãdi occaſione oblata, & facto cũ ſatellitibus ſuis impetu in illos irrumpit, & interdũ etiam proſternit. Quemadmodum igitur iunci ipſi & ligaturæ in circulis doliorum, parui momenti primo aſpectu eſſe videntur, quę tamen ſi diſſoluantur & negligantur, magna incommoda inferre ſolent, ita vt tandem vini effuſio vel ſimilis liquoris & humoris cõſequatur: ſic plane etiam peccata venialia quantum in nobis eſt, vitare debemus, ne ſenſim ex eis in lethalia delabamur.

*Eccle. 7.*
*Simile.*
*Venialia etiam peccata declinemᵘ ne ex his ad grauiora veniamus.*
*Peccata venialia quo modo ad mortalia diſponunt.*
*Aſtutia diaboli.*
*Simile.*
*à minimis etiam caueamus ne in maxima delabamur.*

Vide obſecro quod ex minimis occaſionibus, & hominum
iudi-



A iudicio puerilibus, multa ac magna inconuenientia ſequi ſolent. Scribitur quidem 2. Reg. quod poſt mortem Saul cõgregati ſunt circa piſcinam Abner & Ioab cum ſuis militibus ad recreandum animũ. Cumq; in vnum conueniſſent, è regione ſederũt. Dixitq; Abner ad Ioab, ſurgã pueri, & ludant coram nobis: & reſpondit Ioab, ſurgant, ſurrexerũt ergo, & tranſierunt numero duodecim vtrinq;, ſeq; mutuo interfecerunt, imo & textus dicit, quod ortum eſt bellum durum ſatis in die illa, & fere per diem totũ durauit. Sic igitur ſæpe fit vt ex leuibus occaſionibus, magnæ oriãtur cõtentiones, quæ etiã per multos annos & ætates durent.

*2. Reg. 2.*
*Quæ ioco fiunt interdũ in res ſerias conuertũtur.*

B Porro ait Cyrillus quod Chriſtus ab hac peruerſa gente diuertit, vt ira Iudæorum aliquantulum deferueſceret, non quia ipſe timeret, ne quid irati poſſent aduerſus eum, antequam vellet ipſe, ſed vt exemplo eius declinandum eſſe ab iratis diſcamus. Et ſanctus Thom. ait, vt daret nobis exemplum, vt declinemus oculos inuidorum ab omnibus operibus noſtris, ac fugiamus, nec eorũ inuidia creſcat, iuxta illud Eccle. ne contra faciem ſtes contumelioſi, ne ſedeat quaſi inſidiator tuus. Diuertit etiam ab his, vt ſupra diximus, vt nos erudiat, nos debere longe deuitare C occaſiones omnes, quibus Deum offendere poſſemus, & omnia etiam minima quæ nos in maxima ducere poſſunt. Nam quemadmodum qui habet domum compoſitam, ornatam, & paratam hoſpitem inuitat & allicit, vt in ipſam domum diuertat: ſic plane qui non aufert occaſiones peccandi, inuitat peccatum vt in ſua anima hoſpitium accipiat. Quare non ſolum à peccato, ſed etiam ab omni ſpecie peccandi cauendum eſt, vt docet Apoſt. Cũ filij Iſrael captiui tenerentur in Aegypto, & vellẽt domino Deo ſuo ſacrificare, Moyſi & Aaron dixit Pharao, ite, ſacrificate Domino, oues tantum veſtræ & armenta remanebunt: ſic diabolus D peccatoribus quos captiuos detinet, inquit, ite ad ſacrificandum Domino, quaſi dicat, confitemini, agite pænitẽtiam, occaſionem vero peccandi minime deponatis. Aduerte enim quod ſi dęmõ pignus aliquod tuum in ſua poteſtate habuerit, redire debes vt pignus ab eo auferas. Tu igitur reſpondere debes id quod Moyſes & Aaron dixerunt, cuncti greges pergent nobiſcum, non remanebit ex eis vngula. Vbi attendere debes quod nec vngula nec veſtigium aliquod peccati in domo debet remanere, ne iterum offeratur occaſio redeundi in Aegyptum. Petrus cum eſſet in carcerem Herodis detruſus, dixit illi Angelus, præcingere & calceare caligas tuas. Quid quæſo? an tantum valebant caligæ vt non poſſent in carcere remanere? Dico quod ita vult
Deus

*Cyri. in Ioan. lib. 2. c. 129.*
*S. Tho. in Ioan. 5.*
*Eccle. 8.*
*Simile.*
*I. Theſ. 5.*
*Exo. 10.*
*Simile.*
*occaſiones noxias fugiamus.*
*Exo. 10.*
*Acto. 12.*

Deus vt à carcere peccati exeas, ne caligas quidem aliquas & E
*Leui.8.* ibi anſas relinquas. In Leuitico etiam præcepit Deus, carnem iuuenci & pellem eius comburi extra caſtra, & cũ eſſet ſacrificium pro peccato, non ſolum carnes, ſed fæces etiam ſacrificij relegare iubet, & in locum immundum proijci, nil reliquiarum mane-
*Deut.7.* re permittens, vt diſcamus non ſolum peccata longe à nobis ablegare, ſed etiam eorum veſtigia, ne locum ullum concedamus ſatanæ, vt iterum in peccatum nos deducat. Alibi pręterea Dominus de ſubuerſione gentium loquens, dixit: aras eorum ſub-
*Exo. 32.* uertite & confringite ſtatuas, lucoſq; ſuccidite, & ſculptilia cõburite. Quare delenda eſt omnis omnino peccatorum memoria. F
Vnde Moyſes quoq; vitulum quem filij Iſrael adorauerunt, comminuit in puluerem, & dedit bibere populo, vt doceamur quod
*Hier2.* nec puluis quidem peccati manere vllus debet. Sanctus etiam
*ſimilitudo* propheta Hie. conſulit dicens, effunde ſicut aquam cor tuum ante conſpectum Domini: ſicut aquam inquit, nõ ſicut mel, oleum aut vinum: nam ſi alium quemuis liquorem præter aquam ex vaſe effuderis, odorem poſtea vas ipſum retinebit, vel colorem priſtini liquoris conſeruabit. Nil autem horum reperies in aqua, & ob hanc cauſam pręcipit propheta: vt ſicut aquam effundamus cor noſtrum, ita vt nulla peccati memoria, nullumq; veſtigium G
relinquatur in nobis. Templum inſuper quod à Gentibus viola-
*2. mac.2.* tum fuerat, Iudas Machabeus mundari accurate præcepit, altare
*1. Cor.3:* extrui, & vaſa noua fieri: ſic templum hoc Dei quod ſumus nos,
*2. Cor.6:* quod peccata violarunt, debemus adeo mundare, vt nil immunditiæ maneat, nec aliquod ſignum peccati, nec occaſio etiam aliqua.

*Simile.* Magna certe cum diligentia niti debemus vt occaſiones omnes declinemus quæ conſcientiam noſtram maculare poſſunt. Vide enim quanta cura inuigilet qui poſitus eſt cuſtos alicuius caſtri, & quomodo diu noctuq; cogitet quid ſibi, & qua parte poſſit euenire; vix enim hoſtis belli aſtutiam machinatus eſt, cũ hic H
*ſimilitudo* iam eam animo concepit. Præterea honeſta coniunx non ſolum illud curat vt caſta ſit, ſed etiam ne aliquam male ſuſpicandi oc-
*Num: 6.* caſionem marito ſuo dare poſſit. Item Nazarei non ſolum non bibebant vinum, ſed nec ſuas vuas comedebant, nec paſſas etiam nec ceruiſiam bibebant, nec quidquid poſſet eos inebriare, ne ex his ſenſim ad grauiora dilaberentur. In vitis ſanctorum legimus
*Exemplũ.* pium quendam ſacerdotem oculis captum, ad cuiuſdam ſancti tumulum multis precibus contendiſſe, vt illi videndi facultatem reſtitueret, quod cum impetraſſet, miſſamq; de more celebraſſet, vbi



A vbi cum videndi periculum expertus eſſet, ſaluti magis animi, quam corporis, & interno magis lumine, quam externo proſpiciens, ab eodem ſancto, priſtinæ cæcitati reſtitutus eſt, & quod petijt remedium impetrauit. Alexandrum Macedoniæ regem *Exemplũ* memorat Plutarchus, nunquam Darij vxorem, quæ inſigni for- *Plutar.* ma erat, videre voluiſſe, ne eius pulchritudine captus, aliquid ſe hoc eſt regia maieſtate indignum præſtaret & committeret: Antiochus item Aſię rex inuitatus à quodam familiari, ad Parham *Exemplũ Anthio.* egregia forma virginẽ vidẽdã ire noluit, cumq; is diceret eam vir-
B ginem dignam eſſe regijs oculis: reſpondit: ſi modo eam conuenero cum per otium vacat, fortaſſe illa mihi perſuaſura eſt, vt neglectis regni negotijs, illam conueniam, etiam cum non vacet. Quod ſi hæc erant animi continentia præditi viri, nulla diuinarum rerum cognitione imbuti, & ſuorum oculorum ità erant domini, quam erit indignum ſi non præſtet fides quod infidelitas præſtitit? Et certe ſicut qui ex cibo aliquo ſumpto in morbũ incidit, poſtquam ſanus factus eſt, illum odio proſequitur, atq; ab eo abhorret, & vt à conſpectu ſuo auferatur magnis vocibus clamat; ſic profecto qui ex occaſione aliqua Deum offendit, ſi
C poſtea vere ſanus factus ſit, ſolet non ſolum ſe diligentiſsime cuſtodire ab ea occaſione, verumetiam ab ea longiſsime abhorret eius animus, neq; vel in mentem eam ſubire tantillum ſuſtinet.

*Ignominioſum nobis eſt quod in virtute morali à gentilibus ſuperemur.* *Simile.*

## FERIA III. POST I. DOMIN. QVADR.

## CONCIO SECVNDA.

*Commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens. Quis eſt hic?* Mat. 21. Amici quidem lętabantur quod ad tantum honorem eum euectum viderent, inimici vero igne inuidiæ ar- *Hominũ opinio varia.*
D debant id videntes: Extranei vero qui conuenerant ad feſtum Paſchæ dicebant. Quis eſt hic? Item Phariſæi, Scribæ & Sacerdotes qui ipſum oderant, Quis eſt hic dicebant per contemptum, hoc eſt cur iſti tantus habetur honos?

*Omnes eiecit de templo.* Cum tam manſuetus ſis agnus Domine, cur ita iraſceris? Sane quia non poterat ſuſtinere tantam templi irreuerentiam. Sed quæſo te Domine, alapas & verbera ſuſtines, & hoc non potes ſuſtinere? vt intelligas quãtum debeamus Dei offenſas declinare, & pręſertim quæ in templo fiunt. *Maxime ſentit Dei templi irreuerentiã.*

Cæterum etſi Chriſtus manſuetus eſſet, tamen cum opus erat etiam ſeueritate vtebatur, Vnde Dauid. 2. Reg. 3. Sedens in Cathedra

thedra tanquam tenerrimus ligni vermiculus. Nota quod ſe ver- E
3. Reg. 23. miculo comparat qui in ligno naſcitur: nam etſi tactu ipſo blan-
*Similitudo* dus ſit, ſuos tamen habet dentes ad radendum lignum. Dauid blan-
Pſal. 131. dus & manſuetus erat natura. Pſal. Memento domine Dauid, & omnis manſuetudinis eius: at vero cum in cathedra ſedebat, ad
1. Reg. 17 potentiores etiam caſtigãdos pectus habebat; in cuius rei figurã cum paſtor eſſet, interficiebat vrſos & leones ad gregem acce-
Mat. 11. dentes: ſic ergo Chriſtus quamuis manſuetus & humilis, tamen animum habebat ad caſtigandos & reprehendendos malos etſi
Exo. 32. potentes in ſeculo, neq; erat perſonarum acceptator. Item Moy- F ſes quamuis manſuetus eſſet & benignus, tamen cum opus erat, etiam ſeuere puniebat, ſine perſonarum acceptione.

*Templum Dei magnifice extrui debet.*

*Templa vult Deus in magna haberi veneratione.*

IN eam iam deuenerant miſeriam Iudæi vt templum in tanta veneratione à maioribus ſuis habitum, porticum facerent & domum negotiationis. Porro quantum Deo placeat vt templa ſua ædificentur & ornentur magnifice, ex varijs ſacræ ſcripturæ locis colligi poteſt. Quis enim ignorat ſumptus maximos regis Salomonis, tum tritici, tum olei, & aliarum rerum, quas mitte- G bat ad regem Tyri, vt poſſent ſuſtentari qui occupabantur in cæ-
3. Reg. 5. dendis lignis cedri & aliarum pretioſarum arborum, ad templi ædificationem neceſſariarum? vt interim alios ſumptus prętereamus quos ipſemet Salomon faciebat in ſuſtentandis & perſoluendis pluſquam centum & quinquaginta millibus hominibus
*Maieſtas inſignis regis Salo.* qui fabricæ intendebant: Sane admiratione maxima dignum eſt ſtudium & diligentia, quam olim veteres in ædificandis templis collocabant: ſicut modo negligentia huiuſce rei, omnes in admirationem adducit. Tam ardenti quidem ſtudio templi ędifi- H candi Salomon tenebatur, vt quamuis ditiſsimus omnium & potentiſsimus eſſet, nihilominus tamen ſibi videretur adhuc quod non ſufficeret ad templum pro dignitate ædificandum. Vnde
3. Reg. 8. Deum alloquens dicebat: ſi enim cælum, & cæli cælorum te capere non poſſunt, quanto magis domus hæc quam ædificaui tibi? & nihilominus ita pretioſiſsimum erat templum, vt toto orbe celeberrimum haberetur. Sic enim iuſſerat Dauid antequam moreretur ædificandum eſſe, cum ait. Domus autem quam ędificare volo Domino, talis eſſe debet, vt in cunctis regionibus nomine-
1. Par. 22. tur. Sed cum Deus Dauidi dixiſſet, ipſum non eſſe ædificaturum templum, ſed ſucceſſorem ſuum: idcirco vocauit Dauid filium

ſuum



A ſuum Salomonẽ, & dixit ei. Quoniam volũtas Dei eſt vt tu ædifices templum, cõfortare & viriliter age, ecce ego in pauperie mea præparaui impenſas domus Domini, auri talenta centum millia, & argenti mille millia talentorum, æris vero & ferri nõ eſt pondus, vincitur enim numerus magnitudine, ligna & lapides præparaui ad vniuerſa impendia. Conſidera igitur quam magnifice extrueretur, præſertim cum multa alia Salomon impenderet: Quin etiam Dauid potentatus regni conuocauit quibus inſtitutum ſuum aperuit, atq; ipſos hortatus eſt ad ea offerẽda
*Copioſi theſauri inſũpti ſunt in templo Salomonis ædificando.*

*1. par. 29.*

B dona quæ vellent, dicebat enim, opus quidem grande eſt, neq; enim homini præparatur habitatio, ſed Deo. Iam ego, inquit, feci quod in me erat, reſtat vt ſi quis ſponte offert impleat manum ſuam hodie, & offerat quod voluerit Domino: dederunt decem millia, & multa alia: addit quoque textus, & apud quemcunq; inuenti ſunt lapides, dederunt in theſauros domus Domini: atq; hęc omnia hilariter prꝰſtiterunt: lętatus eſt inquit populus cum vota ſponte promitterent, quia corde toto offerebant ea Domino. Non ita nos gerimus cum ædificijs & fabrica templorum: Pręterea ſciendum eſt quod cum Darius bibliotecas Ba-
*Dare debemus hilariter pro templorũ fabrica.*

*1. Eſd. 6. & 7.*

*Exemplũ notabile Darij regis de templi ædificatione.*

C bylonię reuolueret, inuenit decretum quoddã Cyri regis in quo iubebat vt proprijs ſumptibus reædificaretur templum Salomonis, & quod reſtituerentur vaſa omnia aurea & argentea, quæ Nabuchodonoſor abſtulerat; quo viſo decreto iuſſit Darius id præſtari, & addit, quod ſi neceſſe fuerit & vitulos & agnos & hœdos in holocauſtum Deo cæli, frumentum, ſal, vinum, & oleum, ſecundum ritum ſacerdotum qui ſunt in Hieruſalem, dent eis per ſingulos dies, ne ſit in aliquo querimonia. Item addit, à me ergo poſitum eſt decretum, vt omnis homo qui hanc mutauerit iuſſionẽ tollatur lignũ de domo ipſius, & erigatur, & configatur
*Digni ſũt ſupplicio qui cum poſſint nolunt fauere fabricæ templi.*

D in eo, domus autẽ eius publicetur; quaſi vellet omnes poſteros haberi quaſi proditores. Vide igitur quantũ ſuperemur hac in re à gentilibus & barbaris, videlicet in templis ædificãdis & ornandis, & in prouidendo miniſtris templi de neceſſarijs. Aliter vero nos gerimus in priuatis ædificijs noſtris, nam etiam ea auleis decoramus, picturis, & imaginibus, & alijs ſuperfluitatibus, cum interim ruere ſinamus templa, & multa huiuſmodi religioſa loca, quæ non habent vnde reparentur. Pauperes permittimus eſſe miniſtros, altaria, ornamenta, vaſa. Non ita faciebant illi antiqui Hebræi, etſi illa templa longe inferiora noſtris eſſent, quin potius dicente illis Moyſe, vt pro tabernaculo offerrent, dicit textus in exo. Egreſſaq; omnis multitudo filiorum Iſrael
*Miniſtris tẽpli fauere debem⁹ & eos honore proſequi.*

*Negligentes ſumus in rebus ad cultũ diuinũ ſpectãtibus.*

de con-

*Exo. 35. Liberales erant Hæbræi in tẽplis adornandis. Exo. 36.*

de conſpectu Moyſi obtulerunt mente promptiſsima atq; deuota, primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi teſtimo- E nij; quidquid ad cultum, & ad veſtes ſanctas neceſſarium eſſet, viri cum mulieribus præbuerunt, armillas, & inaures, annulos & dextralia, omne vas aureum in donaria Domini ſeparatum eſt: & deniq; nil habebant pretioſum: quod non libenter offerrent, adeo vt ſequenti cap. dicant artifices ſanctuarij ad Moyſem, plus offert populus quam neceſſarium ſit: iuſsitq; Moyſes, pręconis voce cantari, nec vir, nec mulier quicquam offerat, vltra in opere ſanctuarij: ſicq; ceſſatum eſt à muneribus offerendis, eo quod oblata ſufficerent, & ſuperabundarent. Quod ſane nobis F ignominiæ eſſe debet, vt ſcilicet tam remiſsi ſimus in hac rę.

*Templis Dei non abutamur.*

Cæterum eo iam ſcribę & phariſęi deuenerant vt ita templum negligerent: vt non ſolum non ornarent illud, ſed etiam ex domo orationis facerent ſpeluncam latronum, vt ait ipſis Chriſtus in hoc euangelio, vt iam fere viderentur noſtri ſimiles. Quid igitur expectare poſſumus, niſi vt Deus nobis comminetur, ſicut noſtri ſimilibus comminatus eſt per Aggæum dicens:

*Aggæi. 1. In priuatis ædificijs ſumus prodigi & in templo rũ ædificijs parciſſimi.*

nunquid tẽpus vobis eſt vt habitetis in domibus laqueatis, & domus iſta deſerta? & nunc hæc dicit Dominus exercituum: ſeminaſtis multum, & intuliſtis parum: comediſtis, & non eſtis ſaturati; bibiſtis, G & non eſtis inebriati: operuiſtis vos, & non eſtis calefacti. Quare aſcendite in montem, portate ligna, & ædificate domum, & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit Dominus. Verũ quia id præſtare non vultis, quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinaſtis vnuſquiſque in domum ſuam: propter hæc ſuper vos prohibiti ſunt cæli ne darent rorem, & terra prohibita eſt ne daret germen ſuum, & vocaui ſiccitatem ſuper terram, & ſuper montes, & ſuper triticum, & ſuper vinum, & ſuper oleum, & quęcunq; profert humus, & ſuper homines & ſuper iumenta, & ſuper omnem laborem manuum. Vide igitur quantum ſuccenſeat H Deus contra eos qui de domibus ſuis ædificandis ſunt maxime ſoliciti, cum interim diuina templa negligant. Quid quæſo clarius dici potuit? item 2. cap. ait propheta, quod propter negligentiam ædificandi templum, omnia eorum opera erant polluta & contaminata.

*Aggæi. 2.*

*Magna cupiditate cæcantur aliqui bonorum temporalium.*

*Eijciebat omnes vendentes & ementes.* Sumus quidem vſq; adeo terrenis rebus immerſi, ſicut Iudęi, & cupiditati dediti, quod nequaquam





A quãquã rectam ſequamur viam, etſi eam videamus, & cognoſcamus. ô quam multi condemnantur propter hanc cupiditatem rerum temporalium! primus quidẽ præſcitus in mũdo fuit Caim qui habuit nomen ex cupiditate, nam Caim idem eſt quod acquiſitio, & ita vt ait Ioſephus inuenit pondus & menſuram, & idem inquit ſupplementum Chron. lib. 1. hic diuiſit terras, & agros, & terminos: Vide igitur quomodo ſe iam cupiditate implicaret, etſi latiſsimum haberet mundum, & inhabitatum, deniq; eo peruenit cupiditas vt videretur à fratre impediri, quominus latius tenderet cupiditatis vela, atq; ita fratricida factus

*Ioſe. lib. 1. anti. c. 4.*
*Supplem. chro. li. 1.*
*Gen. 4.*

B eſt. Aegyptios etiam excęcauit cupiditas, vt diteſcerent ſpolijs Hebræorum, & vt eos ſeruituti ſempiternæ ſubiugarent, adeo vt rubro mari ſubmerſi fuerint nec vnus euaſerit ex eis. Et nota quod ait ſcriptura, deuorauit eos terra, etſi à mari ſubmerſi ſint, vt intelligamus quantum ſeruirent rebus terrenis, vt notat Origenes, affirmans cauſam perditionis fuiſſe quod nimium terrenis rebus inhiarent. De talibus ait Petrus in ſua 2. Canonica, cor exercitatum in auaritia, derelinquentes viam rectam, errauerunt ſecuti viam Balaam. An non cæcus erat Balaam præ

*Exo. 15.*
*Origenes.*
*2. Pe. 2.*
*Num. 22.*

C cupiditate, cum non videret quæ videbat aſina? Sic igitur iſti adeo cæci erant & auaritiæ dediti, vt non viderent quod erat luce meridiana clarius, videlicet quod ex domo orationis, facerent domum negotiationis & ſpeluncam latronum.

Ponderatione maxima dignum eſt quod dicat Apoſt: Timot. ſcribens, radicem omnium malorũ eſſe cupiditatem. Scindere quidem ramos alicuius arboris ſubdifficile eſt, at vero radicem ſtirpitus eradicare, ſine maximo labore fieri non poteſt. In hoc mundo habet dæmon plantatam arborem vitiorum, cuius arboris ramus vnus eſt ſuperbia, alius gula, alius luxuria, radix vero arboris eſt cupiditas quæ difficilius eradicatur quam ſcin-

*Tim. 6.*
*Simile.*
*Plantator vitiorum dæmon.*

D dantur rami: hoc eſt cum aliquo labore ſemouebis gulam, & ſenſualitatem, atq; alia huiuſmodi, at vero cupiditatem non ſine maxima difficultate. Si filius tuus in Turcarum manus venit, remedium habet, etſi aliquis ſit labor in eo redimendo. at vero ſi incidat in animalia fera & fame confecta, vix ſupereſt remedium. Omnes quidem peccatores ſunt ſerui diaboli, vt ait Chriſtus apud Ioan. At vero cupidi & auari ſunt eius cibus & eſca. Hoc ſignificare voluit Chriſtus, cum dixit ſerpenti, Terram comedes omnibus diebus vitæ tuæ. Quaſi dicat, vt exponit Aug. cibus tuus erunt peccatores terreni, quorum corda cupiditate plena ſunt: quique oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram.

*Simile.*
*Ioan. 8.*
*Gen. 3.*
*Pſal. 16.*

*Mat. 26.* Satis in cæcitate Iudæ manifeſtatum eſt, quanta incommoda in- E
*Gen. 34.* ue&#x1d; ctet cupiditas. Item cupiditas excitauit Sichimitas vt circun
ciderentur, cum fuit illud ſtuprum dinæ. Vnde dicebant; ſi circun
cidamus maſculos noſtros, ſubſtantia eorum & pecora, & cun-
*Chry. in* cta quæ poſsident, noſtra erunt. Quare permiſit Deus, vt ait
*Gen.* Chryſoſt. illos atrociſsime gladio perire.
*Cupiditatem multi auidiſsime ſectantur.* Olim ſolebant homines propter honorem, & vitam & bona
in diſcrimen vocare, nunc autem honorem & vitam pro diuitijs
obijciunt, tanta ardent cupiditate! Quod videmus in parabo-
la illa vineæ inſinuari: ſiquidem non murmurabant quod prius F
alij mercedem accepiſſent, quod videbatur eſſe honoris, ſed
*Mat. 20.* quod tantum alijs dediſſent quantum ſibi, in quo videbatur cu-
*Diuitiarũ amor nos excæcat.* piditas, & maior cupiditas quam vanitas repræſentatur. Vis vi-
dere quo peruenerit diuitiarum cupiditas? Conſidera quod Hie-
roboam cupiditate excæcatus, altare erexerit, vt ita populus ado
*3. Reg. 15.* raret vitulos, & ſibi maius commodum proueniret. Qua cupidi-
*Simile.* tate adeo excæcatus erat, vt ab ea deduci non potuerit, vel ſi mi
racula videret aridi brachij, & ſtatim ſanitati reſtituti, tũ etiam
quod altare finderetur & cinis ſpargeretur. Vſque adeo multi
ſunt cupidi vt ad extremam vſq; Indiam eant, nec conſiderant
quod quamuis vnus proſperetur, tamen centum ſunt quibus in- G
feliciter res ſuccedit: item his noſtris regionibus etſi aliquis repe
riatur qui ex ſorte amplam pecuniam referat, ſunt tamen innu-
*Sapien. 4.* merabiles quibus res infeliciter cadat. Vnde in lib. Sapien: di-
citur, faſcinatio nugacitatis obſcurat bona, & inconſtantia con-
cupiſcentiæ tranſuertit ſenſum, vt propter incerta, certiſsimis
periculis exponantur. Quæq; etſi reuera conſequantur, cras
*Aug. in meditat.* tamen finienda ſunt. Hinc Auguſt. in meditatio. ait, cur per mul-
ta vagaris homuncio, Deum quære, & ibi bene inuenies.
O ingentem noſtri temporis miſeriam, vt omnes diuitias ſe- H
ctentur olim quidem propter virtutes & ſcientias relinqueban-
tur omnes diuitiæ, nunc vero propter diuitias plurimi homines
*Plutar.* etiam Deum relinquunt. Laudat Plutarchus Phocionem philo-
*Phocion.* ſophum inter Athenienſes, qui quamuis pauper & indigus eſſet,
*Exemplũ notabile.* tamen doctiſsimus habebatur; & quamuis pauper eſſet, non
ideo erat quod diues & opulentus eſſe non poſſet, ſed quia di-
uitias, & opes omnes contempſerat & parui fecerat. Quod a-
perte oſtenſum eſt, nam cum Alexander Macedonum Rex de
Perſis triumphaſſet, & ex ampliſsimis ſpolijs ad Phocionem ad-
ferri iuberet munus quoddã auri, admirans Phocio de tãtis diui
tijs, interrogabat nuncios quorſum Alexander ſibi magis quam
alteri



A alteri philoſopho Athenienſi tam pretioſum munus mitteret?
Cumq; reſpondiſſent nuntij quod ipſe eſſet præſtantiſsimus phi- *Contẽnere*
loſophus. Si hæc ita habẽt ait, dicite regi, vt talem me eſſe ſinat, *debemus*
qualem me eſſe exiſtimat, aurum vero ſuum alijs det, ne in me *tẽporalia*
cito aliud ab eo quod ipſe cogitabat inueniat. Et quamuis di- *bona.*
cerent Alexandrum ideo ſuccenſurum, noluit aurum accipere. *Anaxa.*
De Anaxagora fertur quod multas diuitias ſpreuerit & contem-
pſerit, tandemq; in carcere mortuus fuerit apud Athenas, quod
diceret ſolem non eſſe deum, nec dignum eſſe adorari ſicut tunc *Athenien*
B Athenis adorabatur. Vide igitur quam multis interuallis iſti *ſes ſolẽ a-*
philoſophi quãuis gentiles nos ſuperarent in contẽnendis diui- *dorabant.*
tijs, & quam clarioribus oculis cupiditatem ipſam intuerentur, *c. 9.*
& ab ea abhorrerent.
Cupiditati ait Seneca, nil eſt ſatis, naturæ etiam parum ſatis *Seneca ad*
eſt: nulli tam inops exilium eſt, quod non alendo homini fer- *Albinam*
tile ſatis ſit. Neceſſarijs rebus exilia ſufficiunt, ſuperuacuis ne *matrem.*
regna quidẽ ampliſsima. Animus ipſe eſt qui diuitem quemque
facit, Res plane mirabilis eſt; vt alibi ait idem Seneca, quod per- *Sen. li. 8.*
multi boues atq; cameli in eodem loco paſcuntur, & multi ele- *epiſt. 61.*
C phantes in vno campo, & innumerabiles aliæ beſtiæ in eodem
monte & nemore ſuſtententur, eiſq; omnibus ſuperabundans *Humana*
ſit paſtus, quo animalia illa exaturentur, & tamen cupidus vnus *cupiditas*
dumtaxat & auarus homo non impleatur vnquam & ſatietur: *inſatiabi-*
Vrbibus longe patentibus, prouincijs, regnis, & toto deniq; ma- *lis.*
ri. Omnia enim hæc ſaltem deſiderio complectitur, modoſq; in-
ueſtigat omnes, per quos ſuus inſatiabilis appetitus poſsit im-
pleri & ſatiari.
Quemadmodum canis eſuriens & famelicus, ſi ipſius domi- *Simile.*
nus edens aliquid de menſa proijciat, quam citiſsime illud de-
D glutit, ſtatimq; oculos conijcit perattente in dominum ſuum. *Senec. lib.*
& multis porro corporis motibus, ac caudæ frequenti adulatio- *10. epiſt.*
ne ſignificat famem, quaſique admonet, vt ſibi aliquid aliud mit- *73.*
tatur vt poſsit ſatiari, & quamuis ſæpe proijciatur, adhuc vt ſi-
bi plus detur expectat, vt magis, magiſq; bulimia excitari vi-
deatur. Eadem plane ratione ait Seneca, ſe habet auarus homo, *Auari nũ*
ſemper enim oculos in ipſam fortunam coniectos habet, vo- *quam ſa-*
rans & deglutiens, magis, magiſque eſuriens, & vt plures diui- *tiantur.*
tias & opes ſibi largiatur anhelans, ſic adeo, vt quo plures re-
cipiat, eo amplius in eo habendi & poſsidendi fames inexplebi-
lis augeatur & creſcat.

*Bernar.* *Sitis inexhauſta auari.* E

Duo ſunt, vt inquit Bernardus, neceſsitas, & cupiditas, quæ miſerum hominis pectus perpetuo vrgent, ſtimulant, atque dilacerant. eoq; impellunt, vt omni ratione congerendis opibus incumbat. Sed neceſsitas quidem naturæ conſulere intendit, cupiditas vero luxum quærit. Ex his autem duobus humanæ mentis ſtimulis, vter ſit vehementior, non facile quiſq; dixerit, *Simile.* niſi qui definire poterit vtra ſit vehementior ſitis, falſa ne febricitantis, an vera ſitientis. Nam & æger ob incendium febris vehementiſsime ſitit, & ſanus cum neceſſario ad vitam humore deſtitutus eſt, ſimili flagrat ſiti. *Auari in miſeria viuunt.* F Sic ergo & pauper qui neceſſarijs ad vitam eget, & auarus diues qui non eget, vterq; vehementer ſitit; ille vero eget quibus neceſsitati ſubueniat, iſte quibus libidini ſatisfaciat:

### *Magna rerum temporalium ſolicitudine modo exagitantur homines.*

*Cupiditas impedit animæ quietem:*

VEndentes & ementes. Vide obſecro quam diuerſi eſſent hi contractus & negotiationes, à libero animo, & his curis vacuo, vt Deo poſsit inſeruire. G Plurimum ſane obſtant animæ noſtræ quieti, iſtę immoderatæ ſolicitudines rerum temporalium. Quotidie perdunt miſerrimi homines ſpiritualem guſtum, & rerum diuinarum dulcedinem, quod ſe obruant huiuſmodi negotijs ſecularibus & terrenis. Adeo multi dediti ſunt his curis, *2. par. 36.* vt dicere poſsint quod dicebat Manaſſes, Incuruatus ſum multo vinculo ferri, & non eſt reſpiratio mihi: ſic iſti ita his ſolicitudinibus mundanis exagitantur, vt vix reſpirare poſsint, & quod peius eſt, nunquam fatigantur, nec apertis oculis videre volunt in quo verſentur ſtatu & labore. Quin etiam cum negotia non abundant, affligi videntur, cum tam exercitati ſint H *Oſeæ 10.* tanto oneri ſuſtinēdo. De quibus dici poteſt illud Oſeæ, Ephraim *Exo. 5.* vitula docta diligere trituram. Videns Pharao tantam multitudinem Hebræorum, & quomodo quotidie creſceret, curauit eos occupatione aſsidua diſtinere, & eis poſuit præpoſitos, qui opus vrgerent, & eoſdem caſtigarent, vt ita oppreſsi, ne cogitarent quidem contra terram rebellare. *Origenes.* Vbi dicit Origen. quod dæmon aſtutiſsimus eadem inuentione nobiſcum vtitur: *Cura temporalium impedit nobis viam ad cælū:* Videns enim nos ſpiritu quieto, & quod virtutibus acquirendis incumbimus, curat nos diſtrahere curis & negotijs ſecularibus & vanis, adeo vt tanquam labyrintho aliquo concluſi, nos extricare neſciamus, ſed potius occupati in plantando, ædificādo, vendendo

dendo



A dendo, emendo, litigando, contrahendo, ſolicitando, ita conturbemur & inquieti ſimus, vt Deo vacandi non ſuperſit ſpatium aliquod, nec orandi, nec negotia noſtra ſpiritualia componendi, & conſcientiam perluſtrandi. Vnde fit vt in tanta perturbatione multi homines illicitos contractus faciant, & contaminatam referant conſcientiam.

*Mali parū in Deo confidunt.*

Vnde quæſo prouenire exiſtimatis vt homines tam ſoliciti ſint rerum temporalium? ſane non aliunde prouenit, quam quod parum de Deo fidant, nec ſibi perſuadent à Deo ſibi præ- B ſtanda quæ opus fuerint, vnde fit vt taliter viuant, vt videantur quodammodo nolle ſibi à Deo prouideri, ſicut prouidit olim Eliæ fame laboranti. *3. Re. 16.* Quare præſtiterit multo in Domino confidere quam in hominibus. Longe potius fuit Ioſepho, vt ipſum per aliquod tempus pincerna Pharaonis obliuiſceretur, quam ſi ſtatim cauſam eius tractaſſet: *Gen. 40.* ſiquidem interim Deus eius curam gerebat, & ſomnia Pharaonis diſponebantur, atq; omnia ad maiorem ipſius Ioſephi proſperitatem dirigebantur. Ordinauit igitur Deus vt Ioſeph potius Deo quam ipſi pincernæ ſe obligatum noſſet. Vt doceret nos Abraham quanto ſit præ- C ſtabilius in Deo quam in hominibus confidere, aut in noſtra humana negotiatione, noluit accipere quidquam de his quæ largiebatur rex Sodomæ: *Gen. 14.* Vnde & dixit ei ſe nil accepturum, ne diceretur quod eius cauſa factus eſſet locuples, aut quod propria induſtria ea acquiſiuiſſet, ſed potius omnia Deo accepta ferre voluit, & in eo ſpem omnem locare. Sic igitur nos facere debemus, confidentes ſemper quod tanquam piiſsimus pater nobis proſpiciet ac prouidebit, cum volucribus cæli prouideat de alimentis, & in nido ſtantibus, tum etiam lilia veſtit, & fœnū quod *Mat. 6.* hodie eſt, & cras in clibanum mittitur. Audiamus igitur prophetam dicentem, iacta cogitatum tuum in Domino, & ipſe te enu- *Pſal. 54.* D triet. Non aſſero vt penitus temporalia negligas & deſeras, ſed ne ſis de ipſis nimis ſolicitus, ita vt animæ quietem lædas:

*Parum videtur multi de Deo confidere:*

Offenditur quidem Deus quod videat homines tantam ſolicitudinem gerere rerum temporalium: ſiquidem præſeferre vidētur exiguam fidem & ſpem erga Deum, ita vt videantur exiſtimare aut ipſum non eſſe patrem ſuum, aut non habere prouidentiam harum rerum. Hæ quidem ſunt gentilium negotiationes: vos autem non ſic, ait Chriſtus. *Mat. 6.* Ex eo quidem quod homines ſibi perſuadent ſecum non præclare agi in rebus temporalibus niſi ſummam aſsiduè ſolicitudinem adhibeant, proueniunt multæ & graues Dei offenſiones; videlicet vt temporalia præferamus

 ramus

*Num. 24. Magnam de nobis Deus curã gerit. Mat. 6.*

ramus ſpiritualibus, & negotia corporis, negotijs animæ, con- E
tra quos dicit Chriſtus, nonne plus eſt anima quam eſca? Quaſi
diceret, incumbe tu homo in eam curam, vt mihi libēter ſeruias,
cętera meæ curæ ſunto. An non hoc nobis inſinuare voluit Deus
pręcipiens vt panes propoſitionis ante conſpectum eius in alta-
ri ponerentur nocte dieq; ? nunquid Deus cibo indigebat? Hoc
igitur fecit, vt curam nobis declararet, quam de nobis gerit, &
quod intelligat nos pane indigere. Vnde per Mat. ait, ſcit enim
pater veſter quia his omnibus indigetis: nolite ergo ſoliciti eſſe
in craſtinum: nec debetis tam ſolicite curare quæ mihi incum- F
bunt.

*Magna Dei prouidentia. Homines non ſunt creati ad hæc terrena paranda. Pſal. 8. Pſal. 88. Seneca. Aug.*

Omnia quidem quæ Deus creauit, ſua habent munera & of-
ficia, cæli mouentur, planetæ in hęc inferiora influunt, terra
fructificat, canes alij venationi terreſtri intendunt, alij aquaticæ
deſeruiunt, ſiue oſtentationi prædæ, alij gregi cuſtodiendo, cre-
dibile ergo eſt hominem propter aliquid creatum. Quod ſi di-
cas ad hoc eſſe vt diuitias paret, & mercaturæ intendat. Non
id mihi perſuadebis, nec eſt credibile tam excellentem creatu-
ram propter rem tam vilem eſſe creatam; imo potius vt ait Da
uid, Omnia iſta ſubiecit Deus pedibus eius. Si igitur ad id ho-
mo non eſt creatus, videamus ad quid pręſtandum fuerit à Deo G
conditus: nunquid ait Pſal. Vane conſtituiſti omnes filios homi-
num? neq; credendum eſt eſſe homines creatos ad edendum &
bibendum, ac delicate viuendum, ad quæ videntur homines nego
tiationes ſuas dirigere, ſiquidem Seneca etſi gentilis dicebat:
maior ſum, ad maiora natus, quã vt vileſim mancipium ſenſuũ
meorum. Aequum eſt igitur vt intelligamus quorſum ſit ho-
mo conditus. Vnde Aug. ait, creauit Deus hominem, vt ſummũ
bonum intelligeret, intelligendo amaret, amando poſsideret,
poſsidendo frueretur. Conſidera igitur hoc tempore quantum H
aberrent homines ab huiuſmodi ſcopo, ſiquidem nil magis obli-
uioni tradiderunt. Quid igitur ignominioſius eſſe poteſt, quam
vt ad quod conditi ſumus ignorare velimus?

*Ephe. 1. Laudem Deum in hac vita, ſiquidẽ in alia id facturi ſemper ſumus. Pſal. 121.*

De prædeſtinatis quidem dicit Apoſt. Epheſijs ſcribens, in quo
etiam nos ſorte vocati ſumus prædeſtinati ſecundum propo-
ſitum eius, qui operatur omnia ſecundum conſilium volun-
tatis ſuæ, vt ſimus in laudem gloriæ eius. Quaſi diceret vt in-
cipiamus iam Deum laudare in terra, qui in cælo id ſemper
præſtituri ſumus. Qui hoc non præſtat, merito timere poteſt,
quod non ſit, de numero prædeſtinatorum, quoniam tam pa-
rum ea guſtat, quæ in cęlo guſtare debet, iuxta illud Pſalm. Il-
luc



*Gen. 24. Abac. 1. Confidamus in Deo & nõ in rebus tẽporalibus. Iob. 40. Cupidi homines toto terrarum orbe negotiantur.*

A luc enim aſcenderunt tribus, tribus Domini teſtimonium Iſ-
rael, ad confitendum nomini Domini. Video autem nullam
fere aliam poſſe excuſationem dare, quam quod temporalibus
negotijs impediatur, quo minus id pręſtet. Quare his modum
abhibere debes. Solicitudo quidem nimia Eſau eum pertraxit
ad paupertatem, & tot incommoda, atque ad amittendam pa-
tris benedictionem. Sunt aliqui qui ſolum confidunt de ſuo
labore & ſolicitudine, de quibus ait Deus per Abacuc, immola-
bit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo, quia in ipſis incraſſata
B eſt pars eius, & cibus electus eius. ô miſerabilem hominem qui
in Deo non confidit, ſed in retibus ſuis, quiq; ea de re gloria-
ri ſolet: vt fere fit. Admiratione ſane dignum eſt, quod videa-
mus multos ita immerſos his curis, & negotijs temporalibus
vt merito ipſis quadret, quod de horribili dracone ait Iob. Ec-
ce abſorbebit fluuium & non mirabitur, & habet fiduciam quod
influat Iordanis in os eius. Sic enim iſti nullum regnum inta-
ctum relinquunt, nullamq; prouinciam & nationem, vbi non
negotientur. Vide igitur quam quiete poterunt negotia ſalu-
tis ſuæ tractare, & quã quiete ingrediantur templũ ad orandum.

*Magna eſt multorũ ſolicitudo circa tẽporalia. Magnam gerimus curam rerum tẽporalium. Salutẽ animæ negligimus. Iſa. 42. Iſa. 55.*

C Magna eſt multorum ſolicitudo ne temporalia amittant bo-
na, vnde ſi aliquod officium vel beneficium eſt reſignandum,
vide quam ſint in ea re diligentes, ne aliter hæc temporalia bo-
na amitterent, dicuntq: ſtatim hoc oportune faciamus, ne for-
te cum vellemus non poſſemus. Hic ſane ſolemus tempus ip-
ſum optime obſeruare, & in talibus rebus expendere. Item ne
bona amittamus temporalia, vide quam caute negotiemur, &
quantis cautelis publica inſtumenta per tabelliones publicos
faciamus. Item in hærede creando quantopere obſeruamus ſty-
lum. tum etiam in ſubſtituendo, ſi ille moriatur, quotidie in con
D tractibus mortis mentionem facimus, ſępeq. eam ad memoriã
reducimus dicentes ita eſſe hæc diſponẽda & ordinãda. Nunquã
dicimus, ſed iam ex hoc peccato emergamus, ne nos inopinata
occupet mors: aliena reſtituamus, quia nulla eſt ſecura hora: con
cubinã relinquamus ne morte præoccupemur. Hoc cõquereba
tur Iſa. dicens, qui vides multa nonne cuſtodies? qui apertas ha-
bes aures nonne audis? Quaſi dicat, vtinam ita ſolicitus eſſes de
rebus cæleſtibus, ac ſollicitus es de terrenis. Et alibi idem pro-
pheta ait, Quare appenditis argentum, non in panibus, & labo-
rẽ veſtrũ non in ſaturitate? Quaſi dicat, quare laboraſtis propter
illud quod vos ſaluare nõ poteſt? Quid quęſo facerem? ſi ſine la-
bore fieret acquiſitio diuitiarũ, & cũ delectatione, & cõſeruatio

 poſt-

poſtquam partę ſunt? ſiquidem modo cum incumbat nobis tantus labor in eis adquirendis, nihilominus tamen ita ipſis inhiamus, ac ſi non eſſet laborioſa acquiſitio vel conſeruatio: Non quidem abſq; cauſa voluit Deus vt cum anguſtia & ſudore diuitias pararemus: ſed vt videntes tot labores & ſolicitudines, ab earum amore diuelleremur, Vnde per Oſeam ait, ſepiam viam tuam ſpinis, Quæ quamuis ita ſint, tamen mundani diuitijs inhiant, vt nullos videãtur propter eas ſuſtinere labores: imo nec videntur eos labores cernere. Non ſane myſterio vacat quod gẽtiles & barbari cum eſſent in Arabia, in Aegypto, & Babylonia, & in alijs peregrinis prouincijs, non intelligerent quot haberẽt peccata & quantum portarent onus, & tamen hoc videret Iſaias in Hieruſalem poſitus, ſicut in multis capitibus prophetiæ ſuæ manifeſtat cum ait: onus Babylonis, onus in Aegypto, onus in Arabia, onus in Damaſco: In quo voluit ſignificare quæ quotidie accidere videmus his negotiatoribus, vt ſcilicet nos cum videamus quotidie ipſos reuoluentes libros rationum ſuarum, item exigere & ſubducere rationes, legere litteras & reſcribere, item pecunias recipere & congerere, ſolemus dicere: Deus bone, quo modo poteſt vir ille ad tantas ſufficiens eſſe negotiationes? Vnde illi vires ſuppetunt, vt tantum valeat & poſſit ſuſtinere humeris ſuis onus, & prouinciam tam duram? Quomodo poteſt tot tãtoſq; ſuſtinere labores & defatigationes? Quę tamen omnia ipſe non videt, cum tamen humeris ſuis ſuſtineat, propterea quod cupiditas ipſa & auaritia eum cæcum reddit.

*Acquirẽ e diuitias laborioſũ.* — E

*Oſea. 2.*

*Figura.* — F

*Iſa. 13. 21 23. &c.*

*In magna quidẽ anguſtia viunt auari quod tamen non agnoſcunt.* — G

## FERIA III. POST. I. DOMIN. QVADRAG.

## CONCIO TERTIA.

H

*Templum Dei eſt anima noſtra, non igitur eã inquinemus.*

CVM *Intraſſet Ieſus Hieroſolymam.* Mat. 21: Vide quam varij ſint ingrediendi modi in Hieruſalem, & in templum. Ingreditur quidem inſidens aſinæ, & Iudæos de templo flagello eijcit, & menſas numulariorum euertit atq; columbas. Sic duobus modis ſolet Deus in animam noſtram tanquam in templum venire: vno quidem modo cum maxima ſuauitate & manſuetudine, cum dicimus: ô Deus meus quis eſſet tam felix, qui ſe totum tuo obſequio conſecraret! ô ſi nunquam à tuo complexu & amore diuelleremur, ſi nunquam te offenderemus, ſi ſemper poſſemus in tua diuina gratia per-



A permanere, & iam in hac vita dulcedinem gloriæ guſtare inciperemus! Aliquando vero ita ingreditur quaſi furibundus & comminando, cum dicimus, o me miſerum, ecquando ſeruitutem diaboli excutiam, quando omnem prauitatem deponam, quando ſatanæ miniſter eſſe deſinam? Quid ſi nunc ſubita morte corriperer? Tunc igitur Deus totam commouet animæ noſtræ ciuitatem.

*Diuinas inſpirationes recipiamus.*

Non eſt mirum ſi cum ingrederetur arca domini in templum dagonis, illico idolum confringeretur: ſiquidem cum Deus animam noſtram ingreditur, illico recedunt vitiorum idola. Et timor Dei nos penetrat, atq; ita toti immutamur, vt qui nos norunt, dicant, quis eſt hic? Quæ tanta metamorphoſis? Hæc plane eſt mutatio dexteræ excelſi:

B

*Cum Deus in animã ingreditur, quanta adportet bona.*

*Eiecit omnes vendentes:* Eijcit iſtos negotiatores, non quod vendere & emere ex ſe mala ſint, ſiquidem reſpub: ſine negotiatione huiuſmodi non poteſt ſuſtentari. Veruntamen vſq; adeo homines ſeſe obruerunt huiuſmodi negotiationibus, vt quo plura poſſident, tanto plura aueant & appetant, ita vt cum diuitijs ſimul etiam creſcat earum cupiditas: quod vtiq; adulantibus canibus euenire videmus, vt quo magis eos paueris, tãto plus creſcere videatur eorum bulimia.

*Pſal. 76.*

*Vendere & emere ex ſe malũ non eſt.*

*Simile.* — C

*Domus mea, domus orationis vocabitur.* Si illicitæ ſunt huiuſmodi negotiationes in templo materiali, annon magis illicitæ erunt in templo viuo animæ noſtræ? cur igitur tam ſoliciti ſumus circa mundana? & cur peruerſas cogitationes in anima noſtra tanquam in porticu demorari ſinimus, cum videamus propter has Deum ex ſede animæ noſtræ diſcedere & ſemigrare, tanquam ex templo?

*2. Cor. 6.*

D

### *Obſtinati in quanta viuant miſeria.*

CVM Deus in animam ingreditur, & eam pulſat diuinis inſpirationibus, magna operatur: at vero interdum ſunt aliqui ita obſtinati, vt tales impreſſiones non recipiant: De quibus Apoſ. ait, cauteriatam habentes cõſcientiam. Nam quemadmodum caro ipſa igne cauteriata, dura relinquitur & inſenſibilis: ſic aliqui vitiorum igne ita cauteriatam habent animam, vt nulla exhortatio, vel inſpiratio, aliquid ibi operetur. Ad hæc igitur tam dura emollienda corda plurimum prodeſſet ſæpe mente reuoluere inferni lamentabiles pænas, Chriſti paſſionem, tum etiam quantum is perdat qui Deum perdit. Annon mirabile eſt

*1. Tim. 4.*

*Simile.*

*Dura corda quomodo molliẽtur.*

 quod

quod tam aſsiduę conciones quas audimus, nihil nos moueant, E
*Ionæ.3.* præſertim cum paucula Ionæ verba, ampliſsimam Niniuæ ciui-
tatem tantopere commouerent, vt ex toto corde conuerteren-
tur omnes, & pœnitentiam agerent? nos vero nulla prodigia
*Exod. 6.* etiã, nec oracula diuina vllo pacto mouent. Querebatur quidem
Moyſes, & dicebat corã Deo: ecce filij Iſrael nõ audiũt me. Quaſi
diceret, populus ita diuinitus inſtructus, & tot prodigijs cõmo-
tus, nõ vult credere quod ei nomine tuo propono, itaq; nec mo
*Obſtinati in quanto verſentur periculo.* uetur, neq; doctrinã meã audire vult. Si barbari eſſent, non mi-
rarer, at vero quod familiares tui non cõmoueantur tali doctri F
na tua à me prædicata, id vero me in maximam ducit admiratio
nem. Nobis quidẽ iſta etiã congruũt, & de nobis dici poteſt, quod
ſanctus Moyſes conquerebatur dicens: teſtes inuoco hodie cælũ
& terram, quod propoſuerim vobis vitã & bonũ, benedictionẽ
*Deut. 30* & maledictionem: quaſi diceret cum vos his nõ cõmoueamini,
cõmouebũtur ſane creaturæ inſenſibiles, etiã ſaxa ipſa contra
vos teſtabuntur in iudicio, contra veſtram duritiam & rebellio-
*Geneſ.31.* nem: Si Iacob & Laban tumulum lapidum erexerunt in teſtem
pacti, dicendo, tumulus iſte erit teſtis inter me & te hodie, nõ eſt
*Pſal. 105* mirum quod ponantur in teſtes lapides, qui teſtificentur contra G
duritiem noſtrã: tuncq; non audebit mutire peccator cũ ſe victũ
viderit. Si quidem, vt ait regius vates, iniquitas oppilabit os ſuũ.

*Perſiſtere in peccato quãtũ noceat.* Quod aliquis conſenuerit in peccato, in cauſa eſt quod aliquis
in vitio perſeueret, & nõ cõmoueatur, etſi audiat multos clamã
tes prædicatores, & pulſantes inſpirationes. Qui peccare inci-
piunt, etiam exiguis vocibus commouentur. Turdi quidem
*Simile.* qui dudum in turrim venerunt, ſtatim commouentur, cum cym
bala ipſa perſonant, & celeriter auolant, at vero qui ibi diutius
perſtiterunt, nõ auolãt, ſed quieti manent: Nos igitur duriores
adamante ſumus, quos non cõmouere poteſt aliquid ad deuotio H
nẽ, & lachrymas, & cõpunctionẽ. Si quod natũ eſt ſi cõburatur
aquã emittere, ſi igni nõ admoueatur, nũquã aquã emittet, etſi
*Similitu.* multis inferciatur odoriferis herbis: ſic quamuis multa dicas du
*Amorem Dei non habemus & ideo in virtute nõ proficimus* ro viro, niſi concipiat in ſe ignem amoris diuini, nũquã lachry-
mas emittet cõpunctionis. Peſsimum eſt ſane indiciũ quod ali-
cuius conſcientia herbis varijs delectationum & vitiorum abun
det, & tamen lachrymas aliquas non diſtillet quæ ſint indices a-
moris, vel timoris Dei. Hoc voluit ſignificare Deus cum dixit in
Num. decima dies menſis ſeptimi erit vobis ſancta, atq; venera-
*Num.26* bilis, offeretiſq; hircum pro peccato: quaſi ſibi vellet non eſſe
diem feſtum in quo nõ placeant Deo lachrymæ & cordis com-
punctio,



A punctio, atq; ad Deũ conuerſio. Cum videt ſeruus Dei peccata
aliciuius & relaxationem, inde occaſionẽ ſumit ad conſideranda *Simile.*
aliqua quę ſibi animum in Deum incitent. Adã quidẽ poſt quam *Gene. 3.*
expulſus eſt de paradiſo, ex loco aliquo contuebatur paradiſum
vt poſſet mente recolere peccatum quod commiſerat, et pro eo
dolere. Vtinã quotidie nos ad Chriſti pedes abijceremus, & ſup
plicaremus vt in animam noſtram ingrederetur, & intima cor-
dis noſtri commoueret, quomodo enim tunc tota animæ no-
ſtræ reſpub. commoueretur? At vero ita refrigeſcimus, vt deuo *Parũ ſumus deuoti.*
B tio noſtra iam penitus extincta videatur. Sunt vero mali ita in
vitijs perſeuerantes, vt in peccatis iuuẽtutis adhuc perſiſtant, &
in ipſis moriantur, atq; ita duret hæc peccati febris in ſempiter *Obſtinatio deteſtabilis.*
nũ. De quibus dicit Iob, oſſa eius refulgebunt vitijs adoleſcen-
tiæ eius, & cum eo dormiẽt. Caue igitur tibi peccator, & noli
imitari duritiam pharaonis, ne deterius tibi aliquid contingat. *Iob. 20.*
Vide quoniam horrendum eſt incidere in manus eius, à quo iã *Exod. 7.*
ſeptuagies ſanatus es, ne audias, illud Hiere. inſanabilis facta eſt *Hebr. 10.*
plaga tua. Mirum ſane eſt quod qui nauigant, quãtũuis peſsimi *Hier. 30.*
ſint, nihilominus tamen ſi tẽpeſtate aliqua percellantur, ſtatim *Similitu.*
C ad Deum accurrãt, & conuertantur, ac confiteantur peccata ſua
nos vero qui quotidianis pene malorũ vndis atq; procellis ia-
ctamur, quos aſsidue tot clades, tot morbi, tot fames, & atro-
ciſsimæ peſtes vexant, quos ex altera quidem parte immaniſsi-
mus Chriſtiani nominis hoſtis, Turcarum princeps, tot cladibus
affligit, ex altera vero parte hæreticorum furor, infinitis prope
modum & nouis quotidie erroribus vexat (quorum alter cor-
poribus, alter animis peſtem, exiliumq; adfert) neq; hanc tan- *Noſtra ſcelera & miſerias agnoſcamus.*
tam Eccleſiæ ruinam, ab irato & infenſo domino immitti credi
mus, vt appareat dominum hoc quoq; tempore pertinaciam
D noſtram, illis Iſaiæ verbis caſtigare poſſe. Super quo percutiam
vos vltra, addentes præuaricationem? Nullum eſt hominum ge-
nus quod minus moueatur verbo Dei, nec diuinis inſpirationi-
bus, quam qui in ſua confidunt iuſtitia. Quidquid enim audiũt *Iſa. 1.*
de pęnitentia, non putant ad ſe pertinere, ſunt ſcilicet ex nu-
mero nonaginta nouem iuſtorum, qui non indigent pænitẽ- *Ferus in Ioann. 1.*
tia: quibus dici poteſt quod ait Chriſtus, ſi in Tyro factæ fuiſ
ſent virtuteſquæ in vobis factæ ſunt, pænitentiam vtiq; egiſſent *Luc. 15.*
Item publicani & meretrices præcedent vos in regno Dei. Et *Matt. 11*
quoniam nullo pacto impij commouentur ad pœnitentiam, *Matt. 21*
poteſt vtiq; de ipſis dici, quod ait Hier. percuſsiſti eos, & non *Hiere. 5.*
dolue-

doluerunt: attriuiſti, & renuerunt accipere diſciplinam: indura- E uerunt facies ſuas ſupra Petram, & noluerunt reuerti.

*Simile.* Duri & obſtinati in malo, per verba & prædicationes, & inſpirationes, non emolliuntur, ſicut duri lapides, ſuper quos ſi cadet aqua, non molleſcunt interius. *1. Reg. 2.* Sic Heli verbo filios corripuit, ſed non profuit, vt 1. Re. habetur: *1. Reg. 8.* Samuel ſatis dixit populo graues conditiones regis, & voluntatem Dei, ſed non potuit immutare animum eorum, *1. Reg. 18* nec per verba Ionathæ admonentis, nec per beneficia Dauid cor durum Saulis potuit immutari. Multa verba dixit Abner ad Azael, vt non perſequeretur eum, F *2. Reg. 2.* ſed ipſe non aſſenſit, & occiſus crudeliter fuit, vt habetur 2. Re. Nuntij Ezechielis inſtruebant & prædicabant viris Iuda, ſed ipſi *2. Par. 30* obdurati, ſubſannabant eos. Duri & obſtinati quantumcunq; viderint ſigna & mirabilia fieri, propter hoc non mollificant mẽtes ſuas: *Exod. 5. 6. 7. 8. & 9* ſic induratum fuit cor Pharaonis, quod ad nulla ſigna quæ Moyſes de mandato Domini faciebat emolliebatur ad credendum Domino, vt in Exo. habetur. Duri & obſtinati non ſolum non acquieſcunt, ſed etiam ſi reprehenduntur, peiores fiũt. *Geneſ. 4.* Nam durior fuit Cain poſt admonitionem Domini, & fratrem occidit. *2. Par. 24* Obſtinati Iudæi Zacharia increpante & commonente, G eum crudeliter occiderunt. *Act. 7.* Idem ſucceſsit Stephano.

### *Vitas aliorum non inueſtigemus.*

QVis eſt hic? Curioſi ſunt pleriq; in aliena vita exploranda, & in percunctando de varijs quinam ſint, & quomodo viuant: *Eccle. 21.* ſed longe præſtabilius eſſet ſi de ſe ipſis inquirerent quomodo viuant. Hoc inſinuauit Eccle. dicens, qui timet dominum, conuertetur ad cor ſuum. *Simile.* Cum aliquis etſi centum viuat annos, ſe ipſum nondum plane cognoſcat, quorſum percontabitur qui ſint H alij, cum præſertim in ſe ipſo tanta videat emendanda? *Alienos exploramus defectus, qui ad proprios cæcutimus:* Qui locupletem aliquam domum inhabitat, & cibo ac potu abundantẽ, non curat inde exire. Si quidem habet innumera quibus opus habet intra domum: Qui vero domum habet male ordinatam, & non habentem neceſſaria, ſemper foris quæritat aliena. Probus quidem vir intra ſe habitat, at vero malus, vitam aliorum inueſtigat. *Maledici ſunt multi & detractores omnium.* Non aſſequentur multi palmam cæleſtis regni, cum nolint intelligere vbi reſiſtere debeant hoſti & tentationibus: ſi quidem ita præliari volunt, vt detrahant omni hominum ſtatui, clericis, monachis, connubio iunctis, viris, fæminis, epiſcopis & prælatis, & inquirunt quid faciant, vnde veniant, quomodo viuant



A viuant, & quomodo ex paupertate, diuites facti fuerint. Alij de mulierum pompis multa dicunt, & quomodo mariti patrimonium exhauriant. *Indicant de vita aliena, qui ſuam obliuiſcuntur* Alij de gubernatoribus reipub. loquuntur tã ſpiritualibus quam temporalibus, per ſingulos diſcurrendo, dicendoq; quod aliter ipſi ſe gererent, ſi reipub. clauum moderarentur. Vnde fit vt ſui ſemper obliuiſcantur, qui ita aliena quæritant, atq; ita à dæmone vincuntur & vinciuntur, cum minus id exiſtimarent, & ſe alienis negotijs applicarent. *Similitu.* Ite ſane multi de aliena vita inquirunt, & aliorum facta explorant atq; dicta, vt B inde confuſionem maximam & ignominiam reportent, atq; incommodum. Sunt ſane inſtar canis, qui adeo os ipſum dentibus rodit, vt ſanguinem ex gingiuis eliciat, & os ſuũ lædat. *Qui de alijs murmurant, etiam ipſi ab alijs taxantur.* Qui enim huiuſmodi detrahentes audit & ſuſurrantes, ſtatim dicit videte obſecro quis loquatur, cum potius tacere deberet, ſi ſuæ exiſtimationi conſultum cuperet: ſatius igitur eſſet tacere, & in ſinum ſuum manum immittere, nã illã vtiq; leproſam educeret: aperte enim nouimus qualis ſit ipſe, & in quanta verſetur ignominia. *Simile.* Sunt igitur iſti inſtar gallinæ quæ interdum ſcarificando, & terram fodiendo, cultellum aliquem inde educit, quo C iuguletur.

Sane ſicut experientia ipſa rerum magiſtra, & philoſophus ipſe nos docet, *Ariſto. 2. de Ani.* inter obiectum ipſum & potentiam debet eſſe diſtantia requiſita & proportionata. Vnde fit vt multi homines qui ſe prope intuentur, ſine vlla diſtantia, propter ſui amorem, quo ducuntur, non poſsint ſe rite contueri, ac diligenter explorare & rimari: aliena vero facta, quæ paulo remotius proſpiciunt, accuratius diſpicere ſolent, & de ipſis iudicium & cenſuram ferre. Quare vt exploratius propria noſcãt facta & flagitia, neceſſe eſt vt ſub aliqua tertia perſona, ea conſpiciãt & con- D tueãtur. Hinc factum eſt vt Nathã, ipſius Dauidis ſcelus ſub aliena perſona depinxerit atq; deſcripſerit. *2. Reg. 7. Exod. 4.* Figuram etiam huius rei in eo habemus, quod Moyſi virga ipſa à ſe ſeparata, ſerpẽs appareret: cum autem eam ſibi admoueret, videbatur virga recta: ſic vtiq; aliena facta videntur nobis inepta & flagitia; noſtra vero, cum ea prope intueamur, recta videntur: *Qui iudicant alienã vitã ſæpe falluntur.* & cum noſtra negligamus, inde fit vt aliena dirigere & ad normã reducere velimus murmurando atq; dicendo, quis eſt hic? *Simile.* Videas quidem ſæpe in magnis ciuitatibus, ne filij à domo aberrent, ſolere matres tabellam quandam inſcripto nomine parentum & viciniæ, ipſis apponere: ſic igitur nos ſi attente conſideremus, intelligemus quotannis nobis à matre Eccleſia in frontibus ſcribi quod filij

filij pulueris & luti ſumus, & quod domus noſtra ſit ſepulchrum: E
ſane qui hoc obliuiſcitur, & aliena facta inquirit & rimatur, nõ
poterit non perire.

*Mat. 16.* Cum Chriſtus à Petro percontatus eſt, quem dicunt homi-
nes eſſe filium hominis? nõ de alienis percontabatur, ſed de ipſo
inquirebat, vt intelligamus nos non debere alienam perſcruta
ri vitam & facta, ſed noſtrum debere inſpicere & cõtẽplari ſinũ.
*Pſal. 9.* Cæterum cum cognitio ſui ſit adeo difficilis, vt Dauid dicat, de
licta quis intelligit? Præbet nobis exemplum per alienas perſo-
nas id inquirendi de vita noſtra, vt ſcilicet à talibus hominibus, F
ab omni paſsione remotiſsimis, quales nos ſimus, vere intelli-
*Exẽplum* gamus. De Philippo quidem Macedoniæ rege legimus, quod in
ter alios pediſſequos, vnũ haberet qui ipſum ſæpe quotidie hac
voce commoneret, Philippe, homo es: qui ſane famulus in præ-
*Contẽple mur quales ſimus, & nõ inſo leſcemus.* ſtantiori officio quam cæteri, ipſi ſeruiebat. Hinc etiam eſt quod
Deus ſæpe Prophetas ſuos appellare ſoleret, filios hominis, ne
præ tantis vaticinijs & oraculis diuinitus acceptis, aliquando in
ſoleſcerent & ſuperbirent. Nam certe hoc tempore iam fere le
ui de cauſa ſolent multi inſoleſcere, atq; vſq; adeo ſibi placere,
vt obliuiſcentes propria facta, aliena diligentius perveſtigent G
& indagent, dicentes, quis eſt hic?

*Aliena fa cie iudicamus.* Curioſi multi ſtatim eſſe ſolent in exploranda & rimanda alie
na vita, & cenſura facienda de vnoquoq;, etſi leuiſsima admo-
dum huiuſce rei & perexigua indicia habeant cum tamen il-
lud exploratiſsimum ſit, nos facile labi ſolere & errare, multa-
que iudicia temeraria facere, deprauata, atque corrupta. Sic va
gao cubicularius Holophernis, facile iudicauit Holophernem
*Iudit: 14* cum Iudith dormire, cum longe aliter eſſet. Hinc ſanctus Iob di
cebat, cum pax ſit, ſemper malus ſuſpicatur inſidias. Multi de
*Iob. 15.* integritate ſua ſoliciti, & vitia ſua minime conſiderantes, in H
aliorum delicta ſeueriſsimi iudices ſunt, qui nunquam non in
ore aliorum crimina habent, cum tamen ſeipſos non inſpiciant
*Simile.* neque ſua ipſa ſcelera, quæ erunt fortaſſe multo grauiora, vi-
deant: Itaque ad aliena delicta lynceos, ad ſua vero contem-
*D. Bern.* planda, talpæ oculos habent. Curioſum enim ait Bernar. ge-
nus hominum, ad cognoſcendam vitam alienam, deſidioſum
vero ad corrigendam ſuam. Qua in re ſenibus quibuſdam ſimi
*Simile.* les plerique mihi eſſe videntur, quorum acies oculorum ſic af-
fecta eſt, vt cum res à ſe diſtantes videant, tamen prope poſitas
*Luc. 18.* minime vident. In templo quidem erat Phariſæus orans, qui
tamen inde quotquot in plateis erant, raptores, iniuſtos, & pu-
blicanos



A blicanos videbat: cum tumorem tamen ſuum, quem intra ſe ha
bebat, minime cerneret, trabemque in oculo ſuo gerens, nec vi
*Suos defectus obliuiſcuntur qui alienos rimantur.* dens, publicani ſolicitus erat: qui omnium aliorum oblitus, to-
tus in ſcelerum ſuorum cogitatione verſabatur. Solus vero ille
aliena vitia carpenda maxime idoneus eſt, qui nil habet quod
vere reprehendi poſsit.

*Templum Dei reuerenter tractandum eſt & frequentandum:*

ET *intrauit Ieſus in templum Dei.* O ſi ingrederemur Dei templũ
B vt facere oportet, quanto præſtantius negotiaremur, &
*Si templa reuerẽter ingrederemur, proſperiores exiremus.* quanto cumulatiores donis egrederemur. Cur obſecro exiſti-
matis nos qui tam ſæpe tẽplũ viſitamus, tam parum proficere?
Sane propter minimam deuotionem quam gerimus, quin po-
tius accedimus ſuperbia inflati, vanitate, & oſtẽtatione. Væ illis
qui cũ tali accedũt præparatione! væ vobis, ait Deus per Amos
*Amos 6.* propheram, qui opulenti eſtis in ſion, optimates, capita populo
rũ, ingrediẽtes pompatice domũ Iſrael. Quis quæſo audeat põ-
patice ad regẽ intrare, & præſertim ſi fuerit ei proditor? Quia
*Quomodo debeamus tẽplum intrare.* igitur Deũ offendimus quotidie, accedamus ad eũ tãquã rei &
C criminoſi, veniã petituri: Sed iã heu, nõ veniũt multi ad tẽplum,
niſi vt ad porticũ, ad colloqnẽdũ, & negotia tractãdũ, ad contra
ctus multos faciendos: Ita cõuenit hebræorũ cordi, id quod Deus
dixit eis, comprehendẽs eos pro adoratione vituli, vt dicat tex-
*Exod. 33.* tus, quod nullus cultu ſuo ex more fuerit indutus. Depoſuerunt
ergo filij Iſrael ornatũ ſuũ à monte Oreb. & vos vt delictorum
*Accedere cũ pompa ad tẽplũ, quãtũ noceat.* veniã impetretis, acceditis ad feſtũ diẽ celebrandũ, cũ maximo
cultu corporeo & põpa. Sed quid de mulieribus dicã, quarũ va
nitas iam tolerari nõ poteſt, cũ ſe aliquæ interdũ more meretri-
cio propter tãtã vanitatem ornẽt? Hiccine eſt aptus modus acce
D dẽdi ad tẽplũ, ad placandum Deum, & ad ſanctos inuocandos, vt
noſtrorum delictorum veniam à domino impetrent? Rex quidẽ
*Ionæ 3.* Niniuitarũ cũ ſuis poteſtatibus etſi barbaris, intellexerunt, quod
*Humiliemus nos, ſi cũ Deo commode tractare res noſtras volumus:* ad peccatorum veniam implorandam, & ad Deum placandum,
non erat accommodatum veſtibus vti ſericis & prætioſis, ſed po
tius veſtes ſuas delicatas, in aſperitatem & ciliciũ cõmutarũt: tu
vero qui te Chriſtianum iactas, audes ante Deum apparere,
quem tantopere offendiſti, cum tanta pompa & vanitate? Di-
ces tu, ego quidẽ delicate ſemper nutritus ſum, et ſi cilicio vte-
rer, aut ſubucula linea non vterer, ſtatim in morbum incide-
rem, etſi aliter victu vterer ſtatim ſalus mea periclitaretur.
O te miſerabilem, quomodo igitur ſi tam delicatus es, ſentis te
poſſe

poſſe tormenta inferni tolerare,& voraciſsimas illas flammas, E ad quas te deliciæ,iſtæ tuæ,& viuendi modus præparant? dicito infelix, non times circuire vrbem nocte ſerena & intempeſta, atq; frigus,caloremq; ſuſtinere,propter tuas vanitates,& nequiſſimas inambulationes, ac prophanas muſicæ delectationes,nec times infirmitatem quæ tibi contingere poteſt, cum tamen ſæpe in ludo pernoctes, & in conuiuijs & compotationibus, atq; ad bibendum omnes prouoces,non timẽs quod minatur Chri. *Iſa. 5.* per Iſa. dicens,væ qui conſurgitis mane ad ebrietatem ſectandam,& potandum vſq; ad veſperam , vt ideo æſtuetis , cythara F & tympanum,& tibia,& vinum in conuiuijs veſtris, & opus domini non reſpicitis:his inquam tam inordinatis compotationibus,morbum non times,& times ſi moderato vtaris cibo & *Amos.6.* ad pœnitentiam agendam ? Audite ergo tales delicati , quid Deus dicat per prophetam Amos,væ vobis qui dormitis in lectis eburneis,& laſciuitis in ſtratis veſtris, qui comeditis agnum de grege,& vitulos de medio armenti.

*Multi ſũt diſſoluti in tẽplo.* Sed quid dicemus iam de diſſolutionibus,quæ fiunt in templis hoc noſtro tempore,adeo vt multi iam illuc tendant vt videant laſciua ,& videantur? Quot conniuentes & impudici oculi? iam G multis videtur ad vrbanitatem pertinere,vt in templo ſe mutuo impudice contueantur,cum tamen & Deus inde offendatur, & proximus ſcandalizetur.Non abs re ſane erat hic vſus in Eccleſia tempore beati Auguſtini,& Ambroſij,atq; Illephonſi , vt inter viros & fæminas velum quoddam interponeretur:atq; vtinam adhuc hic mos duraret.Sane plurimum refert , occaſiones *Occaſiones quæ nocere poſſunt fugiamus.* peccandi amputare.Super illum locũ Gene.23.vbi dicitur quod ſepeliuit Abraham Sarram in ſpelunca duplici , dicunt aliqui expoſitores quod eſſet diuiſa in duas partes,quarum alia deſeruiret viris,& alia fæminis,vt inde intelligamus quod ſi ita diuidi H in morte honeſtum erat,quanto honeſtius erit in vita homines *Geneſ. 3.* ipſos à mulieribus diuidi ? Sane Eua mater noſtra ſatis aperte declarauit quantum conducat noxias declinare occaſiones,cum dæmoni dixit,ſibi præcepiſſe Deum ne tangerent lignum illud, cum tamen præcepiſſet ne comederent.Sed tamen ipſa optime intelligebat quod ex contactu poterant ad vetita irrumpere, ſicut factum eſt etiam ex minori, videlicet ex ipſo viſu. Vnde tex- *Geneſ. 3.* tus ait,vidit mulier quod pulchrum eſſet lignum. Item aliud habemus exemplum in Gen. Vbi dicitur , quod videntes filij Dei *Geneſ. 6.* filias hominum quod eſſent pulchræ &c.Inde enim ſecutum eſt quod ad eas acceſſerunt,& ipſis abutebantur, ac tandem vniuer

ſale



A ſale venit diluuium. Non abſq; cauſa dixit ſanctus propheta, auerte oculos meos, ne videant vanitatem. *Pſal.118.*

Porro cum quanta puritate velit Deus vt ad templum ſuum accedamus,figuratum eſt in Exo. vbi ita præcepit Deus Moyſi *Exod.30.* dicens:facies labrum æneum ad lauandũ,& miſſa aqua lauabunt Aaron & filij eius manus ſuas & pedes,cũ ingreſſuri ſunt tabernaculum.Per manus operationes,per pedes affectiones intelliguntur.Non licebat niſi paucis & mundis intrare in templũ , & tangere vaſa eius,vt habetur in Num.Et tamẽ tibi videtur quod *Num. 4.* B poſsis intrare templũ,vbi Chriſtus habitat , cũ vitijs coinquinatus ſis. Cæterum laudabile eſt templa frequentare reuerenter, vnde Tobias commendatur quod frequenter iuit ad templũ Deum oraturus.Eunuchus candacis reginæ Aethiopum cõmendatur,qui de Aethiopia veniebat in Hieruſalem ad viſitandum *2.Tim.1.* templum,& ſedens in curru legebat Iſayam Prophetam:quod eſt contra illos qui ad ſacra loca euntes & redeuntes,non referunt *Acto.8.* documenta,ſed vana,& interdum laſciua atque prophana.

Eccleſia quidem debet eſſe libera , & gaudere priuilegio li- *Eccleſiæ immunitates ſeruandæ ſunt.* bertatis, vt fugientes ad eam ſaluentur. Rex Demetrius ſtatuit C quod quicunque fugeret ad templum , eſſet liber vt habetur 1. Mac. ſed hodie aliqui iudices ſibi videntur aliquod præclarum *1 Mac.4.* edere factum,ſi violent Eccleſiæ immunitatem,& ſacerdotes indigne tractent atq; inde eos omnes educant etiam per violentiam:quod ſane ſolet Deus acerbiſsime punire,ſicut puniuit Heliodorum,& eos qui armati ingreſsi ſunt per violentiam in templum,nec reuerentiam ſacerdotibus habuerũt.Talis autem fuit *2.Ma. 3.* punitio,vt cum rex percõtaretur ab Heliodoro,an is eſſet aptus adhuc ſemel Hieroſolymam mitti , ait:ſi quem habes hoſtem, *Solet Deus punire eos qui violentiã tẽplis inferunt.* aut regni tui inſidiatorem,mitte illuc,& flagellatum eum reperies,ſi tamen euaſerit, eo quod in loco ſit vere Dei quædam vir- D tus.Verum quidem eſt non in omnibus delictis valere huiuſcemodi immunitatem : nam & in Exo. dicebatur,ſi quis per induſtriam & inſidias occiderit proximum ſuum, ab altari meo euelles eum,vt moriatur. *Exod. 21.* At vero in quibus valet immunitas , eam non ſeruare , adeo criminoſum eſt,vt qui fecerit & libertatem Eccleſiæ violauerit,ſciat ſe à deo atrociſsime puniendũ.Si enim Heliodorũ ita Deus caſtigauit,barbarum ſcilicet hominẽ & militem,quãto putas atrocius atq; ſeuerius caſtigaturum iudicem Chriſtianum,qui huiuſcemodi ſanctorum templorum immunitatẽ non obſeruauerit,ſed potius temerario auſu eam violare & labe factare non dubitauerit?

# FERIA III. POST I. DOMIN. QVADRAG. E

## CONCIO QVARTA.

*Magna peccati miſeria. Similitu.*

CVM intraſſet Ieſus Hieroſolymam &c. *Mat.* 21. Magna quidem eſſe debet peccati miſeria, quandoquidem ita Deus ſuccenſet, vt homines flagello de templo expellat: ſed quanto maior erit vindicta in futuro ſeculo? Dic obſecro, ſi videres matrem vnice amantem filium ſuum, ita vt nil in hac vita magis amet, quem poſtea videret in ardenti clibano poſitum, & ibidẽ ardere per multos annos, nolletq; ipſum iuuare, imo potius rideret, & ipſum ardentem conſpiceret, diceretq; ibi perſolues peſsime offenſam in me commiſſam: nonne iudicares fuiſſe maximam illam offenſam? Sane Deus nos plus amat quam omnes matres ament filios ſuos, & ita credendum eſt quod cum nos mittit in infernum ad omnẽ æternitatem, magna eſt ipſius peccati malitia, ſi quidem Deus piiſsimus eſt & miſericordiſsimus, iuxta illud Iſa. indignatio non eſt mihi, quis dabit ſpinam & veprem in prælio, gradiar ſuper eam, ſuccendam eam pariter? an potius tenebo fortitudinem meam? Videtur ſignificare quod neſciat indignari, & quod tamen debeat indignari, & quærat quis manibus arma miniſtret, & flagellum paret vt caſtiget malos, etſi quodammodo videatur a ſe alienum. F G

*Quantum indignetur Deus cõtra perverſũ peccatorem. Iſa. 27.*

### *Oratio eſt maximi momenti.*

*Accurramus in tẽplũ Dei, cũ neceſsitas occurrit Hier. 33. Pſal. 65. laudabile eſt vt pauperum neceſsitates videamus vt ita magis ad miſericordiã prouocemur. Tob. 4.*

Intrat Chriſtus in templum, & illud vocat domum orationis, vt intelligamus quod quamuis ipſe benenorit neceſsitates noſtras, tamen velit vt nos eius opem imploremus, & noſtram neceſsitatem profiteamur. Hoc quidem apud Hiere. ſignificauit dicens, clama ad me, & ego exaudiam te: in quo quidem, cum ait, clama, ſatis aperte declarat ſe cupere vt nos ipſum oratione pulſemus. Sic Dauid intelligebat, cum diceret: benedictus Deus, qui non amouit orationem meam. Vnde etiam colligas quam ſit vtile vt pauperes à nobis eleemoſynas petant, & ipſos videamus. Etenim ſi Deus cui omnia ſunt præſentia, vult vt nos neceſſitates noſtras ipſi aperiamus, ſane nos vt commoueamur, qui ſaxei ſumus, debemus pauperes oculis noſtris videre, vt ita ex obiecti præſentia magis prouocemur. Si enim ſufficeret per tertias perſonas id præſtare, neq; ipſos videre aut audire, non dixiſſet Tobias filio ſuo, ne auertas faciem tuam ab vllo paupere. Quis quæſo dubitat, quod videndo & audiẽdo neceſsitates pauperis, H aliquis



A aliquis magis ad miſericordiã & liberalitatem moueatur? Quauis omnis locus ſit aptus ad orationẽ, ſicut Dauid ſignificauit dicens, in omni loco dominatio eius, benedic anima mea domino, & ita videmus quod Moyſes audit⁹ fuerit in mõte, Abraham in valle, Ezechiel in ripa, Daniel in lacu, pueri in igne, Ionas in cete, Chananæa in via, Iob in ſterquilinio, nihilominus tamẽ cum dicat Damaſcenus quod oratio eſt mẽtis eleuatio in Deũ, quod ſine difficultate præſtari non poteſt in tumultu & ſtrepitu, accõmodatior videtur locus ſolitarius & remotior à tumultu: & ita B videmus quod Chriſtus qui à nullo tumultu diſtrahi poterat, vt nobis exemplo eſſet, nocta in ſolitudinem ſecedebat oraturus, ſegregans ſe etiam à ſancta ſocietate diſcipulorum, vt conſtat ex varijs Euangelij locis. Si enim inurbanum iudicamus, quempiam hominem alloqui ſine attẽtione ad ea quæ dicimus, & quæ ipſe reſpondet, annon inurbanius erit ita cum Deo agere? cum vero ad id præſtandum, tumultus & ſtrepitus nos impediat, apertum ſane eſt, ſolitarium locum eſſe orationi aptum. Quod autẽ Chriſtus ſolitudinẽ deligeret ad orãdum, cõſtat ex illo Ioan. ſciebat autẽ & Iudas qui tradebat, eũ locũ, quia frequenter Ieſus cõ C uenerat illuc cũ diſcipulis ſuis. Satis quidẽ poterat ſanctus Moyſes ante Pharaonẽ & potentatus regni eius, orationẽ habere, & deo ſupplicare, vt tam moleſtã auerteret plagã ranarũ, at vero inde conceſſerunt Moyſes & Aaron vt orationi vacarent. Vnde textus ait, egreſsiq; ſunt Moyſes & Aaron à Pharaone, & clamauit Moyſes ad Dominum. Et quando plagam muſcarum auertere debebat, ait, egreſſus à te orabo Dominum, vt recedat muſca à Pharaone. Perſeueremus in oratione, & quãuis videatur Deus non audire quæ petimus, & nos negligere, nõ propterea deſiſtamus, expectat enim vt perſeueremus, atq; ita ſubuenit nobis. Si- D cut enim aliquæ matres puerulis ſe oblectãtes, cũ ipſi aliquid poſtulãt, fingũt ſe dormire, & ita mille exquirũt modos pueri vt matrem excitẽt, ipſa vero obſeruat omnia & diſsimulat, ſed iã quãdo videt puerũ in maiori anguſtia, tunc eum amplectitur, & concedit quæcũq; petit. Sic igitur cũ aliquid à deo poſtulas, cũ ieiunas, cũ carnẽ maceras, cũ eleemoſynam occulte das, omnia vtiq; audit Deus & quamuis tibi nõ reſpondeat tamẽ gaudet de tua perſeuerãtia, dic tu igitur ei cum manſuetudine illa Dauidis verba, exurge, quare obdormis Domine? Et illud Hie. cognouim⁹ Dñe impietates noſtras, quia peccauimus tibi, ne des nos in opprobriũ propter nomen tuum neq; facias nobis cõtumeliã. Solij gloriæ tuæ recordare &c. Sunt aliqui qui vix partem vnã horæ

*Pſal. 102. Exod. 3. Gene. 18. Ezech. 1. Dan. 6. Iona. 2. Matt. 15. Damaſce. Iob. 42. Solitudo apta orationi. Matt. 26. Luc. 6. Simile. Ioan. 18. Exẽplum. Exod. 8. Simile. Accurrit Deus cum eſt neceſsitas. Pſal. 43. Hiere. 14.*

 quieſcunt

quieſcunt in oratione, cum tamen dicat Chriſtus quod oportet E
*Luc. 8.* ſemper orare, & non deficere. Moyſes quidem homo erat ſicut
& nos, & tamen ad legem à deo obtinendam, orauit in monte
quadraginta diebus & 40. noctibus. Item ad obtinendam veniã
*Deut. 9.* pro populo, idem præſtitit, vt conſtat ex Deut. Vbi dicitur, &
procidi ante dominum ſicut prius. 40. diebus & noctibus, panem
*Daniel. 10* comedens, & aquam non bibens, propter omnia peccata veſtra.
Et tu vnico ſuſpirio vis negotiari omnia cum Deo. Daniel quidem de ſe ait, ego Daniel lugebã trium hebdomadarum diebus.
Iſti tam illuſtres viri, tam longa vtuntur apud Deum oratione, F
vt impetrent quæ petunt, & tu exiſtimas ſtatim vnico verbo, aut
*Perſeueremus in oratione.* pectoris tunſione te conſecuturum omnia? Debet fieri oratio
cum deuotione & gemitu vt audiatur. Vnde in Canti. dicitur,
vox turturis audita eſt in terra noſtra. Non abſq; cauſa dixit Da
*Cant. 2.* uid, auribus percipe lachrymas meas, debent quidem ſuum ſer-
*Pſal. 16.* monem habere lachrymæ gratum Deo: & plurimum ſane poſ-
ſunt apud Deum. De iuſto quidem dicit Eccle. iuſtus cor ſuum
*Eccle. 39.* tradidit ad vigilandum diluculo. Nos vero nequaquam vel vnicam horam ſumere volumus ad orationem habendam, & deuo
tionem in nobis excitandam. Si iuſtus in his ſe exercet occupa- G
tionibus, annon multo magis peccatores ſe exercere debent,
qui magis his indigent? Gaudet ſane plurimum Deus in de-
*Can. 4.* uota oratione & attenta, dicitq; illud Canti. fauus diſtillans
labia tua ſponſa.

Viri ignari cum guſtum non inueniunt in oratione, eam ſta-
*Simile.* tim relinquũt, ſicut ſimiæ nucem viridem lõge proijciunt, quod
corticem amareſcere ſentiant: at vero qui prudens eſt, eam fran
git, & quem inuenit nucleum edit. Is qui perſeuerat in oratione
inuenit in ea guſtum & ſuauitatem: ſæpe quidem noſtraptẽ
*1. Re. 14.* culpa non inuenimus guſtum in oratione. Cum Saul cum Deo H
conſultaret, & Deus ipſi non reſpondebat, intelligebat id pro-
*Diſcute diligenter conſciẽtiã ante orationem.* uenire ex eo quod aliquis contra Deum peccatum aliquod cõ
miſiſſet: vnde legem ſanxit, quod qui cauſa huius rei inuentus
eſſet, moreretur, etſi filius ſuus eſſet Ionathas. Sic vtiq; Dei ſer
uus conſiderare diligenter debet cum Deus ſibi non reſpondet,
an aliquod ſcelus contra Deum commiſerit, & ita curet illud pu
niẽdũ & expiandũ. Cõſideratione ſane dignũ eſt quod cõmẽdãs
*Luc. 18.* nobis Chriſtus perſeuerãtiã in oratione, ſe cõparet iniquo iudi-
ci à quo paupercula vidua propter importunitatẽ iuſtitiã extor-
*Luc. 11.* ſit, cũ tamen ſit ipſe ſumma bonitas & iuſtitia. Si enim ſe cõpara
ret patri, qui cum filius panem petit, nõ porrigit ei lapidẽ, nec
ſerpen-



A ſine vlla vtilitate, ea geſtabant humeris, iuxta illud Iſa. facta ſunt
ſimulachra eorum beſtijs & iumentis &c. Sic auari cum ingenti *Iſa. 28.*
labore humeris geſtãt diuitias, deteſtantur dęmonem, & vtrinq;
ipſum execrantur auari, & tamen ipſi ſeruiunt: Sed ſciant cor
hominis non poſſe duobus ſeruire dominis, iuxta illud Iſa. coan *Iſa. 46.*
guſtatum eſt enim ſtratum, ita vt alter decidat, & pallium breue,
vtrunq; operire non poteſt. Et Apoſt. ait, Quæ participatio iu- *2. Cor. 6.*
ſtitiæ cum iniquitate? ſane non poſſunt in eodem ſimul loco ma- *1. Reg. 5.*
nere, dagon & arca. Porro diuitiæ amaritudinem multam gene-
B rant in animo auari ipſas poſsidẽtis. Quid etiam in alia vita ip-
ſum conſequatur, ait Dauid, ſcribens Pſal. 48. diues cum interie- *Pſal. 48.*
rit, non ſumet omnia: non ait, nil ſumet, ſiquidem partẽ aufert,
& partem dimittit: diuitias relinquit, & peccata ſecum aufert.
Sunt ſane iſti inſtar nauis ex India aduentantis, ſiquidem cum *Simile.*
pompa aduenit, vexillis ornata, & velis auro decoratis, & argen
to: cum autem acceſsit ad portum, exhauritur bonis omnibus,
& rebus prętioſis, atq; auro & argento, nilq; ſibi remanet præ- *Diuites auari quales futuri ſint inmorte:*
ter fœtorem: ſic accidit auaro diuiti cum peruenit ad mortis por
tum ipſius. Hic poteris etiam adferre & explicare quod fecit
C Diony. Tyrannus, cum Diomede: ſiquidem eo quod ipſum feli-
cem vocaret, iuſsit ipſi parari ſplendidam menſam, imminente
tamen nudo enſe ipſius capiti, de tenuiſsimo filo pendente.

Auari tanta cum reuerentia diuitias tractant, vt vix eas tange *Auari diuitias adorant.*
re audeant. Vnde earum acquiſitioni ita intendunt, vt quęcunq;
mala audeant patrare, tum etiam ita eas ſeruant & cuſtodiunt,
vt ſe ea cauſa ad abiectiſsima quęq; demittant. Talis erat ille de
quo mentionem facit Maximus, dicens, quod cum philoſophus *Maxim.*
quidam videret famulos pretioſe ornatos & auro decoratos, cu *Exemplũ*
iuſdam auari diuitis, ait, vt quid non pudet eum tot tamq; pre-
tioſa habere, qui ſeipſum non habet? ô quanta eſt noſtris tem-
D poribus ſolicitudo quam homines habent de his temporalibus *Simile.*
bonis! an non miraremini, quod pater filium venderet barbaris *Simile.*
hominibus ad equum ſuſtentandum? Multo igitur magis miran-
dum eſt quod auarus animam vendat, pro corpore locupletan-
do. Stultum ſane eſſet vt tauri vmbram fugeres, in eius cornibus
ſedere: ſic ergo auarus ſtulte facit, qui vt paupertatem fugiat, in
infernum ſe conijcit: & vt labores declinet, ſe ſempiternis addi-
cit tormentis. Et certe natura paucis contenta eſt, nec opus eſt
tanta ſolicitudine. In Leui. quidem iubebat Deus, vt quo die ſa- *Leui. 7.*
crificium offerebatur, eodem omnia deuorarentur, neq; in cra-
ſtinum quidquam ſeruaretur. Idem iubebatur de manna vt ha-

 betur

*Exo. 16.* betur in Exo. Item in lege gratiæ dicimus vt habetur apud Mat. E
*Mat. 6.* Panem noſtrum quotidianum da nobis hodie. Si cani exiguum
*Simile.* panis fruſtrum proijcis, illud ſtatim deuorat, & rurſus dominum
reſpicit: at vero ſi panem integrum dederis, recedit cum ipſo nec
*Luc. 15.* tam cito reuertitur. Sic fecit filius prodigus, vt ſcribit Luc. Vn-
de colligas quam fatuum ſit multos congerere rerum tempora-
lium cumulos, ita vt propterea diſtrahamur à Dei colloquio &
*Diuitiæ* aſsidua familiaritate, non implorando quotidie eius gratiam &
*periculoſæ* fauorem, quo tantopere indigemus.
*Similitudo.* Non temere ſane auaritia comparatur hydropiſi, propter cu- F
randi difficultatem, & quia quanto plus habet auarus, tãto plus
*Ariſt. 3.* appetit, ſicut hydropicus quanto plus bibit, tanto magis ſitit:
*Ethic.* Vnde philoſophus ait, quod appetitus diuitiarum appetit in in-
*Simile.* finitum. Suſtentantur auari ſicut quidam morti iam vicini, iu-
*Auari tũc* re auro condito, quod ſi deficeret, ſtatim perirent: ſic etiam aua
*ſibi viden* ri ſolo contactu auri, & reuolutione, ac contrectatione ſuſten-
*tur viuere* tantur. Ignominia certe maxima eſt auari, quod adeo eius ſitis
*cum aurũ* creſcat, vt neq; in vrbe, neque in agro quenquam viuere ſinant,
*accumu-* ſed omnia velint deglutire, non timentes comminationem illam
*lant.* diuinam apud Iſaiam, Væ qui coniungitis domum ad domum,
*Iſa. 5.* & agrum agro copulatis. Præcepit Deus vt habetur in Geneſi, G
*Gen. 1.* quod cum terra aquis inundaretur, ſepararentur aquæ vt poſ-
ſent homines commode viuere: auarus tamen vult ſuo immo-
*Auarus* derato appetitu iterum operire terram, vt non ſit qui eam inha
*nunquam* bitet præter ſe ſolum, nec inueniant vicini vbi poſsint iam ha-
*ſatiatur.* bitare. Dimittunt aquæ proprium locum, vt homines poſsint
viuere, & tu vis aliena occupare loca, & omnia conuaſare? Non
præcepit Dominus vt relinquas quæ tibi propria ſunt ſicut fe-
*Quã ſtul-* cit aquis, ſed ne aliena vſurpes: tu tamen id non vis præſtare,
*ti ſint aua* quod ſtulti ſane hominis eſt, & qui nõ videatur intelligere aliam H
*ri.* eſſe manentem ciuitatem, & patriam, præter hanc.
*Ezec. 22.* Valde deteſtatur Deus cupiditatem & auaritiam. Vnde apud
Ezechi. ait, ecce comploſi manus meas ſuper auaritiam quam
feciſti. Quaſi dicat, ego te contracta in pugnum manu feriam,
quoniam noluiſti manum tuam per eleemoſinam extendere
*Ouidius.* ad pauperem. Ouidius refert quod ſit flumen quoddam eius
naturæ, vt omnia quæ in ipſum decidunt, in lapides conuertun-
*Auari la-* tur: Quod etſi fabuloſum videatur, aliquid tamen nobis vti-
*pidea ha-* tile declarat: ſignificat enim quod qui auarus eſt, cor ſuum in
*bent corda* lapidem conuertit, & aquæ illius proprietatem adquirit, ſiqui-
dem quidquid audit concionum, quidquid hortationum, quid-
quid



A quid ſanctarum inſpirationum, quidquid clamorum pauperum,
& miſerabilium perſonarum, quidquid lachrymarum incarce- *Auaritia*
ratorum, & ſuſpiriorum infirmorum, omnia in lapides con- *inſatiabi-*
uertit: Eſt auaritia infirmitas quedam prope incurabilis; luxu- *lis vide-*
ria enim ſenecta frænatur, ludus paupertate, vindicta extenua- *tur plaga.*
tione virium, ſed auaritia in ſenectute iuueneſcit. Sic rex Saul
in ſenectute cupiditate flagrabat, & ideo regnum ac vitam ami-
ſit, ſimul cum anima ſicut conſtat ex. 1. Reg. An non multos vi- *1. Reg. 15.*
demus quotidie, qui cum in iuuentute liberales eſſent, poſtea
B in ſenectute auari facti ſunt & diuitiarum cupidiſsimo & ex pro- *Senes mul*
digis ſæpe veniunt tanquam ex altero extremo, in alterum ex- *ti auaritiæ*
tremum, videlicet auaritiam. Hoc vitium non ſanatur diuitia- *ſtudent.*
rum aut opum abundantia, imo magis creſcit & augetur, ſicut
creſcit ignis, ſi ligna admoueris, vel oleum. Eſt inſtar inferni, de
quo Iſa. Dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum *Iſa. 5.*
abſq; vllo termino. Sola igitur illa conſideratione videtur cura-
ri, quæ habetur apud Lucam, cum dictum eſt diuiti illi, Stulte *Luc. 12.*
hac nocte repetent animam tuam à te, quæ autem paraſti, cuius
erunt? Præcipiebatur quidem in Deuter. vt reges taxatas habe- *Deut. 17.*
C rent impenſas domus ſuæ, vnde dicitur, cum fuerit rex conſtitu-
tus, non multiplicabit ſibi equos, neque habebit argenti & au-
ri immenſa pondera. Si igitur regibus, qui tam multa habent in
quibus poſsint theſauros ſuos expẽdere, ſic facultates limitan- *Modera-*
tur, quanto iuſtius eſt vt illis limitẽtur, qui tãtis diuitijs inhiant, *tio adhibẽ*
& fortaſſe illi nec filium, nec filiam, aut alios parentes habent *da eſt in*
quibus poſsint ſua bona & diuitias relinquere, quin potius cum *impenſis.*
multorum detrimento, multa vndique bona congerunt & ac-
cumulant.

D FERIA IIII. POST I. DOMIN. QVADRAG.

## CONCIO PRIMA.

ACceſſerunt ad Ieſum Scribæ & Phariſæi dicentes. Magiſter, vo
lumus à te ſignũ videre. Mat. 12. Mar. 3. Luc. 8. & 11. In præ *Clau. gui.*
cedẽti clauſula huius Euãg ait Mat. Tũc reſponderunt *in Mat.*
ei quidã de ſcribis & phariſæis: admirãdus Euãgeliſta
dicit, tũc, quaſi dicat, mirabile viſu, audituq;, cũ obedire illis o-
porteret propter ſigna præcedentia, tunc ſigna petunt, non pæ- *Ioan. 6.*
nitẽtes, ſed tentãtes. Ioan. 6. dicitur, Quod ergo ſignũ tu facis,
vt videamus, & credamus tibi? quid operaris? teſtimoniũ habebat
Moyſes

*Exod.19.* Moyſes quod à Deo eſſet miſſus, ex tonitruis, igne, fumo, voci- E
bus & buccina cæleſti, in monte Sinai : tu aliquid tale exhibe vt
credamus tibi, quæ hactenus feciſti, ſolum terrena ſunt, & cu-
randis corporibus accommodata.

*Mat:* 12. Dixit Dominus Mat.12. Omne peccatum remittetur, ſpiritus
*D. Chry.* autem blaſphemiæ non remittetur: quod audientes quidam Iu-
*in non abſ.* dæi, ait Chry: non quidem timentes, ſed timere ſe fingentes,
*ho.* 30. *to.* neq; veritatem de Chriſto quærentes, ſed malitiam ſuam ſub
2. colore ignorantiæ abſcondere cupientes, interrogauerunt eum
Magiſter, volumus à te ſignum videre, ideo blaſphemamus, quia F
*Mali ſem* te filium Dei ignoramus, ideo opera tua diabolo applicamus,
*per cauil-* quia ſpiritum ſanctum in te eſſe neſcimus: ſi ergo tu es filius Dei
*lantur.* oſtēde nobis ſignum, & adorabimus te, etiam non blaſphema-
bimus: Vt autem ſcias quod volumus à te diſcere veritatem, ec-
ce etiam magiſtrum appellauimus. Cum multa ſigna vidiſſent,
tanquam ſi nullum vidiſſent, ita ſignum petebant. Vere enim nul
lum viderunt, quia corporali aſpectu viderunt, non ſpirituali
*Simile.* affectu. Similis eſt natura infidelitatis terræ arenoſæ, quæ quam-
*Simili-* uis pluuiam ſuſceperit, tamen quia nullos in ſe tenet humores,
*tudo.* ſemper adhuc aret. Talis eſt conditio febrium, quamtumuis bibe G
rint febricitantes, calore totum conſumente quod biberint, ſem
*Simile.* per adhuc ſitiunt: ſic & maligni homines quidquid boni viderint
aut audierint: ecce ſi quis exponat tibi res quas non libenter au
dis, ſi tota die audieris, nil eorum retines quæ audiſti: aut ambu
lans in via, ſi mens tua aliquo cogitatu fuerit occupata, quamuis
omnes videas tranſeuntes, tamen neminem vides, ſic & Iudæi
frequenter ſigna videntes; ipſi quidem adhuc ſignum petebant,
*Simili-* quia hoc videbant quod videre nolebant. Nam ſicut ſemper diſ
*tudo.* cere, ſignum eſt nil poſſe proficere: ſic ſignum ſemper petere, te-
ſtimonium eſt nunquam velle credere. H

*Beda li.* 4 In morem Eliæ, ait Beda, ignem de ſublimi venire cupiebant,
*in Lu.* 11. vel in ſimilitudinem Samuelis tempore æſtiuo mugire tonitrua,
4. *Reg.* 1. coruſcare fulgura, imbres ruere: quaſi non poſſint illa etiam ca-
1. *Re.* 12. lumniari, & dicere ex occultis & varijs aeris paſsionibus acci-
*Exod.* 7. diſſe? Nam qui calumniaris ea quę oculis vides, manu tenes, vti-
litate ſentis: quid feceris de his quæ de cælo venerint? vtiq; re-
ſpondebis & Magos in Aegypto multa ſigna feciſſe.

*D. Tho. in* Poſtquam multa miracula viderant, ait D. Thom: Magiſter di-
*Mat.* cunt tentando: his congruit illud Eccle. cum dormiente loquitur
*Eccle.* 22. qui narrat ſtulto ſapientiam. Magiſtrum vocant vt poſsint illum
*Pſal.* 27. ineſcare, & in ſermone capere. Bene de talibus ait Dauid, Lo-
quuntur



A ſerpentem dat loco piſcis, non eſſet mirum. Verūtamē intelliga-
mus nil Chriſtū dicere ſine maximo myſterio: dicit igitur quod *Confida-*
ſi malus iudex tādē mouetur ad iuſtitiā viduæ faciēdam propter *mus quod*
eius importunitatē, etſi neq; Deum, neq; homines reueretur, *Deus no-*
quanto magis Deus iuſtiſsimus clamores noſtros audiet, ſi per *bis ſubue-*
ſeuerabimus in oratione? Itē ſi vidua illa ſpe impetrauit a iudi- *niet quam*
ce iniquo, quāto magis vos impetrabitis a me qui ſum ipſa iuſti *uis id dif*
tia? Quid igitur nō impetrabis precibus tuis a deo, qui tanta ti- *ferat.*
bi ſine precibus conceſsit? Nec vero debes exiſtimare quod ſta-
B tim audiaris, ſed perſeuera in oratione, & audi quid Eccle. dicat, *Eccle.* 3.
quid diligit Deū, exorabit pro peccatis, & continebit ſe ab illis
& in oratione dierum exaudietur: non ait quod ſtatim audie-
tur, ſed in oratione dierum.

Dices tu, Deum non eſſe amicum verborum, ſed breuis ora-
tionis, iuxta illud Matt. orantes autem nolite multū loqui. Verū *Matt.* 6.
tamen male colligis inde Deū non gaudere oratione dierū, nam
dūtaxat reprehēdit verboſam & affectatā orationē phariſeorū:
Vnde cū ait, nolite multū loqui, addit, ſicut hypocritæ faciūt,
putant enim quod in multiloquio ſuo exaudiantur: nolite er- *Oratio*
C go aſsimilari eis. Non condemnat Chriſtus continuatam ora- *fiat cum*
tionem, ſed vanam & inconſideratā, ſi quidem ſancti & nocte & *quiete, at-*
die orabant. Vnde Dauid dicebat, Miſerere mei Domine, quo- *tentione,*
niā ad te clamaui tota die, lætifica animā ſerui tui. Frequētē ora *& deuotio-*
tionem cōmēdat Apoſ. imo & eā cōnumerat inter dona Spiri- *ne.*
tus ſancti, dicens, orationi inſtantes: vt eā tāquā medicinam cō- *Pſal.* 85.
munē ponat in omnibus neceſsitatibus & infirmitatibus. Nō de
bemus turbari eo quod experiamur nos inter orandū vacillare, *Rom.* 12.
& modo hoc modo illud imaginari, extra orationē vero quie- *Similitu.*
tos eſſe: ſi quidē videmus quod auicula libere ſpatiās per aerē,
D quiete manet in ramo aliquo, quæ tamē ſi intra auiariū conclu- *Dæmō ni*
datur, inquieta eſt: ſic qui orat tētationes patitur, quas nō ſen- *ti ur. atiē*
tit ſi ab orando deſiſtat. Hæ igitur artes & aſtutiæ ſunt diabo- *tionem no*
li, vt nos a bonis cęptis diuellat. Nam ſicut pars altera quæ liti- *ſtrā in orā*
gat, impedit quantum poteſt, ne pars aduerſa cum iudice loqua *do inter*
tur: ſic dæmon plurimum triſtatur quod cū Deo loquimur, & ita *turbare.*
nititur nos interturbare. Et ſicut blande tractanda eſt auicula in *Simile.*
auiario, vt quieſcat, ſic qui in oratione ita commouetur blan- *Similitu.*
de tractandus eſt vt quieſcat, & ab oratione non deſiſtat: ſed di- *Timet dæ*
camus ei, hæc omnia in vtilitatem ſuam redundare, ſicque *mon ora-*
tandem ſi perſeuerabit, inuenturum quietem & dulcedinem. *tiones no*
Ii 3 *Vſura* *ſtras.*

*Vſura vitium deteſtabile.* E

*Hiero. in Matt.*

EIICIEBAT *omnes vendentes & ementes de templo.* Vtebantur iſti vſura quadam palliata, nam pecuniam accommodabant, nec pecuniam ea de cauſa in lucrum accipiebant, ne ita manifeſte appareret omnibus eorum malitia, ſed munuſcula accipiebant, vt ait Hiero. Vide igitur quo tandem eorum malitia perueniſſet. Aliquos inuenias ita cupidos harum rerũ temporalium, qui nunquam ceſſant, donec vſurarij ſint, & deteſtabilia admittant lucra.

*Exẽplum*

Quidam vſurarius arcam miſit in monaſteriũ F aliquod vt ibi cuſtodiretur, quæ erat pecunia referta, ecce autem cum quidam religioſus poſt matutinas noctu oraret, vidit dæmonẽ arcæ inſidentem: interrogauit autem eum religioſus quid ibi faceret? Qui reſpondit, bona mea cuſtodio. Conſidera igitur qualis eſſet anima ipſius vſurarij, cum dæmon ita reſponderet.

*Vſurarij in quanta viuant miſeria.*

O miſerabilem vſurarium, qui cum domi ſicco pede maneat, furatur tamen in Germania, in Italia, in Gallia, in Hiſpania, imo & in India. Quid te miſero fiet, cum corpus ſeparabitur ab anima? Non confidas quod filij tui reſtituent, ſi quidem nil fortaſſe magis obliuiſcentur. Iuſtum ſane erit Dei iudicium, vt G quoniam tui oblitus es, etiam alij tui obliuiſcantur.

*Quiſq; debet potius in vita quam poſt mortẽ reſtituere, quantum poteſt.*

Porro vſurarius vendit tempus, quod Dominus tam diuitibus quã pauperibus voluit eſſe commune. Merito ergo temporis indigẽtia punitur, vt ait Dauid, viri ſanguinum & doloſi, nõ dimidiabũt dies ſuos: & licet diu viuat, curis tamen ſeculi in morte occupatus, temporis indigentia punietur, non habens locum pœnitentiæ. De eo Namq; Eccle. ait, in tẽpore redditionis poſtulabit tẽpus.

*Pſal. 54.*
*Eccle. 29.*

Cæterũ cum cõmodare ſit pecuniam ad eius commodum dare, vult tamen impius pauperi pecuniam dare, & cõmodum apud ſe retinere. Præterea vſurarius vult vt ea pariant quæ nunquã pepe H rerunt, vt & ea generent quæ nunquã generauerũt: nã vult vt nũmi ſui ſingulis menſibus alios nũmos pariãt, quod quidẽ contra naturã eſt.

*Conditiones vſurarij.*

Si mutuaueris inquit Dominus, pecuniam tuam populo meo pauperi, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes: vbi non dicit, populo tuo, ſed populo meo, vt ſcias vſuram non a paupere, ſed a deo exigi. Conſidera peruerſe, quid Dñs a te petat pro vſu ſolis, & lunæ: quid etiã pro cæteris bonis quæ tibi donauit, pudebitq; te ab eo vſuram expectare, qui tibi cuncta gratis, & ſine vſura largitur. Hoc igitur ſignificare voluit Chriſtus, cum apud Luc. ait, mutuum date, nihil inde ſperantes, & erit merces veſtra multa, & eritis filij altiſsimi vide enim

*Exod. 22.*
*Vſura quã à paupere exigis à deo exigis*



A enim quod dicat beatus Ambr. Si quis inquit, vſuram accipit, & rapinam facit, vita non viuet. Et Beatus Chryſo. in Matt. ait, nil vſuris turpius, nil crudelius: alienis hic negotiatur miſerijs, & lucrum ſuum, alterius detrimentum facit: ſimilis eſt ei qui aliquem manu ſuſcipiens, eum extollit, vt in naufragium impellat.

*Ambro. l. de Bo. mortis, & habetur 14. q. 4. cap. ſi quis.*
*Chryſoſ.*
*Simile.*

Quid enim durius, ait Ambro. quàm vt des pecuniam tuam non habenti, & ipſi duplum exigas? Qui ſimplum non habuit, vnde ſucurret quemadmodum duplum ſoluat? talia ſunt veſtra diuites beneficia, minus datis, & plus exigitis. Talis humanitas, vt B ſpolietis etiam dum ſubuenitis. Fæcundus etiam vobis pauper ad quæſtum eſt: vſuras ſoluit, qui victu indiget. An quidquã gratius? Ille medicamentum quærit, vos offertis venenum: panẽ implorat, gladium porrigitis: libertatem obſecrat, ſeruitutem irrogatis: abſolutionem præcatur, & vos laqueo eũ aſtringitis. Quid vobis iniquius, qui pecuniam datis, & vitam obligatis & patrimoniũ: accipitiſq; argentum pro pignore, & ad puſillum debitorem dicitis, qui vobis plus reddit quam accepit? Vos creditores aſſeritis, qui amplius debetis.

*Amb. epi. 70. li. 9. tom. 3.*
*Amb. lib. de Tho. c. 3. & 4.*
*Vſurarij crudeles.*
*Amb. vbi ſup. ca. 5.*

Interdũ quidẽ nimij ſumptus, C & prophani ornatus, ac mẽſa ſplẽdida, pertrahũt multos vt huiuſmodi vſurarijs ſubijciãtur, vt citius miſer debitor etiã pecuniã quã ad vſuram accepit conſumat: dum porro deſtruitur interius pecunia, vſura ipſa ſuperfluit, tempus minuitur, fænus augetur, paulatim conuiuæ ſe ſubtrahunt, ſponſores conueniunt, mane fænerator pulſat ad ianuas, queritur dies ſolutionis tranſiſſe præſcriptos, iurgijs vigilantem adoritur, in ſomnis dormientem excitat: non noctes quietæ, non dies ſuaues, non ſol iucundus eſt.

*Nimij ſũptus interdũ pertrahunt multos in manus vſurariorum.*

Diſtrahuntur paulatim deauratæ ac ſericæ veſtes & veneunt dimidio minoris. Ponit cum lachrymis ornamenta con- D iunx triſtior, empta carius, venduntur vilius: nec tamen omnia ſufficiunt adhuc ad vſuras ipſas perſoluendas, nedum ad ſummam creditam diluendam. Conijcitur in carcerem debitor ipſe, venditis tamen bonis ipſis omnibus: tuncque miſer ſecum tandem reputat, tunc ſcripturas recordatur, tunc dicit: nonne ſcriptum eſt, bibe aquam de tuis vaſis, & de tuorum fontibus puteorum? Quid mihi cum puteo fæneratoris, vbi vniuerſa aqua includitur, & nunquam ſatiatur? Suauiora erant olera cum ſecuritate, quam alieno ære epulæ paſtæ cum ſolicitudine. Sera hæc conſideratio: tunc decuit metuiſſe tuis, cum acciperes aliena.

*Sæpe quæ caro multi emerũt ad vſuras ſoluendas vili vendunt.*
*Prouer. 5.*
*Vſurarij opprimũt pauperes.*

Cum

*Ambro. vbi ſupra ca. 7.* Cum miſer debitor, ait Ambro. videt tempus acceſsiſſe diſ- E
ſoluendi vſuras, quibus ſe obſtrinxit, iam malū ſuum agnoſcit,
die ac nocte vſuram cogitat: quidquid occurrerit, fœneratorem
putat: quidquid crepuerit vocem ſibi videtur fœneratoris audi-
re occurrentis, alter prædam requirit, alter vero quaſi fera præ-
*Simile.* donem declinat Ille quaſi leo quærit quidem quem deuoret,
iſte quaſi bos iuuenculus, prædonis impetum reformidat. Ille
*Similitu.* quaſi accipiter vnguibus olorem quærit inuadere, iſte quaſi an-
*Pauper quantū timeat vſurarium.* ſer aut fulica mauult ſe vel in prærupta deijcere, vel in profunda
demergere, quam iſtum humani corporis accipitrem ſuſtinere. F
Quid fugis hominem, quem poteras non timere? Quæris quid
mentiaris, vt fœneratorem differas, & cum impetraueris dila-
tionem gaudes: fœnore tuo ſimulat ſe fœnerator grauari, ſed
*Simile.* libenter impertit quaſi venator, quam prædam cinxerit, ſe-
curus eſt prędæ. Tu oſcularis caput, amplecteris genua, &
quaſi ceruus ſagitta toxicata ictus paululum procedens, tan-
*Similitu.* dem victus veneno procumbis, aut quaſi piſcis qui fuſci-
*In quātā miſeriam redigant vſurarij ipſos pauperes.* na fuerit infixus, quocumque fugeris, vulnus fers. Et vere piſ
cis ille in eſca mortem deuorat, ille hamum glutit dum cibum
quærit: Sed tamen hamum non videt, quem tegit præda: G
tu hamum cernis, & glutis. Mox & omnia bona venduntur,
iam non inſtrumenta, ſed vincula, cum conijceris in carcerem.
Tamen adhuc quærendi fide iuſſores, tribuuntur induciæ, non
*Amici mēſæ recedūt in paupertate.* vt prædam libertatis inuenias, ſed ſeruitutem adiungat, & quæ
rat qui ſe ſociet ærumnoſo. Ad quid iuuare poteſt alienæ cala-
mitatis acceſsio? Iam et amici fugiunt, & conuiuæ non reco-
gnoſcunt:

*Auaritia deteſtabile malum:* H

MAGNA quidem erat horum hominum auaritia ſicut ſa-
*Luc. 16.* tis aperte ſuis negotiationibus declarabant. Hoc declara
uit Luc. cum ait, audiebant autem omnia hæc Phariſæi qui
erant auari, & deridebant illum. Quid aliud de hoc vitio inqui-
rimus, quam quod ait Apoſ. radix omnium malorum eſt
*1. Timo. 6* cupiditas? Quemadmodum terra quæ aurum producit, ſteri-
lis eſt ad alia producenda: ſic vtique qui auaritia & cupiditate
*Simile.* ducitur, ſterilis eſt ad virtutem producendam: Quemadmo-
*Simile.* dum idola ipſa adeo grauia erant & ponderoſa, vt vix a bel-
lua geſtari poſſent, homines tamen cum maximo labore, &
ſine



A quuntur pacem in ore ſuo, mala autem in cordibus eorum. His
poterat Chriſtus reſpondere quod reſpondit Nicodemo, vt ha-
betur apud Ioan. ſi terrena dixi vobis, & non creditis, quomodo
ſi dixero vobis cæleſtia credetis?
*Volumus.* O ſi nunquam hæc vox, volumus, à nobis prodiret! ô *Pala. in*
ſi nunquam volūtas noſtra eſſet! ô ſi ſolum vellemus quod Deus *Mat:*
uellet! Hæc noſtra voluntas eſt quæ nos in infernum præcipitat: *Simile.*
qui enim non ſe abnegarit, non ibit in cælum. Quis ferat ſeruum *Luc. 9.*
coram domino dicere, volo? Si igitur nos ſerui ſumus, & ſerui
B inutiles: ſi pretio empti, abſit vt quiuis ſibi velit, quiuis ſibi viuat
ſed ei qui pro nobis mortuus eſt. Quanta eſt ſuperbia ſcriba- *Euſe. ſer.*
rum & phariſæorum, ait Euſebius, tanta eſt ſtultitia & infideli- *4. domin.*
tas eorum: non rogant, non poſtulant, ſed inflato ſtomacho & *1. Quadr.*
erecta ceruice dicunt, volumus.
Quomodo nec veſtis vna varijs corporibus aptari poteſt, ita *Simile.*
nec idem opus quamlibet rectum ſit, ab omnibus ex æquo pro-
bari ſolet. Nec enim minor animorum quam corporum varietas
eſt, quæ natura ita diſtinxit, vt vix duo corpora, vel duos homi- *Iudicant*
num vultus inter ſe omnino ſimiles, in tanta hominum multitu- *homines*
C dine reperire liceat. Si ergo tanta iudiciorum & ingeniorum va- *inæquali*
rietas eſt, quis ea quæ facit, quamuis rectiſsima faciat, ab omni- *ter de eo*
bus probari poſſe præſumit, cum is præſertim qui eſt ſumma & *dē opere.*
vera ſapientia patris, hoc aſſequutus minime videretur?
*Volumus à te ſignum videre.* Quid tu expectas ſceleſte vt conuer *Autor.*
taris ad Dominum? Num expectas vt infelicem aliquem incur- *1. Reg. 2.*
ras caſum vt filij Heli? qui nolentes emendari horrationibus pa-
tris, crudeliſsime occubuerunt. Sed quid expectas? Num vt tan- *1. Re. 19.*
quam miſerabilis ille Saul contentus non fuit humanitate illa
ipſius Dauid, quouſq; tandē infeliciſsime occubuit, regno amiſ- *Obſtinati*
ſo, & honore ipſo, atq; præterea multorum vitę & animę iactu *infelices*
D ra, cuius quidem oſsibus, armis & inſignibus ad eius ignomi- *habent exi*
niam, philiſthæi muros ſuos decorabant, & templa ſuorum ido- *tus.*
lorum, Quod tandem ſignum expectas? num vt pereas, vt Nabal
ille qui noluit vnquam inflecti & acquieſcere ſermonibus huma- *1. Reg. 25.*
niſsimis ipſius Dauid, nec quāuis moneretur à paſtoribus, quod
perhumane tractaretur à Dauide & eius militibus in deſertis lo
cis? Quid inquam expectas, niſi repentinam quandam mortem,
& miſere collocari in inferno? Dic quæſo quid tandem expectas,
aſſecla & imitator Pharaonis, quem tot ſigna non mouerunt, tā-
taq; Dei liberalitas & expectatio ad pænitentiam? num præſto- *Exod. 7.*
laris, vt iram effundat in te Deus, & ſine indulgētia vlla te ſub-
mer-

mergat in mari peccatorum tuorum , deſcendaſq; ad ſupplicia E
*Gen.4.* illa ſempiterna? & quid præſtolaris? num ipſum Cain imitari vis,
*Obſtinati* qui ſigna & hortationes Dei vilipendebat, & deridebat , & cum
*quo redi-* tanta ignominia occubuit tãquam fera quędã beſtia ? hoc ſolum
*gantur.* ſignum credo expectabat, vt in infernum ipſum deſcenderet, vbi
ſupplicijs afficiendus erat ſempiternis. Num tandem expectas vt
imiteris iſtos ſcribas & phariſęos , quibus Deus tot ſigna dede-
rat, & quos patiẽter expectauerat diu multũq; , & ita contempſe
*Mat.26.* runt , vt etiam in ipſum Chriſtum manus iniecerint ſacrilegas?
Vnde deinceps in tantas calamitates inciderunt, & præſertim in F
mentis cæcitatem maximam , vt ita tandem in infernum deſcen
dant cęci , ſiquidem non ſolum tam ſępe ſigna à Chriſto petebãt
*Mat.27.* in vita , ſed etiam in morte , cum in cruce pendenti dicerent, vt
de cruce deſcenderet, & crederent in eum.

*Chry. in* *Generatio mala & adultera.* Cum illi aſpere atq; contumelioſe
*Mat. ho.* interrogarent, manſuete & leniter, ait Chryſoſt. reſpondet: Cum
*44. to.2.* vero aſſentantur, tunc nõ mediocri vtitur acrimonia, omiſſa per
turbatione ſuperiorem oſtendens. Sicut enim tunc nulla ira con
citatur, eodem nunc modo adulationibus non illinitur. Vocat au
*Abul. in* tem eos generationem adulteram , vt tolleret ab eis ſuperbiam,
*Mat. q.* quia de progenie ſua gloriabantur , ait Abulen: Vel dicit vt ait G
*31.* Chry. in ea ſignificatione qua loquitur Iſa. Quomodo facta eſt
*Chry. in* meretrix ciuitas fidelis? Anima quidem hominis eſt ſponſa Chri
*non abſo.* ſti, quæ autem infidelis eſt, meretrix eſt. In Oſea dicitur, ſponſabo
*ho.30.* te in fidem. ſicut vxor meretrix virum ſuum ſe fingit amare, ve-
*Iſa.1.* re autem amat adulterum, ſic impij exterius videntur pręſeferre
*Oſeæ.2.* opera Chriſtiani, at vero interius ſunt inſtar dęmonis.

*Simile.* *Signum non dabitur ei.* Paſsio quidem Chriſti eſt ſufficiens ſignum
*Beneficiũ* condemnationis malorum , quoniam noluerunt ea bene vti.
*ſingulare* Quod quæſo maius beneficium poterat hominibus impartiri H
*Paſsionis* diuinitus , præſertim cum nulla alia eſſet conuenientior mede-
*Chriſti.* cina infirmitati noſtræ ſanandæ? Si aliquam haberes grauiſsimam
corporis infirmitatem, & in vniuerſo mundo vnus tantum eſſet
medicus qui eius curationem noſſet, iſque tua cauſa ab extrema
vſque veniret India, & tibi medicinam pæſcriberet, tu vero eam
accipere nolles , an non digniſsima dignus eſſes reprehenſione?
Sic igitur ſignum eſt condemnationis tuæ , quod cum venerit
magnus de cęlo medicus , & tibi medelam ſacramentorum or-
dinauerit, tu nolis eam recipere.

*Niſi ſignum Ionæ prophetæ.* Adhuc celeberrime per ſcripturas
ſanctas etiam in prophetæ Ionæ laboribus & ærumnis , Chriſti
paſsio



A paſsio & reſurrectio præſignatur, ait Hiero. Ionas iram Domini *D. Hier.*
prædicaturus, ad magnam Niniuitarum deſtinatur vrbem, dictu *ſer. de re-*
rus: adhuc quadraginta dies & Niniue ſubuertetur. Et Chriſtus *ſu. domi-*
ad huius mundi mittitur ciuitatem , vt diem ſalutis, & præfini- *ni to.4.*
tum iudicij tempus enunciet. Ionas nauem expetit , & Chriſtus *Ionæ.3.*
Eccleſiam, Ionas fluctibus agitatur , Chriſtus mundi turbinibus
exercetur: niſi Ionas perditum detur , nauis periculum non ſe- *Ionas figu*
datur: ſic non liberatur Eccleſia, niſi Chriſti morte ſaluetur. Nau *ra Chriſti.*
tæ dimiſſuri Ionam, tamen verentur, & dicunt; Domine ne des
B ſuper nos ſanguinem innocentem : nonne vobis videtur nauta- *Ionæ.1.*
rum imprecatio , Pilati eſſe confeſsio? Qui tradit Ieſum Chri- *Mat.27.*
ſtum, & tamen lauat manus ſuas, & dicit, Mundus ego ſum à ſan
guine iuſti huius.

*Tribus diebus & tribus noctibus.* Sextæ feriæ diei partem , qua ſe- *Aug. lib.*
pultus eſt, cum præterita nocte & die accipias, hoc eſt, pro toto *1. q. Euã-*
die; Sabbathi noctem & diem, & noctem dominicæ cum eadem *ge. c.6. to.*
die illuceſſente, accipiendo partem pro toto , ita habes triduum *4. & li.4.*
& tres noctes , ait Auguſtin. Vnde Diuus Thomas ait, ſicut Au- *de Tri. c.*
guſtin. dicit, quidam modum locutionis ſcripturæ ſanctę neſcien *6. to.3.*
C tes, noctem voluerunt connumerare tres illas horas à ſexta vſ- *D. Tho.*
que ad nonam , quibus ſol obſcuratus eſt , & diem tres horas *3. p. q. 51.*
alias, quibus iterum eſt redditus terris, id eſt à nona vſq; ad oc- *a.4. ad.1.*
caſum: Sed intelligendum eſt quod eſt mos ſcripturæ vti parte
pro toto , & ſic primus dies computatur ab extrema parte ſui,
qua Chriſtus in ſexta feria eſt mortuus & ſepultus. Secundus au
tem dies eſt integer , nox autem ſequens cum die illuceſcente,
pertinet ad tertium diem.

*Viri Niniuitæ.* Iuxta Glo. hic eſt horum verborum ſenſus. Ionas
paucis diebus & ſine ſignis prædicauit genti incredulæ, & pro- *Glo. ordi.*
D fecit, ego autẽ longo tempore, & populo Dei, & compluribus ſi *in. Mat.*
gnis in vanũ prædico. Ego quidem arbitror, ait alius autor Ionã *Pala. in*
euomitum , ſuam Niniuitis prædicaſſe deiectionem in mare , & *Mat.*
vomitionem à ceto, quam forte teſtabatur eorum aſſertione qui
hominẽ in mare iactauerant , idq; forſan Niniuẽ adeo cõmouit.
Ponderat autẽ plurimum Chry. hanc cõuerſionem, dicens, Barba
ri auditis tantum vnius hominis in naufragio ſeruati verbis, quę *Chry. in*
eos in magnã deſperationẽ adferẽdo: cõſilij inopes facere pote- *Gen. ho.3.*
rant ita vt etiam contẽnerẽt quæ dicebãtur, nõ ſolũ nõ deſpexe- *to.1.*
rũt prophetæ verba, ſed talẽ fecere pænitẽtiã vt & ſẽtẽtiã domi *Pænitẽn-*
ni reuocarẽt: nos vero ita diuinitus inſtructi ab illis ſuperamur? *tiam non*
Vide quantum interſit inter prædicatores , & intellige quam *differam.*
culpa-

culpabiles ſimus, ita nobis dici poſsit, viri Niniuitæ &c: Siquidem Niniuitæ gẽtes erãt extra æconomiam Dei, & Ionas ignotus ad eos venit, Ionas nullum edidit miraculum, Ionas neminẽ beneficijs ſibi conciliauit, Ionas nil magni promittebat, Ionas tantum comminabatur exitium, Ionas ſolum triduo prędicauit. Nos vero diuinis legibus inſtructi ſumus, Chriſtus oraculis prophetarum promiſſus, Chriſtus miraculis & doctrina clarus, Chriſtus multos gratuitis beneficijs adiuuit: Nobis igitur conſulamus, cum præſertim magis quam Niniuitę ad perfectionem tendere teneamur. Vnde Chryſoſt. ait, videbantur vtiq; Niniuitæ minus aliquid habere, vnde ſibi perſuaderẽt Dei miſericordiam, imo videbantur potius aliter debere intelligere iuxta ipſum Ionam, cum non dixerit, niſi feceritis pænitentiam, plectemini, ſed tantum dixit, adhuc quadraginta dies, & Niniue ſubuertetur? Quare barbari homines hoc penetrarunt, & ſibi perſuaſerunt, nempe ſibi agendam eſſe pænitentiam, quamuis certi non eſſent de remedio: an non magis nobis debemus perſuadere pænitentiam, qui tam multis monemur ideo peccata fore nobis condonanda? E F

Clau. gui. in Mat. Obligamur ſane vt ad perfectionem tẽdamus: Chry. epi. 5. ad Theodorũ to. 5. Ionæ. 3. Pænitẽtiã agamus & Deo placebim?

*Viri Niniuitæ.* Viros appellat, quia viriliter pænitentiam egerunt: an non præclarus ille vir eſt, qui ſe à peccatorum carcere eripere nouit? Illos captiuos Chriſtianos iudicamus viriles & animoſos, qui cum in trireme aliqua Turcica remigent, omnia dirumpunt vincula, atq; ſeruitutis iugum à ſe excutientes, libertatem proclamant, Sic igitur viri merito ſunt cenſendi, qui peccata ſua deſerentes, omnẽ dæmonis ſeruitutẽ à ſe depellunt. Pro. 6. Melior eſt qui dominatur animo ſuo, expugnatore vrbium. G

Peccatum deſerere virile factum eſt. Simile. Pro. 6.

*Viri Niniuitæ.* Viros vocat propter heroicum opus quod pręſtiterunt. ò quam fragiles & eneruati ſumus nos, qui ſemper à peccatis nos ſuperari ſiuimus! H

*Regina Auſtri ſurget in iudicio.* Ideſt regina Sabba, de qua habetur 3. Reg. 10. & dicitur hic regina auſtri, quia regnum eius eſt in Auſtrali parte reſpectu Hieruſalem. Hæc cum eſſet gentilis, & mulier, ait Chry. tantam longitudinem itineris conficere propter infirmitatem ſexus non eſt impedita. Concupiſcentia enim ſapientiæ, & virtutis deſiderium, infirmitati dabat virtutem. Hæc venit ad hominem vt inſtruatur, & nos à Deo fugimus: hanc mouebat tantum Salomonis fama, & nos non commouet fidei lux, quæ nos docet diuinam Chriſti ſapientiam, cum tot illuſtribus miraculis. Illa munera multa obtulit, vt audiret Salomonẽ, nos vero innumeris Chriſti promiſſis non mouemur, nec pollicita-

Lyra in Mat. Chry. in ro. non abſ. ho. 30. to. 2. Regina Sabba quãtum nos ſuperet. 3. Re. 10.



A licitatione regni ęterni. Quid eſſet illa factura, ſi audiret mortuos reſurgere, cæcoſq; videre? Non dixit illa, cui commendabo gubernationem regalium neceſsitatum, ne forte dum vado & redeo, tanto ſpatio, aliqua contra imperium meum aduerſa naſcantur? Quid igitur dicent Chriſtiani, quando in iudicio recognoſcent ſe non paruiſſe illi præcepto, agite pęnitentiam, appropinquauit enim regnum cælorum? Regina Auſtri ſurget in iudicio cum Chriſtianis iſtis, & condemnabit eos, quia ab vltimis fere partibus venit audire ſapientiam Salomonis, & iſti de domi- B bus ſuis, vel plateis, in quibus ſedent nil agentes, nolunt venire, & audire ſapientiam Chriſti in ſcripturis? Et quid dico, de domibus ſuis nolunt venire? Multi & de Eccleſia ipſa in qua Chriſtus loquitur, exeunt, & ſolum relinquunt dicentem. Vnde, hæc ponderando ait alius doctor, ſigno Ionæ adiungit dominus aduentum reginę Sabba, vt ſi virile Niniuitarum opus nos ad virtutem non ſtimulat, ſtimulet reginæ facinus. Fęmina erat illa, & regina, atq; ideo diues & delicata.

Ne quæramus excuſationes. vt fugiamus à Dei obſequio. Mat. 3. Verbũ Dei attente audiamus. Pala. in Mat.

*Quærens requiem, & non inuenit.* Quia in bonis requiem habere nõ poteſt, ad malos redit. Tentare namq; bonos diabolus poteſt, ait C Euſeb: requiem autẽ habere in eis non poteſt: quoniam nunc eorum occupationibus, nũc eorũ fletibus, nunc eleemoſynis, aliiſq; ſimilibus, ſolicitatur, mouetur, & pellitur. *Reuertar in domũ meã.* Id eſt, reuertar ad illius conſcientiam, vnde in baptiſmo eiectus fueram, & priſtinam poſſeſsionem conſueto dominio mihi ſubijciam, vt ait Glo. Mentiris ſuperbe, ait quidam doctor, non eſt domus illa tua, Dei eſt, emit eam ille ſanguine ſuo. Cur ergo mentiris dicens eſſe tuam? At nonnihil eſt cur domum ſuam dicit: habet enim in ea fomitem ſibi fauentem, habet legem carnis repugnantem legi mentis, & captiuãtem in lege peccati, Si hoſtis noſter in nobis habet, qui arcem ei ſe daturos quaſi promittunt, D quid miraris ſi domũ dicat ſuam? Adde paucos eſſe à quibus exierit diabolus, quin aliquid ſcilicet vitij prioris & propẽſionis iniquæ reliquerit. Hac ratione domum ſibi audet vindicare, quam ſuo inſigniuit charactere.

Euſe. ſer. 4. poſt. 1. dom. Qua. Glo. ordi. in Lu. 11. Pau. de pala. in Mathæum. Eccl. 15. Rom. 7.

*Inuenit eam vacantem.* Ideſt torpentem, ait Beda, ab operibus bonis, & ſimulatione virtutum per hypocriſim ornatã. Domus vacans, ait Hugo Car. eſt vbi non fit ignis charitatis: hæc ruinoſa fit & tabernaculum murium & immunditiarum, & ſola atque deſerta ſicut Iudas Macha. inuenit templum, vt habetur. 1. Mac. vbi dicitur, viderunt ſanctificationem deſertam, & altare prophanatum, & portas exuſtas, & in atrijs virgulta nata, ſicut in ſaltu,

Beda in Mat. lib. 2. to. 5. Hu. Car. in Ma. 1. Ma. 4.

*Euſe. ſuper hunc locum.*
*Mali vitijs ornatã habent animam.*

E vel in montibus. Vacantem quidem ait Euſe. quia non inuenit ibi charitatem, nec fidem rectam, nec humilitatem, nec patientiam nec iuſtitiam, nec miſericordiam, nec cætera quibus ſanctorum animæ muniuntur. Qualem igitur eam inuenit? Talem eam inuenit, qualem inuenire deſiderat. Inuenit eam malis ſcopis mundatam, & malis ornamentis ornatam. Malæ ſcopæ quæ virtutes pellunt, & vitia relinquunt. Luxuria porro & fornicatio, voluptas, ſuperbia, auaritia, diſcordia, omnis deniq; immunditia diaboli ornamenta ſunt; his autem ornamentis immundis inuenit eam ornatam.

*Venerabilis Beda. fer. 4. poſt 1. do. Quadrag. to. 7.*
*Simon de Ca. in Euan. li. 8. c. 29.*

F *Tunc vadit & aſſumit ſeptem alios ſpiritus ſecum nequiores ſe.* Solet ſeptenarius numerus, in ſacro eloquio, ait venerabilis Beda, pro vniuerſitate accipi, quia omne ſæculi tempus per ſeptem dies voluitur, per ſeptem igitur alios nequiores ſpiritus, vniuerſitas omnium vitiorum deſignatur. Quãuis dæmones ab inuicem ſint diſcordes, ait grauis quidã doctor, & iuſſio vnius, alteri ſit horrori, nec dilectionis ſit mutua iuſſio inter eos, nec amabilis conuerſatio: ad perditionem noſtram, & ad tẽtandum, inferẽdumq; mala, prout dominus ipſe permiſerit, ſunt vſquequaq; concordes, & aduerſus nos acies concorditer dirigunt; & dum perſtrepuerit ipſorum teterrimæ buccinæ ſonitus, ſine diſcordia G omnes parantur ad bellum, omnes obedientes ad tenebroſum imperium, impetuoſa voluntate perficiente, prout poſſunt, ipſum edictum. Qui ſi non tantum nocent, quantum cupiunt, à diuina poteſtate per ſe, aut per cælicos Angelos coercentur, vocati autem ad inuicem ſe conſociant vt acrius lædant. Aſſumpſit igitur vnus, malus ſeptem alios nequiores: quia ſicut in cæleſtibus Hierarchijs atq; ordinibus, ante caſum fuerunt nobiliores aut excelſiores, ita poſt caſum ipſum in ſeipſis ſunt multo nequiores.

*Dæmones vnanimes ſunt contra nos.*
*Similitudo:*

*Chry. in Mat. ho. 44. to. 2.*
*Ioan. 5.*
*Grauiſsimi erunt labores futura vita.*

H *Et fient nouiſsima hominis illius peiora prioribus.* Hæc non ad illos ſolum, verumetiam ad nos ipſos dicta eſſe credamus, ait Chry. nam ſi diuina luce illuminati, & à prima delictorum miſeria erepti, rurſus ad eandem malignitatem reuertimur, grauior punitio nos profecto expectabit, ideo Chriſtus quoq; paraliticum admonebat, dicens. Sanus iam factus es, noli ergo amplius peccare, nequid peius tibi eueniat. Sed quid peius inquies, illi accidere poterat, qui 38. annos ęgrotus iacuit? Multa profecto peiora & grauiora diuturno illo morbo poſſent excogitari. Magna enim ſuppliciorum atq; punitionum copia apud Deum eſt, quãuis per ineffabilem miſericordiam eius, iuſta eius ira clementer miti-



*Ezec. 16.*
*Simile.*
*Ferus in Mat.*

A mitigetur. Quod per Ezech. ad Hieruſalem dicit: Vidi enim te pollutam ſanguine, & ablui, atq; vnxi, & factum eſt tibi nomen in pulchritudine tua, & fornicata es cum finitimis tuis: ideo nũc grauiora illi peccanti minatur. Sicut in morbo corporis, ait grauis quidam doctor, periculoſius laborat, qui ſemel liberatus, ſuo vitio in morbum incidit, Sic vere periculoſius eſt relabi in peccatum poſt acceptam gratiam, quam primo in peccatis eſſe, vel fuiſſe, quia iam cum peccato ipſo coniuncta eſt ingratitudo. Item peiora, quia grauior vltio ſequitur. Peiora demum, quia ſemper B magis excęcatur talis, ita quod iam ſine vllo timore peccat. ô cæcitas noſtra! brutum animal ſi ſemel ceciderit, cautius graditur, nec faciliter reduci poteſt ad eum locum vbi ſemel cecidit, nos autem omnibus beſtijs miſerabiliores, nec quidem quod incurrimus periculum, videmus.

*Diſsimilitudo:*
*Magna cæcitas noſtra.*

*Hie. in epiſt. ad furiam de viduitate ſeruanda to. 1.*
*Diſsimile*
*Gre. li. 8. mor. c. 41.*
*D. Tho: 3. p. q. 88. a. 1. 2. 3. 4.*

*Peiora prioribus* Mirabile ac ſtupendum eſt, conſiderare noſtram cæcitatem, ait Hiero. Dum in ipſa peccata relabimur, præſertim cum animalia bruta & rationis expertia, vt decipula capiantur, & laqueis in quos ſemel inciderint, neceſſarium ſit vt loca mutẽtur, & fiat mutatio in laqueorum poſitu, nos vero in eoſdẽ prorC ſus laqueos reincidamus, & eiſdẽ omnino vinculis aſtringamur eodem in loco etiam. Penſitans hoc Grego. ait, in flagellis poſitum flagellis digna cõmittere, contra ferientem eſt ſpiritualiter ſuperbire, & ferientis acrius iracũdiam irritare. Atq; eſt primum genus dementiæ, nolle quẽpiam à malis ſuis iuſte ceſſare, & Deũ iniuſte à ſua velle vltione ceſſare. Non eſt intelligendum, ait D. Tho. quod peccata quæ ſemel Deus dimiſit, reuiuiſcãt ſeu quod iterum Deus aliqua puniat, tametſi poſtmodum quis peccarit, ſed intelligendum eſt quod peccata quæ poſt alia dimiſſa committuntur, ſunt grauiora, quam ſi antea nulla commiſiſſent. TanD to enim magis aggrauatur peccatum, quanto ſæpius Deus in peccatorem vſus eſt miſericordia.

*Gorra. in Mat.*
*Luc. 1.*
*Maria virgo quãtum diligeret filium ſuũ dominum noſtrum.*
*Ioan. 9.*

*Adhuc eo loquente ad turbas, ecce mater eius & fratres ſtabant foris quærentes loqui ei.* De beata virgine notandum, quod tanquam pia mater, filium quærebat paruulum, quia eius abſentiam non ſuſtinebat. Vnde dixit, vt ſcribit Lucas, Pater tuus & ego, dolentes quęrebamus te. Quærebat adultum, quia eius præſentia ſatiari, & expleri minime poterat, vt hic. Quærebat magnum factum ſcilicet crucifixum, quia iam eius præſentiam amittebat. Vnde Ioan. ait: Stabat iuxta crucẽ Ieſu mater eius: ſed inuenit eum in primo in medio doctorũ interrogantẽ, nunc in medio populorũ prædicantẽ: vltimo in medio latronum patientem: primo

 in tem-

in templo, ſecundo in domo, tertio in patibulo. E

Abul. in Mat. 9. 37. & 38. Mar. 16. Luc. 24.

*Ecce fratres.* Iſti vt ait Abul. erant cognati ex parte matris, ſcilicet filij ſororum Mariæ, & potiſsime illius Mariæ quæ vocatur Maria Iacobi, mater Iacobi, ſiue Maria Cleophæ, Iſti autem fratres erant, Iacobus Ioſeph & Simon.

Chry. in nō abſ. ko. 30. to. 2.

*Ecce mater tua.* Videns diabolus, ait Chryſoſt, quia perſuadebat populis Chriſtus, eſſe ſe filium Dei, dicens, ecce plus quam Ionas hic, ecce pluſquam Salomon hic, timuit ne ſi Dei filius cognoſcatur ille qui putabatur homo, ipſe derelinqueretur ab omnibus: ideoq; venit aliquis quaſi à diabolo euocatus, qui humano ore verba diabolica loqueretur dicēs, Ecce mater tua, &c. F Ac ſi dicat, quid gloriaris Ieſu, de cęlo dicens te deſcendiſſe, qui habes radices in terra? ecce mater tua, & fratres tui. Poteſt tamen dici, vt ait Abul: quod quidam fecerunt hoc, vt ponerent Chriſtum in perplexitate, vt ſi propter cognatos ceſſaret à pręd icatione, accuſaretur quaſi præponendo carnalia ſpiritualibus: ſi vero non ceſſaret, videretur matrem contemnere, permittens eam & fratres manere foris expectantes. Tales enim ſæpe propoſitiones ei faciebant, vt eum quaſi perplexum tenerent, ſic dicit Hie. lib. 2. in Mat. to. 9.

Abul. vbi ſupra. ex mente D. Hie. lib. 2. in Mat.

Glo. ordi. in Mat. Mat. 10. Abul. in Mat. 9. 37.

*Quæ eſt mater mea, & qui ſunt fratres mei?* Non recuſat obſequia G matris, ait Glo. ſed præfert miniſteria patris. Fratres non contemnit, ſed opus ſpirituale præfert cognationi, vt & nos carni ſpiritum præferamus, iuxta illud: qui amat patrem aut matrem pluſquam me, non eſt me dignus. Chriſtus non dixit iſta verba aſpera propter matrem & fratres, vt ait Abulen. ſed propter vocantem: qui vel malo animo, vel imprudenter eum vocauerat. Quod videtur notaſſe Euangeliſta, cum ait: & reſpondens dicenti ſibi, ait, Quæ eſt mater mea. &c. Dirigens ſuam correctionem ad eum qui auditores perturbat. Quaſi diceret, vt ait Gloſ. Hi ſunt fratres mei, qui faciunt opera patris mei. Vel vt Lyra ait, In H tantum eſt mihi aliquis propinquus, in quantum eſt ſpiritualibus actibus intentus. Vel vt dicit Abulen. vocātur fratres Chriſti omnes qui faciunt voluntatem Dei, quia fratribus competit eſſe cohæredes eiuſdem hęreditatis: qui autem faciunt voluntatē Dei ſunt cohæredes Chriſti, iuxta illud Apoſt. hæredes quidem Dei, cohæredes autem Chriſti. Magna profecto dignitas eſt, ait quidā grauis doctor, Chriſtianorū credētium & verbo Dei adhęrētium efficiuntur enim frater, mater, & ſoror Chriſti, iuxta illud Ioan. Dedit eis poteſtatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius. ô admirandam virtutem, ait Euthym. quæ ad ſe accedentes, ad

Glo. ordi. in Mat. Lyra in Mat. Abu. in Mat. Rom. 8. Clau. gui. in Mat. Ioan. 1. Euthy. in Mat.



A tes, ad tantum extollit honorem, vt ipſos Chriſti domini faciat eſſe cognatos.

## FERIA QVARTA POST I. DOMIN. QVADR.

## CONCIO SECVNDA

*Multi ſunt doli in mundo & fallaciæ.*

B MAgiſter volumus à te ſignum videre. Mat. 12. Præclare quidem dixit Chriſtus de hypocritis & fictis hominibus quod quamuis diſsimulare vellent, de fructu tamen atque operibus eos cognoſceremus, etſi pelle & veſtimentis ouium ſe contegerēt. Hoc etiam conſtat ex hodierno Euangelio, in ſcribis & phariſæis, qui quidem acceſſerunt in pelle ouium, appellantes Chriſtum magiſtrum, & ſigna etiam petierunt. Sed eorum fallaciæ diu latere non potuerunt, quin potius ſtatim in ipſis etiam verbis oſtenderunt quod lupi eſſent C & ſuperbi, dicentes, volumus. Vide enim obſecro quomodo hæc inter ſe conſentiant, videlicet appellare eum magiſtrum, & prætera dicere volumus: Hæccine eſt diſcipulorum humilium vox? imo vero ſuperborum & arrogantium. Vnde colligas quod quātumuis aliquis malus & ſuperbus diſsimulare velit, & virum bonum præſeferre, aliquando tamen verba aliqua ingerit, ex quibus eius fallaciæ deprehendantur. Aliquos videas qui ſe fingunt bonos, vt poſsint marſupium tuum exhaurire; alios vero, qui ſe fingunt diuites, vt mulieres fallant: alios qui inanem gloriam ſua fictione aucupantur. Veruntamen cum hi colores non naturales ſed fictitij ſint, ſtatim nitorem ſuum perdunt. Sane columna vera ex iaſpide, plurimum diſtat à picta, & ſtatim quæ picta eſt de D prehenditur.

Mat. 7. Hypocritæ etſi diſſimulare velint tamē tandē manifeſtātur.

Multi ſunt doli in mundo.

Simile.

Satis quidem iſti hypocritæ dæmonem patrem ſuum imitantur. Vnde Chriſtus ait illis, vos ex patre diabolo eſtis: talibus enim technis vti ſolet dæmon, & varijs vtitur cautelis, vt tandem quod cupit conſequatur. Nullum ſane reperias piſcatorem adeo aſtutum in piſcando, & qui ita nouerit hamum eſca tegere, & varia quidem eſca pro ratione temporis, atque dæmon ipſe ineſcat homines, & rete etiam tendit diſsimulanter, neq; hominem reperias vitæ alicuius inſidiantem qui tanta vtatur diſsimulatione, quanta vtitur dæmon ipſe, & eius miniſtri. Conſidera obſecro & mente recole, principes illos Perſiæ, quanta diſsimula-

Ioan. 8. Mali fallaces.

Simile.

*Danie. 6.* mulatione vterentur cum Daniele, adeo vt inſidiaretur ipſi oran E
ti, vt ita tandem poſſent eius vitam perdere, & hoc quidem ſe-
creto quantum poterant faciebant. Sic igitur iſti hodierno die
dolis inſtructi patris ſui dæmonis, tanquam piſcatores ineſcare
*Adulatores fugiamus.* Chriſtum volebant blandis verbis, appellantes eum Magiſtrum.
Veruntamen cum omnia ſint nuda oculis eius, ſtatim fallacias
eorum retexit & ita reſpondit, Generatio mala & adultera.

Talibus etiam technis & impoſturis filii dęmonis heretici v-
tuntur, blande ſurrependo, ſicut modo faciunt iſti ſcribæ & pha-
*Simile.* riſæi, quibus blanditijs vtuntur ſicut ſutores ſetis quibuſdam, vt F
*Hæretici quibus vtantur impoſturis.* poſsint filum inſerere ſuæ hæreſis: primum igitur propoſitiones
aliquas catholicas præmittunt, vt poſtea inſerant peſtilentiſsi-
mas ſuas hæreſes: & poſt aliquam propoſitionem catholicam,
ſtatim aliam inſerunt hæreticam. Sic Balaam olim blande cœ-
*Nu 24.* pit demulcere populum Dei, dicens: quam pulchra ſunt taber-
nacula Iacob; ſed poſtea conſuluit vt Moab mulieres populo
Dei coniungerentur, quod erat contra mãdatum Dei, & ita mul
ta inde incommoda, & multi interitus conſecuti ſunt. De his fal
*Apo. 2.* lacijs nos monet Apoſto. vt habetur in Act. Apoſtol. cum dicit,
Scio quod poſt diſceſsionem meam inſtabunt lupi rapaces. Sic
*Acto. 20.* igitur iſti ſcribæ volebant blandis ſuis ſermonibus beneuolen- G
*Malorum aſtutiæ.* tiam prius captare dicentes, Magiſter: ſed paulo poſt ſtatim ve-
nenum ſuum aperuerunt dicentes, volumus.

Hic eſt vetus & antiquus malorum mos, videlicet ſub blandi-
*2. Reg. 20* mentis verborum & amicitiæ titulo, alios decipere. Sic 2. Reg.
legimus, quod Ioab ſub titulo pacis & amicitiæ, acceſſerit ad
*Variæ proditiones in mundo.* alterum Ducem Dauidis, videlicet Amaſam, fingens ſe velle
ei pacis oſculum dare, ſicut tunc inter eos moris erat. Vnde &
dixit, ſalue mi frater, & tenuit manu dextra mentum Amaſæ,
quaſi oſculans eum, ſed tamen eum ſecreto, pugione interfecit, H
*2. Reg. 3.* effundens inteſtina eius. Quod vſq; adeo doluit Dauid, præſer-
timq; quod ita proditorie interfeciſſet eum, vt conſtat 3. Reg.
*3. Reg. 2.* tum etiam propter aliud factum, vt ibidem continetur, videlicet
propter mortem Abner, quem etiam proditorie & cauteloſe
*2. Re. 20.* interfecerat. Cuius mortem ita ſenſit Dauid, vt maximum &
dolorem in populo concitauerit, & eum ad ſepulturam fuerit
*3. Reg. 3.* comitatus, ſignificans populo ſe nullo modo eius morti con-
ſenſiſſe, ſed vehementer ipſi diſplicuiſſe proditorium factum
Ioab, ſibique videbatur quod ex illo ſcelere ſibi infamia aliqua
inureretur. Et certe tanto Duci, quantus erat Ioab, nullum ei
erat decus, ſed potius maximum dedecus & ignominia: verun-
tamen



A tamen ad hæc & alia peiora ſe extendit hominum ambitio, cum
vident alios apud homines plurimi fieri, & ad ſummos honores *Ambitio quantam la intẽtet?*
aſpirare: talis autem ambitio occupauerat ipſum Ioab. Hæc
etiam mouit hodie iſtos ſcribas & phariſæos, vt ad Chriſtum
blande & manſuete accederent dicentes, Magiſter. Vnde ſapiens *Pro. 23.*
monet nos dicens: ne comedas cum homine inuido, & deſide- *Inuidia quãta moliatur.*
res cibos eius: Comede dicet tibi, & mens eius non eſt tecum, ci
bos quos comederas euomes.

Quis poterit recenſere aſtutias quibus vtuntur mali cum bo-
B nis, & technas atque fallacias? Vide enim quibus modis & arti-
bus vteretur Laban cum ſancto Iacob, dicens quod ei daret for- *Gen. 29.*
moſam Rachel filiam ſuam pro ſeruitute ſeptem annorum, & *Deceptores ſunt multi.*
tamen poſtea dedit ei deformem Liam. Neque his contentus
fuit, ſed potius in ipſis contractibus ſæpe ipſum decipiebat. Vi-
de quot aſtutijs & fraudibus vterentur fratres Ioſeph cum pa-
tre ſuo Iacob, tingentes ſanguine veſtem Ioſeph, vt poſſent pa- *Gen. 27.*
tri ſuo perſuadere illum à fera quadam beſtia dilaceratum & de
uoratum eſſe. Vide qualem aſtutiam adinueniſſent Philiſthæi, *1. Reg. 13.*
ne ſcilicet faber aliquis reperiretur qui gladium fabricaret in Iſ-
C rael, vt hoc modo non poſſent arma habere Hebræi, quibus ſe à
Philiſtheis defenderent & patriam ſuam tuerentur. Quis vnquã *2. Reg. 13.*
ſomniaſſet impoſturam illam Amnon, cum finxit ſe ægrotum,
vt poſſet ſorore ſua Thamar quam deperibat turpiſsime abuti? *2. Reg. 15.*
An non fuit maxima illa Abſalonis aſtutia, cum fratrem ſuum
Amnon inuitauit, & in medio conuiuij eundem occidi iuſsit? *Iudic. 16.*
Quid dicam de inſidijs Laſciuæ Dalilæ cum Samſone? quę quidẽ
ei vehementer nitebatur perſuadere quod ipſum valde amaret, *1. Re. 18.*
& tamen clanculum ipſum aduerſariis ſuis Philiſthæis prodidit.
An non etiam Saulis inimicitiæ & artes contra ipſum Dauidem
D exploratiſsimæ ſunt? Quid commemorem diabolicam illam He *Mat. 12.*
rodis impoſturam, cum regibus perſuadere conabatur, vt per
eandẽ viam ad ſe reuerterentur: vt poſſet & ipſe Ieſum adora-
re, cum tamẽ decerneret omnes interficere? Ex his certe & alijs *Luc. 16.*
multis malorum impoſturis aperte intelligimus quam ſit verum
quod Chriſtus ait, quod ſcilicet filij huius ſeculi prudentiores *Circũſpecte viuamus cum tot fallacijs abundet mũd.*
filijs lucis in generatione ſua ſunt: hoc eſt quod boni tot modos
fere non exquirunt vt Deo ſeruiant, quot exquirere ſolẽt mali
vt diabolo ſeruiant. Vnde colligas quod cũ tot laquei à malis &
ſceleratis viris, intendantur bonis, neceſſe ſit vt circumſpecte &
caute viuamus tanquam ambulantes inter tot laqueos, vt ait
Eccle. Hoc etiam nos monuit Iſa. dicens: popule meus qui te *Eccle. 9.*

 bea-

beatum dicunt, ipſi te decipiunt, & viam greſſuum tuorum diſſipant. Et alibi ait idem propheta; Erunt qui beatificant populum iſtum ſeducentes, & qui beatificantur, præcipitati. Quare caute & vigilanter viuamus, cum tot incidant inſidiæ & impoſturæ, ac proditiones in mundo, ſicut etiam videmus tot ſcribas & phariſæos laqueum Christo intendere & armare:

*Iſa. 3.* *Iſa. 9.* E

*Mali ex bono eliciunt malum.*

MIrabile ſane eſt quod poſt tot miracula quæ iſti viderant à Chriſto domino facta, ſicut etiam ſcribit Mat. in hoc capite, Tunc accederent iſti phariſæi & ſcribę ad Ieſum proditorie. Viderant enim quomodo Chriſtus curaſſet hominem manum aridam habentem, item quomodo expuliſſet dæmonem ex homine & eum ſanaſſet, qui & mutus & cæcus etiam erat: & tamen ex tantis bonis malum educebant, & ad Chriſtum tentandum accedebant: Quis vnquam exiſtimaſſet, quod ex tam clariſsimis miraculis, tam peruerſæ cogitationes emergerent: & quod ex perdicum ouis, egrederentur baſiliſci? Non videtur perinde mirum, quod ex tantillo malo ingens naſcatur malum, at vero quod ex tanto bono tantum naſcatur malum, id vero intolerabile eſt. Attende igitur quantum malum inuidia in horum animis generauit: & ita fugies vitem, quæ tam malos producit palmites. Quemadmodum igitur tineas ipſas à tuis veſtibus diligenter excutis, & quanto pluris veſtes ipſas facis, tanto maiorem diligentiam in ea re adhibes, & magis veſtes ipſas auræ exponis: ſic vtiq; conſcientiam tuam auræ conſiderationis expone, ne tam peſtilens inuidiæ tinea, eam rodat. Et ſicut formica eam grani partem rodit, quæ in horreis ſuis naſci poſſet: ſic tu in corde tuo facito, vt ſcilicet quidquid videris te ad inuidiam prouocare, de medio auferas, & ita in cæteris vitijs te geras. In hoc boni à malis diſtinguuntur, quod mali ex omnibus malum educunt; boni vero etiam ex malis bonum educunt. Si videt malus quod aliquis peccat, inde ſumit ſibi exemplum, quod liceat etiam peccare, ſi autem videt quod aliquis bona opera faciat, quod eleemoſinas largiatur, murmurat ſtatim dicitq; hypocritam eſſe. Quemadmodum igitur lux ſolis quaſdam aues delectat, alijs vero moleſta eſt: ſic virtus quæ bonos oblectat, à malis importuna iudicatur. Hoc voluit Apoſtol. ſignificare cum ait, Chriſti bonus odor ſumus Deo, in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt, alijs quidẽ odor mortis in mortẽ, alijs vero odor vitæ in

*Mali ſunt cæci: Mali ex bono eliciunt malum.* F

*Malitia hominum quo deueniat.* G

*Simile.*

*Simile.* H

*Occaſiones malas fugiamus.*

*Simile.* *2. Cor. 2.*



A tæ in vitam vbi igitur bonus cælum inuenit, ibi malus infernũ reportat, vnde cum ait Apoſ. tempus breue eſt, cogitat apud ſe vir probus, ergo qui habent vxores, tanquam non habẽtes ſint, & qui flent, tanquam non flentes, & qui gaudent, tanquam non gaudentes. At vero malus ita ratiocinatur, quia tempus breue eſt, comedamus & bibamus, cras enim moriemur. Item ait, quoniam tranſiet vita noſtra tanquam veſtigium nobis, venite ergo fruamur bonis, nullum pratum ſit quod non pertrãſeat luxuria noſtra. Vide igitur ex eiſdem floribus quam differẽter vtriq; mel-

B lificent. Quanto melius inferrent, quia tempus breue eſt, vitijs longum vale dicamus, & vitam in melius emendemus: ſiquidem etſi breuibus delectationibus vtamur, tamen æternam incurremus damnationem & pęnam: Non ita cogitabant iſti Phariſæi, quin potius ex iiſdem miraculis quibus alij proficiebant, ipſi peiores reddebantur, atq; ita blandis & ſimulatis verbis vtentes ad ipſum accedebant dicentes, magiſter, volumus à te ſignum videre:

*1. Cor. 7.*

*Boni inde bonũ educunt, vnde mali educunt malum.*

*Cõſiderationes ad vitã emendandam*

In hoc quod dicunt iſti Phariſæi, videntur reſpondere tacitæ cuidam obiectioni quæ ipſis fieri poſſet: ſiquidem ſi diceretur

C eis quare non crederent tot ſignis, reſpondebant, quia non erant cæleſtia ſigna: veruntamen hæc non erat vera ratio, ſed potius quod non aſſentiretur Chriſtus eorum ambitioni & vitijs. Antiqui quidem gentiles, vt ſcribit Auguſt. vt poſſent ſua ſcelera committere, ſub prætextu ſuorum deorum, dicebant eſſe quidẽ optima quæ ipſi committebant, propterea quod ita feciſſent eorum dij. Vnde carnales dicebant quod ita dea venus feciſſet: ſi crudeles erant & vindictam cupientes, dicebant ſe imitari Deũ ſuum Martem: ſi voraces erant, dicebant ſe imitari bacchum. Sic & hebræi ſe idololatriæ dabant, vt ita melius ſiue accommo-

D datius eorum ſententia, ſe vitijs tradere poſſent: & ita poſtquã vitulum adorauerant, ſurrexerunt ludere, poſt quam ſe cibo & potu ſaturauerãt, quaſi Deum quẽdam ſimilem ſui colere viderentur, atq; ita ſe excuſabant dicentes eorum religionem hæc permittere. Hinc etiam fit vt ſint tot hæretici, quia gaudent ſe inueniſſe ſectam aliquam, quæ approbet quod ipſi approbant, videlicet vitia & vitioſam libertatem. Hoc condemnat Ioann. dicẽs hoc eſt iudicium, quia venit lux in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras quam lucem, erant enim eorum mala opera. Sic mali ſolent ſibi excuſationes fingere vt vitia ſua tueãtur, ſicut faciebant iſti Phariſæi, qui quod non crederent, rationem illam reddebant quod Chriſtus cæleſtia non faceret ſigna.

*Mali quãta vtãtur ſimulatione.*

*Auguſt. lib. 2. ci. Dei.*

*Exo. 32.*

*Hæretici ſuarum inuentionum tenaces.*

*Ioan. 3.*

*Mali quærunt excuſationes peccatorũ ſuorum.*

Iſti quidem ex ſana Chriſti doctrina & miraculis tanquam me- E
dicina quadam infirmabantur; quod quidem erat peſtilens ſignũ
*Hippocr.* videlicet vt quis medicina ipſa infirmetur potius. Vnde Hip-
po. ait in quodam Aphoriſ. Solentia iuuare, ſi ſuo tempore
non iuuant, mala procul dubio eſt ſignificatio, id eſt ſignum
mortis eſt: iſti infirmabantur ex diuina doctrina, cum tamen
*Pſal. 18.* dicat regius vates, lex Domini immaculata conuertens ani-
*Simile.* mas. Erant igitur iſti inſtar lapidis cuiuſdam, de quo dicunt
naturales quod etſi in medium ignem procijciatur, non ta-
*Hiere. 23* men caleſit, propter tantum eius frigus. Porro de verbo Dei F
dicit Hiere: nunquid non verba mea quaſi ignis? Erant autem
iſti vſque adeo congelati & frigidi, vt verbo diuinæ prædica-
tionis non ſolum non caleſierent, ſed etiam magis frigerent.
*2. Par. 36* Vnde cum tam peruerſi eſſent hebræi, miſit ad eos Deus varios
*& 4. Re.* prophetas vt conuerterentur, & ipſis comminarentur niſi ſe
*35.* emendarent, ipſi vero tantum abeſt vt emendarentur, quin po-
tius ipſos Prophetas deridebant. Atq; ita venit Nabuchodono-
ſor quaſi flagellum Dei, vt Sedechiam captiuum duceret, & li-
beros, & populum. Nihilominus tamen tam cæci erant, vt cum
in Aegypto captiui eſſent, adhuc tamen in vitijs ſuis perſeue- G
*Hier. 44.* rarent, cumque eos Hieremias corrigeret, dicebant, ſermo-
nem quem locutus es ad nos in nomine Domini, non audiemus
abſte, ſed facientes faciemus omne verbum quod egredietur
de ore noſtro. Attende quod dicerent, facientes faciemus, id eſt
cum efficacia. Vide obſecro in quantam deueniſſent cæcitatem,
*Peccatum* vt ſibi videretur quod melius ſecum ageretur cum in idolola-
*quãtã in-* tria perſeuerarent, quam antea. Atq; vtinam nos tam cæci non
*ducat cæci-* ſimus, vt dicamus melius nobiſcum agi cum vitijs incumbimus,
*tatem.* quam cum virtutibus: ſiquidem quanto plures audimus con-
ciones, tanto magis videmur dicere, etſi prædicator ſe torqueat, H
& fatiget, tamen facientes faciemus omne verbum quod egre-
*Mali ex* dietur de ore noſtro. Sic faciebant iſti Phariſei, quoniam quan-
*bona do-* to magis ipſis Chriſtus prædicabat, tanto peiores erant. Satis
*ctrina in* aperte hos reprehendebat Chriſtus, & nos etiam quotidie re-
*peius proſ-* prehendit, verum perinde proficimus ac ſi mortuo verba fie-
*ciunt.* rent. Mali quidem nolunt niſi ſibi placentia audire. Vnde Pau.
*2. Cor. 4.* Reſpondens his qui querebantur quod eius prædicatione tam
*Se excæca-* pauci proficerent, ait: Euangelium noſtrum in his qui pereunt
*ri patiun-* eſt opertum, in quibus Deus huius ſeculi excæcauit mentes in
*tur mali* fidelium, vt non luceat eis illuminatio Euangelij gloriæ Chri-
*à demone.* ſti, qui eſt imago Dei. Vtinam nobis tale aliquid non contingat.

*Volumus*



A *Volumus a te ſignum videre.* Expende hominum impiorum in-
genium, nil intentatum relinquunt, vt malitiam ſuam expleant: *Num. 23.*
Balaach rex Moabitarum, vt habetur in Num. in alio atq; alio
loco ædificauit ſæpe altare, & appoſuit vitulum & arietem, vt
malediceret Balaam Iſraeli. Viſum eſt enim ei quod ſi mutaret
locum, mutaretur etiam Balaam, & quod in vno loco aſſequi
nõ poterat, in alio ſe putabat conſecuturum. Ita dæmoni viſum *Matt. 4.*
eſt: nam cum in deſerto non eſſet conſecutus quod intendebat,
exiſtimauit ſe id conſecuturum in pinnaculo: poſtea cum nec *Aſtutia*
B in hoc loco intentionẽ ſuã expleret, tanquam alter Balaac ter- *dæmonis.*
tio duxit illum in montem, & in tribus locis tria altaria ædifica-
uit, id eſt ſuas tres ordinarias tentationes. Sic Iudæi fecerunt cũ
illo cæco à natiuitate quem Chriſtus illuminauit, iterum atq; ite-
rum importune interrogando illum, vt vel aliquid aduerſus *Ioan. 9.*
Chriſtum inuenirent. Hoc quotidie faciunt impij cum bonos per- *Mali qua*
ſequuntur, vt nil intentatum relinquant, dummodo eis nocere *vtantur*
poſsint. Sic iſti ſcribæ & Phariſæi ſe gerebant cum Chriſto, nam *aſtutia.*
interdum dicebant, in qua poteſtate hæc facis, & quis dedit ti- *Matt. 21.*
C bi hãc poteſtatẽ? Interdũ vero dicebãt, quid facimus, quia hic ho- *Ioann. 11.*
mo multa ſigna facit? & modo dicunt, volumus à te ſignũ videre.

### *Superbia & arrogantia deteſtabilis.*

VOlumus. Annon vides qualia proferant verba? Sane cum vo- *Matt. 12.*
ces ſint ſigna earumque in animo ſunt conceptionum, vt ait *Luc. 6.*
Ariſto. Item ex abundantia cordis os loquatur, vt ait Chriſtus
apud Matt. & Luc. Satis aperte conſtat ex his inflatis verbis, quã-
ta eſſet iſtorũ hominum arrogantia & ſuperbia, ſiquidem ſu-
D perborum eſt ſimilia proferre verba tumida & inflata. Vnde Na- *Dani. 4.*
buchodonoſor cum magna ſuperbia dicebat, nonne hæc eſt Bã- *Ambitio-*
bylon ciuitas magna, quam ego ædificaui in robore fortitudinis *ſos quomo-*
meæ, & in gloria decoris mei? At vero ſtatim audiuit vocem ſibi *do humi-*
dicentem quod tanquam beſtia tractaretur & paſceretur ſeptẽ *liet Deus.*
annis, ſic enim ſolet Deus humiliare ſuperbos. Et certe nõ intel- *Simile.*
ligo in quo nitatur talium hominum ſuperbia: etenim ſi ideo *Vita no-*
ſuperbimus, quod exiſtimemus nos bonos eſſe, eadem ipſa de *ſtra mul-*
cauſa hoc perdimus: quin et ſi noſtra vita conferatur cum vi- *tis parti-*
ta illa ſanctorum olim, multis partibus ſuperabitur. Videas *bus a vita*
interdum quod res aliqua nobis valde alba videbitur, adeo *illa ſancto-*
vt dicamus albam eſſe inſtar niuis: at vero ſi prope eam, *rum ſupe-*
niuem ſtatuas, ſatis aperte differentiam profecto ipſam intelli- *ratur.*
ges.

ges: Non debemus igitur inſoleſcere propter bona opera, ſicut E
*Pſal. 90.* inſoleſcebant iſti Phariſæi: ſed liberet nos dominus à ſagitta vo
lante in die, & a dæmonio meridiano, id eſt ab inani gloria & tu
more, quæ ex bonis operibus aliquando naſcitur: a qua quidem
ſerui Dei longiſsime abeſſe cupiunt, tanquam a ſagitta acuta.
Percontatus quidem eſt Pharao a Iacob cum primum eum vidit
quot eſſet natus annos? Qui reſpõdit, dies peregrinationis meæ
*Gene.* 47 centum triginta annorum ſunt, parui & mali. Vide quam humi
liter loqueretur ſanctus ſenex, qui ſanctam traduxerat vitam.
*Humilitas quid faciat.* Sic igitur nos faciamus quantumuis bona opera videamur præ F
ſtitiſſe, iuxta id quod ait Chriſtus apud Luc. cum feceritis om-
nia quæ præcepta ſunt vobis, dicite, ſerui inutiles ſumus. Sed
*Luc. 17.* quorſum propter bona opera inſoleſcimus, cum præſertim om
*Boni omnia bona deo attribuunt.* ne bonum ex deo procedat, & omnia ipſa opera redundent in
vtilitatem noſtram? Iſtis videbatur quod propter ſua opera eſ-
ſent in maximo pretio habendi, & quod omnes ipſis deberent
obedire, & quod ſolum ad præcipiendum alijs nati erant: & ita
ex hac falſa æſtimatione moti, dicunt volumus.

Tam deteſtabile malum eſt ſuperbia, vt non ſolum ſuperbi deo
*Superbi odio ſunt Deo & hominibus.* odio ſint, ſed etiã hominibus. Multos alios vitioſos etſi Deus G
oderit tamen homines eos diſsimulant, at vero ſuperbus ab om
nibus odio habetur, & in inferno odioſus eſt, imo cũ ſuperbus il
luc ingreditur, videtur totus infernus commoueri. Vnde Iſa. ait
*Iſa. 114.* infernus ſubter conturbatus eſt in occurſum aduentus tui: loqui
tur autem de ingreſſu in infernum ipſius Balthaſaris filij Nabu-
chodonoſor: eo ꝙ tã execrabilis ſit ſuperbia eius. Vnde Dauid
non ſolum timebat hoc vitium, ſed etiam a deo poſtulabat ne ſi-
*Pſal. 35.* bi eueniret, & ita dicebat, non veniat mihi pes ſuperbiæ, quaſi di
cat, neq; vno quidem pede eius tentoria intrem neq; vel primus
ſuperbiæ motus cordi meo eueniat: & ſubdit rationem, dicens, H
quia ibi ceciderunt peccatores, hoc eſt angeli, quos cælum ſuſten
*Ioan. 8.* tare non potuit cum ſuperbi facti eſſent, vt ſcribit beatus Ioan.
*Ezech. 28* Tale ergo vitium animum occupauerat horum phariſæorum,
cum dicant volumus; vnde & Chriſtus eis reſponſione ſua reſti-
*Iacob. 4.* tit, quia ſicut dicit Iaco: Deus ſuperbis reſiſtit.

*Volumus.* Quis quæſo patienter ferat tam arrogantia verba?
bene vtiq; his quadrat quod ait Iob, vſquequo loqueris talia, &
*Iob. 8.* ſpiritus multiplex ſermonis oris tui? id eſt ventus multiplex ſer
mo oris tui. Item alibi ait, nunquid habebunt finem verba vẽto
*Iob. 16.* ſa? Vnde exiſtimatis prouenire tumorem noſtrum, & arrogan-
tiam, niſi quod oculos conijciamus in vitas perditorum hominũ?
ſic



A ſic enim facta cum ipſis comparatione, nobis videmur ſancti. Sa
ne qui ſe in immũdo ſpeculo cõtuetur, non poterit videre macu
las oris ſui: ſic malo videtur quod ipſe ſit bonus, quia ſe compa *Simile.*
rat cum aliquo perditiſsimo & flagitioſiſsimo homine. Quare
vt præclare agamus, noſtram potius vitam cum vita alicuius
ſancti conferamus. Vnde Dauid dicebat, lauabo inter innocen *Pſal. 25.*
tes manus meas: quaſi diceret, nolo me contemplari in immun
do aliquo ſpeculo, ſed potius in vita iuſtorum & innocentium
& ita ad eorum imitationem lauabo manus meas id eſt opera.
B Præterea ſuperbi etiam intumeſcere ſolent & inurbani eſſe, pro *Proximos non cõtemnamus.*
pterea quod proximos ſuos deſpiciant atq; contemnant, ſicut
iſti phariſæi, qui ad Chriſtum accedebant dicentes, volumus: non
ita nos geramus, quin potius cæteros meliores nobis exiſtime-
mus, & neminem contemnamus. Obſeruatione dignum plane
eſt quod cum angelus Gedeoni apparuiſſet vt conſtat ex lib. Iu- *Iudicũ. 6.*
dicum, dixiſſetq; ei, Dominus tecum virorum fortiſsime, reſpon
derit Gedeon, ſi Dominus nobiſcum eſt, cur ergo apprehende- *Humiles cæteros plurimi faciunt.*
runt nos hæc omnia? Sane angelus videtur ſolum Gedeonem
ſalutaſſe, & tamen humilis Gedeon exiſtimauit quod omnibus
C impertiuiſſet ſalutem: ſic enim viri iuſti exiſtimant ſibi nihil ex
priuilegio eſſe vendicandum, & ita plurimi faciunt cęteros, ne-
q; inurbani ſunt ſicut iſti phariſæi.

## FERIA IIII. POST I. DOMIN. QVADRAG:

## CONCIO TERTIA:

A*Cceſſerunt ad Ieſum &c. dicentes, volumus à te ſignum vi-*
*dere.* Matt. 12. Obliuiſcebantur iſti ſtatim ſignorum *Simile.*
D quæ faciebat, ſicut nos etiam ſtatim obliuiſcimur cõ *Iſa. 49.*
ciones quas audimus. Mirabile ſane eſt, ꝙ cũ tãta ſit *Hiere. 23*
vis verbi Dei, ita vt aliquãdo vocetur malleus cõte-
rens petras, tam parum tamen nos ex ipſo proficiamus. Id vtiq;
ex eo prouenire debet, quod cum minima attentione, & minori
amore illud audiamus, atq; parui æſtimemus illud, præficientes
ei res terrenas.

*Generatio praua & adultera.* Memento obſecro Domine, quod *Cant. 4.*
de te ſcriptum ſit, mel & lac ſub lingua tua: cur ergo tam aſpere
reſpondes, his qui te tam blande alloquuntur, præſertim cum
his qui te ignominioſe tractabant, blande reſponderes? Sed di-
cendum eſt quod iſti eſſent adulatores, qui naturã habent corui,
ita

*Adulatores quibus cõparetur*

ita vt primo inuolatu oculos eruant, id eſt rationis oculum per- E uertere velint ſuis blandis adulationibus & laudibus, ac propterea ſunt maxime reprehendendi: cum his vero qui aſpere nobiſcum agunt, patientia eſt exercenda.

*Mali ſtatim inueniunt opportunitatẽ ad ſua ſcelera patranda.*

*Sicut fuit Ionas in ventre ceti.* Cum Ionas mandatum Dei, declinare voluit, ſtatim inuenit ſuam commoditatẽ, id eſt nautas & nauem, qui ipſum fugientem in Tharſis acciperent, quæ terra longe à Niniue diſtabat ciuitate, in quam à deo mittebatur: ſic quando aliquis vult virtutis viam declinare, ſtatim diabolicas inuenit commoditates, nec deſunt naues & comites, qui eius mi- F ſerabilem nauigationem comitentur.

*Obediamus & obtemperemus Deo.*

*Voluntas propria nobis nocet. Similia.*

QVod iſti ſcribæ & Phariſæi ſuæ voluntatis implendæ amiciſsimi eſſent, idcirco dicebant volumus. ſic multi amici ſuæ voluntatis, Dei mandata, & Eccleſiæ ac prælatorum eius negligunt cum ſit propria voluntas quæ nos miſeros perdit. Et certe vel exemplo creaturarum rationis expertium, vt ſolis, lunæ, aſtrorum, orbium, & deniq; cæterorum, maxime moneri ad obedien- G tiam & excitari tandem homines deberent: quæ quidem creaturæ nullo præmio intercedente, nulla facta pollicitatione, ad ſolũ Dei nutũ audientes dicto ſunt & obtemperantes. Soli, ſoli inquam ſunt homines, qui quamuis intelligentia præſtent, atq; excellẽtiorẽ naturã, donaq; habeant, tamen Deo ſemper inobediẽtes exiſtant, & dura nunquam corda inflectant. Mari, terra, cæteriſq; elementis parentibus, ſolus eſt homo, qui non ſolum non obedit, verum etiam magna audacia, verius dixiſſem impudentia aduerſus Deum ipſum pugnat, eius præcepta debellat, & deniq; quantum in ſe eſt, hoſtili animo diuinam maieſtatem cona- H tur euertere. Age iã infelix, quomodo putas natos tuos, ſeruos, ſubditos, aut tuas etiã paſsiones ſiue affect⁹, tibi obtẽperaturos, cum tu ei nõ obedias, cui quia protoparentes non obedierunt, omnes ſtatim creaturas contra ſe armatas experti ſunt?

*Obediant creaturæ rationis expertes Deo neq; ſperãt præmium.*

*Mali contradicunt diuinæ voluntati.*

*Gene. 3.*
*Exod. 14*
*Pſal. 113.*

*Solus homo eſt inobediens factori ſuo.*

Vos omnes creaturæ inquit Dominus, mihi obtemperatis, homo vero ipſe inobediens eſt: imperaui enim mari, vt cæteras taceam, & diuiſæ ſunt aquę eius. Vnde quærens propheta à mari, quid eſſet quod in exitu Iſrael de Aegypto fugiſſet, & a Iordane, cur eſſet retrorſum conuerſus? Reſponderunt: a facie domini mota eſt terra, a facie Dei Iacob: ac ſi dicerent, quid mirũ ſi nos Deo pareamus, cum terra nobis longe tardior, ei mira velocita-



A velocitate obtemperauerit? nec ſolum terra, ſed etiam duriſsimæ rupes fuerint eius iuſſu in fontes aquarum conuerſæ?

Quo tempore Adamus ipſe obtemperans erat domino, ipſi etiam omnia obtemperabant: at vero poſtquam mandatis Dñi non obediuit, animalia etiam illi obedientiam denegarunt. *Gene. 3.* Aduerſus inobediẽtem Ionam, & mare, & venti, & nautæ & piſces deniq; inſurrexerunt, At vbi primum Ionas obediens fuit, quæ- *Ionæ. 1.* cunq; rebellia ante fuerant, eidem poſtea obtemperarunt: nam & piſcis eum euomuit, & deniq; etiam hoc modo Niniuitæ ei B obedierunt: Danieli obedienti etiam leones ſubiecti fuerunt: ipſi *Dan. 14.* Eliæ corui ſeruiebant: pueros illos in flammam coniectos, ignis *3. Reg. 17.* ipſe non vſsit: & quod mirabilius eſt, ipſe etiam Dominus *Danie. 3.* obedienti Ioſue obſecundauit, cum ad eius vocem ſtetit Sol in *Ioſue. 10.* cælo, donec victoriam de hoſtibus reportaret.

Sane Eſau ad tantam deuenit nequitiam, quod amicus eſſet & tenax ſuæ voluntatis, inimicus vero obedientiæ paternæ: at *Geneſ. 25.* vero Iacob benemoratus erat, qui domeſticus valde erat, & parentibus obſequens. Et certe parentes plurimum gaudere deberent, cum filij religionem ingrediũtur, ſiquidem ibi prælati pro C ipſis inuigilant ſemper tanquam rationem reddituri, tum etiam ibi propriam voluntatem abnegantes, ſe diuinæ conformant voluntati, & mundana omnia ſpernunt. De Vlyſſe ferunt quod cum nauigaret, ſe alligari fecerit, & aures probe obturari, ne audire poſſet Syrenum cantus: ſic vtiq; religioſi viri amore Dei adligantur & obedientiæ vinculo, ita vt cum Syrenum cantus, hoc eſt ſeculi vanitates, & carnis deliciæ, ipſos titillare voluerint, nullus patear aditus. Non ita ſegerunt illi qui ita propriæ voluntatis tenaces ſunt, vt neq; Deo neq; hominibus ſe ſubijcere & obtemperare velint, ſed potius ad nutum ſuum viuere: D qui ſane dicentes ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt, & ideo, vt ait Pau. tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciant ea quæ non conueniunt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia &c. Quæ cum ita ſint, ait, obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra hoſtiam viuentem, ſanctam, Deo placentem, & nolite conformari huic ſeculo: Nolimus igitur voluntati noſtræ adhærere, ſed obedientes Deo ſimus. Siquidem quemadmodum infantulus a matris complexu ſeparatus, periclitatur maxime, ne a beſtijs conculcetur, vel in ignem prolabatur, aut in puteum cadat: ſic vtique qui a deo ſeparatur, & propriæ adhæret voluntati, in maximo verſatur periculo profecto atque diſcrimi-

*Parentes plurimũ gaudere deberent cum filij religionẽ ingrediuntur.*

*Exẽplum vlyſsis.*

*Religionis ingreſſus opus heroicum.*

*Suã ſectari voluntatem quam ſit periculoſum.*

*Rom. 1.*
*Roma. 12.*
*Simile.*

diſcrimine: Quare redeamus præuaricatores ad cor, atq; vbi E
*Rom. 5.* abundauit delictum, ſuper abundet gratia & obediẽtia. Ad quod
perficiendum te ſane vel illud tantum maxime commouere de-
beret, videlicet quantam de te gerat Deus curam & ſolicitudinẽ,
*Maxima eſt Dei ſolicitudo erga nos.* cũ te ab eius complexu dimoueris; finge illum quaſi dicentem,
quid illi miſero fiet? Quo miſer deueniet? Quantum à mala &
peruerſa conſcientia exagitabitur? Quantis obijcietur periculis
à Dei complexu diuulſus? Et ſicut pia mater cum filium ami-
*Simile.* ſit, plurimum de eo ſolicita eſt, ipſumq; hac, illac circumcurſan-
do inquirit, ac præconis voce inueſtigat: ſic vtiq; Deus plurimũ F
de peccatoris ſalute ſolicitus eſt. Quid igitur retribues Domi-
no, pro tam paternis charitatis viſceribus?

Ignominioſum ſane homini eſt quod cum dicat Dauid, ordi-
*Pſal. 118* natione tua perſeuerat dies, quoniam omnia ſeruiunt tibi, inte-
rim tamẽ ſolus homo, qui plus Deo debet, ſit rebellis diuinæ vo
*Simile.* luntati, & propriam curet implere voluntatem. Vis tu mercena-
rium virum propter nummum vnum aut alterum argenteum
*1. Cor. 6.* tibi toto die deſeruire, tuamq; ſolum ad implere voluntatem: &
non vis quod Deus qui nos pretioſiſsimo ſanguine ſuo rede-
mit, iuxta illud, empti enim eſtis pretio magno, noſtram exi- G
gat voluntatem, eamq; velit ſuis parere præceptis, præſertim
cum hæc omnia ad noſtrum tendant commodum & vtilitatem?
*Exẽplum* vſq; adeo glorioſiſsimus patriarcha Franciſcus obedientiæ ami
cus erat, vt cum iter faceret, ſocio ſuo obedientiam præſtaret,
& ſuam voluntatem, illius voluntati ſubmitteret, cum tamẽ om
nibus eſſet ſuperior. Præterea Noe etſi in arca non ſine anguſtia
per annum manſiſſet, vbi exiſtimari poteſt ex tot animalibus nõ
ſatis iucundum emitti odorem, niſi aliter Deus diſponeret, ni-
*Geneſ. 8.* hilominus tamen adhuc poſtquam ceſſauit diluuium, expectauit
per menſem, donec Deus ſibi præciperet vt inde egrederetur. H
*Geneſ. 12.* Vide quam obediens eſſet ſemper Abraham deo, etiam in diffi-
*Hebr. 11.* cillimis & arduis, quamuis iam 75. annos natus eſſet, vt pondera
*Roma. 13.* uit Apoſ. eius obedientiam, ad hebræos ſcribens. Hanc obedien
*Simile.* tiam qualis eſſe deberet, nos docuit Apoſ. dicens, induimini Do
*Obediamus Deo, & inde multa nobis prouenient bona.* minum Ieſum Chriſtum. Nam certe quando veſtis aliqua pro no
bis fit, ea ſolet ſtaturæ noſtræ accommodari, at vero cum veſtem
pro alio factam induimus, debemus nos ei adaptare, qualiſcun-
q; ipſa fuerit. Sic ergo quando Apoſto. dicit vt induamus Domi
num Ieſum Chriſtum, ſignificat vt ei obediamus, & eius volunta
ti nos accõmodemus, quæ recta & ſancta eſt, ſi volumus diuina
charitate & amore inflãmari. Eſt quidem Chriſtus regula recta,
& non



A & non plumbea, vt eam velimus ad noſtram voluntatem diſtor
quere, imo potius debemus nos voluntatem noſtram eius volũ-
tati adaptare, & ab illa duci debemus & gubernari. Si enim ita
nos geſſerimus, ipſe tam pius eſt & miſericors, vt ad voluntatem
noſtram faciendam deſcendat, iuxta illud regij vatis: voluntatẽ *Pſa. 144*
timentium ſe faciet, & deprecationem eorum exaudiet: adeo vt
ſi ſerui ſui dicunt volumus, ipſe dicat etiam volo: & quia mihi
obedientes eſtis, ego etiam vobis obediam:

Debemus ergo Dei voluntati & legi obedire, & non ſolum *Gene. 24.*
B voluntatem noſtram abnegare, ſed etiam vlterius ad perfectio- *Non ſolũ præcepta Dei ſeruemus, ſed etiã ad cõſilia implẽda tendamus.*
nem ſemper contendere. In Gene. quidem habetur, quod ſer-
uus ille miſſus ab Abraham pro coniuge filio ſuo exquirenda,
poſtulauit a domino huiuſmodi ſignum, vt ſcilicet illa eſſet con
ueniens vxor, quæ accedenti ſibi ad fontem petituro aquam,
reſponderet vlterius aliquid, videlicet non ſolum ſibi, ſed reli-
quis ſeruis & camelis daturam aquam: atq; ita cognoſceret ſi-
bi feliciter aduentum ſuum ſucceſsiſſe, & labores bene colloca-
tos. Sic igitur ſignum eſt quod Deus eas animas ſibi maxime *Simile.*
deſponſet, quæ vltra præcepta, etiam Dei conſilia implere ni- *Obediamus Deo celeriter, quoniam ita obedimus regibus terrenis.*
C tuntur. O ſi vel ita Deo ſeruiremus, ſicut videmus hominem ali
quando homini deſeruire! Quanta quæſo cum celeritate homi-
nes regibus terrenis obediunt, & quanta cum diligentia? Siue
enim ludant, ſiue comedant, ſiue aliquid faciant, famuli, ſtatim
ad ſimplicem Domini ſui vocem accurrunt & conuolant: atten
te quæ ſibi dicuntur audiunt, & tenaciſsima memoria retinent,
ac ſæpe mente volutant, & diligentiſsime exequuntur, non de-
clinantes ad dexteram, neq; ad ſiniſtram. O maximam miſeriam *Cõminationes dei nõ perinde videmur timere, ac cõminationes terrenorum regũ*
noſtram vel potius ſtultitiam, ſi præcipiat rex terrenus aliquid
faciendum vel non faciendum, ſub pœna remigationis, aut exi-
D lij, omnes timent, & mandata implent: & cum Deus optimus
maximus nobis æternas comminetur pœnas ſi pro voluntate
noſtra implenda, Dei voluntatem contempſerimus, & contra
fidelibus ſeruis & obtemperantibus ſempiternam beatitudinem
promittat: negligimus tamen, & ſurdam exhibemus aurem, cũ
tamen ei omnia debeamus. Cæterum attende queſo quomo-
do ſoleat Deus inobedientes ſibi & rebelles punire, etiam leoni *4. Re. 17.*
bus immiſsis hominibus, vt conſtat ex lib. 4. Reg. Et quamuis *Plagas multas immittit Deus inobedientib.*
hos tibi modo non immittat, tamen immittit alias plagas, vt
prælia, diſſenſiones, famem, peſtem, & alias calamitates, adeo
vt vix homines audeant pedem extra portam ponere & efferre,
imo nec in proprijs domibus ſe ſecuros arbitrentur: Vnde in-

E telligas quod etſi iſti manſuetum ſibi tantopere Deum depingant, nihilominus tamen conueniat etiam ipſi quod ait regius vates, exardeſcet ſicut ignis ira tua.

*Pſal. 88.*

Aduerte obſecro quod ſit Deus inſtar illius imaginis quam in ſpeculo contueris, ſi enim te benigno vultu oſtẽderis, etiam talem repræſentat vultum.

*Simile;*

Quod ſi aſpero fueris vultu & truculento, etiam Deum experieris iratũ, hoc eſt ſi fueris inhumanus in proximos tuos atq; immitis. Vnde in lib: Sap. dicitur quod ſit ſpeculum ſine macula, vbi res ipſę clare & diſtincte videntur.

*Sap. 7.*

F Plurimum ſane vt obedientiam erga Deum ſeruaremus, nos mouere deberet conſideratio illa, quod creaturæ ſint nobis obedientes, quod Deus ita ipſis mandauerit. Siquidem non fuit contentus vt cæli & elementa nobis deſeruirent, & quod ſpiritus angelici, qui intelligentiæ dicuntur, cælos ipſos & orbes mouerent, abſq; vlla ceſſatione tam diurna quam nocturna, ne ſcilicet cælorum virtus ceſſaret ab influxu in hæc inferiora, ſed voluit etiam vt terra tanta cum vbertate fructus ſuos produceret, adeo vt ſi anno vno parca eſſet, ſequenti anno vberiores & duplicatos redderet fructus, idemq; arbores præſtarent.

*Obediamus Deo quãdoquidẽ nobis obediunt eius creaturæ.*

*Ariſto.*

Quis porro non miretur quam ſolicitæ ſint apes ad mellificandum, in vſum & commoditatem hominum? G At vero homo duriſsimus eſt & ſaxeus in Dei obedientia, & in propria voluntate abnegãda: Non ita ſe gerebat Apoſto. cum diceret, memores enim facti eſtis fratres, laboris noſtri, & fatigationis, nocte & die operantes &c. Nos vero non pro his fatigamur pro quibus Apoſ. Sed potius pro ſumenda vindicta, pro inſeruiendo vitijs, pro diuitijs comparandis, pro adimplenda voluntate noſtra, etſi diuinæ repugnet voluntati.

*Admirabilis Dei circa hominẽ prouidentia.*

*1. Theſ. 2.*

## *Pœnitentiam agamus.*

H *Viri Niniuitæ ſurgent in iudicio cum generatione iſta & condemnabunt eã, quia pœnitentiã egerũt in prædicatione* Ionæ. Cõtra nos etiã cõſurgent Niniuitæ, quippe qui maioribus diuinitus abundamus auxilijs ad pœnitentiã agẽdã, & tamẽ eã negligimus, maioribus abundamus exẽplis, maiori aſtricti ſumus obligatione, maiores habemus cõmoditates, & maiorem lucem præmiorum ac ſuppliciorum, & multis alijs abundamus. Sane vir Chriſtianus non debet eſſe contentus, quod in baptiſmo factus fuerit filius Dei adoptiuus, quin potius pro virili ea opera præſtare debet quæ talẽ filiũ decẽt. Siquidẽ Pau. etſi nouiſſet ſibi eſſe repoſitã coronã iuſtitię, nihilominus tamẽ talẽ agebat pœnitentiã, vt Chorinthijs

*Pænitẽtiã agamus, quoniã nobis diuinitus tanta ſuppeditãtur auxilia.*

*1. Ti. 4.*



A thijs ſcribens diceret, caſtigo corpus meũ, & in ſeruitutẽ redigo. Valde igitur nobis pęnitẽtiã cõmẽdat, vt poſsimus Dei irã effugere, propheta Hiere. etſi obſcure dicẽs: ſiquidẽ & murus babylonis corruet, egredimini de medio eius populus meus, vt vnuſquiſq; animã ſuam ſaluet ab ira furoris dñi & ne forte molleſcat cor veſtrũ, & timeatis auditũ qui audietur in terra: Quaſi dicat, nolite expectare dũ audiatis terribilẽ illã vocem, ite maledicti in ignem æternũ: curate eã opportune fugere, pœnitentiã agentes peccatorũ veſtrorum.

*1. Cor. 9.*

*Hiere. 51.*

*Matt. 25.*

Quãdo homo pœnitentiã agit macerando carnem ſuam, B & ſe Deo conſecrãdo, tale quid videtur præſtare, quale fuit olim illud ſacrificium Abrahæ cum filiũ ſacrificare vellet quod quidẽ tãti fecit Deus, vt quaſi quodãmodo gratificans diceret: nunc cognoui quod timeas Dominũ, & non peperciſti vnigenito filio tuo propter me.

*Pœnitẽtia admirabile ſacrificium.*

*Gene: 22.*

Quod ſi attente cõſideremus fortaſſe comperiemus maius eſſe ſacrificiũ noſtrũ, ſiquidem maiori videtur amore ferri homo in proprium corpus, quã in filiũ: ſiquidẽ cõpertũ eſt quod parẽtes filios occiderẽt, vt corpus ſuũ ſuſtẽtarẽt. Vnde perſpicuũ eſſe videtur, quod maius ſit in hoc ſacrificiũ noſtrũ, quã ſacrificiũ Abrahæ.

*Ioſephus.*

C Adde quod etiã pro corporali ſalute videtur ſaluberrimum, corpus macerare. De vrſis quidẽ ferunt, quod cũ præpingues & obeſos ſe cõpererint, abſtinẽtia vtantur, vt corpus priſtinæ ſaluti reſtituãt. Sed quoniã præ debilitate ſtatim vincerentur à contrarijs animalibus, idcirco ſibi ſpecum deligunt occultiſsimam, vbi poſsint interim tuto commorari, & ſe ſuſtentare, lambendo manus & pedes.

*Exẽplum.*

Aduerte igitur peccator quod dæmon ſit aſtutiſsimus venator, & quærat quem deuoret: quare vt Pau. ait, hortamur vos, ne in vacuũ gratiam Dei recipiatis: vbi gratiam etiam appellat, tempus hoc agendæ pęnitentiæ. Retrahamus igitur nos, & pedes ac manus D noſtras lãbamus vrſorum more, hoc eſt lauemus lachrymis mala opera noſtra, & malos greſſus noſtros.

*Corpus abſtinentia macerare ſaluti confert.*

*2. Cor. 6.*

Sane nõ abs re dicit ſanctus Iob, interroga iumẽta & docebũt te. Dauid quidẽ ieiunio & abſtinẽtia corpus ſuum macerabat, vt diuinitus impetraret corporis ſalutem pro filio ſuo: multo igitur magis id nos præſtare debemus ad ſalutem animæ comparandam, & eam ab æterna morte liberandam. Et aduerte textum dicentem quod Dauid ieiunauit ieiunio, Emphaſim enim habent hæc verba: quaſi diceret, magno ieiunauit ieiunio, & carnem ſuam vehementer macerauit: ſiquidem iacuit ſuper terram, & cum venirent ſeniores domus eius, cogentes eum vt ſurgeret de terra, noluit. Nos vero ſtatim acquieſcimus, ſi quis dicat

*Diſcutiamus & lamẽtemur peccata noſtra.*

*Iob: 12.*

*2. Reg. 12.*

 non tan-

non tantopere ieiunemus, vel quod valde macilenti ſumus. Qui E
*Pænitētiā agamus nō cōplacē do carni.*
bus tamen deberemus reſpondere, illa eſſe ſigna veri pœni-
tentis, non autem vt multi faciunt, plurimi facere quod corpu-
lentiores & obeſiores redditi ſimus in quadrageſima. O quam re
miſſe viuimus & incaute, non conſiderantes quæ poſsint nobis
*Simile.*
pericula euenire, ſane quando piſces futuram tempeſtatem præ
ſentiunt, fundum ipſum petunt, & quando aues tonitrua audiũt
*Pſal. 103.*
ad nidum ſtatim ſe recipiunt: cerui item & hericij procellam im
*Irā Dei timeam⁹, quæ nos manet in iudicio.*
minentem portẽdẽtes, in opaciores ſyluas refugiũt; & ſerui Dei
ſe ad monaſteria & ſacra loca recipiunt: tu vero qui tam ingens F
peccator es, & creatura es rationalis, inter tot pericula te ſecu-
rum arbitraris, cum præſertim inter te & ſupplicia æterna, tan-
tum ſit medius ruinoſus paries tuæ mortalis & caducæ vitæ?

Non ex his mihi volo vt indiſcretas & intolerabiles pœniten-
tias agamus, ita vt velimus grauiſsimas ſuperare & aſperrimas
*Pænitētia non debet eſſe indiſcreta.*
pœnitētias ſanctorum. Si quidem multi ſæpe ita ſe gerentes, ex
hac ſua imprudentia ſe inhabiles reddunt deinde & impoten-
tes ad ſancta exercitia. Noli igitur nouitatis ſtudioſus eſſe, ne-
que tranſgrediaris prudentiæ limites, quin potius vt ait ſponſa
*Virtutem feruide amplectamur.*
in Can. Paſce hædos tuos iuxta tabernacula paſtorum. Neque
ſentio propterea vt cum remiſsis & debilibus te conformes: ſi G
quidem Apoſ. Poſtquā dixerat, obſecro vos fratres vt exhibeatis
corpora veſtra hoſtiam viuentẽ, ſanctā, deo placentẽ, rationabile
*Can. 1.*
ſit obſequium veſtrum, addidit, & nolite conformari huic ſecu-
*Rom. 12.*
lo: quaſi dicat, ne cum tepidis hominibus & remiſsis cōformemi
ni, ſed potius cum ſeruis Dei diligentibus.

O miſerabilem peccatorem! an non ſentis quā inquietũ te tra
hat peruerſa conſciētia, & vita vitioſa? Audi quid dicat Hie. ar-
*Hiere. 2.*
guet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. O perditũ homi
nem, an non vides, quod vel ipſum etiā vitiũ clamat, vt ſe dimit-
*Exod. 12*
tas & abeo recedas? In cuius rei figura ipſimet Aegyptij qui ca- H
ptiuos tenebant hebræos, hortabantur ipſos, vt a ſe diſcederent
*Vitia fugemus.*
& libere abirent: & tu non vis relinquere vitia, & pœnitentiam
agere pro ipſis ſed potius de die in diem differs conuerſionem
tuam? Sane quamuis aliquis grauis adeo ſit & ponderoſus, vt
*Simile.*
vix ſe mouere queat, ſi tamen viderit ardentem domum, & in-
*Pæniten- tiam non differam⁹.*
cendio flagrantem, citat greſſum ſuum & motat, atq; alta voce
quiritat, aquam poſcens: ſic igitur tu facere deberes in tan-
to animæ tuæ vitiorum incendio, vt ſcilicet ad pœnitentiæ
*Similitu.*
ſalutarem aquam & lachrymas confugeres. Certe tela cum
primum ex textrina prodit, fuſca eſt & minus alba, at
vero



A vero ſi lauetur, incipit candeſcere & albeſcere; ſic igitur telā per
uerſæ vitæ anteactæ, lachrymis pęnitentiæ laua, & ſuper niuem *Pſal. 50.*
dealbabitur. Sic enim ſanctus Dauid intelligebat cum diceret:
aſperges me domine hyſſopo & mundabor, lauabis me, & ſuper *Defleam⁹ peccata noſtra.*
niuem dealbabor. Noli obſecro dicere quod cum ſis vir, flere
non poſsis, id enim mulierculæ faciunt: ſiquidem Dauid vir
erat ſimilis tui, & fortior te, quandoquidem vrſos & leones
exenterabat, & tamen ait: exitus aquarum deduxerunt ocu- *Pſal. 118*
li mei: caue igitur ne id arguat forte in te minimam contri-
B tionem atque dolorem. Præterea beatus etiam Petrus animo- *Mat. 26.*
ſus erat & robuſtus, at vero dolens de peccato, dicitur de eo
per Matt: quod recordatus eſt Petrus, & egreſſus foras fleuit *Prou. 20.*
amare. Vbi aduerte quod non diſtulit pœnitentiam, ſed ſimul
atq; peccatum menti occurrit, pœnitentiam pro eo egit. Qua
re feſtinemus ad pœnitentiam agendam, & omnem torporem à
nobis diſcutiamus, ne de nobis illud dici poſsit, propter frigus
piger arare noluit, mendicabit ergo æſtate, & non dabitur illi.

Iuſte quidem carnem noſtram pœnitentia maceramus, quan *Carnem pænitētia macerem⁹.*
doquidem tam infenſa nobis eſt, & in tantas nos detrudit ca-
C lamitates. Quomodo autem nos cum ea gerere debeamus, fi-
guratum habemus in Leui. Vbi tractans Deus de carne ſacri- *Leui. 6.*
ficij, præcipiebat dicens: vas autem fictile, in quo cocta eſt, con-
fringetur: quod ſi vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur *Pænitētiā quomodo facere debemus?*
aqua. Quæſo te domine, quid plus commeruit mali vas fictile,
quam æneum? Sed voluit nobis ſignificare Dominus, quomo-
do ei placere debeamus in pœnitentiæ ſacrificio: in quo vas
æneum id eſt animam præcipit contritione fricare, & cordis
ſaltem lachrymis ob commiſſam culpam ablui: vas autem ficti-
le, quæ eſt caro, ieiunijs, diſciplinis, alijſq; corporalibus affli-
D ctionibus præcipit lacerari. Et hoc innuere viſus eſt Apoſ. cum *2. Cor. 4.*
diceret, & licet is quis foris eſt noſter homo corrumpatur, tamē
is qui intus eſt, renouatur de die in diem.

Sed dices, cum Deus mihi iam indulgeat media ſacra confeſ- *Pæniten- tia quā ſit vtilis etiā poſt cōfeſſionē & abſolutionē ſacramentalem.*
ſione, & ſanctæ abſolutionis beneficio, quod mihi ſacerdos im-
partitus eſt, atq; cū fecerim etiā quod mihi confeſſor faciendum
iniũxit, vt quid neceſſe habeo adhuc pænitentiam agere? Reſpon
deo quod non ita facile ſtatim malæ illæ peccati diſpoſitiones &
reliquiæ tolluntur & præſertim in peccatis inueteratis, ſed po
tius multa eſt adhibenda cautela & ſolicitudo. Sane ſi carbona-
rius aliquis per annum in carbonaria ſe exercens, eandem ſem-
per geſtaſſet ſubuculam, videretq; lauantem mulierem, eiq; di- *Simile.*

 ceret

ceret vt ſtatim eam ſibi ſubuculam lauaret & candidam redde- E
*Peccatũ* ret, reſponderet mulier, heus bone vir, ne arbitreris quod id ſit
*inuetera* facile factu, ſiquidem cum ſit tam atra vt carbo, multo opus ha
*tũ nõ ita* bet Lexiuio, ac ſæpe repetito. Sic igitur peccator non exiſtimet
*facile elui* quod ſtatim omnes peccatorũ reliquiæ & prauæ diſpoſitiones
*tur.* tollentur etſi confiteatur ſcelera ſua, & abſolutionis beneficium
impetret: quin potius opus eſt vt ſæpe pænitentiæ lexiuio aſper
gatur, & non defatigetur. Quot ſunt bone Deus, qui per totum
*Hiere.* 4. annum non ſunt confeſſi ſcelera ſua, & proinde atrã magis quã
ſit carbo, animam geſtant, iuxta illud, denigrata eſt ſuper car- F
bones facies eorum, & accedunt ad lauantem ſacerdotem, abſo-
lutionis beneficium accepturi, exiſtimantq; quod nil præterea
facere debeant, ſed iam peccata omnia cum fibris omnibus ra-
*Simile.* dicitus conuulſerint! ſane cũ aliquis terrenũ aliquẽ regẽ offen
*Pænitẽtia* dit, priuſquam in eius amicitiã redeat, aliquid pati debet, vt po-
*ad ſalutẽ* te exilium, vel aliud ſatisfactionis genus: ſic igitur tu vt regis re-
*neceſſaria* gũ amicitiã recuperes, aliquid pati debes, & facere ex parte tua,
vt pote ieiunare, corpus macerare, eleemoſynam dare, gemere
peccata tua, & ita ſuperno regi reconciliaberis.

G

## FERIA IIII. POST I. DOMIN. QVADRAG.

## CONCIO QVARTA.

*Adulatio deteſtabile vitium.*

ACCESSERVNT *ad Ieſum ſcribæ & Phariſæi, dicẽtes Magiſter, volumus a te ſignũ videre.* Mat. 12, Mar. 3. Luc.
8. & 11. Magiſtrum vocãt, adulãdo ipſi, & vt ipſum ad H
voluntatem ſuam attraherent: hæc enim eſt conditio
*Num.* 16 adulatorũ, ſemper loquũtur ea quæ credũt placere au
diẽtibus. Ideo Chore & cõplices, populo placere volẽtes, dixerũt
*Adulato-* ad Moyſen & Aarõ, vt habetur in Num. Sufficiat vobis, quia om
*rũ cõditio* nis multitudo ſanctorũ eſt, & in ipſis eſt Dñs, cur eleuamini ſu-
*nes.* per populũ Dñi? Abſalõ vt cauſam in curia patris habẽtibus cõ-
2. *Reg.* 15 placeret, ex animo deprauato, & ad regnum aſpirante, dicebat
*Ambitio* cuilibet. Vidẽtur mihi ſermones tui boni & iuſti, ſed nõ eſt qui te
*ſi quibus* audiat cõſtitutus à rege. Quis me cõſtituat iudicẽ ſuper terrã, vt
*aſtutijs* ad me veniãt omnes qui habẽt negotiũ, & iuſte iudicẽ? Sed et cũ
*vtantur.* accederet ad eũ homo vt ſalutaret illũ, extẽdebat manũ ſuã, &
appre-



A apprehẽdens oſculabatur eũ, quæ omnia ficta erant & ſimulata.
Prophetæ etiã dicebãt ipſi Achab proſpera de bello futuro, ſicut 3. *Reg.* 22
ei cõplacere credebant, vt 3. Reg. habetur. Conſiliarij Aſſueri
adulãtes ei dixerũt, Regis iuſta eſt indignatio, cũ tamẽ tẽperare *Heſther.* 1
eius irã cõtra reginã potius debuiſſent, vt habetur in li. Heſther.
Adulatores quidẽ diſplicẽt ſapiẽtibus quibus placere credebant
per ſuas blanditias, nã adoleſcẽs narrãs Dauidi mortẽ Saulis ini
mici ſui, ei complacere credẽs, fuit eius iuſſione occiſus, vt ha- 2. *Reg.* 1.
betur 2. Re. duo etiã latrones qui occiderũt Isboſeth, & attule-
B rũt caput eius, Dauidi placere ſe credẽtes, diſplicuerũt multũ, &
ab eo ſimiliter occiſi ſunt, vt habetur eodẽ lib. Sic igitur iſti adulã 2. *Reg.* 4.
tes hodie, reprehẽduntur a Chriſto ꝙ ipſum per adulationẽ vo-
carent magiſtrum.

Sunt quidem blanditores, vt ait Chriſoſ. qui libenter ho- *Chryſo. in*
minem in facie laudẽt, aut quãdo vidẽt amicos eius fideles ad *non abſo.*
eſſe, aut domeſticos, quos credũt nũtiaturos illi quidquid audie- *ho.* 27. *to.*
rint. Inſipiẽs gaudet laudari in facie, vir autẽ Sapiẽs quãdo lau- 2.
datur in facie, flagellatur in corde. propter duas ergo cauſas ho
minẽ in facie laudare nõ debes: primũ ſi ſapiẽtẽ illũ putas, graui
C ter ſuſcepturus eſt, quare ergo illi laudibus tuis moleſtiã exhibe
bis? Si inſipientem illum exiſtimas, quare inſipientiã eius laudi- *Præſentẽ*
bus tuis effers? Satiricus poæta hoc genus hominũ mire depin *laudare*
gebat, dicẽs: rides? maiore cachinno cõcutitur: flet, ſi lachrymas *adulatorũ*
aſpexit amici: nec dolet, igniculũ brumæ ſi tẽpore poſcas acci- *videtur.*
pit endromidẽ. Si dixeris, æſtuo, ſudat; nocte, dieq; poteſt alienũ *Iuue.* Sa-
ſumere vultũ: à facie iactare manus, laudare paratus. Cæterum *ty.* 3.
Achab Michæã abhorruit, quia nõ prophetabat ea quæ ipſe vole A*dulato-*
bat. Cuius generis hominũ plenus eſt mũdus: vnde Eccle. dicit, di *rum aſtu-*
ues locutus eſt, & omnes tacuerũt, & verbũ illius vſq; ad nubes *tia.*
D perducent: pauper locutus eſt, & dicunt, quis eſt hic? ſunt qui- 3. *Reg.* 22
dẽ veluti Echo, qui quidem reſpondet quod locutus es. De quo *Eccle.* 13.
& Salomon, reſonans de altiſsimis montibus Echo. Si tu
canis, etiam canit Echo: ſi ploras, etiam Echo plorat. *Simile.*
In altis porro montibus & ſublimibus dicit reſonare Echo, *Sap.* 17.
nam adulatores non reſonant ſiue habitant in domibus pau-
perum, ſed in domibus magnatum: in his enim montibus
ipſi reſonant, & canunt. Et ideo Daniel inquit, quod aues in al- *Danie.* 4.
tum arboris aſcendebant. Sed tamen audi quid de hac arbore
ſubdat poſtmodum propheta, Et ecce inquit vigil & ſanctus
de cælo clamauit, ſuccidite arborem, & præcidite ramos eius

 & excuti-

& excutite folia eius : fugiant beſtiæ quæ ſubter eã ſunt , & volu E
*Superbi* cres de ramis eius. Ad hoc enim multi magnatibus adulantur,
*quo redi-* ait Lyra, vt cum ipſis commorantes, delicijs vtantur. Sed om-
*gantur:* nes viri veritatis , talia aſpernantur. Vnde narrat Vale: Max.
*Lyra. in* quod quidam dixit Diogeni olera lauanti: ſi tu Dionyſio adu-
*Mat.* 11. lari velles, iſta non ederes : cui reſpondit Diogenes, ſi tu iſta e-
*Vale.* dere velles , Dionyſio adulari nolles. Videbatur ergo iſtis pha
*Ma. l.* 4. riſæis quod huiuſmodi adulatione Chriſtum allicerent quo vel-
lent, ſi vocarent eum magiſtrum , & quod hoc pacto cum ip-
ſo negotiarentur quæ vellent : ſed omnia eis contrario modo F
euenerunt.

*Antiſthe.* De adulatoribus quidem dicebat Antiſthenes Philoſophus,
quod præſtabilius eſſet incidere in coruos, quam in adulatores,
illi enim in cadauera inuolant, hi vero viuos lacerant homines,
*Bias.* fallunt atq; decipiunt. Bias rogatus aliquando quodnam eſſet
peſtilentius animal , reſpondit , ex feris nullum eſſe pernicio-
ſius Tyranno, ex cicuribus, ipſo adulatore. Sigiſmundus Impera
*Exẽplum* tor, quemadmodum refert Aeneas Syluius , adulanti ſibi cui-
*Aene. Syl.* dam, alapam impegit, & cum rogaretur ab adulatore quorſum
*Simile.* id faceret, reſpondit, quorſum tu me mordes? Quemadmodum
cum in opaciſsima aliqua ſylua ſecuri arborem iceris, alibi qui- G
dem ſenties reſonantem Echo, alibi vero ictus incuſſus eſt : ad
*Adulato-* eundem modum adulator veluti Echo perſonat quidem in au-
*res marſu* ribus tuis , ictus vero eius fit in crumena & marſupio tuo,
*piũ feriũt* cũ te pecunia ſpoliet, aut ſeſe menſæ tuæ ingerat atq; immittat.
*eius cui* Diogenes appellare ſolitus erat Ariſtippum adulantẽ Dionyſio
*adulantur* tyranno, canem , etenim adulatorijs verbis & magnificis ei tan-
*Dioge.* quam cauda applaudebat, cum tamen eiuſdem patrimoniũ ore
*Conſtanti.* roderet atq; voraret. Conſtãtinus etiã appellabat adulatores ti-
*Ageſi.* neam quandã, multorum patrimonia deuorantẽ & conſumen-
*Xeno.* tem. Ageſilaus, vt ſcribit Xenophon, eos admittere non faci- H
*Exẽplũ.* le ſolebat, qui eũ in præclare factis tantum laudabant, cum inte
*Plutarc:* rim cum reprehenſione quid dignum faceret, non pariter eum
*Adulato-* reprehenderent. Plutar. inquit non ſolum Romanæ vaſtationis,
*res quan-* ſed etiam complurium aliarum vrbium cauſam extitiſſe adula-
*tum incõ-* tiones eorum qui flagitia atq; crudelitatem Dionyſij tyranni,
*modent.* Marci Antonij, & ſimilium commendabant.

*Simile.* Quemadmodum ſi fons ipſe exſiccetur ſiue aridus reddatur
& inanis , etiam riuuli qui ab eo manare ſolent exicccantur
& exinaniuntur: ſic ſi cuius patrimonium conſumptum fuerit,
ſi imperium ceſſauerit , ſi res familiaris quoq; ipſa defecerit,
illico



A illico ceſſant etiam adulãtium ora, & voces conticeſcunt. Vnde
cum aliquando Antiochus domum ingreſſus ruſtici cuiuſpiam *Exemplũ*
hominis, incognitus, & citra vlla inſignia regia, percontareturq; *Antiochi.*
à ruſtico quidnam de rege vulgo iactaretur, reſpondiſſetq; vere
ruſticus & aperto animo, mala multa quæ de eo circũferebantur
& facta repræhenſione digna , quod nunquam audierat in aula *Principes*
regia: intellexit ſtatim rex pleroſq; ſibi adulari , cum regijs eum *nullũ fere*
veſtibus exornatum viderent, imperijq; clauo fulgentem. Vnde *inueniunt*
cum accedentes tandem eius aulici, regiam capiti coronam im- *qui ipſis*
ponere voluiſſent: auferte iſtam hinc ait , ſine qua vera audio de *vera di-*
B me, atq; reſciſco: *cat.*

Solent adulatores ſuauitate verborum aures demulcere, & in-
terim hominum patrimonia: homineſq; ipſos deuorare atq; cõ-
ſumere. A quo hominum genere, cum incommoda multa infer-
re ſoleat , maxime cauendum eſt: Vt enim oleum lucernæ infu- *Simile.*
ſum, flammam ipſam nutrit & fouet: ita adulatio nutricula quæ
dam eſt præſumptionis, atq; iactantiæ. Eſt enim qui adulatur in- *Similitu-*
ſtar ſpeculi , quod quidem perinde repræſentare ſolet obiecta, *do.*
atq; ipſa diſponuntur & collocantur : ita enim adulator , ſi ais,
C ait: ſi negas, negat: ſi quid laudes, laudat; Verum interim animad
uertere debes , quod ſicut imago ipſa quę in ſpeculo apparet, ſi *Adulato-*
tu orientem verſus contuearis, ipſa reſpicit ad occidentem , & ſi *rũ mores.*
aſpectum ad dexteram conuertas , ipſa ſe ad ſiniſtram inflectit:
ita etiam quãuis adulator ore ipſo tibi applaudat ante os, teq;
collaudet, attamen à tergo ſubſannat atq; deridet. Eſt etiam in- *Simile.*
ſtar halitus, qui ex eodem interdum calidus, interdum vero fri-
gidus egreditur: ſic ipſe modo calidum, modo frigidum expuit,
modo ait, modo negat.

Alexander magnus aliquando philoſophum quendam dome *Exemplũ*
ſticum ſuum , atq; vnum ex intimis , cum quo familiariter diu *Ale. Ma.*
D multumq; verſatus fuerat, à ſe expulit repentino quodam motu,
atq; ipſi philoſopho inopinato: Cum autem interrogaret philo-
ſophus quorſum id faceret , reſpondit Alexander , quia ſcilicet *Adulato-*
vel tu noſti defectus meos, vel non. Si non noſti, nil neceſſe te ha *res quî tra*
beo apud me habere ignarum ſcilicet virum : ſi autem noſti, & *ctandi.*
propter illos me nunquam reprehendis , videris quidem mihi
adulari, atq; propterea te tanquam peſtem quandam à me lõgiſ-
ſime expellam neceſſe eſt.

Iſti phariſæi qui Chriſto adulari conabantur , legis doctores
erant, in quibus multo turpius adulandi vitium erat iudicãdum
quam in alijs , cum potius ſimplici animo & candido accedere
 debe-

debeꝛent, gratia veritatis audiendæ. Cicuta quidem venenoſa herba eſt, teſte Plinio, cuius ſucco vtebantur Athenienſes cũ iis quos morte condemnabant, cõtra quam præſens remedium eſſe ferunt vinum ipſum. Verumenimuero ſi cum ipſo ſucco miſceatur, atq; ita propinetur ipſi reo, nequaquam poterit mortem effugere. Ad eundem modum adulatio ipſa pernicies quædam eſt vitę humanæ atq; peſtis, contra quam remedium peropportunũ eſt correctio vitiorum atq; reprehenſio. Verum ſi illi qui magiſtri aliorum ſunt, & quibus incumbit vitia ipſa reprehendere, adulatoribus iungantur, imo ipſi etiam adulatores ſint, apertum plane eſt maxima inde incommoda eſſe ventura. Eſt igitur adulatio in omni re pernicioſa, in his vero quibus munus corrigendi incumbit, venenum mortiferum. Ac propterea Chriſtus dominus noſter tantopere hos ſcribas & phariſæos hodie reprehendit.

*Simile. Pli. li. 25. ca. 13.*

*Adulatio in his qui corrigere tenentur, peſtiles eſt*

E F

*Volumus*: Vſq; adeo iſti propriæ voluntatis tenaces erant, vt propterea voluntatem diuinam transgrederentur: quod etiam inter barbaros homines indignum cenſebatur, iuxta illud quod Seneca refert de philoſopho Demetrio, qui ſuam voluntatem cum diis ſuis, etſi falſis conformabat, dicens, Dii immortales, videtur ſane mihi quod aliquid querimoniæ habeam, quandoquidem cum de me aliquid ſtatuitis, nil me monetis, ego quidem ſtatim voluntatem meam veſtræ conformarem, ſi filios vultis, ego vobis illos offeram: ſi corporis mei partem poſcitis; ego vobis eam ſacrificabo; omnia quæcunque poſsideo veſtra ſunt. Accipite animum, accipite corpus, & de his diſponite vt vobis placuerit. Quid enim pręſto, ſi vobis dedero quod à vobis accepi? plane nulla eſt mihi moleſtia, quandoquidem omnia veſtro nutu & diuino conſilio reguntur & gubernantur. Conſidera igitur obſecro Chriſtiane, pretioſiſsimo ſanguine Domini noſtri Ieſu chriſti redempte, & ſua fide illuſtrate, quanta eſſet huius quidẽ barbari & gentilis erga falſos deos obedientia & ad mandata eorum adimplenda promptitudo, qui neq; paradiſum, nec infernum nouerat, ſed ſolum ita luce quadam intelligebat quantam deberet ſuperis obedientiam præſtare: nos vero diuina fidei luce illuſtrati, contradicimus diuinæ redemptoris noſtri voluntati, & eius legibus.

*Seneca. Demetrii exemplũ.*

*Voluntatẽ Dei impleamus.*

*Obediamus Dei voluntati.*

G H

Arbor ſylueſtris vt in fæcundam inſeratur arborem, prius debet præſcindi, ſic igitur nullus poteſt ſe voluntati diuinæ ſubiicere, niſi ſuam prius abneget voluntatem, quam prius tanquam infrugiferam præſcindere debet. Sane in generoſo equo illud cum

*Simile. Similitudo.*



A cum primis laudatur, vt fræno obediat, & modo ad dextram, modo ad ſiniſtram inclinet, & velociter currat, atq; ſtatim cum opus ſit quieſcat: ſic vtiq; in Dei ſeruo illud eſt maxime laudabile, vt ſe à voluntate diuina duci ſinat, & à diuinis legibus. Et ſicut ſi equus fræno non pareat, etſi pulcherrimus ſit, non poteſt emptorem inuenire etiam minimo pretio, propter pericula ipſa quæ cõtingere poſſunt. ſiquidem vel ſeſſorem in hoſtium manus protrudet, vel pręcipitem dabit, vel porta aliqua, aut arbore cõprimet, non concedens locum vllum à morte ipſa euadendi, ſic B vtique homo etſi natura multis abundet dotibus, niſi velit humanis ac diuinis legibus parere, actum ſane de illo erit.

*Simile.*

*Diuinis et humanis legibus nos gubernari ſinamus.*

Vide obſecro in quantas deuenerit miſerias Nabuchodonoſor, quod propria ſua voluntate regi vellet. Sanctus item Ioſue cum populo Iſraelitico, in petitione Gabaonitarum lapſi fuere, eo quod cum Deo non conſultarunt, & ideo male eis ſucceſsit: Vnde ſanctus Moyſes cum intelligeret quam vtile eſſet ſemper omnia cum Deo conſultare, dicebat Hebræis, nolite aſcendere, non enim eſt Dominus vobiſcum, ne corruatis coram inimicis veſtris. Amalechites & Chananæus ante vos ſunt, quorum gla- C dio corruetis, eo quod noluiſtis obedire Domino. Vide igitur miſerabilem eorum euentum, eo quod Moyſi non obtemperauerint. Sane querimoniæ illæ Baruch & gemitus, ſicut habetur primo cap. tandem ita reſoluuntur, vt dicat omnia ea mala eueniſſe propterea quod non audiuimus vocem Domini Dei noſtri, ſecundum omnia verba prophetarum, & abiuimus vnuſquiſque in ſenſum cordis noſtri maligni, facientes mala ante oculos Dei noſtri. Quam obſecro refers Dei imaginem, ſi ita diſſentis & diſcrepas ab eius voluntate? ipſe quidem humilis eſt, & tu ſuperbus; ipſe manſuetus, & tu impatiens: non eſt vera ima- D go, qui ſimilis non eſt autori. Quod ſi Angeli in cęlo perierunt propterea quod propriam ſectarentur voluntatem, quid igitur ſperandum eſt de hominibus in terra?

*Daniel. 3. Ioſue. 9.*

*Nu. 14.*

*Baruc. 1. Multi ſuccedunt labores his qui Deo nõobediũt*

*Simile. Iſa. 14.*

### *Pœnitentia maxima laude & encomiis digna.*

QVia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. Verus quidem pœnitens curare debet vt Deo placeat, contrariam ſequens viam ei, qua ipſum offendit, iuxta illud Apoſt. ſicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati ad iniquitatem, ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ in ſanctificationem: ſi lingua proximum infamaſti, eadem famam reſtitue

*Rom. 6.*

reſtitue. Præcepit quidem Deus Gedeoni, vt habetur in lib. Iudi. **E** *Iudi. 6.* vt altare Baal euerteret, & nemus quod ad illud idoli miniſterium fuerat dedicatum, abſcinderet, atq; in eo maieſtati ſuæ ſacrificium offerret, ſuper aceruum lignorum, quæ de nemore illo exciderat. Vult igitur vt quod idoli ac diaboli miniſterio fuerat præparatum, idem in Dei ſeruitio comburatur & conſumatur. *Dei obſequio nos penitus cõſecremus.* Sic igitur nos quidquid ſumus, & quidquid facimus in Dei obſequium conuertamus, ſicut hactenus diabolo ſerui eramus, vt fecerunt Niniuitæ.

Fere fit vt calamitates & labores nobis contingant propter *Eccle. 40.* vitia & ſcelera noſtra, iuxta illud Eccle. Mors, ſanguis, oppreſſiones, fames, & flagella, ſuper iniquos creata ſunt. **F** Atq; ex his quidem flagellis, boni bonum, & mali malum eliciunt. *Defleam' anteactã vitam & eam emendemus.* Nam boni gemunt ſcelera ſua, & pænitentiam agunt, atq; ad Deum conuertuntur ex toto corde, vitia relinquendo: non item faciunt mali. Neq; enim ſufficit vitia deflere, niſi vitam emendes. Credibile ſane eſt quod Hebræi poſtquam propter flagitia ſua in manus tyranni illius quidẽ deueniſſent, regis Chanaam, *Iudi. 4.* vt habetur in lib. Iudic. vbi dicitur quod tam aſpere ipſos tractarit, multum fleuiſſent per viginti annos, & ad Deum clamaſſent. Vnde textus ait, **G** *Culpas noſtras defleamus, ſi volumus à Deo veniam impetrare.* Clamauerunt filij Iſrael per viginti annos ad Dominum, vehementer enim tyrannus oppreſſerat eos. Vbi aduerte quod videatur textus ſignificare quod ante viginti annos non fuerint exauditi, ſiquidem antea perfecte veniam non poſtulauerant, nec perfecte defleuerant, nec à vitijs ex toto corde ſe ſeparauerant, ac propterea Deus ipſos non audierat, nec in libertatem aſſeruerat. Quare hoc intelligens rex Niniuitarum, vt habetur in libro *Iona 3.* Ionę dixit, operiantur ſaccis homines, & clament ad Dominum in fortitudine, & conuertatur vir à via ſua mala, videbatur enim eis quod hęc omnia eſſent neceſſaria, vt Deũ placarent. Sic modo **H** *Hie. in epiſt. ad Nepotianum.* Deus immittit Chriſtianis perſecutores nempe Turcas & infideles, atq; alia flagella, cum non agãt vere & ex animo pœnitẽtiam. Vnde Hie. ait, Barbari fortes fiunt noſtris vitijs, Romanus ſuperatur exercitus: infelices nos, qui tantum diſplicemus Deo, vt per rabiem barbarorum, illius in nos ira deſæuiat. Ex his igitur *Simile.* flagellis, boni bona colligunt, mali autem mala, & obſtinationẽ. Quis quæſo non miraretur videns quod bellua aliqua in prato *Obſtinati ſunt impij.* depaſcens, multis transfigeretur ſagittis, & tamen nullo modo moueretur, neq; paſtum deſereret? Sic igitur mirum eſt quod peccator in vitijs ſuis ſemper perſeueret, quantumuis multis diuinitus tangatur aduerſitatibus. Quod ad labores & aduerſitates



**A** tes cõgruãt ſagittæ quædã Dei, teſtatur Iob dicẽs, pharetrã ſuam aperuit & affixit me. *Iob. 30.* Prouidentiam diuinam appellat pharetrã, quæ varios contineat aduerſitatum modos: *Multis modis ſolet Deus punire.* nam alios ferit, adimendo ipſis bona, alios adimendo liberos, aut coniugem, aut ſalutem, vel alijs huiuſmodi calamitatibus, nec tamen mali hoc cognoſcere volunt, nec ſe emendant, iuxta illud Hie. Percuſſiſti eos *Hie. 5.* & non doluerunt, attriuiſti eos, & renuũt accipere diſciplinam, indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti.

Admirabilem ſane vim habet pœnitentia ipſa, & ad impetrandum plurimum valet. *Pœnitẽtia plurimum eſt grata Deo.* **B** Cum Dauid tantopere Deum offendiſſet, nihilominus tamen ita fuit eius pœnitentia Deo grata, vt non ſolum veniam à Domino obtineret peccatorum: ſed etiam multa diuinitus beneficia impetraret, & filiũ etiam ex vitioſo concubitu obtineret: vide quãtũ Dominus diligeret eũ. Item aduertendum eſt quod quãuis filio ex adulterio ſuſcepto noluerit Deus *2. Re. 12.* vitam concedere: attamen poſtquam Dauid pœnitentiam egit, *Pœnitẽtia plurimum apud Deũ impetrat* non ſolum qui natus eſt vixit, ſed etiam ſedem regni obtinuit, multaſq; diuitias & ſapientiam, ac pacem, vt intelligas quanta impetrare valeat pœnitentia. Vnde videmus iuxta Chry. expoſitio- **C** nem in cap. 21. Ioan. *Chryſo. in Ioan. 21.* quod dixit Petrus Chriſto de Ioanne, Domine, hic autem quid? & tamen ante trinam negationem non eſt auſus Petrus à Domino poſtulare, quis eſt qui tradet te? ſed Ioannes poſtulauit: at vero poſt lapſum & pœnitentiam, ad maiorem *Aliqui per pœnitẽtiam ad maiorem gratiam reſurgũt.* reſurgens gratiam, petiuit, Domine, hic autem quid? vt ſignificaret quantum per pænitentiam ad gratiam euectus eſſet. Hoc voluit inſinuare Baruch cum ait, Sicut enim fuit ſenſus veſter vt erraretis à Deo, decies tantum iterum conuertentes requiretis eum: qui enim induxit vobis mala, ipſe rurſus adducet vobis ſempiternam iucunditatem cum ſalute veſtra. *Baruc. 4.*

Tantis igitur fauoribus & diuinis auxilijs, quæ nobis per pœ- **D** nitentiam impartiuntur, cõmoti, quis non ad pænitentiam agẽdam inflammabitur? Vide obſecro quid dicat Iſa. *Iſa. 40.* Qui dat laſſo virtutem, & his qui non ſunt, fortitudinem & robur multiplicat. Aſſument pennas, ſicut aquilę current, & non laborabunt; *Hiero.* ambulabunt, & non deficient. Hæc omnia de pænitentibus dicit, ſiquidem de aquila dicunt naturales, vt refert Hiero. quod *Simil.* quando ſe inutilem ad volandum ſentit, ſe in fontem conijciat, ibiq; per tres dies maneat, vt inutiles decutiat plumas, atq; ita vtiles naſcuntur plumæ quibus celeriter volare poſſit: ſic igitur peccator in fonte pęnitẽtiæ, quæ tres habet partes, nempe contritionem, confeſſionem, & ſatisfactionẽ, relinquit inutiles peccatorum

*Peccatum exuitur in fonte pæni tentia.*

torum plumas,atq; exuit veterem hominem cum concupiſcen E
tijs ſuis , ſeq; nouis induit plumis , induens Dominum noſtrum
Ieſum Chriſtum , atq; ita libere volat per ſtatum gratiæ & virtu-
tis viam atq; callem .

*Pænitētiā agere cure mus prop- ter Deum*
*Bernar.*

Etſi verũ ſit quod pœnitentia etiam eſſe poſsit cum metu ali-
quo inferni,& ſpe glorię,nihilominus tamẽ niti debemus quoad
poſſumus: vt pure propter Deum pœnitentiam agamus,& tanto
maiorem accipiemus mercedem , quanto magis propter Deum
pœnitentiam præſtiterimus. Vnde Bern.ait,Charitas mercena-
ria non eſt , tamen ſine mercede non eſt. Quis vnquam diceret F
quod Achab qui tam peruerſus extiterat, vt dicatur de eo 3.lib.

*3.Reg.11.*

Reg.non fuit alter ſicut Achab,qui venundatus eſt vt faceret ma
lum in conſpectu Domini,nihilominus tamen videns commina-

*Pænitētia Deum pla cemus.*

tionem Dei per Eliam , ita fleuit & gemuit,atq; propter Deum
pænitentiam egit,vt diceret Deus Eliæ,nonne vidiſti humiliatum
Achab coram me? quia igitur humiliatus eſt mei cauſa non in-
ducam malum in diebus eius. Vbi aduerte quod ait , humiliatus
eſt mei cauſa,non vtiq; dicit ob inferni timorem humiliatũ fuiſ-
ſe,aut quod tẽporales timeret pœnas, ſicut timebat Antiochus,
ſed mei cauſa : quamuis in principio hæc illum ad pœnitentiam

*1.Ma.6.*

agendam commouerunt. Vide igitur quãti Deus huiuſmodi pœ G
nitentiam faceret,ſiquidem dixit Eliæ, vt id aduerteret. Sane ma
gna conſideratione dignum quod tam perditus rex,ita ad tantũ
eueheretur pœnitentiæ gradum, & ita temporalia commoda ne

*Vera pæni tentia quã tum impe tret apud Deum.*

gligeret , & ſe tantopere propter Deum humiliaret. Conſidere-
mus etiam quod Deus diligenter hæc omnia exploret , & qua
cauſa moueamur inſpiciat , & idcirco oportet vt quæ te moueat
cauſa ad pœnitentiam agendam accurate expendas , neq; debes
alia cauſa magis tangi,quam Dei cauſa,noli fontem ipſum pro-
pter riuulos deſerere:nec ſolem pro aſtris,hoc eſt conare quantũ H
potes,pure propter Deum pœnitentiam agere,cumq; videamus

*Iona.3.*
*Maceremus carnẽ noſtram.*
*D. Aug. lib. de pænitentia.*

regem Achab , & regem Niniuitarum ita ante Deum humiliari,
& cilicio vti,ac carnem ſuam macerare , nos etiam ante Dei pe-
des prouoluamur,& carnem noſtram maceremus , & diligenter
caſtigemus,nec velimus eſſe illis delicatiores. Pœnitentia languo
res ſanat, leproſos curat,& mortuos ſuſcitat , ſanitatem auget,
gratiam conſeruat,claudis greſſum,aridis copiam,cęcis reſtituit
viſum,vitia fugat, virtutes exornat,mentem munit & corrobo-
rat. Qui per pœnitentiam peccata diluit,angelicæ fælicitatis con
ſors in æternum erit.

FERIA



# A FERIA V: POST I. DOMIN. QVADRA.

## CONCIO PRIMA.

*Glo. ordi. in Mat.*
*Abul. in Mat. 15. q.24.*
*Mar. 7.*

EGreſſus Ieſus ſeceſsit in partes Tyri, & Sidonis.* Mat.15,Mar.
7. Relictis calumniatoribus,ait Glo. intrat fines Tyri,
& Sidonis, vbi filiam Chananeæ liberat,& per fidem
Gentilis fæminæ perfidiam ſcribarum arguit. Iſtæ duę
vrbes ſunt intra phænices , ait Abul.& ideo iſta mulier quæ hic
B vocatur Chananæa vocatur Syrophæniſſa Mar. 7. ideſt de terra
phænices : & ſunt in terra quæ data eſt in ſortem Iudæis , data
enim eis fuit tota terra Chanaam:& eam ſorte diuiſerunt. Vnde
Tyrus & Sidon ſunt in ſorte tribus Aſſer,vel iuxta illam,vt con-

*Ioſue. 19.*
*Ezec. 27.*

ſtat ex Ioſue. Sunt tamen iſtæ duę vrbes in littore maris,vt habe
tur apud Ezech. & hoc quia non circundantur mari , niſi ex vna
parte,quia eſt acceſſus per terram,diſtat porro Sidon à Tyro per
vndecim leucas,vel quaſi, vt patet in lib. de ſitu terræ ſanctæ,vt

*Maximus Venetus.*

tradit Maximus Venetus. Erat autem olim Tyrus ciuitas famo-
ſiſsima,regni metropolis,de qua erat Hyram rex Tyri, qui erat
C amicus Dauid , miſitq; ei ligna ad ædificandum. Eſt porro tam
Tyrus quam Sidon,ad radices Libani,& ideo Tyrij & Sidonij cę
debant omnia ligna de monte Libani, quę poſita fuerunt in tem

*2.Re. 5.*
*3.Reg. 5.*
*2.Para. 2.*

plo Domini,vt conſtat ex 3. Reg.& 2. Paral. Fuit Tyrus ſemper
vrbs glorioſior quam Sidon,& potiſsime propter magnum cõ-
uentum mercatorum. In ea quippe erant celebres ac frequen-
tes nundinæ,concurrentibus illuc per mare gentibus multis. De

*Ezec. 27.*

huius laudibus ponuntur multa in Ezech.& de hac vrbe fuit Di-
do regina , quæ Chartaginem magnam in Lybia condidit , quæ
vrbs 70. annis ante vrbem Romam condita eſt: Vnde habitatores

*Virgilius.*

D Chartaginis dicuntur & Tyrij. Vrbs antiqua fuit , inquit Virgil.
Tyrij tenuere coloni. Cæterum fuit euerſa per Alexandrum hæc
ciuitas, quia reſtitit ei propter Darium regem Perſarum , ſed &
poſtea habitata eſt: Sidon erat olim longa ciuitas,poſita in litto-
re maris,poſtea vero penitus diſsipata eſt.

*Animam quanti facit Deus.*
*Exemplũ ma. ũ quã tum incõ- modet.*

*In partes Tyri & Sidonis.* It Ieſus in partes Tyri & Sidonis , vt
animã huius mulieris lucretur: vnde colligas quanti faciat Deus
animam vnam,quoniam tantum pro ea laborat: tum etiam quã
tum ſentiat Deus quod tu peruerſo tuo exẽplo animam alicuius
corrumpas,& ex manibus dei eruas: ſiquidem conqueri ſolemus
dicentes,heu amice,tu mihi panem ex manibus eripuiſti.

*A finibus illis egreſſa.* Marcus dicit quod venit ad Ieſum intra do-
mum

*Mat. 7. Glo. Lyra in Mat. Soarez. in Mat.*

E mum, & hoc eſt verum primo, ſed quia eam non exaudiuit, ait Lyra, ſecuta eſt eum in itinere clamans, audiueratq; Chriſtum promiſſum Iudæis deſcēdere de genere Dauid. Tolle omnequod tibi olim occaſio fuit ruinæ, ait alius autor, & ita diuina adiuuante gratia ſanabitur anima tua. In quod enim chaos non decidit, qui conſuetudini peccatorum minime obuiat? Vide horrendum exemplum Salomonis in 3. Reg.

*3. Re. 11.*

*A finibus illis egreſſa.* Præcepit Deus vt demolirentur muros Hiericho vſq; ad fundamentum, ne occaſionem haberent iterum eos ædificandi, poterant enim dicere, quoniam reſtant fundamenta: iterum eos ædificabimus: atq; idcirco eis occaſionem illam amputarunt. F Sic ergo hoc loco à finibus egredi, eſt occaſionem amputare. Præceptum fuit Adæ ne tangeret de fructu vetito, ne inde haberet occaſionem comedendi. Vnde Eua obliuiſcens hanc occaſionem, dixit ſibi mandatum eſſe ne comederent, ſolum mētionem faciens operis. Item Petrus vt pœnitentiam ageret, exiuit à finibus illis vbi peccauerat. Pharao licētiam dabat Hebræis eundi ad ſacrificandum, modo peregre non abirent. Samſonis cum capilli radicitus non amputarentur, idcirco recreſcentes fuerunt ruina Philiſthæorum.

*Ioſue. 6. Occaſiones noxias declinem. Gen. 3. Mat. 26. Exo. 8. Iudi. 16.*

*Fili Dauid miſerere mei.* Quaſi diceret; ſi tu ô naturæ artifex ſapientiſsime, G etiam brutis animalibus talem inſtinctum dediſti, vt vel ceruus qui natura ſeparatiſsimus eſt ab humano commercio, quoties grauius à canibus premitur, ad homines confugere ſoleat ſtatim, malens ab eo occidi, in quo nouit eſſe clementiam: quanto potiori iure homo ratione præditus, ad te tutiſsimum & clementiſsimum aſylum confugiet? profecto vt mercatores qui in emporium difficile incidunt, in quo nummorum penuria nil vendere poſſunt, ſolent quouis pretio quæ adduxere, diſtrahere: ſic tu ô fili Dauid in emporium huius ſeculi gratiam & miſericordiam adduxiſti, quæ deficientibus meritis, publicanis & pec- H catoribus erogaſti: quare ſi tam paruo pretio tua emuntur, miſerere mei: Memento fili Dauid naturę arboris, in qua rami virtutem radicum ſequuntur & in ſe referunt: ſi enim te filium Dauid dicis, oportet pari ratione patri tuo in clementia aſsimileris. Diſcant ex hoc loco nobiles maiorum ſuorum virtutem ſequi: bene enim poęta cecinit, Nobilitas ſola eſt, atq; vnica virtus:

*Simile. Similitudo. Miſericordia Dei modo vtamur cum tēpus eſt. Simile. Filij parētes bonos imitētur.*

*Male à dæmonio vexatur.* Tantopere nocet peccatum, vt ordinem nature peruertere videatur, ſiquidem opus alicuius ei ſubijci ſolet qui facit illud, at vero peccatū tale eſt, vt homo ei ſubijciatur, nam qui facit peccatum, ſeruus eſt peccati, & ita contra

*Peccatum quātū noceat animæ.*





A autorem ſuum inſurgit, ſicut qui labyrinthum fabricat, & poſtea ab eo non poſſet egredi.

*Qui non reſpondit ei verbum.* O noua rerum materies, rogat mulier, obſecrat, & deprecatur, deflet caſum ſuum, auget tragędiam enarrat paſsionem, & amator hominum non reſpondet, Sermo tacet, fons clauſus eſt, medicus medicamenta retinuit. Quid hoc nouum & admirabile? Alios prouocas ad ſequendum, & hanc miſerabilem inſequentem abigis? ait Chryſoſt. ſed cur non reſpondet? quia illius fidē amplius prouocabat, & animum perſeuerantia excitabat, & diſcipulorum miſerationes exercitabat. B Item Hieronym. dicit, non eſt propter ſuperbiam phariſaicam, nec propter Scribarum ſupercilium: ſed ne ipſe ſententiæ ſuæ videretur contrarius, per quā iuſſerat, in viam gentium ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorū ne intraueritis, nolebat enim occaſionem calumniatoribus dare, perfectamq; ſalutem gētium paſsionis & reſurrectionis tempori reſeruabat. Dic obſecro Domine, ait alius doctor, quomodo ergo verum erit quod ſcriptū eſt apud Lucam, ſi vos cum ſitis mali, noſtis bona dare filijs, quanto magis pater veſter dabit ſpiritum bonum petentibus ſe?

*Chry: ex varijs in Mat. locis hom. 17. to. 2. Hiero. li. 2. in Mat. to. 9. Treius in Euang. li. 6. ca. 3. Luc. 11.*

C Legimus quidem de Tito imperatore qui deliciæ Romani populi vocatus eſt, ad hunc modum. In cæteris vero deſiderijs, id obſtinatiſsime tenuit, ne quem ſine ſpe dimitteret, & quod magis mireris, legimus de Galieno quamuis indigniſsimo, quod nil vnquam petenti denegaret. Quid dicam de Artaxerxe, qui agricolę concauas manus aqua plenas offerenti, phialam auream aureis plenam dari iuſsit? Et eſſe tot ac tantos patronos pro muliere paupercula intercedentes, quā poterat vnico verbo beare, & non reſpondere ei Chriſtum verbum? Cæterum nolebat calumniatoribus mordendi anſam dare,

*Exemplū Titi. Exemplū Galieni. Exemplū Artaxer.*

Quis ſiue Iudæus ſiue gentilis à domino ſalutem petijt, quam D non protinus impetraret? quomodo ergo nunc gentilem mulierem à ſe clamantem excludit? Huius rei cum multę fuerint cauſæ, tamen illa præcipua eſſe videtur, quam ex Dyoni. lib, de cæl, Hierar. colligere licet. Is enim Deum ait paterna cura atq; prouidentia ſe omnibus apte pro illorum captu inſinuare, itaq; infirmos blande ac leniter tractare paterna pietate ſolet, ne magnitudine laboris fatigati debilitentur, fortioribus autem fortiora certamina ſubminiſtrat, vt vincant. Hoc quidem modo ſe dominus cum diſcipulis ſuis diuerſis temporibus geſsit. Eos quippe ante ſpiritus ſancti aduentum, neq grande aliquid moliri, nec etiam ieiunijs & laboribus immodicis opprimi voluit, Vbi vero

*Ludouic. Granat. Dyo. li. de cæl. hiera. Exemplū Luc. 24.*

*Mat. 9.*

*Labores imparti- tur Deus pro cuiuſ- que virib⁹.*

*Perſeuere mus oran- tes, Deus enim re- medium ipſum dif fert ad cō modū ma- ius noſtrū.*

vi: tute ex alto roborati ſunt, tunc eos varijs calamitatum & per E ſecutionum procellis agitari paſſus eſt, quod ipſe his verbis declarauit. Non poſſunt inquit filij ſponſi lugere, quamdiu cum illis eſt ſponſus: Venient autem dies cum ablatus ab eis fuerit ſpōſus & tunc ieiunabunt. Hoc igitur exemplo intelligimus Deum vires hominum perſpectas habere, & pro magnitudine virium labores illis & onera aptare; infirmis enim leuia certamina, fortioribus vero fortiora reſeruat. Cum igitur Dominus mulierem hanc mirabili intus fide ac patientia roboraſſet, intelligeretq; parem illi, imo & ſuperiorem tantæ probationi virtutem eſſe, no- F luit eam tanta gloria, tantaq; meriti materia fraudare. Quod feciſſet ſi eius fidei, patientiæ, & humilitati, hanc perſeuerandi occaſionem celeri remedio ſubtraxiſſet. Ex quo intelligimus fratres, eos quibus omnia blande, leniterq; fluunt, aut leuibus tantum laboribus iactantur, inter infirmos Dei ſeruos, qui adhuc paruuli in Chriſto ſunt, eſſe numerandos. Eos vero quibus exercitandæ virtutis gratia, graues caſus & magna certamina à Domino exhibentur, inter fortes & adultos, imo inter veteranos milites eſſe computandos:

*Anto. Bro icus incuā ge. p. 1. ar. 62.*

*Hiero. li. 2. in Mat. to. 9.*

*Abul. in Mat. 15. q. 47.*

*Treius in euang. li. 6. c. 3.*

*Homerus*

*Titel. in Mat.*

*Chry. in Mat. ho. 53. to. 2.*

*Dimitte eam, quia clamat poſt nos.* Siquis animam habet vitiorum G ſorde pollutam, filiam proculdubio habet malam à dæmonio vexatam. Quare neceſſe eſt vt reatum ſuum agnoſcens, mox ad preces ſanctorum confugiat, qui Domino dicant: dimitte eum quia clamat poſt nos. Dimitte reatum, dona gratiam, quia noſtrum intimo affectu quærit ſupplex ſuffragium. *Non ſum miſſus niſi ad oues.* non quod ad gētes non ſit miſſus, ſed quod primum miſſus ſit ad Iſrael, ait Hiero. vt illis non recipientibus euangelium, iuſta fieret ad gentes tunc migratio. *Domine adiuua me.* Deſignauit per hoc, ait. Abul. in ipſo eſſe poteſtatem faciendi quod petebatur, & quod non egeret alio. Vnde non dixit, Domine ora H pro me, ſed adiuua me, ſic Deo loqui ſolemus, dicentes, Domine ad adiuuandum me feſtina. Eſt mercatura quædam, vt inquit Homerus, Inter Deos & homines, vt illi nobis bona, honeſtaq; dent, & nos eis ſacrificium atq; preces. Sacrificium porro Deo, ſpiritus contribulatus, cor contritū & humiliatum. Domine qui omnia potes, quaſi diceret hæc mulier, adiuua & exaudi me. Nō poſſum equidē oratione cōpoſita, mulier ruſtica & barbara, corā te multa proloqui, neq; opus eſt, neq; tu id deſideras. Ecce igitur breui verbo cordis mei tibi pādo affectum, Domine adiuua me.

Quid igitur mulier poſtquam hoc audiuit, ait Chryſoſt. nū tacuit ac deſtitit? non certe id quidem, ſed potius magis inſtabat. At



*Perſeueremus in oratione, etſi multa obijciantur impedimēta.*

*Chry. ex varijs in Mat. locis ho. 17.*

*Pſal. 2.*

*Iſa. 11.*

*In dei miſericordia cōfidamus*

A At nos inconſtantes non ita facimus, quin potius cum quod volumus non aſſequimur, ſtatim deſiſtimus, cum propterea magis inſtare oporteret. Cæterum quem non perplexum reddidiſſet illa reſponſio? ſufficiens quidem videbatur Chriſti ſilentium, vt ea in deſperationem conijceretur, & reſponſio etiam magis. Cum enim vidiſſet patronos etiam ipſos repulſam paſſos fuiſſe, audiretq; rem fieri non poſſe, hęrere plane poterat: attamen non deſperauit mulier, ſed cum videret patronos ſuos nil efficere, pulchra quadam inuerecundia inuerecunda fuit. Antea ſiquidem in conſpectum venire non audebat, ſed clamabat poſt eos: poſt- B modum ergo cum conſentaneum videbatur vt rebus deſperatis longius abiret, accedit proprius, atq; adorat dicens: Domine adiuua me. Et alibi ait idem Chryſoſt. ô Domine, inquit Chananęa, num ideo homo factus es, vt vnum tantum ſaluares populum? num propter Iudeos ſolos veniſti? Quid eſt quod dicitur in Pſal. Poſtula à me & dabo tibi gentes in hæreditatem tuam? Et Eſa. ait, in ipſum gentes ſperabunt. Cur ergo cum venerit hęc miſerabilis mulier pro filiæ ſuæ infirmitate obſecrans, & caſus ſuos deplorans, dicis non ſum miſſus? &c. Tu deniq; leproſos mundas mortuos ſuſcitas, paraliticos curas, cæcos illuminas, latrones ſal- C uas, meretrices caſtificas, & huic miſerę nil reſpondes, ſed potius eam reijcis, atq; eius patronos non admittis? Quorſum putatis? vt perſeuerantiam eius laudabilem omnes admirarentur, audirentq; dicentem, Domine adiuua me.

*Inſtemus petentes.*

*1. Re. 28.*

*Domine adiuua me.* Perſeuera ſemper, etſi tibi videatur Deus nō audire. noli eſſe vt Saul, qui cum vidit quod Deus ſtatim non ſibi reſponderet, acceſſit ad phytoniſſam. Multi ſunt enim quibus cū ſtatim diuina conſolatio non adeſt, accedunt ad humanas conſolationes, & triſtiores redduntur & inconſolabiliores.

*Glo. ordi. in Mat. 7.*

*Pſal. 21.*

*Ioan. 10.*

*Chry. in Ma. ho. 53. to. 2.*

D *Non eſt bonum ſumere panem filiorum & mittere canibus.* Mira conuerſio, ait Glo. nam Iſrael quōdam filius, nos canes: ſed pro diuerſitate fidei, ordo nominum mutatur. De illis enim dicitur pſal. circundederunt me canes multi, de nobis autem, alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili. Quando reſponſum dat, ait Chryſoſt. magis quam prius ſilentio exulcerat: neque iam ad alios cauſam traducit, nec ſe non eſſe miſſum affirmat, ſed potius quanto illa feruentius orat, tanto ipſe vehementius retrudit: nec iam Iudeos oues ſed filios etiam, ipſam vero canem appellat. Quid igitur mulier facit? Quid? ab ipſis Chriſti verbis deprecatoriam connectit orationem dicens, etiam Domine.

*Etiam Domine, nam & catelli.* Non ignoro dicit illa Chananæa,

 quia

*Chry. In Mat. ho. 53. to. 2.* quia neceſſaria hæc alimenta filijs ſeruãda ſint, veruntamen cur E
ego vetor, etiamſi canis ſim? nam ſi nefas eſt quidquam accipere,
nec micæ quidem ſumendę ſunt, ſin vero licet quodammodo par
tiri panẽ canibus, non omnono ipſa prohiheor, ſed potius hac
*Humiliũ cõditiones* ratione participare debeo: Tu interim non fidem ſolum illius, ve
rum & humilitatẽ admirare mecũ. Nam cum ipſe Iudæos filios
appellaſſet, adeo procul aberat ne liuore alienæ laudis contami-
naretur, vt maius etiam adiecerit, atq; dominos eos nuncupaue-
rit. Vides prudentiam mulieris? vides quomodo nec cõtradicit
nec de aliorum laudibus doluit, nec quia contẽni videbatur mo-
leſte tulit? vides magnitudinem animi atq; conſtantiam. Non eſt
bonum ipſe dicebat, atq; illa, vtiq; domine reſpondebat. Filios
ipſe Iudæos vocauit, atq; illa dominos. In conditione canũ illam F
*Ambr. li. 5. in Luc. ca. 7.* vocabat, & confeſtim ipſam cõditionem canũ atq; ſtatũ vltro illa
ſubiunxit: Vnde bene ait Ambro. Chananæa fuit pertinax in pre
cibus, ſapiens in reſponſis, fidelis in verbis, prætereuntem reuo-
cat, tacentem rogat, excuſantem adorat, negantem inclinat.

*Hiero. in Mat. li. 2 to. 9. Ruth. 2. Gutier. in Euang. li. 6. cap. 3. Pſa. 146.* *Etiam domine nam & catelli.* Scio me filiorum panem non mere-
ri, nec integros poſſe capere cibos, nec ſedere ad menſam cum
patre. Sed contenta ſum de reliquijs catulorum, vt per humilita
tem micarum, ad panis integri veniam magnitudinem. Ego ſum
illa Ruth, quæ ſequor veſtigia meſſorum, & greges ouium tua-
rum. Vacua veni, vacuam à facie tanti paſtoris me abire non G
expedit tibi, qui audis inuocantes coruos. Num vnam tantum
habes benedictionem? & mihi obſecro vt benedicas. Hac igitur
tanta humilitate & fide, miſericordiarũ pater ſuperatus, & ſe iã
vltra continere non valens, in hanc vocem prorupit, ô mulier,
magna eſt fides tua.

*Chry. ex varijs in Mat. locis ho. 17. to. 2.* *O mulier, magna eſt fides tua, fiat tibi ſicut vis.* Audiant hæc qui in-
conſtanter orant, ait Chryſoſt, & faſtidioſe precantur. Ne rece-
das vnquam quouſq; accipias: finis poſtulãtis, acceptio eſt. Tunc
ceſſa quando acceperis, imo magis nec tunc ceſſes, ſed perſe-
*Oratio ſit perſeuerans.* uera agens gratias pro eo quod accepiſti, vt perſeueret tibi quod H
acceperis. Quæritur ait Abulen. cum in muliere iſta nunc appa-
ruerint virtutes multæ, quare Chriſtus ſolam huius mulieris fi-
*Abule. in Mat. 15. q. 45.* dem laudans commemorat? Dicẽdum quod verum eſt quod mul
tę virtutes in ea apparuerunt, nam fuit prudentia, quia in omni
bus prudenter reſpondit, vt ait Theophy. Secundo apparuit per
*Theophy. Mat. 15. Luc. 7.* ſeuerantia. Tertio in ea fuit patientia, nam in varijs non fuit cõ-
mota. Quarto apparuit humilitas, ſe enim humiliauit procidens
in terram coram Chriſto, eum ad rando. Quinto apparuit in ea
fides



A fides, nam credidit Ieſum eſſe meſsiam. Dicendum tamen quod li
cet illæ virtutes apparuerint in muliere, Chriſtus tamen non cõ- *Fides præſtantiſſima virtus*
memorauit niſi fidẽ, primo quia ipſa ſola erat ad propoſitũ, nam
dicitur quomodo iſta mulier obinuit à Chriſto quod petebat, &
tamen ad obtinendum miracula fieri, nulla virtus ſufficit, niſi fi-
des. Per fidem obtinemus quidquid petimus, ita vt nil ſit nobis
impoſsibile. Vnde Chriſtus dixit, vt refert Mar. ſi potes credere, *Mar. 9.*
omnia ſunt poſsibilia credenti. Secunda ratio, quia iſta erat vir-
tus, quã Chriſtus introducere nitebatur prędicãdo, ſcilicet quod
crederetur in eum, quia fides eſt fundamẽtum & ſine illa impoſsi *Heb. 11.*
B bile eſt placere Deo, vt ait Pau. & ita ſine fide vel nullæ virtutes
ſunt, vel ſaltem inutiles ſunt ad placendum Deo: Vnde directa
tota prædicatio & ſcripturarũ, & geſtorũ, atq; dictorum Chriſti *Ioan. 20.*
fuit propter fidem introducendam ac conſeruandam, iuxta illud
Ioan. Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus, quæ nõ ſunt ſcripta
in libro hoc, & hæc ſcripta ſunt vt credatis, quia Ieſus eſt filius
Dei, & vt credentes vitam habeatis.

Quia ille cordis inſpector mutatam vidit quàm laudauit, ait *Aug. lib. de fide & operi. c. 16. to. 4. Chryſol. ſer. 110.*
Aug. ideo nõ ait, ô canis, magna eſt fides tua, ſed ô mulier, magna
C eſt fides tua. Mutauit vocabulum quia mutatum vidit affectum.
Et Chryſol. ait, merito quę ſe canem confeſſa eſt, in hominem
commutatur: & iuſte conuertuntur in canes, qui ſe filios eſſe no-
luerunt. Merito adoptatur in filiam, leuatur ad menſam, & hono
ratur, quæ ſe ſub menſa, laudabili & prouida humilitate deiecit.
Hinc eſt quod propter iuſtitiam ſuam Dominus nec Iudæis dare
potuit, nec gentibus denegare.

*Fiat tibi ſicut vis.* Ac ſi diceret, fides quidem tua, maiora quam
petis poſſet impetrare: veruntamen fiat vt vis. Quo diutius mu- *Magnum fidei meritum.*
lier orando perſeuerauit, hoc maiorem gratiam eſt conſecuta:
non enim ſalutem ſolam filiæ quam quærebat inuenit, ſed lau-
D dem etiam & commendationem Domini, æternamq; in Eccleſia
memoriam adepta eſt. Cæterum vt & fidei & humilitatis vim &
potentiam pernoſcatis: Marci verba hoc in loco referenda ſunt *Mar. 7.*
qui, vbi mulier hanc humilitatis vocem protuliſſet, reſpondiſſe
Dominum, ait, propter hunc ſermonem vade, exijt dęmonium
à filia tua Huic igitur voci, quæ fidei & humilitatis quidẽ plena *Præmia magnæ fidei.*
fuit, diuinæ miſericordiæ viſcera, antea quodammodo clauſa pa
tuerunt, vt hac ratione intelligatis quantum ad miſericordiam
Domini impetrandam, imo ad eius vim & potẽtiam (ſi dici poſ-
ſet) ſuperandam, virtus humilitatis valeat.

Poſtulare debemus à Deo cum perſeuerantia & ſpe, confiden-

 teſq;

*Io. 16.* teſq; de ſuis promiſsis. ſiquidem apud Ioan. ait, quod daturus eſt E
*Gen. 21.* nobis quod iuſte petemus, Conſidera obſecro quanta cum fiducia Abraham poſtularet, ſiquidem Deus ipſi præciperet vt filium
*Heb. 11.* ſacrificaret, ibat ad ſacrificandum filium ſperans tamen ſemper fore adimplendum quod Deus ipſi promiſerat. Quod ſignificauit Apoſt. dicens, fide obtulit Abraham Iſaac cum tentaretur, & vnigenitũ offerebat, in quo ſuſceperat repromiſsiones. Hoc etiã
*Gen. 22.* ſignificauit ipſe Abraham dimittens ſeruos ad radicem montis, dicens, Expectate hic cum aſino, ego & puer illuc properantes poſtquam adorauerimus reuertemur ad vos. Fuit etiam magna F
*Iudit. 12.* fiducia ipſius Iudith, dixit enim ei Holophernes, vt comederet ad menſam eius: cui reſpondit & dixit, nunc non potero manducare ex his quæ mihi præcipis tribui, ne veniat ſuper me offenſio ex his autem quæ mihi detuli mãducabo. Holophernes ait, ſi defecerint tibi iſta quæ tecũ detuliſti, quid faciemus tibi? Et dixit Iudith, viuit anima tua domine meus, quoniam non expendet omnia hæc ancilla tua donec faciat Deus in manu mea hæc quæ cogitaui. ô magnã mulieris fiduciam! hanc etiam fiduciam habebat

*Confidam viriliter in Domino.*

*Pſal. 129.* ſanctus Dauid cum diceret, Suſtinuit anima mea in verbo eius, ſperauit anima mea in domino.

Multi ſunt diuites qui dant pauperibus quod petunt in eorum G neceſsitatibus: ſed tamen ſæpe hoc faciunt cũ deprauata intentione: vtpote puellis fauẽt pro dote, vt poſsint eis abuti: malis fauẽt vt vlciſcantur eorum iniurias, & pauperibus ſcholaſticis ſæpe pro cathedris obtinendis, alijs etiam vt liti faueant, vel propter alias intentiones. Cum huiuſmodi ergo intentionibus ſi deprauatæ fuerint, non ſolet Deus ſubuenire, ſed potius cum pure accedimus ſicut hæc Chananæa. Cum ergo tam pium habeamus Dominum, petamus confidenter, dicente Iacobo, poſtulet autem in fide nil hæſitans. Si olim Deus liberalis erat, credendum eſt quod adhuc liberalior erit modo, cum præſertim filium H ſuum nobis donauerit: ſed aduerte plurimum ad rem facere, vt quando aliquid à domino poſtulamus, eius beneficia recolamus.

*Bona opera cum deprauata intentione non videntur impetrare apud Deum.*

*Iaco. 1.*

*Confidamus in domino.*

*Exo. 17.* Sane quando Moyſes orabat pro populo contra Amalech pugnante, virgam in manu habebat, vt habetur in Exo. vt hac ratione recoleret beneficia diuinitus impetrata, & ita maiori cum fiducia poſtulabat: ſic igitur nos cum beneficia à Domino petimus, nos gerere debemus. Solent quidem famuli cum beneficia à dominis ſuis petunt quibus aliquando ſeruierunt, dicere: hoc quidem mihi concedito domine mi, vel pro pane quem apud te per tot annos manducaui. Vnde Eccleſia etiam concludere ſolet

*Simile.*



A ſolet ſuas collectas dicens, per Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: quaſi dicat, Memor vtique ſum beneficiorum acceptorum per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

*Oratio qualis eſſe debeat.*

Videmur quodãmodo obligare Deum, ſi ita loqui fas eſt, quando cum maxima fiducia in eo confidimus, & ipſe videtur ita ſentire: ſiquidem miſereri turbæ in deſerto, videbatur in hoc niti, *Mar. 8.* neq; enim cibos adferebant. Vnde ait, Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinet me, ideſt ſperat in me, & fiduciam habet, atq; idcirco videor obligatus vt eam paſcam. Sic Dauid *Pſal. 129.*
B dicebat, Suſtinuit anima mea in verbo eius, ſperauit anima mea in Domino. Bonorum quidem conditio eſt fauere his qui in ipſis confidunt, quanto igitur magis id Deus præſtabit? Vide obſecro in quanta pericula ſe coniecerit ille qui hoſpitio excepit Leuitam & coniugẽ ſuam nocte, vt eam à carnalibus viris liberaret, vt habetur in lib. Iudic. quandoquidẽ etiam filiam ſuam ipſis *Iudic. 16.* exponebat, modo parcerent illi mulieri quam domi ſuæ receperat. Loth præterea videns effrænatam illam libidinem Sodomitarum, dicebat eis, nolite quæſo fratres mei, nolite malum hoc facere, habeo duas filias, quæ nõdum cognouerunt virum, educam *Gen. 19.*
C eas ad vos, & abutimini eis ſicut vobis placuerit, dũmodo viris iſtis nil faciatis, quia ingreſsi ſunt ſub vmbra culminis mei: Perſeueremus igitur poſtulantes à Chriſto, & conſideremus quantum *Simile.* perſeuerent viri mundani in rebus ad vtilitatem ſuam pertinentibus exquirendis, & in humanis prætentionibus: multo igitur æquius eſt vt petentes à Chriſto, nec defatigemur in petẽdo, nec fiduciam amittamus in adquirendo.

*Perſeueremus in rebus ad ſalutem pertinentibus.*

Quamuis ſtatim voti compos non fias, noli propterea animo cadere, ſiquidẽ non vno in die cõdita Roma fuit, vt eſt in prouerbio. Vide quid dicat Dauid, patientia pauperũ nõ peribit in finẽ. *Pſal. 9.*
D Etſi enim ſecreto pulſes, tamẽ audiet te Dominus. Hebræi quidẽ noctu dormiebant, & tamen iam mane inueniebant manna. Daniel etiam ex intimo vſque lacu exauditus eſt, clauſis & obſignatis foribus. Ionas auditus eſt ex ventre ceti: Nos parũ fiducialiter in Deo confidimus, ſicut videtur feciſſe Loth cũ aſcendit in montẽ, & tamen in ſegor ſibi promiſſa fuerat ſecuritas, & ſibi videbatur quod in monte ſecurior eſſet. Quare cũ maxima fiducia poſtulemus ſicut fecit hæc mulier. Multi potius in pecunia ſperãt & hãc adorãt, ſicut prophetæ Baal ipſi ſe cõmendabãt, & effuſo ſanguine, falſi dei ſui opem poſtulabant, ſed cum non poſſet ipſis ſuccurrere, honorem ſuum, & vitam, atq; animas perdiderunt. Quare multo præſtantius & excellentius fuit factum Eliæ, qui

*Danie. 4.*

*Ionæ. 2.*

*Gen. 19.*

*Petamus à Domino cum maxima fiducia.*

*3. Reg. 18.*

qui in Domino ſperauit, & ei ſubuenit in maxima opportuni- E
*In Domino firmiſsime ſperemus:* tate, & in ipſo articulo, adeo vt omnis populus clamaret, Dominus ipſe eſt Deus. Tum etiam maxima fuit huius mulieris Chananeæ fiducia & ſpes, quam in Chriſto collocauit, ac propterea omnia ei ad libitum fluxerunt, & facta quidem fuit voti compos, liberãdo filiam ſuam à poteſtate dæmonis, qua crudeliſsime torquebatur, & vexabatur.

## FERIA V. POST. I. DOMIN. QVADRAG.

## CONCIO SECVNDA.

*Pſal.* 88: *Aba.* 1: *Iob.* 30: *Gen.* 32. — EGreſſus Ieſus, &c. Qui non reſpondit ei verbum. *Matth.* 15. F
Vbi ſunt miſericordiæ tuæ antiquæ Domine? ait Pſal. Et Abacuc dicebat, vſquequo Domine clamabo, & non exaudies? Iob etiam dicebat, clamabo & non exaudis, mutatus es mihi in crudelem: Veruntamen hæc Dei dilatio eſt ad noſtrum commodum, vt perſeueremus, ſi enim Iacob non perſeueraſſet in luctando cum angelo, non reportaſſet benedictionem. Sane quanto magis Deus dilatat beneficia tanto deinde copioſiora exhibet.

*Ioan.* 8. *Honoremus abſentes.* — *Non eſt bonum ſumere panem filiorum.* Dixerat in præſentia Iudæorum quod eſſent filij diaboli, vos ex patre diabolo eſtis, & in abſentia filios vocat, vt inde diſcamus in abſentia honorare proximum, etiam magis quam in præſentia: ſed multi hoc tempore contrafaciunt. G

### *Calamitates immittit Deus vt ad ipſum conuertamur.*

*Deum inuocemus in noſtris calamitatibus.* — SOlet quidem Deus labores & calamitates hominibus immittere, vt hoc pacto reſipiant, & ad Deum reuertantur. Vnde primum hunc medicum debemus non ſolum in noſtris infirmitatibus, ſed etiam in omnibus laboribus vocare. Sæpe quidem calamitates hominibus contingunt, & infirmitates, propter deprauatam eorum conſcientiam: hæc igitur prius debet curari, nam aliter fruſtra videntur reliqua adhiberi medicamina, ſiquidem cauſa prius ipſa debet ceſſare, vt etiam ipſe effectus qui ab ipſa cauſa producitur, ceſſet. H
*Pſal.* 118. *Calamitates vtiles.* — Probe quidem hoc nouerat ſanctus Dauid cum diceret, tribulatio & anguſtia inuenerunt me. quaſi diceret, inuenerunt me tanquam ſagaces quidam canes prædam odorantes: in hoc enim videntur deſeruire labores, vt his



A his tanquam canibus quibuſdam vtatur ſapientiſsimus venator Deus, & ita prædam ipſam recuperet. Perditus erat Samſon cũ ſanitate frueretur, atq; ita permiſit Deus à Philiſtæis ſibi oculos erui, & ita animæ vitã recuperauit: Vnde & dixit, vt habetur in lib. Iudicum, Domine Deus meus memento mei, & redde mihi fortitudinem meam priſtinam. Tanta ergo fuit eius contritio, vt ipſi Deus condonauerit, atq; quod petebat conceſſerit. Perdita erat etiam hæc mulier Chananæa, & idololatriæ dedita, atq; Dei oblita, ſed tamen hoc Dei flagello percuſſa, nempe vexa- *Iudic.* 16. *Calamitates nos ad Deũ reducunt.*
B tionis filiæ, ita in ſe redijt, vt a finibus egreſſa ſuis, ad Chriſtum inquirendum accederet, atq; ita fieret voti compos, quam obrẽ ad Deum ſtatim accurramus in noſtris neceſsitatibus, exemplo huius mulieris: & non faciamus vt Samuel, qui cum a deo vocaret, accedebat ad Heli. ſic enim nos facere ſolemus, vt ſcilicet cum nobis a deo calamitates immittantur vel infirmitates, prius ad corporis medicum accedamus quam ad Deum. Contra tamen faciebat Dauid qui dicebat, exaudi Deus orationem meam: auribus percipe lachrymas meas. Dic obſecro ſancte vates, nun quid lachrymæ audiri ſolent? Cur igitur dicis, vt eas Deus au- *1. Reg.* 3. *Pſal.* 38.
C diat? Sed bene ait ſanctus propheta, cum nil ſit quod Deus libẽtius audiat: vnde Chananeæ lachrymæ etiam potius quam verba, auditæ ſunt: *Libenter Deus audiet lachrymas.*

Quod Chriſtus dicat apud Mat. venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis, ſignificat plane nullam opportunitatem eſſe commodiorem vt quis ad Deum conuertatur, quam cum in laboribus verſatur: Et quemadmodum prouidus agricola tempus opportunum ad ſeminandum expectat: ſic Deus in tempore calamitatum ad ſe homines vocat: nouit enim quod in proſperitate ſoleant obſurdeſcere, cum reſpondeant illud Iſa. Pepigi *Matt.* 11. *Simile:* *Iſa.* 28.
D mus fœdus cum morte, & cum inferno fecimus pactum. Vnde Dauid dicebat, imple facies eorum ignominia, & quærent nomẽ tuum domine. Quamdiu filius prodigus nummos habebat ad expendendum, non recordabatur errati ſui, & deliciarum domus paternæ, donec vidit ſe fame oppreſſum. Hinc Iſa. ait, in anguſtia requiſierunt te, non ſolum ait quæſierunt, ſed requiſierunt, ſi quidem labores ipſi compellunt quodãmodo, vt homo ad Deũ accedat, non ſemel tantum, ſed ſæpe. Quærit beatus Aug. cur vetita illa arbor, diceretur arbor ſcientiæ boni & mali, cum non quidem haberet proprietatem aliquam legendi aut docendi aliquam ſcientiam? & reſpondet, quoniam cognoſcere fecit protoparentes per experientiam & labores, quid eſſet bonum & malum *Pſal.* 61. *Luc.* 15. *Iſa.* 26. *D. Aug.*

malum,& quid eſſet,eſſe cum Deo,vel ſine Deo. De ſcientiæ ar E
bore videbatur guſtaſſe hęc mulier Chananęa,cum bonũ & malũ
*Calamita* ſciret. Quando igitur Deus nobis labores & calamitates mittet,
*tes quãñ* nos totos ad eius permittamus nutũ, ipſe enim inde multa bo-
*conducant* na eliciet. Sane ſi quis Ioſephũ interrogaſſet cũ è ciſterna educe
batur, vtrũ cuperet tunc eſſe finem laborũ ſuorũ, forſan ſic reſ-
pondiſſet: & tamen vide quanta amiſiſſet bona, quæ ſibi contige
*Gene. 37.* runt, propterea quod venditus fuit,& in carcerē coniectus. Sa-
*& 41.* tìs hoc nouerat ſanctus Abraham,& proinde ita ſe duci ad dei
libitum patiebatur, etiam vſq; ad filij ſui occiſionem: idem etiam F
*Geneſ. 22.* faciebat Iſaac, obtemperans patri ſuo, vnde vide obſecro quan-
ta bona amiſiſſent, ſi hoc neglexiſſent. Pulchre præterea in his
*Iob. 6.* exercitatus erat ſanctus Iob tanquam veteranus miles, cum di-
ceret: quis det vt veniat petitio mea, & quod expecto tribuat,
mihi Deus,& qui cæpit, ipſe me conterat; ſoluat manum ſuam,
& ſuccidat me? Obſerua obſecro quomodo plures adhuc labo-
res poſtulet, quoniam tot commoditates important.
*2. Reg. 14* Solet quidē Deus medijs laboribus homines adſe allicere. In
*Calamita* cuius rei figuram præcepit Abſalō ſeruis ſuis vt incenderent ſe-
*tes nos ad* getes Ioab, quoniam cum ſæpe ad eum miſiſſet, venire recuſauit G
*Dei cogni* at vero videns huiuſmodi calamitatem, ſtatim ad Abſalonem ve
*tionē ma-* nit, cum que interrogaret quorſum id feciſſet, reſpondit Abſa-
*nu ducunt* lon ſe meliorem commoditatem non inueniſſe, vt eum ad ſe euo
caret:
*Quæſtio.* Sed quæret aliquis, cur Deus patiatur vt homines laboribus
& ærumnis, morbis, afflictionibus, & tentationibus afficiantur,
cum pleriq; his ſuccũbant,& dæmonis ſæpe tentationibus victi
*Chry. lib.* cedant? Cui quæſtioni reſpondet D. Chry. dicens; ſi dæmon coa
*1. de proui* ctos nos vinceret, de deo conqueri poſſe fortaſſe videremur, at
*dentia.* vincit nos ſpontaneos,& non inuitos. Cum enim multi probi & H
ſanctiſsimi viri nos præceſſerint, argumentum eſt, cum eadem
qua nos præditi fuerint natura, quod ſi mali ſumus, nō eſt quod
*Matt. 7.* aliter non poſsimus, ſed quod nolimus. Hoc Chriſtus inſinua-
*Luc. 6.* uit Mat. 7. & Luc. 6. dicens, homo ſapiens ædificat domũ ſuã ſu-
*Similitu.* pra Petrã,& venerunt flumina,& flauerunt vẽti,& irruerunt in
domũ illam,& non cecidit: fundata enim erat ſupra firmam pe-
*Perſeuere* tram: ſtultus vero ædificauit domum ſuam ſupra arenam,& ve-
*mus in* nerunt venti & decidit pluuia,& irruerunt in domum illam, &
*virtute.* cecidit,& fuit ruina eius magna. Dic quæſo, quis nam domum
demolitus eſt? non equidem ſola tempeſtas, nec ventus: nam ſi
verum id eſſet, altera etiam domus deſtrueretur, nam eadem tē-
peſtas



A ſtas in vtramq; irruit, ſed cauſa fuit malũ fundamentũ vnius, &
bonum alterius. Idem in area videri poteſt, nam cum ventus per *Simile.*
flat, paleas ſecum adfert, triticum, autē manet, num ventus tan-
tũ paleas diſperſit? non equidē, nã etiã triticũ ſecũ abſtuliſſet, cau
ſa ergo fuit palearũ leuitas: nō ergo te ducit tētatio, ſed tua vo-
luntas, quæ nil pōderis habet in virtute; leuis quidē eſt tua vir- *Tentatio-*
tus, atq; tētatio te quo voluit duxit, nō autē iuſtũ. Cōſidera quę *nibus viri*
ſo hanc mulierē, quomodo ſemper perſeuerauit,& vires dæmo *liter reſi-*
nis nō potuerunt eam detinere quo minus ad Chriſtũ accederet *ſtamus.*
B alia fortaſſe mulier etiã ex minori tētatione ſtatim ſuccubuiſſet.
Sicut in auxilla nimis feruēti iure adhæreſcit caro, niſi cōmouea *Simile.*
tur: ita homines niſi laboribus cōmoueantur & agitētur, adhæ-
rent his rebus inferioribus. Qui in hac vita tribulationes nō ſen
tit, ſed omnia ad libitum ei ſuccedunt, ſimilis videtur infirmo, *Similitu.*
qui iã a medico derelictus,& ſalute deſperata, permittitur quē- *Aduerſita*
uis ſumere cibũ,& prolibito viuere. Si quem equus effrænatus, *tibus care*
citato curſu in medios hoſtes inferret,& aliquis occurrēs equũ *re pericu-*
illum frænaret & ſubneruaret, nō certe cēſendus eſſet id feciſſe, *loſum.*
quod odio equitantē proſequatur. Quare ita accipiēdũ eſt quod *Simile.*
C ſi Deus alicui calamitates inferat, id fiat propter eiuſdē cōmo-
dũ & vtilitatem. Calamitatibus & flagellis alij quidem emen- *Dante. 3.*
dantur, alij vero deteriores fiunt: ignis enim fornacis babyloni-
cæ pueros illuminabat, cæteros vero exurebat: in area item ipſa *Simile.*
triticum ex trituratione & ventilatione lectiſsimum remanet,
at vero paleæ in aerem ſubleuantur & euaneſcunt: in trapeto *Similitu.*
etiam & oleario piſtrino, magno illo tympani ſeu trabis ponde-
re,& igni vehementiſsimo, non quidquid exprimitur & deco- *Simile.*
quitur, eſt purum oleum, ſed fæces quoq; & amurca exprimũ
tur: eodem etiam aere quædam herbæ ſuauem emittunt odo-
D rem, aliæ vero teterrimum.

*Mala conſuetudo difficile eradicatur.*

A *FINIBVS eius egreſſa.* Exiuit hęc mulier ex patria ſua *Vitia di-*
& prouincia vt Chriſtum quæreret: vnde colligas quod *mittamus*
vt poſsis Chriſtum inuenire, prius debes vitiorum conſue- *& Chri-*
tudinem relinquere, quod fateor arduum & difficile eſſe. *ſtũ inue-*
Veriſsime enim dictum eſt, languor prolixus grauat medi- *niemus.*
cum, breuem languorem præſcindit medicus. Sicut enim, vt *Eccle. 10.*
Chryſ. ait, facile eſt riuulum cum primum a fonte ſcaturit *Chryſ.*
quocumque volueris flectere: at vbi aliorum fluminum *Simile.*
acceſsione

acceſsione auctus eſt, vix vlla arte poſsis eius impetum reprimē E
re, aut curſum alio deflectere: ita facile eſt vitium recens adhuc
natum abſcindere, at multorum annorum conſuetudine auctū
& roboratum quis facile ſuperare queat? Quam leui opera no-
uellam ſtirpem, & vix dum radicibus hærētem, euellere poſſu-
mus, annoſam tamen, & diuturno tempore firmatam, quis ſine
maximo labore eradicare valeat? Idem igitur de vetuſto ſcele-
re ſentiendum eſt, quodquo diutius animo hæſit, hoc altiores in
eo radices agit, difficiliuſq; auelli poteſt. Hinc formidanda illa
D. Greg. ſententia, tenent prauæ conſuetudines, quem ſemel ce F
perunt, & quotidie duriores exiſtunt, & non niſi cum peccato-
ris vita finiuntur. Idemq; rurſus, ſæpe nonnulli exire a prauis
actibus cupiunt, ſed quia eorundem actuum pondere præmun-
tur, in malæ conſuetudinis carcere incluſi, a ſemetipſis exire nō
poſſunt. Conſulto autem vir ſanctus ponderis nomine vtitur.
Vt enim infirma iumenta ſub graui onere iacētia, niſi ab alijs iu
uētur, exurgere nequeunt, ita quicunq; in peccato iacent, atq; hi
præcipue qui ſceleribus diu aſsueuerūt, prauæ cōſuetudinis pō-
dere preſsi, niſi ſingulari Dei ope atq; beneficio, a peccati onere
ſurgere non valent. In quo quidem ſtatu miſeri, non iā de pecca
ti remedijs, ſed de ſolatijs cogitant. Poſſumus plane conſuetudi G
nem prauam, quantumuis antiqua & inueterata iam diu exi-
ſtat, vincere & ſuperare. vnde dicit Seneca, nil eſt quod non ex-
pugnet pertinax opera, & intenta ac diligens cura. Curuatæ tra
bes ſumma opera in id finguntur quod vſus noſter exigit: quan
to facilius animus accipiet formam, flexibilis, & omni humore
obſequentior? virili enim robore atq; fortitudine opus eſt, vt
homo prauæ conſuetudinis catenam confringat, vt mundi pro-
bra & clamores contemnat, vt omnia vincula diaboli, mundi, ac
carnis, hoc eſt triplicem funiculum, quo in peccatis homines al
ligati tenentur, diſſoluat, vt cupiditatis libidinem, vt rebelles ani H
mi motus, impetuſq; frænet, vt ſenſuum licentiam, rationis im-
perio coerceat, ac poſtremo carnem ſubiugare, & in ſeruitu-
tem ſpiritus redigere valeat. Mala ſane conſuetudo, contraria
conſuetudine tollitur. Vnde Vincen. belluacen ait: quemadmo-
dum conſuetudo, aſsiduuſq; in malis vſus, animos ſæpe tandem
obſtinatos reddit: ita conſuetudo quæ rerum eſt bonarum, aſsi-
dua & frequentata, efficit vt tandem actiones ſtudioſe facilitate
quadam mira à nobis exerceantur, nec perinde difficulter a no-
bis fiant atq; initio. Sed interim magna eſt difficultas hominē
ita ad virtutem & bona opera præſtāda redire, vbi ſemel ſenue-
rit

*Conſuetudo praua difficile eradicatur.*

*D. Grego.*

*Conſuetudo mala captiuum tenet hominem.*

*Simile.*

*Mali faciē a virtute auertunt.*

*Senec. lib. 10. epiſt. ad Luci. epiſ. 51. a medio in finem.*

*Conſuetudo mala, contraria tolletur cōſuetudine.*

*Vin. bell. ſpe. doc. l. 5. ca 43.*

*Autor.*



A rit in vitijs ſuis & concupiſcentijs: ſed neceſſe eſt vt Deus ſpecia
liter ſuum præſtet auxilium atq; communicet. Quod cum ita
ſit, ſupplex te oro Trinitas beatiſsima, te inquam patrem om-
nipotentem, filium ſapientem, & Spiritum ſanctum bonum, vt
me regere velis in tanta difficultate, atq; præſtare vt ex tanto
Labyrintho peccatorum poſsim erui atq; reſurgere, vt ita bea-
titudinem conſequar ſempiternam.

Si inueteratus fueris in vitijs & concupiſcentijs, poſtula humi
liter à Chriſto gratiam vt poſsis ab eis reſurgere, atq; tibi per-
B ſuade quod ſi diligenter perſeueraueris in huiuſcemodi petitio-
ne, facile quod cupis impetrabis: tametſi enim equus ſit indomi
tus & refractarius, aſsidua tamen cura & arte deniq; fiet man-
ſuetus atq; perfacilis. Aſsidua arte atq; peruigili cura, vel imma
nes leones & vrſi tandem domantur, incitantur & canes ipſi ac
ſagaciores redduntur. Quod ſi hæc bruta animalia, aſsidua cura
atq; conſtanti, tantopere erudiuntur, tametſi ferociſsima & im-
mania aliqua ex his ſint, confidere plane tu peccator in domino
debes, quod ſi aſsiduus fueris in tuis precibus ad dominum fun-
dendis tametſi in vitijs ſenueris, nihilominus tamen in virtutū
C ſtudio iuueneſces. Eſt maximus labyrinthus peccatoris cum dor
mit in vitio, & peccatis. Fecit quidem dædalus labyrinthum,
cuius ingreſſus perfacilis erat, at vero regreſſus perdifficilis, in-
tus autem erat horrendum monſtrū ad torquendos eos qui ibi
remanerent. Sic igitur maxima oſtenditur potentia Dei & ſapiē
tia in conuerſione peccatoris. Noli igitur peccare dicens quod
ſtatim te conuertes, ſiquidem ingreſſus eſt facilis tibi & procli-
uis, at vero reuocare gradum à peccato, hoc opus, hic labor
eſt. Hebræi quidem Aegyptum ingreſsi ſunt cum intentione ibi
remanendi tantum per 5. annos famis duraturæ: at vero vide
D quanto aliter eis ſucceſſerit, nam per quadringentos annos ca-
ptiui fuere, imo & multis miraculis diuinitus præſtitis opus fuit
vt inde exirent: vt intelligamus quam ſit difficile veterē depo-
nere hominem. Sic multos inuenies qui peccant ſperantes quod
ſtatim peccatum dimittent, at vero poſtea in peccato radices
agunt, & priuſquam per pœnitentiam inde egrediantur, pluri-
mum ſudant & algent.

Porro quam ſit difficile peccatum deſerere, ſignificauit Chri-
ſtus apud Marcum cum ait percontans a patre dæmoniaci, quan
tum temporis eſt ex quo hoc ei accidit? cumq; pater diceret ab
infantia, vide quantopere torſerit dæmon filium antequam in-
de egrederetur: ſi quidem textus ait, quod exiuit exclamans &
multum

*Vt magna cōſuetudo peccandi eradicetur magno Dei auxilio opus eſt.*

*Similia.*

*Conſuetudinē malā vincemus aſsidua cura & diligentia.*

*Similitu.*

*Labyrinthi fabrica.*

*Iſido. lib. 4. Ethimolo.*

*Figura.*

*Gene. 47.*

*Inueteratā vitiorū cōſuetudinē deſerere, per difficile.*

*Marc. 9.*

*Conſuetudo mala difficile ſuperatur*

multum diſcerpens eum. Poterat quidem Chriſtus eum expellere abſq; eo quod eũ ita torqueret, ſed hoc permiſit, vt intelligeremus, quãta cũ difficultate vetus hoſpitium relinquat dæmõ, & quam difficile ſit peſsimã deponere conſuetudinem. Liberet nos omnipotẽs dominus ab inueterata peccandi conſuetudine, cũ tã difficile eradicari poſsit. Dicitur quidem 3. Reg. quod voluit Hiel vrbẽ Hiericho reædificare, cum maledixiſſet Ioſue Dei nomine eos qui hoc facere auſi eſſent, & cum vix primum lapidẽ ædificij poſuiſſet, mortuus eſt illi filius primogenitus qui vocabatur Abiram, & tamen noluit ceſſare ab opere, cumq; operaretur, etiam filij moriebantur donec tandem nullus remanſit, vt inde intelligas quanta ſit peccatorum cæcitas, & quam difficulter poſsint ab incæpto deſiſtere opere. Non ſic fecit hæc mulier Chananæa, quin potius prauam peccandi conſuetudinẽ dereliquit, & ita Chriſtum inuenit, & domum ſuam læta reuerſa eſt, factaq; voti compos.

E

*3. Reg. 16*
*Ioſue. 6.*

F

*Peccatum quantum homines excæcet.*

*Occaſiones noxias declinemus.*

A FINIBVS *eius egreſſa.* Non ſolum ciuitatem ſuam & domũ dereliquit, quod eſt peccandi conſuetudinẽ deponere, ſed etiã ab omnibus finibus egreſſa eſt, quod eſt peccandi occaſiones declinare. Vide obſecro quã celeriter Ioſeph a Domina aufugeret; poterat ſane ei viribus reſiſtere, ſed tamen potius duxit hoc modo euadere, & pallium potius quam animam dimittere: Probe hoc nouerat ſanctus Propheta cum diceret, viam iniquitatis amoue a me. Non enim dumtaxat poſtulat a ſe amoueri peccatum, ſed etiam occaſionem & viam peccati: ſi enim homo ſit poſitus in via peccati, cum difficultate videtur ſe cuſtodire ne in peccatum incidat. Sane cum bellua aliqua alicubi periclitata fuerit, ſiue in flumine, ſiue in alio loco, nullus poteſt, niſi ex importunitate calcarium, aut baculi, eam illuc adigere: at vero miſerabilis homo in idem peccatum & vitium ſæpe recidit, & in eoſdem recurrit laqueos, atq; in eaſdem peccandi impingit occaſiones.

G

*Gene. 39.*
*Pſal. 118.*
*Simile.*

H

*Homines in eoſdem laqueos ſæpe incidũt*

Sane occaſiones peccandi declinare, eſt principijs obſtare & reſiſtere, ſiquidem ex minima ignis ſcintilla videmus ingentem excitari ignem. Iudas quidem ex vitio in vitium labebatur: nam initio quidem furabatur ex diſpenſatione & annona ſacri collegij, deinde vero cæpit de Magdalena murmurare quod pretioſũ vnguentum ita effunderet, tum etiam de Chriſto, quod id tolerarct.

*Ioann. 12.*



A raret. Sic puerulus primo furatur de patris crumena, poſtea vero furatur de bonis vicini, & deinceps aliorum, ac tandem fit publicus latro. Sarra quidem plurimum indignata fuit vidẽs Iſmaelem filio ſuo colludentem, nec ceſſauit donec ipſum Iſmaelem cum matre ſua domo eiecit, ſiquidẽ ipſi videbatur nequaquam eſſe illud tolerabile, ſiquidem faciebat Iſmael idola fictilia, & incitabat ipſum Iſaac vt ante ipſa genua flecteret, & preces funderet: & quamuis illud in tam tenera ætate forte peccatum non eſſet, nihilominus tamen ad futura vitia diſpoſitio quędam erat,

*Simile.*
*Gen. 21.*

B atq; ita prouida Sarra curauit eum domo expellendum. Vnde maximopere debent parẽtes curare, ne liberi aliquid vitioſum etiam in tenera ætante cõmittant, ſiquidem tandem non poſſent parentes hæc mala eradicare. Initio igitur malis obſtemus, nec ea radices agere ſinamus: occaſiones etiam omnes malorum amputemus, nam aliter difficile poſſemus peccata eradicare. Certe ſi funiculus triplex difficile rũpitur vt ait Eccl. quanto difficilius rumpetur centuplex? hoc eſt ſi peccatum ter commiſſum cum difficultate dimittitur & deſeritur, quid ſi centies committatur? Non tantum igitur peccatum deſtruamus, ſed etiam

*Principijs malorũ obſtemus, ne deinceps incrementum ſuſciperent.*
*Vitia non ſinamus creſcere.*
*Eccl. 4.*

C occaſiones omnes diſsipemus. Certe ne hebræi ſe idololatriæ darent, præcipiebat Deus in Deut. auferri omnes occaſiones, hoc eſt vt non fierent cum ipſis idololatris coniugia, tum etiam vt ipſos ad internecionẽ vſq; perſequerentur, tum etiam vt eorum templa & altaria deſtruerent & comburerent, inſuper vt ex auro & argento ex idolis liquefacto nil acciperent: ſiquidem quamuis aurum figurã mutaret, nihilominus tamen ſemper aliquid in mentem ſubiret prioris figuræ. Itaq; volebat vt harum rerum, memoria penitus interiret. Sic igitur nos in malis occaſionibus reſecandis faciamus. Atq; hoc quidem appoſite ſanctus

*Deut. 7.*
*Occaſiones malas deuitem⁹.*
*Exod. 33.*

D Moyſes ſignificare voluit, cũ vitulũ illũ quẽ hebræus populus erexerat, iuſsit in puluerẽ redigi, & populo in potu propinari, ne veſtigium vllũ idoli ſupereſſet: non ergo ſufficit vnam aut alteram peccandi occaſionem amputare, ſed omnes penitus delendæ ſunt: ſiquidem ligna aliquantulum præparata, ſtatim inflammantur.

*Simile.*

Maxima ſane à nobis diligentia adhibenda eſt vt occaſiones fugiamus, ne Deum offendamus. Scribit quidẽ Amb. l. 3. de virg. quod adoleſcens quidam adeo formoſus eſſet, vt multæ mulieres eius amore caperẽtur: quod cũ intellexiſſet, ſibi vuln⁹ in facie, gladio inflixit, ex quo vulnere fædiſsim⁹ apparebat, quod ipſe maluit, quam mulieribus placere. Non ſuadeo quidẽ vt id fiat.

*Amb. li. 3 de virgin.*
*Senſualitatis vitiũ frequens.*

fiat:atq; exiſtimo quod etſi ſuaderem,nil prodeſſem : ſi quidem E
video iam tam viros quam mulieres inde incumbere vt ſe mu-
tuo amatorie diligant : videas enim mulieres excelſa quædam
ſibi aſtruere ſandalia,ſi exiguæ ſint ſtaturæ:tum etiam faciem fu
*Non offẽ-* co ornare,& ceruſa incruſtrare,ſi deformi ſint vultu:quod ſi pul
*damus* chræ ſunt,diligenter ornant & comunt , atque in ſpeculo ali-
*proximos* quo ſe contemplandas proponunt:viri etiam ita ſe ornant, & vl
*prauo exẽ-* tro citroq; inambulant, vt mirabile ſane ſit. Si quidem non ſo-
*plo noſtro.* lum non amputant occaſiones offendendi Deum, ſed etiam no
uas quærunt occaſiones,vt prauis ſuis deſiderijs ſatisfaciãt. Sed F
tandem aliquando ſibi conſulant,& dæmonis aſtutias deuitent,
qui circuit quærens quem deuoret: ſuadetq; vt hodie vanitati-
bus incumbamus,& deinde craſtino die,& ita inſequẽtibus:neq;
*Magnæ* ſuadet vt in vitio perſeueremus,ſed vt ſemel incipiamus , & ita
*dæmonis* paulatim nos pertrahet quo volet,neq;ex ſuis laqueis poteri-
*aſtutiæ.* mus euadere:atq; idcirco principijs obſtandum eſt , & occaſio-
nes eas amputare debemus,quæ nos adhæc pertrahunt. Et certe
pluſquam barbari homines debent viri Chriſtiani huiuſcemodi
occaſiones euitare carnales. De rege quidem Macedoniȩ ſcribit
*Plut:* Plutarc. quod Darij vxorem nec videre quidem voluerit,ne hac
*Alex: Ma-* ratione ad eam incitaretur,& eius amore caperetur,etſi magna G
*cedon.* tes eius formam plurimum commendarent. Item de Antiocho
Aſiæ rege ferunt quod etſi ab amico moneretur vt pulcherri-
*Exẽ. regis* mam puellam Pantheam videret,nunquam tamen voluit , prop
*Antioch.* ter eandem cauſam.

Valde quidem debent homines peccandi occaſiones amputa-
*Bonũ no-* re,ne de ipſis aliquid dicatur mali cum cauſa,imo nec ſine cau-
*men con-* ſa , quantum poterunt. Cum hebræi in idololatriam incidiſſent,
*ſeruemus.* vellet que Deus ipſos punire,ait Moyſes, non pertinere ad eius
famam vt ipſos puniret modo,ne quæſo dicant Aegyptij, calli-
*Exod. 32.* de eduxit eos,vt interficeret in montibus : quaſi dicat , dicent H
Aegyptij quod cum tunc non poſſes eos vlciſci,modo in hæc lo-
ca ipſos compuleris,vt ibi te de ipſis vindicares,nec dares quod
promiſiſti. Et ita Deus placatus eſt,ne inde Aegyptij murmura-
rent,vt habetur in Exo. Et in lib. Num. habetur , quod cum vel-
*Num. 14.* lent hebræi in Aegyptum reuerti,& propterea Deus eos puni-
re vellet,ait Moyſes, dicent Domine, non poterat introducere
populum in terram proqua iurauerat,id circo occidit eos in ſo
*Occaſio-* litudine:& ita Deus ipſis pepercit. Quod ſi Deus ita ſegerit vt
*nes turpes* ſcilicet occaſiones fugere videatur ne de ipſo murmurent, quã
*decãnem⁹* uis iniquè:quãto magis nos certe,occaſiones pro quib⁹ de nobis
iuſte



A iuſte murmurare poſſunt fugere debemus? Quamobrem om-
nes tales fugiamus occaſiones,non ſolum eas quæ nos ad peccã
dum inducunt,ſed etiam eas quibus alios ſcandalizare poſſumus *2. Cor. 6.*
iuxta illud Apoſ. nemini dantes vllam offenſionem.

Si magnus ille philoſophus Democritus,cuius eximias laudes
& encomia in ſuis Tuſ. quæſ. Tullius ille proſequitur,& Plin. lib. M. *Tuli.*
24. & Solinus in ſuo polhyſtore,ſibi oculos eruit,ne carnis con *Plin.*
cupiſcentia tentaretur,vt ait etiam Tertul. c. vlti. ſui Apologe. *Soli.*
cum tamen ille gentilis & barbarus eſſet:quantam quæſo adhi- *Tertul.*
bere debet diligentiam vir Chriſtianus ad præſcindendas om-
B nes omnino occaſiones peccandi , & diuinam maieſtatem offen
dendi? Scriptores antiqui quendam confinxere ſerpentem no-
mine hydram, multis capitibus conſtantem, & eius quidem na
turæ, vt vno illorum capite abſciſſo, pro eo multa capita naſ- *Simile.*
cerentur, neque poterant illa omnia prorſus abſcindi,niſi abſciſ *Hydra.*
ſiones illico comburerentur , & ſic finxerũt clarum illum Her-
culem, igne mortem intuliſſe ſerpenti,ex quo facto conſecutus
eſt memoriam ſempiternam. D. quidem Baſi. dicit ſimilia capita D. *Baſil.*
horribilia eſſe tentationes,& ignem quo comburenda ſunt eſſe
C diuinum amorem. Si enim hoc igne radices illarum non exurã-
tur , ſtatim aliunde pullulabunt, renaſcenturq; eædem tentatio
nes,& idcirco debent comburi ipſæ occaſiones & radices: Pe- *Matt. 26.*
trus vt pœnitentiam ageret,locum & ſocietatem peccati deſe-
ruit,hoc eſt palatium pontificis,vt per hoc nobis innuat , quod
vix eſt vera pœnitentia, vbi peccandi occaſio non tollatur.
Quamobrem Chananæa a finibus egreſſa eſt peccatorum.

Valde quidem noxias occaſiones fugere debemus:nam Abra *Gene. 12.*
ham timuit ne ex incauto fortaſſe Sarræ aſpectu homicidium ſe
queretur,& idcirco ad occaſionem vitandam,dixit ei:dic obſe-
cro quod ſoror mea ſis. Herodes quia ſaltatricem aſpexit , ca-
D put glorioſi Baptiſtæ ei promiſit & dedit, vt ait Matth. & Marc. *Mat. 14.*
filij Dei videntes filias hominum quod eſſent pulchræ,ſe eis con *Mar. 6.*
iunxerunt, vt habetur in Gen. Iudas quia Thamar aſpexit in bi- *Gene. 6.*
uio,cum ea ſe copulauit. Domina illa Ioſeph videns eius pul- *Gene. 38.*
chritudinem, in amorem illius exarſit. Vidit Dauid mulierem *Gene. 39.*
ſe lauantem , vnde tandem non modo adulterium ſed etiam ho
micidium perpetrauit , vt habetur 2. Reg. Holophernes vidẽs *2. Reg. 11.*
pulchritudinem Iudith, ob eandem capite truncatus eſt. Vide-
runt ſenes Suſannam in pomerio ſe lauantem , atque in eius *Iudith. 10*
amorem exarſerunt , vt habet Daniel. In vitis ſanctorum legi- *Dani. 13.*
gimus pium quendam ſacerdotem oculis captum ad ſancti cu-

 iuſdam

*Exēplū:*

E iuſdam tumulum multis precibus contendiſſe, vt illi videndi facultatem reſtitueret: quod cum impetraſſet, miſſamque de more celebraſſet, vbi poſtea videndi periculum expertus eſſet, ſàluti magis animæ quam corporis, & interno magis lumini quam externo proſpiciens, ab eodem ſancto priſtinæ cæcitatis remedium petijt & impetrauit.

## FERIA V. POST I. DOMINI. QVADRAGES.

## CONCIO TERTIA. F

*Similitu.*

EGRESSVS *Ieſus, ſeceßit in partes Tyri & Sidonis.* Matt. 15. Sicut piſcator cum videt ſibi feliciter in aliquo flumine non ſuccedere piſcationem, ad alium locum diuertit: ſic vtiq; Chriſtus cū videret in Galilæa non ſatis commodam piſcationem, accedit ad partes Tyri & Sidonis: quæ ſane eſt maxima hominis miſeria, cum a deo derelinquitur propter eius obſtinationem. Vnde Pau. dicebat, tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, in deſiderijs cordis eorum.

*Rom. 1.*

*Occaſiones noxias declinemus.*

G *A finibus eius egreſſa.* Egreſſa eſt Chananæa non ſolum à ciuitate, ſed etiam à finibus eius, ſic tu nō ſolū peccatū vitare debes, ſed etiā eius occaſiones. Sane dæmō parū curat quod tu nō committas modo aliquod peccatū, ſi videt quod omnes occaſiones nō præſcindis: nouit enim ꝙ ſtatim ad ipſum redibis. Cū Pharao licētiā cōcedebat hebræo populo eūdi ad ſacrificādum, id ea lege faciebat, vt remanerent apud ſe coniuges & filij: Siquidem intelligebat quod tam chara relinquentes pignora, ad ſuam adhuc reuerſuri eſſent ſeruitutem. Cum angelus è carcere eduxit Petrum, præcepit ei vt caligas cingeret, ne remanētibus illic caligis, occaſio aliqua remaneret redeūdi. Sane peccatū nō cōmittere, & occaſiones ipſas relinquere, perinde eſt atq; herbā ſecare, & radices nō amputare, ex quo fit vt ſtatī pullulet & renaſcat. H

*Exod. 8.*

*Niſi occaſiones amputemus, ad eadem vitia remeabim⁹*

*A finibus eius egreſſa;* Attēde quod hæc mulier antequā a Chriſto beneficia poſtularet & miſericordiā, a finibus egreditur, vt intelligas quod vt tibi beneficia diuinitus compares, prius debes a peccatorum tuorum finibus egredi.

*Peccati fines egrediamur.*

*Filia mea male à dæmonio vexatur.* Varijs quidē medijs ſolet nos Deus ad ſe attrahere: nā magos attraxit ſtella: hāc vero mulierē attraxit per vexationē filiæ ſuæ. Sic medicus alios curat amaris catapotijs, alios delicatis electuarijs, pro varietate cōplexionū, infir-

*Matt. 2.*

*Similitu.*

*4 Reg. 2.*



A infirmorum, & humorum. Sic Eliſæus aquas ſanauit ſale, & amaritudinem ollæ blanda farina. *4. Re. 4.*

*Etiam Domine, nam & catelli &c.* Vide quomodo perſeuerauerit hæc mulier, porro tria ſunt quæ nos ad perſeuerantiā incitare debēt: quorū primum eſt conſiderare quod Deus nos contueatur: ſecūdū eſt cōſiderare breuitatē vitæ: & tertiū deniq; eſt conſiderare amplitudinem & maieſtatem præmij.

*Perſeueremus ſemper in bono:*

### *Parentes quantum diligant liberos.*

B

ADuerte obſecro quantos labores patiatur hæc mulier pro ſalute filiæ recuperanda, vt inde intelligas quantum parentes diligant liberos, atq; vtinam tantum viciſsim a liberis diligerentur. Sed amor eſt inſtar aquæ quę facile quidē deſcendit, ſed non perinde facile aſcendit. Sic vtiq; amor deſcēdit a patre in filium facile, at vero a filio in patrem difficile aſcendit: hinc vulgo dici ſolet, quod vnus pater ſufficit pro cētū filijs, & nō contra centū filij reſpondent vni patri. Cæterum quoniā parētes tot labores toleraturi erant in liberorum educatione, idcirco Deus tanto C eos erga liberos amore munire voluit: & viciſsim vt filij parentes ſuos diligerent, propterea Deus promiſit quod ſi parentes honorarent, longæui eſſent ſuper terram, & beatitudinem æternam reportarēt: qui vero cōtra facerēt, morte morerētur. Porro diſertiſsimus ille Chryſologus ita affatur & inſtruit parētes ipſos: ideo te Deus, inquit, patrē fecit, ideo a te voluit hominem procreari: qui vtiq; quod te de terra fecerat, poterat feciſſe quā plurimos, ſed egit vt generando ſcires, quanta eſſet generantis affectio, & inte amorem tui tantum probares autoris, quātū ipſe autor pignoris, tuo pignori conaris impendere. Certe non D ſolum in te quid eſſet generantis affectio, ſentire te Deus voluit ſed in feris, & in pecudibus, & auibus, hoc Deus voluit te videre: quæ cum de terra produxerit ſola iuſsione, poſtea laborem ſentire compulit generandi, mutare patrias, loca cubilibus apta conquirere, fætus locorum difficultatibus communire, gemitibus edere, maximis laboribus enutrire, ac ſe mori, ſi natos ſuos capi viderint, non negare: Vnde ſi non hominis, vel ferarū comparatione, pecudum ſimilitudine, exemplis auium, diſce quanta ſit in paterna charitate ſynceritas.

*Simile.*

*Parentes pl⁹ amāt liberos, quā contrà ab ipſis amēt:*

*Exo. 20. & 21.*

*Leu. 20.*

*Chry. ſer. 55.*

*Ex paterno amore colligas quātū nos De⁹ amet*

*Bruta quomodo diligāt natos ſuos.*

Mulier illa ſunamitis videns filium ſuum mortuum, non lente, ſed feſtināter venit ad Eliſæū. Sic etiā regulus ille abijt ad Chriſtū, & obnixe eum rogauit pro filij incolumitate. Quantis porro *4. Reg. 4.*

clamoribus, lachrymis, & eiulatibus mulier iſta Chananæa, fi- E
*Ioann.* 14. liæ ſuæ ſalutem quæſiuit? Iayrus etiam ille princeps Synagogæ,
*Luc.* 8. cecidit ad pedes Ieſu, rogans eum vt intraret domum, quia filia
*Filij pa-* vnica erat ei, & hæc moriebatur. Cæterum quam paucißimi re
*rũ amant* periuntur nunc filij, qui id faciant, & tale quidpiam parenti-
*parentes:* bus rependant, in diſcrimine & periculo conſtitutis? Tanto qui-
dem parentes natos ſuos proſequuntur amore, vt magis gau-
deant filiorum augere, quam propria commoda, vnde Ptolo-
*Ptolomæ⁹* męus dicebat, quemadmodum refert Iuſtinus, non ſibi videri
*Iuſti. li.* 16 adeo iucunditatis plenum ſe regem eſſe, quam patrem eſſe re- F
gis. Vide etiam quantos exantlaret labores hæc mulier pro fi-
*Chry. in* lia ſua. Vnde Chry. ait, o incredibilem parentum in filios amo
*Ioann. ho.* rem, non modo quibus confidunt medicis, ſed & quoslibet
34: *to.* 3: compellare parentes ſolent, ne quid in aduerſa filiorum valetu-
*Parentes* dine ommittant.
*ad bona* Cæterum multi parentes circa hunc liberorum amorem fal-
*potius cæ-* luntur, ſi quidem eum fere dirigere ſolent ad bona comparan-
*leſtia filijs* da temporalia pro filijs, & non ad bona æterna, vtpote ad adqui
*cõparanda* rendas diuitias huius ſeculi, honores, dignitates, eoſq; curant
*amorem* potius locupletes relinquere bonis temporalibus, quam virtu-
*dirigant.* te & bonis ſempiternis. In his enim potius paternus amor elu- G
*Parentes* cere deberet, nam cætera niſi cum virtute ſocientur, vana ſunt
*potius vir* & nullius momenti: curet igitur potius pater filium virtute do-
*tutibus* tatum relinquere. Vide enim obſecro quot incommoda ſecuta
*quã diui-* ſint, eo quod Dauid inceſtum Amnon non puniret: ſiquidem
*tijs locu-* ne ei moleſtiam exhiberet, in cauſa fuit quod vtrumq; amitte-
*pletes re-* ret filium. Vnde Sap. ait, qui a pueritia delicate nutrit ſeruum
*linquant* ſuum, poſtea ſentiet eum contumacem. Quod ſi omnes obliga
*filios.* mur ad dirigendum proximos noſtros in virtutem, cum ſe offert
4: *Re.* 13. occaſio: quanto maiori vinculo tenebitur pater filium ſuum di- H
*Prou.* 29. ligentißime inſtruere? Et ſane ſicut pannus interdum cum lana
*Simile.* prius aliũ imbiberit colorem, ſolet priorẽ illũ colorem exerere:
*Simile.* ſic vtiq; praui mores quos prius adoleſcẽtes imbiberint, diffici-
*Filij à te-* le exuuntur. Nec velis tunc ſale condire carnes, cũ iã corruptæ
*nella ata-* fuerint. Sanę cũ Dauid in lecto adhuc verſaretur, inambulabãt
*te laudabi-* filij ante eũ, quibus ipſe dicebat: laudate pueri dñm, laudate no-
*les ſuggãt* mẽ Dñi: & ipſi reſpõdebãt, ſit nomẽ domini benedictũ ex hoc,
*mores.* nũc, & vſq; in ſeculũ. Vide obſecro quam prolixo ſermone vte-
*Diſsimil.* rentur parentes Sarræ, inſtruentes filiã ſuã circa coniugium, mo
*Pſa.* 112. nenteſq; eã honorare ſoceros, diligere maritũ, regere familiam,
*Tob.* 10. gubernare domum, & ſe ipſam irreprehenſibilem exhibere.

Plurimum



A Plurimum etiam confert vt parentes diligenter inſtruant libe
ros a pueritia, vt templa frequentent, miſſam audiant, & concio *Parentes*
nem: atq; honeſte cum omnibus cõuerſentur, ſed aliquæ matres *debent fi-*
ſunt quæ dicunt non eſſe talẽ vſum vt filias præſertim paruulas *liosinſtrue*
ad templa ſecum portent, & tamen ducunt ipſas ad choreas & *re in deuo*
tripudia, ad comędias & repræſentationes, ad varia ſpectacula, *tione, &*
quæ interdum non ſunt honeſta: An vobis videtur tutius, vt quo *tẽplorum*
tẽpore ad ſacra audiẽda pergitis, filiæ domi remaneant, cum præ *frequẽta-*
ſertim tunc libidini detur occaſio, & multa turpia committi poſ *tione.*
ſint, cũ inter famulos & famulas ſæpe non ſatis honeſtas rema- *Matres*
B neant, quæ etiam vili pretio eas forte proſtituent? Adde quod *ſecũ filias*
etiam ſi pueros domi dimittatis, hac illac circumcurſant, & om- *ad tẽpla*
nes vicinos moleſtia afficiunt, etſi quid turpe admiſerint, virum *ducant.*
honeſtum non inuenient a quo reprehẽdãtur, cũ omnes ſe ad Ec
cleſiam receperint. Nõ plane intelligo ecqua tãdẽ attẽtione poſ *Pueros du*
ſint parentes miſſam audire, remanentibus filijs domi, quorũ cu *cãt paren*
ram velint nolint gerere debent. Intelligant ergo parentes quan *tes ſecum*
to diuinitus afficiãtur beneficio, propter filios quos ſuſceperunt *in Eccleſiã.*
ſiquidem in ipſis inſtruendis & ſancte informãdis, datur ipſis oc *Parentes*
C caſio maximi meriti cõparandi, ſicut contra ſi id non fecerint, *plurimum*
ſibi Dei iram theſaurizant. Nec vero tua tantũ inſtitutione lau- *merentur*
dabili filios iuuare debes, ſed etiã tuis orationibus, Deũ ſemper *in recta fi*
pro ipſis obſecrãdo. Vnde Abrahã dicebat ad dominum: vtinam *liorum in*
Iſmael viuat corã te, id eſt adnutũ, beneplacitũq; tuũ. Quę oratio *ſtitutione.*
tantum placuit deo, vt diceret, nõ celabo Abrahã quæ geſturus *Gene.* 17.
ſum: ſcio enim quod præcepturus ſit filijs ſuis & domui ſuæ poſt *Gene.* 18.
ſe, vt cuſtodiant viam domini, & faciant iudicium & iuſtitiam.
Maxime curare debent parentes vt filios inſtruant in virtute,
iuxta illud Apoſ. educate filios veſtros in diſciplina & correctio-
ne domini. Quando vxor Manue dixit viro ſuo quod angelus ip *Ephe.* 6.
D ſi dixerat, videlicet quod eſſet conceptura Samſonem, dicitur *Iudi.* 13.
Manue oraſſe ad dominum dicens. Obſecro domine, vt vir Dei
quem miſiſti, veniat iterum, & doceat nos quid debeamus face
re de puero qui natus eſt: hoc eſt quomodo eum inſtruere debea-
mus, & quomodo is placeat Deo. Non vtiq; de diuitijs perconta
batur, nec de mundanis dignitatibus ſed quomodo Deo place-
ret. Sic igitur facere debent parentes, iuxta illud Eccl. non des *Eccle.* 30.
filio tuo poteſtatem in iuuentute, & tunde latera eius dum in
fans eſt, ne forte induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor
animæ. ſane cum figulus aliquod vas facit, dum illud recens eſt
& nondum coctum, ſed calente adhuc rota vrceus exit, tenui

Nn 3 etiam

etiam filo illud ſcindet, non ita vero paulo poſt: ſic igitur pa- E
Simile. ter filium ducet quo vult dum tenellus eſt, non ita confirma-
ta ætate. Sumus quidem ad malum procliues, & ideo niſi
ſit qui nos dirigat, paſsim aberramus. Vnde Propheta ait:
Pſal. 50. ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum. Sed cur obſecro,
cum peccatum originale vnum ſit, ait in iniquitatibus? Sane
Ecc. 30. quamuis peccatum vnum ſit, tamen pœnæ ſunt multæ & ideo
dixit omnia coniungens, in iniquitatibus. Præterea Eccl. ait,
curua ceruicem eius in iuuentute. Item equus indomitus eua
det durus, & filius remiſſus euadet præceps. Lacta filium tuum, F
& pauentem te faciet: lude cum eo, & contriſtabit te. Sed
proh dolor! Sæpe multi parentes non audent filios ſuos reprehē
2. Reg. 11 dere, cum ipſi ſint nequiores, & prauo ſuo exemplo ipſos cor-
Parentes rumpant. In 2. Reg. habetur quod dixerit Ioab nuntianti in-
praui no- felicem ſucceſſum militum prope murum ciuitatis quam impu
lunt libe- gnabant: ſi videris regem iratum, dicentem, cur tantopere
ros corri- ad murum accederent, vel aliquid ſimile, dices, quia & ſer-
gere, ne ſi uus tuus Vrias ibi mortuus eſt, vt hac ratione eius peccatum
bi obijciāt ad memoriam reuocaret, & idcirco minus iraſceretur & re-
quod ab ip prehenderet: & ita factum eſt, vt ſcilicet cum videret nuntius
ſis hæc di- regem iratum, ſtatim de morte Vriæ narrauit, & hac quidem G
dicerint. conſideratione rex ſuam reſponſionem moderatus eſt, dicens:
hæc dices Ioab, non te frangat iſta res, varius eſt enim euentus
belli, & nunc hunc, nunc illum conſumit gladius.

Curent igitur parentes bene & honeſte filios educare &
Thre. 3. erudire à teneris annis. Vnde Hiere. ait, bonum eſt viro cum
Simile. portauerit iugum domini ab adoleſcentia ſua: Plantæ quidem
ſi ibi relinquantur vbi naſcuntur, ſolent interdum inſuaues
Pueri à te edere fructus & parcos; ſi vero tranſplantari contingat, copio-
neris ānis ſum & ſuauem edunt fructum, debetque id fieri cum teneræ H
bene inſti ſunt, nam altius infigi ſolent. Sic plane ſi filius ſuo arbitrio
tuantur. & voluntati permittatur, non bene dirigetur, ſed opus eſt
vt iam inde à teneris vnguiculis, bonæ & ſanæ eruditioni aſ-
ſueſcat, ne facile a quocumque tentationis vento percellatur.
Simile. Si enim artes mechanicæ, & laudabiles ſcientiæ atque ingenuæ,
Virtus in vt bene ac firmiter hæreant, ſunt ab ineunte ætate perdiſcen-
tenera æta dæ: quanto magis virtus & ſpirituales exercitationes? Sane
te imbibē quandoquidem plus terrena filio tuo, quam cæleſtia compa-
da. rare curas, hinc Deus permittit vt cum ſolidam eius inſtitu-
tionem negligas, factus prouectior filius tibi recalcitret, & cum
tibi opem ferre deberet, potius tibi ſit inurbanus, & mille
quoti-



A quotidie moleſtias exhibeat. Sunt vero aliqui parentes, qui etſi
filios corrigant, id tamen ita blande faciunt ſicut Heli, qui 1. Reg. 2.
propterea ſimul cum filijs a deo punitus eſt, vt habetur 1. Reg. & 3.

*Peccator in maxima verſatur afflictione.*

ILLVD non eſt ſilentio prætereundum, quid cauſæ ſit mali adeo
quod filia Chananeæ, non acceſsit ad Chriſtum, eius opem cæci ſunt
B imploratura in tanta afflictione? Cui tacitæ obiectioni reſpon- vt miſe-
det mater, cum ait; male a dæmonio vexari: quaſi diceret, riā ſuā nō
non ſolum non poteſt venire, verum etiam cum à dæmone tan- cognoſcāt
topere vexetur, nec miſeriam ſuam agnoſcit, & propterea re-
medium ſibi non quærit: Sic mali cum a dæmonio vexentur,
remedium calamitatum ſuarum non quærunt, nec ſuum ſta-
tum agnoſcunt. Vere enim de malo dici poteſt, quod à dæmo- Mali in
ne vexetur, & ſemper perplexus ſit. Si namque reſtituere de- quāta ver
beat, ſecum ratiocinatur dicens: ſi reſtituo pauper remanebo, ſentur mi
etſi non reſtituo, ad infernum tendo. Item ſi concubinam ha- ſeria.
C bet, ait: ſi eam dimiſero, quid faciet miſera? Quid etiam dicent?
annon quod eam alere non poteram? Quod ſi non dimiſero, be- Peccatum
neficium abſolutionis non impetrabo, & miſer condemnabor. perplexū
O perplexam malam conſcientiam, & in vtramque partem an- tenet ho-
cipitem, quamobrem cum te perplexum videris peccator, con- minem.
ſiderare debebis quodnam ſit maius incommodum & detrimē
tum, & illi prius occurrēdum eſt; ſicut fecit ſancta Suſanna, quæ Dani. 13.
videns ſe ſenibus opprimi, ait: anguſtiæ ſunt mihi vndique: ſi
enim hoc egero, mors mihi eſt; ſi autem non egero, non effugiā
manus veſtras. Sed melius eſt mihi abſq; opere incidere in manus
D veſtras, quam peccare in conſpectu domini. Atq; ita Deus eam
ex tantis laboribus eripuit.

*Male a dæmonio vexatur.* Qui deprauatā habet conſciētiam, etſi
videatur nobis delicate viuere, nihilominus tamen in ſumma mi
ſeria & anguſtia verſatur. Si enim aliquis ſciret certo, quod poſt Simile.
quam comediſſet, vitam amittere deberet, etſi lautiſsimas habe Praua con
ret epulas, non tamen eas iucunde deguſtaret: quam ergo dele ſciētia in
ctationem impius habere poteſt, & quam quietem, noſcens quietū te-
quod ſempiternæ pœnę & tormenta ipſum maneāt? vſq; adeo in net homi-
quieti ſunt mali, vt ſeipſos etiā paueant, dicantq; cum Dauide, nem.
quid eſt tibi mare quod fugiſti? Quid eſt tibi conſcientia Pſal. 113.
quod tam ſis inquieta? Mirabiles plane elationes ma-
ris.

*Malus vt mare feruet:* — *Pſal. 45.* — *Pſal. 113.*

r's. Vnde tanta ira, tanta ambitio, tanta cupiditas, tam praua E deſideria? quis tandem futurus eſt horũ omnium exitus & finis? At vero cum peccator ad cor redit, & ad Deum conuertitur, diuina adiutus gratia, non minus quam antea ſtupens, in contrario ſenſu ait: quid eſt tibi mare quod fugiſti? procul dubio, a facie Domini mota eſt terra a facie Dei Iacob. Tanta tunc eſt animi tranquillitas, vt dicat cum Propheta, venite, & videte opera Dei, terribilis in conſilijs hominum. Cum enim exiuit a tam voraci flamma, & a tantis tormentis, videtque cor eius tanta diuinitus dulcedine irrorari, & oculos lachrymis F conſpergi, ait: qui conuertit Petram in ſtagna aquarum, & rupẽ in fontes aquarum.

*Mali in maxima verſantur anguſtia.* — *Hiere: 15* — *Prou. 11.* — *Luc. 23.*

Si permittit ſæpe Deus vt ſerui ſui afflictionibus in hac vita concutiantur, qui tamen ab eius voluntate non diſcrepant: annon maximopere vexabuntur mali, qui ſemper Deum offendunt? Hoc quidem voluit Hierem. ſignificare cum ait: ecce ergo in ciuitate, in qua inuocatum eſt nomen meum, incipio affligere, & vos immunes eritis? non eritis immunes dicit Dominus: Huc etiam ſpectat quod ait Sap. in Pro. Si iuſtus in terra recipit, quanto magis impius & peccator? Tum etiam G quod ait Chriſtus apud Luc: Si in viridi ligno hæc faciunt, in arido quid fiet?

*Chryſ. in Luc. de lazaro con. 1. tom 2.* — *Conſcientia mala hominem torquet.* — *Mali non nulli iam in hac vita tormenta incipiũt*

Porro quam oppreſſus ſit qui deprauatam habet conſcientiam, declarat beatus Chryſoſt: dicens, vide quanta ſit vis conſcientiæ, quandoquidem antequam in alio ſeculo puniantur peccatores, iam qui improbe agunt, & in peccatis viuunt, hic puniuntur: neque enim mihi dixeris illum menſa ſumptuoſa frui, veſtibus circundari ſericis, mancipiorum greges circumferre, alios ſubmittere in foro. Sed explica mihi iſtius conſcientiam, & videbis intus grauem peccatorum tumultum H ingentem metum, tempeſtatem, & turbationem. Videbis velut in curia mentem ad thronum conſcientiæ conſcendiſſe regalem, & tanquam iudicem quempiam ſedentem, & cogitationes loco carnificum adhibentem, in equuleo ſuſpendentem, lateraque conſcientiæ radentem vngulis, pro commiſſis vehementer inclamantem, cum nemo ſciat, niſi quod ſolus Deus hæc videre nouerit. Et enim qui committit adulterium, etiam ſi millies fuerit diues, etiam ſi nullum habeat accuſatorem, non deſinit tamen intus ſeipſum accuſare, & voluptas quidem temporaria eſt, dolor vero perpetuus: timor vndique & tremor, ſuſpicio & anxietas; angulos profecto ipſos metuit,



*Vitioſi in maxima verſantur anguſtia.* — *Gen. 4.*

A tuit, vmbras ipſas formidat, nec vel ad breue tempus poteſt reſpicere: nam & in lecto, & in menſa, & in foro, & in domo, & interdiu, & nocte, & in ipſis frequenter ſomnijs, hæc iniquitatis ſimulachra videt: ipſiuſq; Cain vitam viuit, gemens ac tremens ſuper terram: cum nemo ſciat, intus habet tamen implicitum ignem.

*Euſebius Emiſſenus* — *Simile.* — *Simile.* — *Peccatum in anima eſt tanquã venenum in corde:* — *Vitioſus eſt ſemper inquietus.* — *Mali inquieti viuunt.* — *Peccatum odio habeamus.*

Tractans præterea doctiſsimus ille Euſebius Emiſſenus hac de re, grauiſsime ait in hunc modum & tenorem: eſt enim mala conſcientia comes odioſa, turbulenta tempeſtas, animum perpe-B tua iactatione concutiens, aſsiduiſq; terroribus obiectis inceſſanter exagitans. Vt enim ſi aliquis transfixus eſſet venenato telo, quod quidem è corpore euelli non poſſet, nullum temporis punctum dolore vacuum haberet: ſic profecto vbi iniuſtitiæ mortiferum venenum in viſcera ipſa penetrat, & in præcordijs hæret, animoq; mortiferum vulnus imponit, vix quidquam eſt quod hominem valeat è ſummis angoribus & aſsidua dolorum acerbitate liberare. Cum enim totius miſeriæ fontem intra pectus habeat, euenit vt nunquam vim moleſtiæ à ſe dimouere poſsit, ſed quocunq; pergit, eximio dolore & ſolicitudine conflictetur.
C Ex quo fit vt neq; domi quietem habeat: neq; enim domus, nec ciuitas, neq; celebritas, nec ſolicitudo, illis iucunda eſſe poteſt, qui gerunt animũ vulneribus iniquitatis & iniuſtitiæ conciſſum: Itaq; ſicut æger cuius viſcera ardentiſsima febris vrit, nullo modo in latus vnũ conſiſtere aliquandiu poteſt, ſed modo in hanc, modo in illam partem voluitur atq; iactatur, neq; tamen tot mutationibus quietem quam quærit inuenit, quoniam intra ſe inquietudinis ſuam cauſam geſtat: ita improbi homines vix vlla rerum aut locorum mutatione, lethale telum, quod intra ſe ex malorum ſuorum conſcientia geſtant, excutere poſſunt. Quę qui-
D dem res tãtum in nobis peccati odium patrare deberet, vt quamuis nulla alia ſiue præmia ſiue ſupplicia, nos ab eo deterrerent, hoc vnum ſatis, ſuperq; futurum eſſet.

*Conſcientia ipſa nos mordet vt ad Deum reuertamur.*

Huiuſmodi conſcientiæ torſiones & remorſus pro magna vtilitate & commodo noſtro, diuinitus permittuntur, vt ita mali ad Deum redeant & conuertantur, veruntamẽ maxime animaduertere & diligenter conſiderare debemus, quod quando vir impius propterea vitam ſuam deprauatam & turpem atq; flagitioſam, corrigere & emendare non vult, dimittit eum quidem Deus ſecundum deſideria cordis eius, quippe qui vt ait ſanctiſsimus ille vates Iob & patientiſsimus, bibit ſane ſicut aquam iniquitatem: ſiquidem tales iam non verẽtur Deum offendere, & contra eius

eius diuinam maieſtatem delinquere, & ſcelera atq; flagitia pro- E
pemodum innumerabilia committere & perpetrare, ſine vere-
cundia aliqua & rubore, quin potius petulantiſsime, & procaciſ-
ſime, ac impudenter ſe in omne vitiorum cœnum tanquam lu-
tulenti ſues ſubinde reuoluunt atq; volutant, neq; conſcientia
iam ipſa tales remordet, ſed vt dixi, iam ſicut aquam bibunt ini-
quitatem. Falſam quandam ſibiſecuritatem perſuadent in qua
viuant, neque conſcientia iam ipſa in eis vllo pacto commo-
*Mali quã turpiter labantur.* uetur vt ipſos remordeat & pungat. Non ita vero viri iuſti &
ſerui dei ſe gerunt, quin potius vel ex vno dũtaxat verbo otioſo F
maxime commouentur & concutiuntur. Curialem quidem ho-
*Simile.* minem & perpolitum, videbis tam iuſtos & conformes calceos
adferentem, vt ſi forte lapillus, lenticula, vel quæcunq; res alia
intromittatur in calceos, maximum ſentiat dolorem, & ſic ſta-
tim vir iſte calceum ſibi excalceat, atq; lapidem ipſum inde ex-
trahit, & educit: Agaſo tamen vel alius ruſticus vir, qui calceos
laxos, vel ocreas oblongas, & arena refertas portare conſueuit,
*Viri probi ſunt timoratæ conſcientiæ.* hunc dolorem non ſentit, quia calcei ipſi laxi ſunt quos geſtat.
Sic profecto vir ſanctus, bonus & iuſtus, ac timoratus, vel mi-
nimum etiam peccatum ferre & ſuſtinere nullo pacto poteſt, & G
valet, nam cum iuſtus ſit & timoratus, quæuis etiam talis res, vel
minima, eum torquet, angit, & excruciat, & ſic calceos ſuos
purgat, hoc eſt, ſtatim ad ſacroſanctum pœnitentiæ & ſalutare
ſacramentum feſtinat. & maxima cum diligentia & cura appro
perat, vt mundus, & purus inde euadat, & peccatorum ſuo-
*Mali laxam habẽt cõſcientiã.* rum fœdiſsimas ſordes eluat, & purget. At vero cũ in improbo
& ſceleſtiſsimo homine dominentur & regnent variæ & diuerſi
modæ vſuræ, adulteria, furta, homicidia, & complura alia huius
farinæ vel potius furfuris vitia & ſcelera, non videmus ſane pro-
pterea huiuſmodi ſolicitudinem & curam, tollendi ſcilicet à H
*Mali non ſentiunt quam graue onus ſuſtineant.* calceis tam laxis, tam grandia pondera: nec talis ſentit propriæ
conſcientiæ detrimentum & iacturam. Et hæc quidem eſt ma-
xima vexatio, in quam miſerabilis & infeliciſsimus peccator
labitur, propter deprauatam & perditam conſcientiam ſuam,
quæ iam ipſum non pungit nec ſtimulat, vt peccata ipſa deſerat,
*Iſidor. lib. 2. Soliloq.* & ad Deum factorẽ ſuum conuertatur. Nulla pœna grauior pœ-
na conſcientiæ. Vis autem nunquam eſſe triſtis, bene viue. ſecu-
ra mens triſtitiam leuiter ſuſtinet, Bona vita gaudium ſemper ha
bet: conſcientia autem rei ſemper in pœna eſt. Nunquam ſecu-
rus eſt reus animus: mens enim mala conſcientiæ proprijs agita-
tur ſtimulis,

FERIA



# A FERIA V: POST I. DOMIN. QVADRA.

## CONCIO QVARTA,

*Oratio qualis eſſe debeat.*

EGreſſus Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidonis, & ecce mulier *Oratio nõ neceſſe habet multa verba.*
Chananæa. Mat. 15. Mar. 7. Si attente conſideremus ora-
tionem huius mulieris, inueniemus eam breuiloquam
ſed tamen claudit gyro grandia ſenſa breui. Breuibus
B quidẽ verbis poſſumus cum Deo negotiari. Siquidẽ *Pſal. 87.*
Dauid ſuam agnoſcens miſeriam, ait: Repleta eſt malis anima *Verborum profluentiam nõ curat Deus.*
mea, ſed tu domine vſquequo? Vide obſecro quam breuiter di-
uinam opem implorauerit. Aliqui in id incumbunt vt multis ver
borum ambagibus cum Deo loqui poſsint & magno artificio:
Veruntamen in ſua potius clementia quam in noſtra eloquentia
fundãtur diuina beneficia, vt apud Iſa. teſtatur Dominus dicens, *Iſa. 43.*
ego ſum, ego ſum ipſe qui deleo iniquitates tuas propter me.
Non debemus exprobrare quid fecerimus & enumerare, ſed po-
tius ad diuinam miſericordiam confugere, & eam implorare, di-
C centes cum Dauide: Miſerere mei Deus ſecundum magnam mi- *Pſal. 50.*
ſericordiam tuam. Et cum Chananæa, Miſerere mei fili Dauid. *Gratiſſimus erga Deum.*
Et ſi quid ante oculos Dei ponimus, collocemus & ſtatuamus
eius beneficia in nos collata, dicentes: Tu Domine me creaſti
& redemiſti: quare per myſterium ſanctæ incarnationis tuæ, &
per ſanctam crucem libera me Domine: ſi enim fecerimus hoc
pacto, dicere quidem cum ſancto patriarcha Iacob poterimus, *Gen. 32.*
vidi Dominum facie ad faciem & ſalua facta eſt anima mea.

Duplici nobis attentione opus eſt cum oramus, quarum alte- *Duplici attentione opus eſt in orando.*
D ra præcedere debet, altera vero comitari orationem. Illa atten-
tio debet præcedere, vt diligenter conſideres qualis ſis tu, & qua
lis ſit Deus, & quid poſtulare uelis. Altera etiam attẽtione opus
eſt, vt ſcilicet attendas cũ quo loqueris, & ita attentionem tuam
continues, quæ attentio videtur difficilis propter fragilitatem *Attentio continua difficilis in oratione.*
noſtram, & ita etſi aliquando remittatur, non peccamus, nec me-
riti valorem amittimus. Eſt enim tanta prioris illius attentionis
præſtantia, quã homo ſe totum ad Deum dirigit, vt in eius vir-
tute etſi aliquando inter orandum diuertatur per fragilitatem
non propterea effectum ſuum & vim perdat oratio. Nam quem
admodum globus à tormento bellico extortus, propter virtu- *Simile.*
tem ſibi impreſſam, in altum conſcendit: ſic vtique in virtute
prioris

*Attentio præcedens quam ſit neceſſaria.* prioris illius attentionis ante orationem factæ, perſeuerat ora- E
tio, etſi interdum propter humanam imbecillitatem diuertatur.
Quamobrem ante orationem, huiuſmodi attentionem præmitta
mus, & nos diligenter præparemus, & Deo quidquid petituri ſu
mus, ex animo commendemus. Ad hanc vero attentionem plu-
rimum iuuat ipſa ſolitudo, & quies. Sane quod Christus dicat
*Luc.18.* apud Luc. oportet ſemper orare & nũquam deficere: non id ſibi
vult, vt ſcilicet ſemper actu in attẽtione maxima verſemur, cum
*Similitudo.* hoc in hac mortali vita fieri non poſsit: ſed quaſi diceret, ſicut
auarus videtur noctu diuq; pecunijs congerendis inhiare, & am-
bitioſus intentus eſt in prehenſando, atq; amator rebus amato-
rijs incumbit: ſic vos diu noctuq. in orationem incũbite, & hæc F
ſit veſtra negotiatio. Et certe plurimum nos ipſos orationi aſſue
facere deberemus, ſiquidem eius beneficio multa cognoſcimus
quæ antea non cognoſcebamus. Siti conficiebatur paruulus Iſ-
*Gen.21.* mael, & audiuit Deus eius vagitus propter orationem matris
*Oratio multa incognita, cognita facit.* Agar, viditq; fontem & puteum, quem tametſi prope ſitum, an-
tea non videbat. Sane ſi cum ea vehementia qua res temporales
petimus etiam ſpiritualia poſtularemus, plus in virtute profice-
remus. Vide obſecro quam inſtanter poſtularet rex Ezechias, di-
uinum fauorem, ne regno priuaretur, & tamẽ vix inuenias quod G
*1. Reg.15.* tantam diligentiam adhiberet pro peccatorum impetranda ve-
nia. Conſidera etiam quam intente & cum labore preces funde-
*3. Re. 18.* rent prophetæ Baal dei falſi, adeo vt lanceolis ſibi ſanguinẽ edu-
cerent, quæ omnia ad commoda temporalia tendebant, & ad am
bitionem. Vtinam vel eodem dumtaxat modo quo rebus tem-
poralibus incumbimus, etiam diuinis & cæleſtibus incũberemus.

*Oratio ſit cum fiducia.* Præterea plurimum nobis confert, vt quod petimus in oratio-
ne, cum fiducia poſtulemus, ſcilicet ſperantes nos à Deo quæ pe
timus impetraturos, ſi modo è re noſtra fuerint; ſiquidem ſi dif-
fidamus, aut hæſitemus, ſolet Deus idcirco plurimum indignari. H
Et ſic videmus quod ſtomachatus ſit contra ſanctum Moyſen,
*Nu.20.* propterea quod cum ipſi iuſsiſſet vt loqueretur ad petram vt
aquã daret, qua ſitim ſedaret populus & pecora, ipſe tamen dubi
tauit, & ſecum ratiocinabatur, quomodo poſſet ipſum lapis intel
*Indignatur Deus contra eos qui non petunt cum fiducia.* ligere: tum etiam dicendo virgam ipſam forte rumpendam aut
frangẽdam, ſi hac petram percuſſerit: vel potius inde ignẽ quam
aquam educam, cum ſit inſtar ſilicis: adde quod lapis exiguus eſt,
quomodo igitur tanta aquæ copia inde manare poterit? Ex his
igitur tantopere indignatus eſt Deus, vt non permiſerit ipſum
in promiſsionis terram intrare. vult igitur Deus vt cum maxima
fiducia



A fiducia nos totos ad eius pedes abijciamus, & prouoluamur in-
trepide petentes.

*In domino cõfidamus cum oramus.* Hæc quidem mulier Chananæa etſi videret ſanctos Apoſtolos
pro ipſa orare & intercedere, non tamen proinde ipſa ab oratio
ne ceſſabat. Videas quidem aliquos, qui omnes ſuas orationes
*Exemplũ* in viros eccleſiaſticos regerunt, & ijs omne orandi onus impo-
nunt, ſeq; eorum orationibus tradunt, quod vtiq; malum non
eſt: veruntamen aliquid nos ipſi præſtare debemus pro noſtra vi-
*Non debemus orationes noſtras negligere, etſi alij pro nobis orent.* rili. Erat quidem olim in deſerto iuuenis quidam eremita, qui
B ſæpe rogabat ſanctum quendam ſenem, vt pro ipſo oraret, quod
& ſenex faciebat: cum autem quereretur iuuenis ille, quod ſuo
iudicio nullos in virtute faceret progreſſus, quamuis ſenex pro
eo oraret: intellexit ſenex quod nil ille ex ſe præſtaret, cum igi-
tur aliquando aſellum onerarent ſportis quibuſdam, & alijs, vt
venderent ad vitam ſuſtentandam, dixit iuuenis ſeni vt ſe iuua-
ret in eo onere aſello imponendo, atq; ita ſubleuabat iuuenis
quantum poterat, ſed ſenex nil præſtabat: tunc ait iuuenis, quę-
ſo te pater, ſubleua huiuſmodi onus aliquantulum, ego enim ſo-
*Simile.* lus non poſſum etſi robuſtus ſim; reſpondit ſenex, ſic igitur intelli
C gas te oportere etiam orando, iuuare eum qui pro te orat. Por-
ro ſi in via multos inuenires lapides pretioſos, nũ contentus eſ-
ſes dicendo huic vel illi, colligite obſecro mihi iſtos lapides? non
ne tu etiam ipſos in colligendo iuuares? vult quidem Deus vt
*Pſal.33.* omnes ad ipſum concurramus in neceſsitatibus noſtris, iuxta il-
*Mat.11.* lud vatis ſancti, accedite ad eum & illuminamini: & illud Matt.
Venite ad me omnes qui laboratis & onerati eſtis. Cum igitur
omnes vocet, omnes ad eum accedamus, nec contenti ſimus ſo-
lum per interceſſores negotiari & deprecatores, ſed ipſimet ac-
cedamus cum ſanctis operibus, & deuotis orationibus.
D

*Orationes iuſtorum plurimum poſſunt.*

DImitte eam quia clamat poſt nos. Plurimum quidem nobis pro-
ſunt proborum virorum orationes apud Deũ, & plurimum
proficiunt peccatores cum ipſis, ſiquidem earum beneficio ſæpe
proteguntur & defenduntur à malis multis. Probe hoc nouerat
*Rom.9.* Apoſt. cum diceret, Deus ſuſtinuit in multa patientia vaſa iræ
apta in interitum, vt oſtenderet diuitias glorię ſuæ in vaſa miſe-
ricordiæ, quæ præparauit in gloriam. In Gen. habetur quod no-
*Gen.19.* luit Deus vt ſubuerteretur ciuitas illa Segor quæ erat ſecus mõ-
tem, propter ſeruum ſuum Loth. dixitq; ei Angelus vt feſtina-
ret,

*Clemens li.1. itine. Oratio iuſti quantũ poſsit. 4. Re.13. Gen.18. Actu,27.*

ret,neq; enim poterat quidquam facere,niſi prius intus eſſet.Et E
beatus Clemens dicit ſe audiuiſſe à beato Petro,quod niſi patriarcha Abraham intercederet quando Deus Sodomam ſuccendit, Vniuerſum etiam mundum fuiſſe igni ſuccenſurum, ſicut ante diluuio perierat,cum tanta eſſet tunc etiam mundi prauitas.Vnde colligas quantum ſentire debeamus abſentiam ſiue mortem alicuius iuſti. Si rex Ioas intelligens Eliſæum infirmum eſſe & iam prope in extremis,flere cæpit,& dicere, Pater mi,pater mi,currus Iſrael,& auriga eius. Auriga eum vocat, quoniam doctrina ſua & exemplo Iſrael vniuerſum dirigebat & ſuſtentabat oratio F
ne.Vide quantum prodeſſent Sodomæ orationes & preces Abrahæ.Tum etiam quantum valuit oratio Pauli nauigantibus,in tẽpeſtate illa tam ſæua,quando Paulus ibat propter appellationem factam ad Cæſarem, ſiquidem dixit ei Angelus,ne timeas Paule,ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecum.

*Exo.8. Serui Dei plurimum apud Deũ poſſunt ſuis operib⁹.*

Nonnihil ex his ſubolfacere videbatur rex Pharao cum tam inſtãter poſtularet à Moyſe vt pro ipſo oraret:intelligebat enim quod Moyſes cum ſua paupertate familiarior erat Deo, quam Pharao cum ſuis diuitijs. An ignoratis fratres, quod dimittat Deus plagas nobis multas immittere propter atrocitatem pec- G
catorum noſtrorum,niſi quia præter eius clementiam & benignitatem,ſunt aliqui viri iuſti, tanquam alter Moyſes, pro nobis intercedentes in angulo alicuius monaſterij,aut alibi? Satis quidem conſtat ex illo Danielis exemplo quantum poſsint orationes iuſtorum qui ad hoc conueniunt, ſicut etiam fecerunt pro hac Chananæa ſancti Apoſtoli: ſiquidem Ananias, Azarias, & Mizael ſimul cõgregati ſunt vt à Deo impetrarent cognitionem ſomniorum,& ita factum eſt.Inſuper Apoſtolus Paulus ſe commendabat aliorum orationibus, & dicebat: Deus de tantis periculis nos eripuit adiuuantibus vobis in oratione pro nobis. Vn- H
de & Ioel ait, vocate cœtum,congregate ſenes,omnes habitatores terræ in domum Domini Dei veſtri, & clamate ad Dominũ. Et Eccle.ait, funiculus triplex difficile rumpitur:quid aliud ſunt funiculi,quam ſanctæ orationes,quæ quodammodo Dei manus vincere videntur,ne nos vt meremur caſtiget? Quamobrem ſemper nobis deprecatores paremus,quantumuis nobis vitæ ſanctimonia pollere videamur: ſiquidem & ſancti in gloria nobis fauent ſuis orationibus. Vnde & 2.Mac. dicitur de Hiere.poſt mortem,hic eſt fratrum amator, & populi Iſrael: hic enim qui multum orat pro populo Iſrael, & vniuerſa ſancta ciuitate, Hieremias propheta Dei. Hinc Hieronym. ait, Si ſancti dum hic viuunt,

*Danie.2. Orationes in vnum quantum poſsint. 2.Cor.1. Ioel,1. Eccle: 4. Orationes humilium quantum poſsint. 2.Ma,15.*



*Hier: contra Vigi. Vide D. Tho:22.q.83. ar.11. Poſtulem⁹ a ſanctis vt pro nobis orent. Gen.41. Iob.42. Exo.32. Mat.26.*

A uunt, quamuis pro ſe ſoliciti eſſe debeant, nihilominus tamen pro nobis orant,quãto magis pro nobis in patria orabunt,cum de ſeipſis ſoliciti eſſe non debebunt? vt autem id nobis magis perſuaderemus, voluit Deus vt eorum corpora apud nos manerent vſque ad carnis reſurrectionem, vt eſſent tanquam pignora amoris eorum erga nos, & vt memores eſſemus nos eorum orationibus commendare. Magna porro & excellens eſt Domini miſericordia & clementia, in mundo iuſtos aliquos homines relinquere, vt pro nobis orent, & apud eum ſuis precibus patrocinentur.Quid enim factũ fuiſſet de Aegypto ſeptem illis annis,
B quando vniuerſam terram fames occupauerat, niſi altiſsimu Dominus tunc temporis Ioſeph ei miſiſſet? Quid Eliphaz & duobus amicis ſuis, ſi ſanctiſsimus Iob pro illis non oraſſet? Quid actum eſſet Iſraelitico populo, quando Deus locutus Moyſi dixit ſe illam deſtruere velle,niſi Moyſes pro illo interceſsiſſet? Inter bonos Chriſtum confitetur beatus Petrus eſſe filium Dei,quẽ poſtea inter impios in atrio Pontificis iuramento negauit. Ex quo docemur conſortium malorum fugere, & bonorum ſocietatem amplecti.Sic videmus quod hęc mulier in ſua ciuitate erat idolatra,at vero à finibus egreſſa, & inter ſanctos Domini diſci-
C pulos poſita, reliquit idolorum cultum & ſacrificia,& Chriſtum adorans ait, Domine adiuua me: Quemadmodum enim ſpeculum quamuis mundum & ſplendidum ſit, contaminato tamen flatu circumſtantium inficitur: ſic qui eſt honeſtate præditus,impiorum conuerſatione cõtaminatur. Hoc videtur ſimile ei quod Ioannes & Iacobus magno zelo dixerunt Chriſto: Domine vis dicamus vt deſcendat ignis de cælo & conſumat eos? Vbi Chriſtus id non permiſit fieri, ſiquidem inter malos erant aliqui boni qui pro eis orabant.

*Societatẽ malam fugiamus & bonam cõplectamur. Simile. Societas mala plurimũ nocet. Luc.9.*

D

### *Confidamus in Domino.*

DOmine adiuua me. Magna erat equidẽ fiducia quam hæc mulier in Chriſto poſuerat, fore ſcilicet vt ab eo quod volebat impetraret,& ideo tãtopere petitionem ſuam proſequebatur. Sunt vero aliqui homines qui parum de Deo confidunt,quod ipſis de neceſſarijs prouidebit: Præcepit Dominus Moyſi dicens: pones ſuper menſam panes propoſitionis in conſpectu meo ſemper. Vult quidem Deus intelligere, quod ſatis ipſe cognoſcat nos pane indigere ad ſuſtentationem noſtram,hoc eſt ſua gratia,quæ interdũ ſub panis nomine intelligitur:ipſe enim ſi fecerim⁹ quod in nobis

*Diffidere Deo abominabile eſt. Simile.*

*Faciamus quod noſtrum eſt, ſiquidem Deus nunquam deficiet in neceſſarijs.*

nobis eſt, nunquam nobis quę ſunt neceſſaria denegabit. Ac pro E
poſitionis panes in ſuo conſpectu ſemper poſitos eſſe volebat,
vt intelligeremus quãtum noſtri eſſet memor. Significauit porro
Deus quantum ſit diſcriminis ſi in ipſo confidamus, vel in idolis
cum per Iſa. ait, irridens falſos illos deos Babylonicos; qui cum
iumentis, atq; ab hominibus in humeris aſportarentur, ipſi tamẽ
eos in nihilo adiuuabant: confractus eſt Bel. &c. De ſe vero ait,
audite me domus Iacob, & omne reſiduum domus Iſrael, qui
*Iſa. 46.* portamini à meo vtero, qui geſtamini à mea vulua, vſq; ad ſene
*Magnam gerit De' noſtri curam.* ctam ego ipſe, & vſq; ad canos ego portabo: ego feci, & ego fe-
ram, ego portabo & ſaluabo. Cui aſſimilaſtis me, & adæquaſtis,
& comparaſtis, & feciſtis ſimilem? F

Vult quidem Deus vt in noſtris neceſſitatibus ad ipſum con-
*Hie. 17.* fugiamus, & conqueritur niſi id faciamus. Vnde Hie. ait, maledi-
ctus homo qui confidit in homine; Quaſi diceret, cum habeat
tam bonum Deum, in quo potius debet confidere. Conſidera ob
*1. Reg. 8.* ſecro quantum indignaretur Deus contra Hebræos eo quod re-
gem poſtularent, ſiquidem videbantur quod non confiderent fo
re vt à Deo defenderetur in prælijs. Faciat homo quod in ſe eſt,
*Iſa. 1.* nam Deus ſemper paratus eſt ad ipſum defendendum. Vnde per
Iſa. ait, quærite iudicium, & ſubuenite oppreſſo, iudicate pupil- G
lo, & defendite viduam, & venite & arguite me. Quaſi dicat, hoc
præſtate quod præcipio, & ſi ego vobis non fauero, expoſtulate
mecum: Maxime quidem in Deo confidebat ſanctus propheta
*Pſal. 4.* cum diceret, in pace in idipſum dormiam & requieſcam: Hiere.
*Hie. 17.* etiam ait, Beatus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus
*D. Bern.* fiducia eius Quid amplius poſſumus de Deo dicere, ait Bernard.
quam quod faciat omnipotentes eos qui in ipſo confidunt? Et
ſuam confirmat ſententiam per illud quod Chriſtus ait apud
*Mar. 9.* Mar. Omnia poſſibilia ſunt credenti. Porro fiducia non ea eſſe de
*Qualis eſſe debeat noſtra fiducia.* bet quod ſemper pro noſtro arbitratu ab omnibus liberabimur, H
ſed quod quæ ipſe de nobis permiſerit & ſtatuerit, cedent in bo-
num & vtilitatem noſtram. Sic vtiq; fiduciam habebant tres illi
pueri in fornace Babylonis cum dicerent, Ecce enim Deus no-
*Dan. 3.* ſter quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis,
*Nos totos Deo tradamus.* & de manibus tuis ô rex liberare, quod ſi noluerit, notum ſit tibi
ô rex, quia deos tuos non colimus. Vide obſecro quomodo libera
rit Ioſephum de manibus fratrum ſuorum quando ipſum in ci-
*Gen. 41.* ſternam coniecerunt, & vendiderunt. item poſtea eduxit eum de
*Exo. 14.* carcere cum magna gloria. Inſuper Hebræis mare rubrum ape-
*Dan. 6.* ruit, & aquas Iordanis diuiſit. Danielem de lacu leonum libera-
uit.



A uit. Item viduam illam cuius filios propter debita vendere vole-
bant. Vnde Pſalmiſta ait, Inuoca me in die tribulationis, eruã *3. R. 17.*
te, & honorificabis me. Nolunt multi confidere in Domino in *Pſal. 49.*
ſuis neceſſitatibus, vnde fit vt in mille labantur furta, vſuras, &
malos contractus. Quod autem dicat propheta, honorificabis
me, perinde eſt ac ſi diceret quod Deus ſibi quodammodo ho-
nori ducere videatur, quod velimus eius opem implorare.

*Quod in Deo nõ cõfidamus multa incõmoda incurrimus.*

Porro non debemus illico diffidere, quod Deus ſtatim nobis
non ſubueniat, ſiquidem ipſe ſuam opẽ maiori neceſſitati reſer
B uat, nouit enim quando nos liberare debeat. Vnde Iſa. ait, Qui
crediderit non feſtinet, hoc eſt, cum longanimitate ſperet. Lau-
dat quidem Apoſt. Abraham, propterea quod longanimitate ex
pectarit ſemper Dei promiſſa. Vocauit etiam Deus Dauidem
ad regnum, & vide quanto tempore illud dilatauerit, & quantos *Iſa. 28.*
labores Dauid perpeſſus fuerit, ante poſſeſſionem regni. Quis *Heb. 6.*
vnquã diceret fore ipſum regem, qui tanta vexabatur fame, & *1. Reg. 5.*
tantas à Saule perſecutiones patiebatur? Sed nihilominus ipſe
ſemper in Domino confidit. Nunciauit præterea Angelus Dei- *Luc. 1.*
paræ virgini dicens de filio ſuo, Dabit illi Dominus ſedem Da-
C uid patris eius, & vide quanta paſſus fuerit per triginta & tres
annos. Confidamus igitur ſemper in Domino, etſi ipſe auxilium
differat, ſiquidem opportune & in ipſo articulo nobis opem
feret, ita vt dicere valeamus cum Dauide. Dextera Domini fe- *Pſal. 117.*
cit virtutem, dextera Domini exaltauit me. Conſideremus quo-
modo ſe geſſerit hæc mulier Samaritana, & quam feliciter ipſi
res ſucceſſerint. Sed nos non ita facimus, quin potius videmur *Ephe. 2. & 5.*
filij diffidentiæ, vt ait Paulus. Non ita ſanctus Moyſes ſe gere-
bat cum videret iamiam armatos Aegyptios contra Hebræos
irrumpentes, & præterea videbat iter ante ſe mari vndiq; cin- *Exo. 14.*
D ctum: & populum ipſum murmurantem contra ipſum, & di-
centem, non erant ſepulchra in Aegypto? &c. Sed potius tunc
nulla erat effugiendi porta, nec nauis erat aliqua qua nauiga-
rent, maxime ſperauit in Domino, dicebatq; populo, ne timea-
tis, hodie enim mirabilia Domini videbitis, neque gentem hanc
quæ vos perſequitur, amplius videbitis. Hac etiam fiducia arma-
tus erat Dauid, cum diceret: Dominus illuminatio mea, & ſa- *Pſal. 26.*
lus mea, quem timebo? Si exurgant aduerſum me caſtra, in hoc
ego ſperabo. Sane qui firmiter ſperat, etiam in maiori anguſtia
confidit.

*Accurret Deus in opportunitate.*

*Deus ſuã opem maiori reſeruat neceſſitati.*

Non penitus ex animo multi in Domino ſperant, talis eſt hu-
mana multorum hominum imbecillitas, vt claudicent inter fidu-

*Deo ex toto corde fidamus.* ciam & timorem ſæpe. Sane quando Hebræi Iordanem tranabãt, E etſi Deus eis ſecurum tranſitum permiſiſſet, nihilominus tamen dicit textus apud Ioſue, feſtinauitq; populus & tranſijt: *Ioſue.4.* properabant Hebræi timentes ne mergerentur, quaſi vero Deus non potuiſſet adhuc prolixiori tempore aquę impetum comprimere, vt commode tranſirent? Promittens Deus Moyſi ſe daturũ omnẽ carnis abundantiam quam populus comedere poſſet, reſpondit *Num.11.* vt habetur in Num, ſexcẽta millia peditum huius populi ſunt, & tu dicis, dabo eis eſum carnium menſe integro? Nunquid ouium *Inconſtantes ſumus in fiducia Dei.* & boum multitudo cędetur, vt poſsit ſufficere ad cibum, vel omnes piſces maris in vnum congregabuntur, vt eos ſatient? F An nõ tibi videtur modica eſſe hæc fiducia, præſertim pro eo qui tanta viderat diuinitus facta mirabilia?

Sæpe fit vt nobis res ſuccedant noſtro iudicio minus conformes & conſentaneæ inſtituto, quas tamen Deus ita dirigit, vt bene ac feliciter ad noſtros vſus & emolumenta conuertantur: itaque in ipſo ſemper confidere debemus, quamuis res noſtro *Simile.* iudicio alienæ ab inſtituto videantur. Sic enim videmus accipitrem ſe gerere in venando, vt ſcilicet ita curſum ſuum & volatum dirigat, vt à præda potius fugere videatur, quod tamen eo G præſtat, vt commodius valeat optata potiri præda. Hinc ſanctiſ- *Iob.19.* ſimus Iob dicebat, cum videret quod ita tali artificio Dominus vteretur erga ipſum: Quaſi arbori euulſæ abſtulit ſpem meam. *Iob.13.* Sed tamen intelligens quanta bona Deus inde eliciat, ait, Etiam ſi me occiderit, in ipſo ſperabo. Idem ſentiens Regius prophe- *Pſal.70.* ta dicebat, Ego autem ſemper ſperabo, & adijciam ſuper omnem laudem tuam: Res quidem longe ante proſpicit Deus, & *Hie.23.* de longe: Vnde per prophetam Hiere. ait, Putas ne, Deus è vi- *Cernit Deus cuncta de longe.* cino ego ſum, & non Deus de longe? Cum itaque de longe res proſpiciat, ea contuetur, quæ proſpectus noſter contueri mini- H me poteſt. Quare ipſi nos totos permittamus, & ſemper in ipſo ſperemus.

*Exo.22.* Multi ſunt hoc tempore qui Hebræum populum imitantur, *Non diffidamus etſi Dei promiſſa differantur:* cum putantes Moyſen peregre profectum eſſe, vitulum conflarunt: ſic enim ipſi delyria multa faciunt, exiſtimantes Deum nimis differre quæ ipſi poſtulant. Sic puellæ aliquæ niſi ſtatim connubio iungantur, diffidunt, nec vnquam ſe viro nupturas arbitrantur, & ita petulãtes reddũtur ac laſciuæ: ſic qui lucro inhiant niſi quod ſperabant lucrum reportent, ſe malis contractibus im- *Iſa.38.* plicare ſolent. Non id equidem conſulit ſanctus propheta Iſa. cum ait, Qui crediderit, non feſtinet: ſiquidem eſt Deus vſque adeo



A adeo liberalis & permagnificus, vt etiam fiduciam quam in ipſo collocamus, pręmio afficiat, iuxta illud Apo. nolite amittere cõfidentiam veſtram, quæ magnam habet remunerationem. *Heb.10.* Alij præterea ſtatim diffidere ſolent, eo quod Deus ſtatim ipſis non *Præmio afficit Deus etiam illã fiduciam quam in ipſo reponimus.* det dulcedinem quandam in orando, item lachrymas, deuotionem, & multos progreſſus in vita ſpirituali. Vide obſecro quomodo reprehenderit minimam confidentiam Bethuliæ, dicens: non eſt iſte ſermo qui miſericordiam prouocet, ſed potius qui iram excitet, & furorem accendat: poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, & in arbitrium veſtrum diem conſtituiſtis ei? *Iudith.8.* B Sane etſi mille occurrant difficultates, nunquam tamen diffidere debemus. Sanctus quidem propheta Dauid, cui Deus regnum promiſerat, etſi tot videret labores atq; difficultates, nunquam confidentiam perdidit: ſed dicebat, Credidi propter quod locutus ſum. Item, Ego dixi in exceſſu meo, omnis homo mendax. Quaſi dicat, ego re ipſa experior Deum ſemper eſſe veracem, & *1.Reg.21.* fidelem in omnibus quæcunque promittit poſtulanti ſibi, & pro- *Pſal.115.* pterea in eo ſemper eſſe ſperandum, & nõ in hominibus qui promiſſa non complent.

C

## APPENDIX.

*Miſerere mei.* Non ait filiæ meæ, ſed mei: ſiquidem fortaſſe peccata mea cauſa ſunt huius vexationis filiæ meæ, ſiquidem in *Exo.20.* temporalibus ſolet Deus punire in filijs parentum peccata interdum. Exo.20, Vindicans iniquitatem patrum in filios. Attendãt igitur parentes quomodo viuant.

*Accedentes diſcipuli rogabant.* Multos ſane labores ſuſtinere ſo- *Potentes & diuites patrocinium ſuſcipiant pauperum.* lent pauperes, quod non ſit qui pro ipſis intercedat. Attende D igitur quod patrocinium pauperum ſuſcipere debes, & pro illis intercedere. Sic ipſam Eſther Dominus ad regnum euexit, vt patrocinaretur Hebræis, in illa crudeliſsima ſententia quæ à rege Aſſuero contra ipſos lata erat. Vnde Mardochæus ſic ad ipſam *Eſther.4.* acceſsit dicens: Si enim nunc ſilueris, per aliam occaſionẽ liberabuntur, & tu & domus patris tui ſimul peribitis: & quis nouit, vtrum idcirco ad regnum veneris? Vide quomodo ipſi comminetur, niſi afflictorum Hebræorum cauſam ſuſcipiat. Multos ſane videmus diuites perire cum ampla eorum familia, varijſq; opibus, quibus affluebant, & fortaſſe propter huiuſcemodi negligentiam pereunt, quod ſcilicet patrocinium pauperum noluerint ſuſcipere.

# FERIA VI. POST I. DOMIN. QVADRA. CONCIO PRIMA.

E

*Exo. 23. Ioan. ma: in Ioan. Glo. Lyræ in Ioan. Chry. in Ioan. ho. 25. to. 3. Theophy. in Ioan.*

ERat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam. Ioan. 5. Illud ſolemne feſtum erat Pentecoſtes, in memoriam legis in monte Sinai ab Angelo datæ. Ter in anno tenebantur maſculi apparere corã Domino, ſcilicet paſchate, pentecoſte, & feſto tabernaculorum. Frequenter ait Chry. in ſolemnitatibus ciuitatem petit, tum vt videatur ipſe quoq; cum reliquis feſtos dies celebrare, tum vt ſimplicem ad ſe multitudinem alliciat, maxime enim huiuſmodi diebus melius diſpoſita eſſe conſueuerat. Vel vt ait Theophy. F vt plures per ſigna & doctrinam alliceret, maximeq; turbam ſimplicem, aſcendit Hieroſolymam. Tunc enim ſolebant conuenire ruſtici, & opifices vrbani, qui alijs diebus in operibus ſuis erant occupati.

*Quomodo dies feſtos celebrare debeamus*

*Aſcendit Ieſus Hieroſolymam.* Vt doceat nos vt feſtis diebus frequentemus templa, & viſitemus hoſpitalia, atq; in carcere poſitos, atq; in alijs charitatis operibus nos exerceamus.

*Lyra in Ioan. Oecume. in Ioan.*

*Eſt autem Hieroſolymis probatica piſcina.* In piſcina aquæ pluuiales colligebantur, & ibi lauabantur hoſtiæ primo, & poſtea in luteribus in atrio ſacerdotum exiſtentibus, vt ait Lyra. Quinq; autem G porticus erant, vt per plura loca poſſent lauantes hoſtias deſcendere ad aquã. Illa piſcina ait alius doctor, figura eſt ſacri baptiſmi, ſicut enim illa morbos ſanabat, ita & iſta; ſed illa quidẽ corporales, hæc vero ſpirituales: illa ſtatuto tẽpore, hæc autem ſemper, illa deſcẽdente angelo, hæc vero adueniente Spiritu ſancto: nã maiora ſunt noua veteribus. Vnde Chryſoſt. ait, non Angelus aquã mouet baptiſmi, ſed Angelorum dominus totum perficit; & licet vniuerſus accedat mundus, non conſumitur gratia, neq; virtus deficit, ſed eadẽ manet, vt enim ſolares radij ſingulis diebus illuminãt, nec ex multa cõmunicatione vis eorũ minuitur, ſic imo lõge minus, ſpiritus operatio ob accedẽtiũ multitudinẽ remittitur. H

*Chry. in Ioã. ho. 35. Simile.*

*Cyril. li. 2 in Ioan. c. 125. Oecume. in Ioan.*

*Angelus autem Domini ſecundũ tempus deſcendebat.* Die Pẽtecoſtes ait Cyrill. Angeli de cælo deſcẽdentes, piſcinæ illius aquam mouebant, & huius motionis ſonus adeſſe ipſos ad ſanctificandã aquã ſignificabat. Et alius autor ait, quod ſtatuto tempore deſcendebat, docuit quod non ſemper fiebat miraculum, ſed certis tẽporibus, hominibus quidẽ ægrotis. Verũ frequẽter vt opinor in anno, propter hoc ſiquidẽ in porticibus iacebant multi languentes.

*Angelus autem Domini.* Id eſt, mouebat aquam piſcinæ. Sane cum



*Cõſciẽtia praua inſtar fætidæ cloacæ. Conſcientiam ſæpe diſcutiamus.*

A cũm aliquem in locũ immũdũ lapidem proijcimus, illa cõmotio teterrimum quendam excitat odorem, qui tamen non ſentiebatur in quiete: ſic vtique praua noſtra conſcientia eſt inſtar immundæ cloacæ, quia cum conſideratione non mouemur, videmur nobis ſani & incolumes, at vero ſi eam diligenter diſcutiamus & attendamus quam parum in virtute profecerimus, & quales ſimus, atq; quanta bona præſtare poteramus, ſtatim ſentiemus prauum quendam odorem, & ei remedium inquiremus.

*Bona virtutis contentio.*

*Et qui prior deſcendiſſet.* Vult Deus vt in virtutẽ cõſcendamus, vt B priores ſimus, neq; alios nobis prẹferri patiamur; atq; dicamus, ieiunat ille, & non ego? orat ille, & non ego? eſt humilis ille & nõ ego? Cur quæſo alium mihi in virtutis ſtudio præferri patiar?

*Soliciti ſimus de animæ ſalute. Curemus in virtute nemini cõcedere. Pſal. 76.*

*Et qui prior deſcendiſſet.* Vſq; adeo diligenter animæ ſalutem procurare debemus, quaſi alter diligentior videretur nobis præmium præripere. Neque pati debemus vt alter in virtutis curſu nobis præcurrat, ſed potius vigilãter & neruoſe in huiuſmodi ſtudium incũbamus etiamſi in eo ſit mors oppetẽda. Hoc voluit ſanctus Dauid ſignificare dicens: anticipauerunt vigilias oculi mei: quaſi diceret, ego quidẽ in virtute nemini facile cõceſſerim, quin C potius ſi alius media ſurgit nocte, ego etiã hoc ipſum prẹſtabo. Si ieiunat, pariter ieiunabo, & ſi poſſum, vlterius progrediar.

*Chry. in Ioan. ho. 35. Perſeueremus in bonis operibus.*

*Triginta & octo annos habens in infirmitate ſua.* Admirabilis profecto paralytici tolerantia, ait Chryſoſt. octo & triginta annos vt ſanaretur, nunquã diſcedens expectauit. Pudeat ergo nos, pudeat dilectiſsimi, & incredibilẽ ſocordiam noſtrã deploremus, octo & triginta annos hic expectauerat, expectabatq;, neq; negligentia ſua non ſanabatur, ſed prẹuẽtus ab alijs, neq; propterea deſperauit, nos autem ſi vel decem dies orationi incumbentes, non exaudimur, iam tepeſcimus.

*Ne in peccato conſeneſcamus. Mar. 14.*

D *Triginta & octo annos:* Vide quanto tẽpore fuerit infirmus, adeo vt iam non poſſet ſuis viribus ad aquã accedere, ſic vtiq; qui in peccato inueterauerunt, tãto difficilius ab ipſo egrediuntur. Hoc ſane in corporis infirmitatibus aperte videmus, vt ſcilicet initio curabiles facile ſint, at vero ſi diuturnitate confirmentur, incurabiles fiunt. Petrus quidem primo negauit, ſecundo vero iam iurando negauit, & tertio anathematizando, atq; vlterius forte progreſſus eſſet, niſi Deus ipſum retinuiſſet. Talis peccatorum natura, vt ab vno in aliud peius labamur.

*Cyril. l. 2 in Ioan. c. 124.*

*Vis ſanus fieri?* Magnũ miſericordiæ Chriſti eſt argumẽtum, non expectare ſemper laborantium preces, ait Cyril. ſed ſua miſericordia præuenire. Prẹcurrit enim hic vt vides. Venit ad iacẽtem, miſe-

*D: Tho. in Ioan. 5. lect. 1.*

miſericordia flectitur etiam antequã ei ſupplicetur, dicitq; vis ſa- E
nus fieri? Porro D. Tho. ait quod id dicit, vt excitet deſiderium infirmi, & oſtẽdat patientiam eius, qui tot annis expectauit eripi ab ægritudine. Notandũ porro quod Deus è cęcis fidẽ quęrit, vt conſtat ex Mat. dicendo, creditis quod poſſum hoc facere vobis? ſed in iſto nil tale fecit, quia illi quidem audierant aliquid de miraculis Ieſu, iſte autẽ nondũ. Specialiter autẽ ait alius autor, hunc affatur, ac curat, quia miſerabilior fuit, & iã pro peccatis ſuis lõgiſsima infirmitate fuerat caſtigatus: ideo Deus qui vulnerauit, medetur, & qui percuſsit, denuo ſanat. Scriptũ eſt enim in Thobia, cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis *Vis ſanus fieri?* F
Omni peccatori hoc dicit Chriſtus quotidie per admonitionem ſcripturæ. Cũ enim Dominus ait per Ezech. nolo mortẽ peccatoris. Et per Zacha. cõuertimini ad me, & conuertar ad vos: Et per Ioel. omnis quicũq; inuocauerit nomẽ Domini, ſaluus erit. Quid aliud loquitur, niſi, *Vis fieri ſanus?* Tanquã dicat, ego ſum medicus animarũ, fac quod in te eſt, acquieſce monitis meis, & ſanabo te.

*Dyo. Car. in Ioan.* — *Tob. 1.* — *Ezec. 18.* — *Zacha. 1.* — *Ioel. 2.*

*Compatitur Deus his qui per multos annos in afflictione verſati ſunt, etſi mali interdum ſint.* — *Exo. 3.*

*Vis fieri ſanus?* Hoc quidẽ percõtatur cum cognouiſſet, quia iam multum tẽpus haberet: itaq; miſeriæ magnitudo, miſericordiæ parentẽ ad miſerandũ allexit: atq; ita quã miſericordiã nõ mere- G
batur ex iuſtitia, obtinuit ex longa miſeria. Ex quo intelligimus eam eſſe diuinæ miſericordiæ magnitudinem, vt frequentiſsime ſola miſeriarum magnitudine ad miſerãdum moueatur. Quid enim merebantur filij Iſrael cum fere omnes idolis in Aegypto ſeruirent, quando Dominus calamitatis eorum magnitudine per motus, moyſi dixit: Vidi afflictionem populi mei qui eſt in Aegypto, & gemitum eorum audiui? Quid promerebatur Ioachas rex Iſrael, qui & ipſe cum populo ſuo relicto Deo, ſimulachra colebat? Quem vſq; adeo miſeratus eſt, vt ſcriptura dicat: Vidit Dominus anguſtiam Iſraelis, quia attriuerat eos rex Syriæ, & dedit H
Dominus ſaluatorem Iſraeli, & liberatus eſt de manu regis Syriæ: qui tamen nec hoc beneficio donati, à peccatis Ieroboam receſſerunt. Videtis ergo quanta ſit illa miſericordia, quæ cum iuſtiſsimam puniendi cauſam habeat, magis tamen magnitudine calamitatis ad miſerandum, quam criminis indignitate ad vlciſcendum commouetur. Sic ergo huic paralytico accidit, cuius ſola miſeria, cum merita deeſſent, miſericordiam Domini prouocauit.

*4. Re. 13.* — *Miſericordia Dei quã ampliſſima ſit.* — *Vide quanta ſit Dei miſericordia.*

*Vis ſanus fieri?* Benedicant te Angeli bone Deus, quippe qui animæ noſtrę ſalutem, in manu noſtra ponis. Sane ſi ita eſſet in infirmitatibus corporis, nullus eſſet infirmus, veruntamen hoc in-

telliga-



A telligamus, quod non ſufficit nos id velle, niſi etiam media adhibeamus ad eam rẽ neceſſaria & opportuna. Non enim ſufficit in corporali infirmitate quod infirmus curari velit, quin potius & pharmaca ipſa ſumere debet.

*Simile.*

*Vis ſanus fieri?* Vide quomodo nobis Deus ſubueniat, cum iam nos mũdus ipſe derelinquit. Hunc quidẽ omnes humanæ cõfidentiæ iam dereliquerant, & tamẽ Deus ipſum protexit: Quare quãuis res deſperatæ prope videantur, ſemper in Domino confidamus.

*Subuenit Deus in maioribus neceſſitatibus.*

*Vis ſanus fieri?* Aptũ ſane eſt quod ad morbũ animę ſanandũ, volũ-
B tas noſtra requiritur, & ideo percõtatur, vis ſanus fieri? Tũ etiam interrogat an velit ſanus fieri in corpore, quoniã aliquos videas pauperes, qui malunt in paralyſi remanere, neq; ſuam ſortẽ cum ſano aliquo homine cõmutarent, ſicut ferunt quod quidam cæcus non gauderet ante conſpectum S. Martini accedere, ne viſus ei reſtitueretur, atque idcirco amitteret ea lucra quæ cæcitatis cauſa faciebat: Atq; idcirco propter vtramq; cauſam hunc Chriſtus interrogat, an velit fieri ſanus:

*Pauperes aliqui malunt eſſe mãci & paralytici.* — *Exemplũ.*

*Domine hominem non habeo.* Vides hominẽ languore cõfectũ? ait Chry. vides humilitatẽ, non maledixit, vt nõnullos in afflictioni-
C bus audiuimus; non eſt execratus diem ſuum, non ſe irrideri arbitratus eſt, rogatus an vellet ſanus fieri: ſed perquam manſuete & humiliter, Domine inquit, hominem non habeo. Diſcamus modeſte reſpondere aduerſarijs noſtris, eo quod potius vincuntur rationibus quam contumelijs, & conuitijs: Multi quidem nunc animo obſtinato & ſuperbo, cum nõ habent quid poſsint reſpondere obiectionibus, ſtatim contumelijs & conuitijs aduerſarios afficiunt. Sic enim Iudæi ſæpe Chriſto reſpondebant, & cõuicti rationibus, vocabant illum dęmoniacum & Samarita-
D num. Quemadmodum frigida aqua immiſſa in ollam feruentem & iam ſuperfluentem, mittigatur feruor, reprimitur & quieſcit, ſic homo iracũdus, qui dira verba, ac furore pleniſsima profert, miti reſponſione placatur & temperatur. Poterat quidem dicere paralyticus cum Iob, ecce non eſt auxilium mihi in me. Per hoc autẽ ſignificatur quod nõ erat aliquis homo purus, vt ait Diuus Thom. qui humanum genus ſaluare poſſet, quia omnes peccauerunt, & eguerunt gratia Dei, quouſq: veniret Chriſtus Deus & homo, per quem ſanarentur: Vnde Dauid dicebat. Saluum me fac Deus, quoniam defecit ſanctus. Et Apoſt. ait. neminẽ ad perfectũ adduxit lex. Et Amb. ait, paralytic⁹ ille expectabat hominẽ, quem niſi Ieſum Chriſtũ natũ ex virgine Maria? cuius aduẽtu, nõ

*Chry. in Ioan. ho. 36. to. 3.* — *Patiẽtiam in laboribus habeamus.* — *Modeſtiſſimus in verbis noſtris.* — *Ioan. 8.* — *Simile.* — *Iratos quomodo placabimus.* — *D. Tho. in Ioan. lect. 1.* — *D. Aug. in Ioan. tra. 17. to. 9.* — *Pſal. 11.*

 vmbra

vmbra ſanaret ſingulos, ſed veritas vniuerſos. Iſte eſt ergò qui E expectabatur vt deſcenderet, de quo dixit Deus Pater ad Ioan. ſuper quem videris ſpiritum deſcendẽtem de cęlo, & manentem ſuper eum, hic eſt qui baptizat in ſpiritu ſancto: quaſi dicat, hic eſt homo ille, quo indigebat mundus, & quem mundus expectat ad remedium & ſalutem ſuam.

Quod vero iſte hominem non habuit, veritas facti eſt, quod homo diuturnus peccator, hominem non habet iuuantem ad gratiam, & ſanitatem à ſua ægritudine conſequendam: & quamuis ad hoc plurimum valeant orationes ſanctorũ, ipſis tamẽ omnino ſe priuat peccator indeficiens. Tum præterea Chry. ait, propter peccatum perdidit homo libertatem, & propter peccatum F amiſit homo cæterarum creaturarum obedientiam, illę enim rebelles fuere omnino cum primũ homo peccauit, præter eas quæ vitæ erant neceſſariæ, in quo maxime eluxit diuina clementia, vt oues ad induendũ hominem, & boues ad arandum, & ſimiles reſeruaret. Et ſcribens ad populum Anthio. ait idem Chryſoſt. Magnos quidem labores & infirmitates infert peccatum, nõ tamen propterea diffidere debes. Vide enim & attende quod Deus te ſemper alloquitur: & quærit voluntatem tuam ſemper, vt paralytici voluntatem. Quod ſi hominem non habes, Deum habes, & ſi minus habes qui te mittat in piſcinam, habes qui te curet ſine G piſcina, nec poteris quidem cauſari, quod dum pergis, alius prior deſcendat, Deus enim de tua ſalute liberalius prouidit, quam vt debeas expectare aquæ motum;

*Surge, tolle grabatũ tuũ & ambula.* Vt lectũ auferat iubet, ait Chry. vt miraculum crederetur, & nemo falſum ac ſimulatũ opinaretur: niſi enim firmis & robuſtis membris, eum ferre nõ potuiſſet: Seruat hunc morem ſæpenumero Chriſtus, vt maiorẽ in modum ſilentium impudẽtibus imponat. Siquidem & in quinque panum miraculo, ne quid ſuſpicionis oriretur, nõ tantũ miraculũ fecit, ſed voluit etiam vt multę fragmẽtorum reliquiæ ſupereſſent. Et H cum puellã ſuſcitauit, date, inquit, ei manducare. Per grabatum ait Greg. voluptas corporis deſignatur, & iubetur vtiq. vt hoc ſanus portet vbi infirmus iacuerat, quia nimirum omnis qui vitijs delectatur, infirmus iacet in voluptatibus carnis, ſed ſanatus hoc portat vbi infirmus iacuerat, quia diuina ope ereptus à vitijs, eiuſdẽ carnis cõtumelias poſtmodũ tolerat, in cuius prius deſiderijs requieſcebat. Quid porro eſt dicere ſurge, niſi mala quæ perpetraſti, relinque? quid dicere ambula, niſi bene operare, quod vtrũq; propheta breuiter cõprehẽdit dicẽs, declina à malo, & fac bonum

*Heb. 7.*
*D. Amb. de his qui myſt. initiãtur c. 4*
*Ioan. 1.*
*Simon de Ca. de mira. do. lib. 5. ca. 27.*
*Chry. ho. 9. in Gen. to. 1.*
*Chry. ad pop. hom. 40. to. 4.*
*Parat⁹ eſt Deus vt nos ad pænitentiam recipiat.*
*Chry. ho. 36. in Ioa. to. 3.*
*Luc. 9.*
*Mar. 5.*
*Gre. li. 23. mo. c. 23. & li. 1. ſuper Eze. ho. 12.*
*Declinemus à malo & bonũ faciamus.*



A bonũ: Et Aug. ait, cũ dixit, tolle grabatũ tuum, mihi dixiſſe videtur, dilige proximum tuum. Sed quare in tollendo grabato dilectio proximi commendatur? Quia mutuo alter alterum portare debemus. Quod ait Apoſ. inuicem onera veſtra portate, et ſic adimplebitis legem Chriſti, lex Chriſti charitas eſt, nec charitas impletur, niſi inuicem onera noſtra portemus, ſufferentes inuicem in dilectione, vt ait Pau. Porta ergo eum cum quo ambulas vt ad eum peruenias, cum quo manere deſideras. Hæc tria in iuſtificatione Dominus præcipit: primo quod ſurgat, vt ait Thõ. a peccato, recedendo a peccatis, iuxta illud Apoſ. ſurge qui dorB mis, & exurge a mortuis. Secundo præcipitur tollere grabatum ſatis faciendo de commiſsis. Per grabatum enim in quo homo requieſcit, ſignificatur peccatum. Tollit ergo homo grabatum ſuum, quando fert onus pœnitentię pro peccato ſibi impoſitum iuxta illud Mich. iram domini portabo, quando peccaui ei. Tertio vt ambulet, proficiendo in bono, ſecundum illud, ibunt de virtute in virtutem.

*Et ſtatim ſanus factus eſt.* Non eſt mirum ait D. Tho. ꝙ ſtatim verbo eius ſanus factus eſt, quia ipſe eſt verbum, per quod cælum & C terra facta ſunt. Diuina virtus infinita eſt, ait Lyra. & operatur in inſtanti. Sanitas autem quæ virtute naturæ reſtituitur, in tempore, & non in inſtanti acquiritur: *Et ſuſtulit grabatum ſuum.* Tu autem paraly. fidem conſidera, ait Chry. qui audiens dicentem Ieſum, tolle grabatum tuum, & ambula, non irriſit, non admiratus eſt dicens, angelus deſcendit, & turbata aqua vnum dumtaxat in bonam reſtituit valetudinem, tu homo ſolo verbo angelum ſuperare confidis? nimium tibi arrogas, & ridiculus es. *Sabbathum eſt, non licet tibi.* Quid iſtis inſanius? ait Cyril. qui cum admirari tantã Chriſti vim potius debuiſſent, non modo id non faciunt, verum etiam increpant atq; reprehendunt, & tranſgreſD ſionis crimine hominem accuſant: qui vix poſt longa tandem tẽpora morbum effugit atq; euaſit. Iudæi frequẽter ait Tho. Chriſto de curatione in die Sabbathi, calumniam inferentes, confutati erant a Chriſto per hoc quod ipſi etiam iumenta de puteo in die Sabbathi eruebant & ſaluabãt, vt habetur apud Luc. & ideo de curatione tanquam de re vtili ac neceſſaria nil calumniantur ſed calumniantur ipſum curatum. Iudæis enim videbatur ſpecialiter prohibita portatio onerũ in die Sabbathi. Siquidem ſcriptum eſt apud Hier. ne portetis onera in die Sabbathi. Sed hoc mandatum prophetæ myſticum eſt: nam per onera non portanda intendebat eos inducere vt in die Sabbathi requieſcerent ab oneri-

*Auguſt. in Ioan. trac. 17. to. 9.*
*Galat. 6.*
*Ephe. 4.*
*D. Tho. in Ioann. 5. lec. 1.*
*Ephe. 5.*
*Mich. 7.*
*Pſal. 83.*
*D. Tho. in Ioann. 5. lec. 1.*
*Glo. Ly. in Ioann.*
*Chry. in Ioann. ho. 36. to. 3.*
*Cyril. in Ioan. li. 2. ca. 27.*
*D. Tho. in Ioann. 5. lec. 2.*
*Luc. 14.*
*Hier. 17.*

*Pſal. 37. Glo. Lyra in Ioann. D. Tho. in Ioann. 5. lec. 2. Mar. vlt.*

oneribus peccatorum, de quibus regis vates, iniquitates meæ ſi- E cut onus graue grauatæ ſunt ſuper me. *Qui me ſanũ fecit, ille mihi dixit.* Quaſi dicat, vt ait Lyra, ille qui me diuina virtute ſanauit, eadem virtute & autoritate mihi præcepit, & per conſequens teneor ſibi obedire, nec ſum tranſgreſſor. Prudenter ait D. Thom. ſe excuſat: nunquam adeo bene probatur doctrina venire diuinitus, ſicut per oſtenſionem miraculorum, quæ non niſi diuinitus fieri poſſunt. Vnde Mar. ait, illi autem profecti prædicauerũt vbiq;, domino cooperante & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis. Et ideo iſte autorem ſuæ ſanitatis calumniantibus F obijciebat, quaſi diceret, vos dicitis prohibitum eſſe ne onus portetur in Sabbatho, & hoc autoritate diuina, ſed mihi eadẽ autoritate eſt impoſitum vt tollam grabatum. Nam ille qui me ſanũ fecit, & per ſanitatem reſtitutam, ſe diuinam habere virtutem oſtendit, mihi dixit, tolle grabatum tuum: & ideo mandatis eius, qui mihi tale beneficium contulit, merito teneor obedire.

*Vera miracula non poſſunt fieri niſi autoritate Dei.*

*Glo. or. in Ioann.*

*Is autem qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet.* Vide obſecro quomodo eum cognouit in turba, & poſtea in templo: in quo docemur, ait glo. vt quisquis vult ad viſionem Dei peruenire, fugiat turbam ſuarum affectionum & nequam hominum, & adeat in templum internæ orationis. Difficile eſt in turba, ait G Auguſt. videre Chriſtum: ſolitudo quædam neceſſaria eſt menti noſtræ. Quadam in ſolitudine intentionis videtur Deus: turba ſtrepitum habet, viſio iſta ſecretum deſiderat: noli Ieſum quærere in turba, non eſt enim tanquam vnus de turba. Vnde Beda ait. Si veri conditoris noſtri gratiam cognoſcere, ſi eius fauore confirmari, ſi ad eius viſionem peruenire deſideramus: fugiamus ſolicite turbam non ſolum turbantium nos cogitationum, affectuumque prauorum, verum etiam hominum nequam qui noſtræ ſynceritatis poſſint impedire propoſitum, vel mala H videlicet exemplo ſuo monſtrando, vel bona noſtra opera deridendo, aut etiam prohibendo. Confugiamus ſeduli ad domum orationis, vbi ſecreta libertate Dominum inuocantes, & de perceptis ab eo beneficijs gratias agamus, & de percipiendis humili deuotione precemur.

*Auguſt. in Ioan. trac. 17, to. 9. Beda in Ioã. 5. to. 5. Solitudine cõplectamur. Malã ſocietatẽ fugiamus.*

*D. Tho. in Ioã. 5. le. 2. Pſal. 118. Sap. 6. Pſal. 10. Luc. 2.*

*Poſtea inuenit eum Ieſus in templo.* Homo ſua virtute, ait Tho. Chriſtum inuenire non poteſt, niſi ſe ei Chriſtus præſentet: Vnde Dauid ait, quære ſeruum tuum domine: Et in lib. Sap: dicitur præoccupat eos qui ſe cõcupiſcũt: Locus porro vbi Chriſtus inuenitur eſt venerabilis: Vnde propheta, dominus in tẽplo ſancto ſuo; mater etiã eius in tẽplo eũ inuenit. Intelligimus ergo quod curatus



A curatus iſte nõ ad vanitatẽ, ſed ad religionis ſtudiũ cõuerſus, tẽplũ frequentãs, in tẽplo Chriſtũ agnoſcit: quia ſi ad cõditoris cognitionẽ venire volumus, fugiẽda eſt turba prauorũ affectuũ, & declinãda ſunt etiã malorũ cõuẽticula, fugiẽdũq; eſt ad templum cordis noſtri, quod Deus inuiſere & inhabitare dignetur.

*Ad tẽplũ Dei cõfugiamus.*

*Chryſ. in Ioann. ho. 37. to. 3.*

*Ecce ſanus factus es, iam noli peccare.* Quid hic admonemur? primum ait Chry. quod ex peccatis morbi generãtur: deinde quod verum eſt apud gehennam maximum & perpetuum eſſe ſupplicium; vbi nũc ſunt qui dicũt breui ſpatio hominẽ interfeci: breB ui adulteriũ commiſi, ob admiſſum breui tẽpore peccatũ, perpetuas pœnas daturus ſum? Ecce hic non tot annis peccauit, quot pœnas dedit: breui quidẽ peccatum patratur, at morbi tormẽta diuturna ſunt: nõ enim tẽpore peccata, ſed peccatorũ animis iudicantur. Hæc porro in ore nobis ſint verba, hiſq; alter alterum admoneamus: Ecce ſanus factus es; iam noli peccare. Quod ſi in peccatis perſiſtendo, nullam pœnam dederis, ſed à ſupplicijs liber fueris: illud Apoſ. memineris, quod benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit. Caue ergo ne ſecundum duritiam tuam, & impœnitens cor, theſaurizes tibi iram in die iræ. Hic docemur, C ait Cyril. non ſolum in futurũ iudicium peccatoribus ſupplicia reſeruari, verum etiam multis ac varijs modis in hac vita plerumq; ipſos puniri.

*Quomodo peccato reſpondeãt æternæ pænæ.*

*Rom. 2.*

*Cyril. in Ioan. li. 2. ca. 130.*

*Ne deterius tibi aliquid contingat.* Hic quæret aliquis quid deterius paralytico, quam 38. annorum morbus acidere potuit? in hac vita certe vix aliquid cogitari grauius poteſt: ſed ſupereſt tamen alia vita, in qua gehennæ ignis perſiſtentibus in inſtituta ſemel iniquitate, paratus eſt: quod quidem malum infinitis partibus grauius eſſe conſtat. Non debes peccare poſt veniam, ait Chry: caue enim ne ſecundo percutiaris, aut inD ficiaris poſtquam ſemel mundus factus es. Attende grauiorem eſſe culpam poſt veniam, quemadmodũ grauius eſt vlcus quod incidit in aliud curatum. Indignum ſe curatione videtur ille exhibere, qui ſua culpa poſtquam ſemel curatus eſt, iterum in cauſa eſt vt ſaucietur. Aduerte maxime etiam aggrauari delictum quod quis committit in eum a quo beneficia multa accepit. Quamobrem quia tam ſæpe a deo veniam tuorum ſcelerum impetraſti, noli iam amplius peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Quod etiam Chriſtus dicat, iam noli peccare, per hoc ait D. Tho. ſe etiam Deum oſtendit, peccata & occulta cordium manifeſtans, ſiquidem ei declarauit infirmitatẽ propter peccata eius eueniſſe.

*Interdum iã in hac vita incipit Deus malos punire.*

*Chry. in ſermone de lapſu pri. hom. to. 1.*

*Simile.*

*Simile.*

Abijt

*Abiit ille homo & nũciauit Iudæis, quia Ieſus eſſet qui fecit eum ſanum:* E
*D. Tho. in* Vt manifeſtaret, ait alius doctor ſanctus, Chriſti virtutem ad ſa-
*Ioann. 5.* nandum, ad implens illud regij vatis. Venite, & narrabo quanta
*lec. 2.* fecit Dominus animæ meæ. Et ex hoc patet quod non ex mali-
*Pſal. 65.* tia manifeſtaſſet eum, quia illi interrogauerunt, quis iuſſerat
grabatum tollere: ipſe autem annunciauit eis, quod Ieſus fece-
rit eum ſanum:

*Pacẽ inter* Valde ponderandum eſt quomodo hic paralyticus niteretur
*diſcordes* pacem componere inter Chriſtum & Iudæos; & quod crederẽt
*cõponam.* ipſum eſſe Meſsiam: ſi quidem cum interrogaſſent quis iuſsiſſet F
tollere grabatum, modo eis id nunciat videlicet quod Ieſus fece
rit ipſum ſanum. Non autem dicit eis aliquid vnde occaſionem
ſumant indignandi, imo potius ea narrat ex quibus anſam ar-
ripiant in neceſsitatibus ipſum inuocandi Non ita multi faciũt,
qui videntur non aliam didiciſſe artem, quam ſeminandi Ziza-
nia & diſcordias inter fratres & proximos, quum tamen Deus
*Qui ſemi* id tantopere diſſuadeat, vt conſtat Pro. 6. Vbi dicitur quod nõ
*nant ziza* ſolum id oderit Deus, ſed etiam abominatur anima eius. Et cer
*nia quãtũ* te non eſt mirum quod Deus id tantum oderit, cum ſit cauſa mul
*incõmodẽt* ti incendij peruerſa lingua, et ſit anſa multæ diſcordiæ & rixæ, G
& effuſionis ſanguinis ſæpe, in quibus Deus tantopere offendi-
tur. Inimicitia quidem & diſcordia quam interſe & cum alijs ha
*Geneſ. 17.* bebant filij Iacob, vſque adeo Ioſeph commouit, vt id diſsimu-
lare nõ potuerit, ſed narrarit patri ſuo. Et de hoc diſcordiæ pec
cato intelligitur ſcriptura cum dicitur quod accuſarit de crimi
*Seminare* ne peſsimo, vnde & in hebræo legitur, rixa peſsima, ſed in noſtra
*diſcordias* vulgata habetur de crimine peſsimo: ſi quidem ita appellãdũ eſt
*quã ſit gra* tam graue delictum ab omni charitate alienum. Vnde colligat
*ue ſcelus.* qui delectatur in ſeminandis diſcordijs, quam graue ſit ipſius
ſcelus.

*Geneſ. 1.* Tantopere Deus concordiam diligit vt ſicut habetur in Gene. H
dixerit Deus ſeorſum lucem eſſe bonam, & cælum bonum, at ve
*Concordia* ro ſimul iuncta omnia dicit eſſe valde bona, vt intelligamus ex
*quãtũ pla* concordia id reſultare, vt ſcilicet cum ſigillatim ſingula eſſent
*ceat Deo.* bona, at vero ſimul iuncta eſſent valde bona. Singuli homines
*Simile.* boni ſeorſum placent quidem Deo, at vero quum ſimul concor
des viuunt, pluris eos facit. Si enim elemẽtorum concordia tam
*Pytha.* commoda eſt, quanto commodiorem putas animorum concor
diam? Hoc viſus eſt quamuis obſcure ſignificare Pytha. cum ait,
*Simile.* numerus ſingularis eſt qui omnibus rebus dat eſſe, numerus au-
tem dualis eſt interitus & corruptio omnium illarũ. Quid hor-
ribilius



A ribilius morte? & hæc quidem a diſcordia cauſatur. Quid por-
ro iucundius vita? & hanc quidem concordia ipſa parit: inſuper *Pſal. 121.*
inter cætera præclara quæ de cælo narrat ſanctus vates, illud vnũ
eſt, cum ait: cuius participatio eius in idipſum: quaſi dicat om-
nes eius incolas eſſe vniformes & vnanimes. Quin & Chriſtus
ait quod in hac vita ſui ſerui cognoſcuntur etiam hoc ſigno, di
cens apud Ioan. in hoc cognoſcẽt omnes quia diſcipuli mei eſtis,
ſi dilectionem habueritis ad inuicem. Ex his igitur facile colli- *Ioann. 13.*
gere poterit qui ſeminat diſcordias, quam odioſus ſit Deo, &
quantum tum ſibi, tum proximo noceat.

B Percontanti Chriſto quid de ſe in populo diceretur, tametſi *Matt. 16*
diſcipuli multa perperam dicta audiuiſſent, noluerunt tamen ni
ſi quæ præſtantiora videbantur narrare, & quæ audierant ab his *Concor-*
qui minus paſsionibus laborabant, non curantes quæ ab iniquis *diã in bo*
hominibus circumferebantur, ne diſcordias excitare viderẽtur: *no pluri-*
Vnde dixerunt vt refert Mat. alij Ioannem Baptiſtam, alij vero *mi facit*
Eliam &c. Sic nos amicis noſtris non debemus narrare quæ au- *Deus.*
diuimus a viris paſsionibus laborantibus, & quæ poſſunt diſcor *Matt. 16*
dias excitare: ſicut faciunt multi peſsimi, qui non ſolum hæc re
C ferunt, ſed etiam augent & amplificant, vt magis excitent diſ- *Qui ſemi*
cordiam, cum tamen contra facere deberent. Et certe ſi tu vides *nant ziza*
quod alter hæc dicat iracunde, vel cum alia odij paſsione, quor- *nia quan-*
ſum id refers? lingua tertia ait Eccl. multos commouit, & diſ- *tũ noceãt.*
perſit illos de gente in gentem: ciuitates munitas diuitum deſtru *Eccl. 28.*
xit, & domos magnatorum effodit. Sunt quidem aliqui, qui *Cũ chari-*
quod narrare debent amicis ſuis, pertinens ad eorum defectus, *tate ami-*
non narrant, donec tandem vulgata vniuerſo populo. Iam *cos de eo-*
certe tota ciuitas Niniue nouerat quod Ionas prædicabat, & vlti *rũ defecti*
mo tandem nuntium hoc ad regem peruenit: cum tamen pluri- *bus monea*
mum retuliſſet & cõueniſſet, vt rex ipſe id præſciſſet, vt poſſet *mus.*
D ſtatuere & decernere quæ ad ſalutem populi pertinerent. Hieru *Ionæ. 3.*
ſalem etiam plena erat cognitione vitæ & miraculorum Chriſti,
cum tandem hoc notum factum eſt Herodi, vt habetur apud
Lucam: cum tamen plurimum eſſet e re Herodis vt nouiſſet, vt
hac quidem ratione poſſet vitam ſuam & ſcelera corrigere. At *Luc. 9.*
vero quod malũ eſt, & ex quo incõmoda quam plurima & diſcor
diæ oriri poſſunt, quodq; in offenſam Dei vergi poteſt, ſtatim in
noteſcit & inuulgatur. Vix enim Sarra pedem in Aegyptum in-
tulerat cum iã nuntium de eius pulchritudine ad regẽ peruenit, *Geneſ. 12.*
vnde tot incõmoda ſecuta ſunt. idẽ etiã cõtigit cũ Abimelech, *Gene. 20.*
quemadmodum etiam in ſacra Geneſis hiſtoria habetur:

FER,

# FERIA VI. POST I: DOMINI. QVADRAGE. E

## CONCIO SECVNDA.

*Feſti dies quomodo ſint celebrandi.*

*Feſti dies cur inſtituti:*

*ERat dies feſtus Iudaeorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymam; eſt autem Hieroſolymis probatica piſcina.* Ioann. 5. Magna
certe eſt noſtra negligentia hoc tempore circa celebra
tionẽ feſtorum, quæ ad dei cultũ dicata ſunt, & vt in F
his expiaremus ſcelera omnia quæ inter hebdomma
dam commiſimus, tum etiã ad reparanda reliqua inordinata in
ædificio ſpirituali. Olim quidem longe aliter videbantur feſtos
dies colere illi antiqui. Si quidem Rabbini veteres dixerunt, Sab
bathi ſui ſanctione adeo offenſos diabolos, vt ea die nullus in po
puli frequentia vnquam permanſerit ſed omnes ab infeſtatione
hominum ceſſaſſe, hominibuſq; relictis ad deſerta & ſpeluncas
effugiſſe. Sed dixeris hodie omne genus cacodæmonum noſtris
ferijs illectum atq; prouocatum, vel ex latebris ſuis immundum
magno impetu prorũpere, vt hac diei feſti opportunitate abu-
tentes, miſeras animas illaqueare & in ſagena ſua concludere G
poſsint. Itaq; quod ad præterita crimina expianda inſtitutum eſt
nouis criminibus cumulandis ſeruit; quod ad animorum ſalutẽ
ſancitum fuerit, in carnis voluptatẽ vertimus: ac poſtremo quæ
dies conſecrata deo erat, diabolo & ſatellitibus eius militat. In
ter horrenda facinora Athaliæ hoc in primis memoratur, quod
ſacra Dei tẽpli vaſa, ad Baalis cultum deſtinauerit. Quo circa
hoc teterrimum Athaliæ crimen imitari videntur, qui tempora
Deo ſacra, in diaboli obſequium vertunt. Quæ ſpes ægrorũ ſalu
tis manet, cũ adhibitis ſalutaribus pharmacis, non modo nil pro H
mouent, ſed etiã grauius ægrotant? Quid quæſo supernũ illũ iu-
dicem ad hos feſtorũ violatores dicturũ ſperamus, niſi quod olim
iã dixit per Amos Prophetã, hodie proieci feſtiuitates veſtras, &
nõ capiã odorẽ cætuum veſtrorũ? Et iterũ per Iſa. ait, Sabbathũ,
neomẽniã, & feſtiuitates alias nõ ferã. Fundatores quidẽ legũ, vt
ait Seneca, dies feriatos conſtituerũt ad releuãdũ corporis laborẽ
& vt in alijs exercitationibus ſe homines occuparent: ſiquidem
aſsiduũ laborẽ in aliqua exercitatione, genus humanũ ferre non
poteſt, veruntamẽ altius aſcẽdẽs beatus Augu. ita ait: hoc admo-
net Deus quãdo cõmẽdat Sabbathũ, omne opus ſeruile nõ facie
tis in eo, vt habetur in Leui. Quid autẽ ſit opus ſeruile, dominũ
audite,

*Rabbinorũ ſententia.*

*Multi diebus feſtis plus deum offendunt quã alijs diebus.*

*2. Par. 24*

*Diſsimile*

*Amos. 5.*
*Iſa. 9:*
*Sen. l. 1. de trã. ad ſe re. ca. 15.*
*Aug. tra. 44. in Ioann.*
*Leui. 23.*



A audite, omnis qui facit peccatũ, ſeruus eſt peccati, vt ait apud Ioã.
vera ratio Sabbathizãdi, ſiue Sabbathũ celebrãdi, non eſt ſolũ vt
ab opere ceſſetur, alioqui otioſi ſabbathizarent, ſed eſt ab opere
reuocãte nos à cultu Dei ceſſare, cui intẽti eſſe debemus eo die
vt ei ſeruiamus cum humilitate animi diuinã clemẽtiã ſupplicã-
tes & orãtes vt nos ſub ſua protectione cõſeruet. diebus quidẽ fe
ſtis Deus eſt cõuiua noſter: ideo ſicut diligẽter curamus cũ aliquẽ
excipimus cõuiuã, vt ad eius palatũ, non autẽ ad noſtrũ, cibos cõ
diamus, eaq; omnia paremus, quibus cõuiuã ipſum capi intelli-
B gimus: ſic plane diebus feſtis nos totos ad Dei cultũ conuertere
debemus, eaq; facere, dicere, & cogitare, quæ Deo placitura eſſe
agnoſcimus, non autem corporis noſtri delicijs indulgere, nõ de
bacchari, non Epicureum agere, aliter enim conuiua ipſo negle
cto, palato tantum noſtro ſeruiremus: neq; poſſumus nos excuſa
re dicentes, quod ignoremus quid talis conuiuę palatũ appetat,
vel quomodo velit ſibi cõdiri cibos, quã excuſationẽ alijs fortaſ-
ſe cõuiuis dare poſſemus: ſiquidẽ, quæ dei benignitas eſt, ſatis ma
nifeſto & explorato cognoſcimus quibus delectetur cibis, & qui
bus nõ capiatur. Hebræi cæteris quidẽ diebus mãna colligebant
C ſimplici mẽſura, at vero die veneris in duplici, ne die Sabbathi co
gerentur illud accipere. Die Sabbathi duo offerebantur agni, vt
ſignificaretur quãto cum ſtudio & affectu, quamq; cumulato par
ſit vt nos feſtis diebus deo tradamus. Qui die feſto, vt ait Augu.
mundam non habet conſcientiam, corpore is quidẽ gaudet & læ
tatur, at vero animus in luctu eſt & ſqualore. Quod enim poteſt
verũ & ſolidum gaudiũ habere anima, vitiorum immerſa cæno,
& in qua dæmon ipſe inhabitat, non autem Chriſtus?

Vt autem intelligamus inſtitutum celebrationis feſtorum, no
tandum eſt, vt ait D. Tho. quod omnia feſta celebrantur in Eccle
D ſia, in commemorationem diuinorum beneficiorum, ſiquidẽ gra
ti animi eſt, recordari accepta beneficia. Vnde Iſa. ait, miſeratio-
num domini recordabor. Poſtquam Dauid commemorauit mul
ta beneficia Dei, vt habetur in Pſalm. Confitemini Domino,
quoniam bonus, ſubdit: conſtituite diem ſolemnem in conden-
ſis &c. Recolimus autem diuina beneficia nobis exhibita tripli-
citer: quandoque quidem vt exhibita nobis in capite noſtro do
mino Ieſu Chriſto, & ſic celebramus feſtum Natiuitatis, Reſurre
ctionis, & huiuſmodi: Quãdoq; vt exhibita nobis in mẽbris no-
ſtris, ſcilicet in ſanctis qui ſunt mẽbra Eccleſiæ, & hoc congruen-
ter, quia vt dicicit Apoſ: ſi gloriatur vnum membrum, congau-
dent omnia membra, & ſic celebramus feſta ſanctorũ Petri &
Pauli,

*Ioann. 8.*

*Feſti dies quomodo ſint celebrandi:*

*Similes.*

*Deus eſt cõuiua noſter dieb. feſtis.*

*Diebus feſtis in quibus nos exercere debeamus.*

*Exod. 16.*
*Num. 28.*

*Augu. de tẽp. ſerm. 255: to. 10*

*D. Tho. in Ioan. 10. lec. 5:*
*Iſa. 63.*
*Pſal. 117.*

*Beneficia Dei mẽte recolam.*

Pauli,& aliorum ſanctorum: Quandoq; autem prout ſunt exhi- E
*1. Cor. 12.* bita toti Eccleſię, puta in miniſterio ſacramentorũ,& in alijs cō-
*Dedicationis feſtum cur inſtitutum.* muniter Eccleſiæ collatis: & quia domus materialis eſt quaſi
ſignum collectionis Eccleſiæ fidelium, & etiam in ea omnia ſa-
cramenta gratiæ diſpenſantur, ideo in memoriam ipſorum be-
neficiorum, feſtum dedicationis Eccleſiæ celebramus, quod qui-
*Beneficia immenſa Eccleſiæ collata.* dem feſtum maius eſt quam feſtum alicuius ſancti, ſicut & bene
ficia toti Eccleſiæ collata, quorum memoriam agimus, excedunt
beneficium collatum alicui ſancto, quod in feſto eius recolitur.
Atq; hæ quidem conſiderationes nobis incitamento erunt, vt F
*Conſideremus ſæpe Dei beneficia:* maiori cum deuotione feſta celebremus, ad quod nos etiam nūc
Chriſtus ſuo exemplo incitat, aſcendens in templum.

Etſi neceſſe quidem ſit vt ſemper Dei cognitionem & eius be
neficiorum recordemur, at certe diebus feſtis id maxime decere
*Conſcientiā diſcutiamus feſtis præſertim dieb⁹* videtur, vt etiam agamus gratias Deo pro bonis ſi quæ egimus,
& defleamus mala quæ commiſimus, ac emendationem eorũ
polliceamur. Te igitur hic affligere debes, ne in alia affligaris vi
ta, dicente Nahum, non conſurget duplex tribulatio, id eſt vt
exponunt ſeptuaginta, Deus non iudicat bis in idipſum. Hinc
*Nahũ. 1.* Dauid ait, non intres in iudicium cum ſeruo tuo Domine: li-
*Pſal. 142* quet ſane non id ſibi velle, vt non ſubeat ipſe iudicium, ſi quidē G
ait Apoſ. omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti,
*Rom: 14.* ſed intelligit vt tali modo nos examinemus & emendemus, vt
iterum circa hæc non ſit neceſſe intrare in iudicium. Etenim
niſi computarentur in quæſtum noſtrum afflictiones quas hic
patimur, quomodo dixiſſet Dauid, non iudicabitur in conſpe-
*Pſal. 142* ctu tuo omnis viuens? Et ita intelligitur idem propheta alibi, cũ
*Pſal. 31.* ait: beatus vir cui non imputabit Dominus peccatum. Si quidē
iam ipſe homo medicinam adhibuit. Cum igitur ad hoc præſtā
dum, maxima nobis feſtis diebus ſuppetat opportunitas æquũ H
plane eſt, vt eam non negligamus.

In Exo. quidem præcipiebatur ſanctificatio Sabbathi, quod ta
men Eccleſia in diem dominicum mutauit, non ſolum ad diffe-
*Exod. 20.* rentiam Iudæorum, ſed etiam propter mirabilia, quæ Deus in
tali die propter homines fecit: Nam die dominico requieuit
*Gene. 2.* Deus in creatione mundi, & tali die natus eſt, & reſurrexit, & ta
li die præterea Deus quidem noſter, vt ſcribit Oroſius, legem
*Oroſ.* dedit Moyſi, & tali die vt ait Orige. cæpit pluere manna, item ta
*Origen.* li die circunciſus eſt Chriſtus. Quamobrem diligenter incumba
mus in celebrationem tanti diei, & nos in huiuſmodi conſide-
ratione exerceamus. Nam certe ſi opera ſeruilia nobis tali die
prohi-



A prohibentur, vt poſſimus diuinis obſequijs amplius vacare, quan
to æquius eſſe videtur vt tali die abſtineas a ludo, choreis, tornea *Feſtis diebus prohibita videntur quæ impediũt deuotionē*
mentis, venatione, taurorum agitatione, quæ deuotionē ma-
gis impedire videntur? Paucos quidem ſibi dies reſeruauit Deus,
& multos nobis dedit, & tamen hos paucos dedignamur ipſi
impartiri, ſi quidem ita ipſos celebramus, vt poſſit nobis dice
re quod habetur apud Amos, odiui, & proieci feſtiuitates ve-
ſtras. Item illud Thre. Viderunt eam hoſtes, & deriſerunt Sab- *Amos 5.*
batha eius. O quantam damus anſam barbaris, vt feſtos *Thre. 1.*
noſtros dies irrideant! nam certe videtur multis id ſufficere,
B vt non arent, aut fodiant in agro, & tamen pauca bona quæ ha-
bent laudant in popina die feſto.

*Infirmos, & in carcere poſitos viſitemus.*

*Cōtēplatione deſerentes, interdum actioni incũbamus.*

E*ST autem Hieroſolymis probatica piſcina.* Attende obſecro quod
poſtquam templum viſitauit Chriſtus, ſtatim ad hanc piſci-
nam pauperum acceſſit, vt eos viſitaret, & contemplatione reli
cta, his quidē intēderet. Vt intelligamus quod cum id neceſſitas *Cant. 8.*
C poſcit, cōtēplationē dimittere debemus, & intendere in viſitādis *Infirmos & in carcere poſitos viſitemus.*
infirmis & in carcere poſitis. Hoc videtur inſinuari, cum in Can.
dicitur, quę habitas in hortis, auſculta, fac me audire vocē tuā,
Quaſi diceret, o anima, quæ in hortis & delicijs cōtēplationis ver
ſaris, dimitte modo huiuſmodi occupationē, & accede ad ope-
ra actionis, ad viſitandos infirmos, & in carcere poſitos, atq; ip- *Matt. 25.*
ſos libera ſi potes, vel ſaltem ſolare tua præſentia, conſilio & fa- *Orationē operibus charitatis aſſociemus*
uore. Vide enim quanti id faciat Chriſtus, vt dicat apud Matth.
quod feciſtis vni de fratrib⁹ meis minimis, mihi feciſtis. Vide ob
ſecro quod parum tibi proſit contemplatio, ſi tu cum neceſſitas
poſcit non exerces pietatis opera. *Obiectum præſens quãtũ nos moueat.*
D Significauit nobis Chriſtus ingrediens in hanc piſcinā infirmo
rum, quantum nos moueat præſens obiectum, hoc eſt vt oculis
noſtris neceſſitates pauperum contueamur, & ita magis ad mi-
ſericordiam prouocemur: Sane quādiu Elias in torrente abſcon *3. Reg. 17*
ditus erat & ibi a coruo paſcebatur, non perinde compatiebatur *Oculis videam⁹ neceſſitates pauperũ, vt ita eorũ cōpatiamur.*
eorum qui fame cruciabātur: at vero poſtquam exiccatus eſt tor
rēs, & coruus deſijt ei cibũ adferre, atq; in eā regionē profectus
eſt in quā Deus iubebat, viditq; oculis ſuis famē quam homines
patiebantur, maxime cōmota ſunt viſcera eius, & cæpit Deũ ora
re vt plueret. Si igitur iſte qui tam amicus & familiaris deo erat,
hāc neceſſitatē debuit oculis ſuis cernere, vt moueretur: quāto
Pp magis

magis nos neceſſe habebimus proprijs oculis huiuſcemodi contueri neceſsitates pauperũ? Simus igitur cõpatiẽtes pauperũ, & liberales erga eos. De Alexãdro quidẽ magno quãuis gẽtili, legimus quodquidquid deſpolijs accipiebat in bello, cũ ipſis militib' diſtribuebat, dicebatq; quod cũ ipſe honorẽ reportaret, etiã milites emolumẽta ipſa cõſequerẽtur. Sic tu nõ ſolũ emolumẽtum, ſed etiã honorẽ maximũ reportabis, viſitãdo infirmos, & incarcere poſitos. Verũtamẽ nõ in eo dũtaxat viſitatio tua ſita eſſe debet vt dicas, ſicut vulgo fit, nil mali futurũ eſſe, & infirmitatẽ nõ eſſe periculoſã, ſed potius dicere debes vt diſponat animæ ſuæ, & domui ſuæ, atq; bene ordinet quæ ordinanda erunt; ne dicas cum ſerpente, nequaquam moriemini, ſicut etiam aliqui medici facere ſolent, cum tamen ſæpe in maximo vitæ diſcrimine verſetur infirmus: Contra quos non abſque cauſa emanauit motus proprius Pij Quinti, cum ſcilicet negligunt ſtatim initio monere vt confiteatur infirmus ſcelera ſua, & ſacramentum recipiat Euchariſtiæ. Quod ſi dicas Galenum, & Hippocratem aliter conſulere, reſpondeo hos quidem eſſe gentiles, & vt tales loqui: neq; de his intellexiſſe, ſed de alijs, quibus poterant infirmi maxime commoueri, vt de rebus corporalibus: & propterea Chriſtianus medicus ſemper præoculis habeat, quantum præponderet ſalus ſpiritualis ſaluti corporis.

*Exẽplũ Alex. Duces quomodo ſe erga milites gerere debeant.* E

*Infirmos quomodo viſitare debeamus* F

*Geneſ. 3.*

*Pius quintus.*

*Medici quomodo ſe gerere debeant in viſitandis infirmis.* G

Aliqui præterea ſolent infirmos viſitare, non ad ipſorum conſolationem, ſed propter propria lucra & commoda, vt ſcilicet aliquod pecuniæ legatum eis teſtamento conſignent, vel propter aliquid ſimile. Alij etiam viſitant in carcere poſitos, vt eorum hæreditatem poſsint ſibi multo minoris emere, ad redimendam vexationem ſuam, eis pecunias largiendo, vel vt poſsint eis cenſum aliquem imponere, aut aliquid ſimile præſtare. Tales potius ſunt dicendi vultures aut corui, qui cadauera viſitant, vt poſsint eis oculos eruere. Alij etiam ſunt qui viſitant magnates & diuites ſi ſint in carcere, propter ambitionem, & vt dicere omnes poſsint, quod ipſi tales magnatum domos intrent, vt pote domum equitis, vel ducis, vel epiſcopi, vel cardinalis. Denique pauci ſunt qui cum ſynceritate viſitent, & propter Deum. O nos miſeros, ait Chryſolo. qui ad tantam deuenerimus miſeriã. O quam alia intentione deberent Chriſtiani ſuas obire viſitationes, quam ſæpe obeant! præſertim cum videant Chriſtũ dominũ candido animo ingrediẽtẽ ad viſitãdã infirmorũ piſcinã, & propter cõmoda ipſorũ infirmorũ. Sed iã hoc tẽpore contrafaciũt multi: ſi enim diues infirmatur, à multis inuiſitur, pauper vero ſol' ipſe in cubili

*Aliqui viſitare ſolent infirmos magis ſui cõmodi cauſa quã infirmi.*

*Aliqui de prauata intentione viſitant incarcere poſitos:* H

*Chryſolo.*

*Pauperes dedignãtur multi viſitare.*



A in cubili iacet, ſoluſq; ſuã indigentiam patitur. Iorã, qui rex erat, ſtatim cum ægrotauit, venit ad eũ viſitandũ rex Ochoſias. Tũ etiã ad Ezechiam ſtatim cũ in ægritudinẽ incidit, Merodach rex Babyloniæ, nuntios miſit & munera. Aegyptius vero ille qui mancipium erat & pauper, ſolus relinquitur cum ægrotaret. Cæterũ ne deſeras propterea viſitationẽ infirmorũ, quod non habeas quid eis des, ſiquidẽ etiã maximã capiunt conſolationẽ, ex eo ſolũ quod ſe ab amicis viſitari videãt, vel quod alios ſentiãt etiã dolere ipſorũ vicẽ, ſicut experiẽtia ipſa teſtatur, & Seneca etiã id ipſum cõfirmat. B Et certe quãuis aliud cõmodũ nõ reportaremus ex infirmorũ viſitatione, quã ꝙ inde nos in recordationẽ venimus noſtræ miſeriæ, & ꝙ labi poſsimus in ſimilẽ morbũ, vel illud dũtaxat nos maxime incitare deberet vt infirmos viſitaremus. Nã ꝙ Iſa. ait, ſola vexatio intellectũ dabit auditui, nõ quidẽ aliud eſt, quãtũ cõſequor, q̃ aſſerere quod Deus nõ quidẽ ex impotẽtia, ſed ex noſtra tãtũ rebellione & duritie, fere nõ poſsit niſi morbis & alijs huiuſcemodi flagellis nos ad ſe reducere & reuocare, & ꝙ plus roboris ad id habeat modica febricula, q̃ cẽtũ dies ſanitatis ac deniq; ꝙ ſit adeo vtilis morbus, vt nõ tãtũ qui eũ patitur emẽdetur, verũ etiã tota domus, atq; etiã tota ſæpe vicinia, vel eo dũtaxat audito corrigat. C Vt enim fulmẽ non ſolũ quã ferit domum vaſtat atq; cõturbat, verũ etiã viciniã totã territat, impletq; tetro illo odore ſulphureo, & deniq; tonitru ipſum toti vrbi magnũ quẽdã incutit terrorẽ: ita etiã acutus aliquis morbus & grauis quo quis percellitur, nõ modo eũ cui inuritur domat, verum etiã quã plurimis alijs terrori eſt: ſtatim enim reuocãt in mẽtẽ ſe homines eſſe, expoſitoſq; non minus fortunæ telis, quam eum qui perculſus eſt. Quod ſi ex ſola auditione alicuius calamitatis tantum reportatur commodum, annon maius reportabitur, ſi D quis proprijs oculis contueatur ipſum infirmum, ſi videat ſuſpirantem, & magnos emittentem gemitus?

*4. Reg. 9.*

*4. Reg. 20.*

*1. Reg. 3.*

*Senec. lib. 11. epiſt. ad Lu. epi. 97*

*Iſa. 28.*

*Quanta commoda ex infirmitatibus reportemus:*

*Simile.*

*Morbi & calamitates non ſoli ipſi qui eas patiuntur ſunt vtiles, ſed multis alijs.*

Præterea ſi quis viſitet infirmum, inde colligit quantum ſibi diuinitus concedatur beneficium, quod integra vtatur valetudine, atq; ita in alijs periculũ facit. Nam certe ſicut nõ poteſt perfecte delectari diuitijs, qui aliquãdo non extitit egenus & pauper neq; cognoſcit quãtũ ſit bonũ proſpero & ſecũdo vẽto nauigare qui nunquã vllã grauẽ pertulit tẽpeſtatẽ & procellã; neq; quanti ſit valoris ipſa libertas agnoſcit perfecte, quẽ nulla vnquã ſeruitus preſsit. Ita etiã ſcire nequit quanti ſit prætij proſpera valetudo & ſanitas, niſi qui grauẽ pertulerit infirmitatem & morbum: Itaq; nonnunquam nobis Deus mittit infirmitates, vt iſtis afflicti facile

*Viſitemus infirmos.*

*Similia:*

*Niſi ipſi labores pertulerimus, vix alio ũ cõpatimur.*

ti facile agnoſcamus quantum bonū ſit proſpera valetudo, & quā E grati eſſe debeamus pro ea. Qui ergo prudens eſt cum alios infirmos videt, inde periculum facit quanta ſit hæc neceſsitas, quantum ſit commodū bona valetudo. Ad quos viſitandos vt Chriſtus nos ſuo exemplo incitaret, idcirco hodie iſtam infirmorum piſcinam ingreditur:

*Prudentes ex alijs exēplū ſumunt.*

*Diuinas inſpirationes diligenter & ſtudioſe complectamur.*

*Et qui prior deſcendiſſet in piſcinam poſt motionem aquæ, ſanus fiebat a quacunq; detinebatur infirmitate.* Tunc quidem magni conſilij ange- F lus id eſt Deus piſcinam mouet, cum ſanctas nobis mittit inſpirationes: & tunc priores in hac piſcina lauari dicimur, cum libēter & prompte ſanctas inſpirationes complectimur. Eſt autem vir malus inſtar accipitris capite contecti, qui ſi audiat volantem auem, alis quidem geſtit ad volatum, ſed ſtatim quieſcit: ſic malus, quem dæmon obturatum & ſurdum, ac cæcum reddidit, ſi concionem aliquam audiat, vel ſalubre conſilium, vel internam inſpirationem, aut vtilem alicuius libri lectionem, aliquantulum commouetur & cōpungitur, & quaſi geſtit ad volandum, ſed ſtatim impetus eius ceſſat, & ad priſtinam redit ſecordiā, neq; ve- G lociter ſe in piſcinam conijcit a deo cōmotā, & propterea integram ſalutē non conſequitur. Perinde ſe gerere ſolet Deus in cōmouenda piſcina noſtræ conſciētiæ, atq; is qui excitat viatorem dormientē, vt vlterius viā ſuā proſequatur, non enim eū cōpellit ſed excitat vt ſequatur, ac pollicetur ſe daturum ei neceſſaria alimenta ad victum: ſic igitur Deus nos ex profūdo peccati ſomno excitat, & quāto in periculo verſemur exponit, ac multa nobis ſe daturū promittit, nos vero exterius aliquātulū alis geſtire videmur, & ſuſpiria aliqua emittimus, at vero denuo in eadē relabimur peccata, nec penitus ſanctas inſpirationes cōplecti vo- H lumus, & executioni demandare. O quā vtile nobis eſt, vt nos penitus à Ieſu Chriſto duci ſinamus, noſq; totos ipſi permittamus, atq; in eius piſcinā conijciamus, cū ſanctis inſpirationibus pulſamur, ita vt omnes intelligāt nos velle ꝙ Chriſtus vult, dicamuſq; cū Dauide, vt iumētū factus ſum apud te; & ero ſemper tecū: quaſi dicat, vbi ſenſero Deus meus, me ſanctis tuis inſpirationibus pulſari, ſtatim quidē quaſi iumentū fræno tractum, me duci ſinā quocūq; volueris: Demus igi͂t vela cū a ſpiritu ſancto pulſamur, & eius impulſū ſequamur, ſic enim factitare nautæ cōſueuerunt, ſecūdo afflāte vēto, præſertim cū ignorēt quātū proſper ille vēt⁹ ſit duraturus, tū etiā an poſt modum ſit rediturus. Cum itaq; nos id etiam

*Sanctæ inſpirationes a deo proueniūt.*

*Simile.*

*Mali ſanctas inſpirationes reſpuunt.*

*Simile.*

*Excitat nos Deus ſanctis inſpirationibus à ſomno peccati.*

*Diuinis inſpirationibus pareamus.*

Pſal. 72.

*Simile.*



A id etiam ignoremus in diuinis inſpirationibus, magnæ eſt dementiæ, eis non parere cum adſunt. Pulſat quidem Deus vt conuertaris peccator, teq; ad meliorē recipias frugem, & ante actam vitam deplores, pœnitentiamq; agas, tu vero repellis huiuſmodi inſpirationes ſanctas, & dicere videris Deo, noli quæſo eſſe importunus, bene mecum agitur cum cōcubina, cum bonis alienis cum delectationibus carnalibus. O te infeliciſsimum! nū certus es quod iterum reditura ſit hæc ſancta inſpiratio? Cogita etiam atq; etiam quod forte nunquam redibit: Cōpatitur quidē Deus miſero peccatori, eiq; tacitus dicere videtur quod dixit de ciuitate illa Hieruſalem, quia ſi cognouiſſes & tu, & quidem in hac die B tua quæ ad pacē tibi. conquerebatur Iacob quod Eſau accipere recuſaret munera quæ ipſi offerebat, & cenſes Deum non ſtomachaturum quod eius ſanctas inſpirationes negligas, & quod te in piſcina ab eomet lauare detrectes? Quid quæſo expectas amplius, niſi vt tibi illud Apoſ. dicatur, quod ipſe ait admirans tantā hominis ingratitudinē, an diuitias inquit, bonitatis eius cōtēnis? theſaurizas tibi iram in die iræ.

*Inſpirationes diuinas cū venerint cōplectamur ſiquidem ignoram⁹ quādo ſint reuerſuræ.*

*Occaſiones ſāctas non negligamus.*

Luc. 19.

Gene. 32. & 33.

Roman. 2.

Conſidera obſecro miſerabilis peccator non ſufficere tibi ſi di- C xeris tantum te maxime ſalutem tuam cupere niſi etiam media ad eam rem neceſſaria adhibueris, ad quod præſtandum ſemper Deum paratum inuenies. Vnde in Apo. ait, ego ſto ad oſtium & pulſo (mouet enim piſcinam) ſi quis audierit vocem meam, & aperuerit mihi ianuam, introibo ad illum, & cænabo cum illo, & ipſe mecum. Vbi aduerte quod dicat, & ipſe mecum: ſi quidem cæna amborum eſt, partem enim ponit Deus, & partem homo: ipſe quidem homo, ait Deus, ex parte ſua pœnitentiam ponet, quæ eſt cibus meus, & lachrymas, qui eſt potus meus, atque deuotionem exhibebit, ſeque in piſcinam doloris conijciet: ego vero etiam in his iuuabo eum, præterea ipſi ve- D niam exhibebo peccatorum, gratiamque & gloriam dabo, atq; ita ſumptuoſam cænam ambo exhibebimus, ornaboque eum inquit, ſpiritus ſancti donis, & multis alijs cumulabo beneficijs. Aduerte inſuper quod dicat, ſto ad oſtium, & pulſo, ſi quidem in his verbis notatur diuina bonitas & patientia, atq; noſtra negligentia & inurbanitas, qui Deum ad oſtium ſtantem & clamantem, ſurda aure præterimus. Porro ter quidem vocauit Deus Samuelem, tum etiam Heli per Samuelem, & tamen tam ſenex quam iuuenis, ſomnum iterum capeſſebant. O quam ſæpe, neq; ſolum ter, nos Deus vocat tam iuuenes quam Senes, mouetque piſcinam noſtræ conſcientiæ, & tamen negligimus, & iterū dormimus

Apo. 3.

*Faciamus quod in nobis eſt, & Deū habebimus fautorem.*

*Vide quanta ſit Dei patientia, nos ad pœnitētiā expectantis.*

1. Reg. 3.

*Diuinis inſpiratio nibus pare amus.* mimus, in praua conſuetudine peccati! quod ſane erit ad grauiorem damnationem noſtram. E

*Simile.* Si tanti facimus Regis nuntios, & ſummi Pontificis legatos, & eorum litteras, vt eas deoſculemur, & ſupra caput locemus: quanto pluris facere debemus Dei optimi maximi inſpirationes, quæ ſunt inſtar legati cuiuſdam à deo nobis miſsi & dicētes cum Apoſto. pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo exhortãte per nos: obſecramus pro Chriſto, reconciliamini deo. Vide obſecro Chriſtiane, quãti Deus te faciat, cum mittat ad te legatos ſuos: & aduerte quod dicãt, obſecramus. O Dei clementiam adorãdã! quæ obſecrat, pacem annuncians ipſi peccatori, cũ tamẽ ipſe ſit offenſus. O pluſquã adamantinum peccatoris cor, quod in lachrymas non vertitur, talia audiendo? F

*Diuinas inſpiratio nes pluri mi facia mus.*

*Simile.* Si rex ad te ſcriberet vt ad ſe venires, vt multa ab eo beneficia reportares, alioqui inter remiges recẽſendus, quæ nã obſecro impedimẽta & obſtacula quãtũuis grauiſsima, curſum tuũ retardare poſſent? Cur igitur tã ſtultus es, vt ad Deũ nõ curras, qui bona cæleſtia tibi promittit, & ſupplicia æterna minatur, ſi nõ eius volũtati cõſenſeris? quotidie quidẽ angelus cuſtodiæ tuæ præpoſit⁹, tibi dei nomine ſanctas nũciat inſpirationes, & beneficia diuina tibi ante oculos ſtatuit, & piſcinã tuæ conſciẽtiæ commouet, hortaturq; dicens; heus peccator, mundus tranſit & põpa eius, mors appropinquat, infernus ore hianti te manet vt abſorbeat: quid igitur nuntium tibi diuinitus miſſum irrides? Quid expectas obſecro, an vt Deus contra te indignationem ſuã effundat? Succenſuit adeo Moyſes in adoratione vituli, vt legis tabulas confregerit, cum ſibi videretur homines adeo ingratos, indignos eſſe hoc tãto beneficio: & non putas ſtomachaturũ Deũ contra te, cui dedit legẽ ſuã, ſacramenta, & tot diuina oracula, atq; ſanctas inſpirationes, & diuinas legationes, quas quotidie mittit, & ijs tamen abuteris? G H

*Angelus cuſtodiæ noſtræ præ poſitus, nos ſalubriter monet.*

*Exod. 32.*

## APPENDIX.

*Simile.* AScendit Ieſus Hieroſolymam. Acceſsit ad templũ oraturus, & ſe ei obtulit hoc charitatis opus: ſic ſi nos virtuti dedimus, ex vno bono opere, ad aliud deueniemus: ſicut qui vitio ſe vni mancipauit, ſtatim ex hoc facile in aliud labi ſolet: abyſſus ſiquidem abyſſum inuocat. Et certe ſi te virtuti dare volueris, ſtatim Deus tibi occaſionem dabit vt in ea vlterius progrediaris Sic Dauid cupiebat ſibi occaſionem dari, vt benefaceret alicui qui remanſiſſet

*Pſal. 41.*



A remanſiſſet de domo Ionathæ, & ſtatim ſeſe obtulit ei occaſio. Incipe igitur deo ſeruire, ipſe enim tibi ſegetem ampliſsimam dabit in virtute proficiendi. *2. Reg. 9.*

*Multitudo magna languentium.* Aduerte obſecro quod quamuis hoc eſſet eis difficillimum, & expectare deberent angeli motum, & vnus tantum ſanus fieret, nihilominus tamen multitudo expectabat: nunc vero cum ſalus animæ tam facile obtineri poteſt, tamen negligimus & dormimus? *Negligentes ſumus in his quæ ad ſalutẽ noſtram pertinent.*

*Triginta & octo annos:* Mittit Deus infirmitates vt te emendes: B ſi renueris, te ad eas anguſtias ducet, ad quas ſuperbum & contumacem Pharaonem duxit, cui immiſit ciniphes, locuſtas, ranas, cumq; nollet adhuc ſe emendare, quomodo interierit vide. *Exod. 8.*

*Triginta & octo annos:* Maxime horribilis eſt perſeuerantia in peccato, & ſine metu vllo peccare horribile ſane eſt. Qui mare recens ingreditur, timet, at vero nautæ qui iam ex aſsiduo vſu callum in ea re obduxerunt, dormiunt & ſtertunt iucunde. Faxit Deus vt Dei timorem non abijciamus, & apud homines verecundiam non amittamus; ſi enim in eam labamur miſeriam, effrænes per omne vitiorum genus diſcurremus. C Et certe qui peccatis non eſt aſſuefactus, vel vnicum peccatum duntaxat, ipſum maxime infeſtat, & inquietum reddit: at vero qui callum in peccando contraxit, iucunde etiam ſomnum in peccatis carpit: ſicut qui potationi aſſuefactus eſt, ſuum teterrimum non ſentit odorem, at vero vir ſobrius, ſtatim etiam eminus offenditur. *In peccato perſiſtere periculoſiſſimum.*

*Vis ſanus fieri?* Vtinam vellemus vere & ex animo Deo ſeruire! illico ſane efficeremur ſani, & fieremus voti compotes. At vero meticuloſi & timidi, ac tepide ad Dei obſequium D accedimus, & ideo ſtatim retrocedimus. Sic exploratores terræ promiſsionis, idcirco tam formidoloſi redierunt, dicentes quod ibi eſſent gigantes, & ſe eſſe locuſtas præ illis. Verum tamen amor ipſe res alioqui inſuaues, ſuauiſsimas reddit. *In virtute tepidiſumus. Num. 13.*

*Non licet tibi tollere grabatum.* Solent mali impedire ne voluntas Dei impleatur, & ne ſanctæ exercitationes fiant: non rogant quis eum curauerit, ſed quærunt quod poſſent calumniari. Semper enim mali occaſiones captant, vnde poſsint bonis moleſtiam exhibere, faxit Deus vt à talibus calumniatoribus liberemur. *Malorũ cõditiones.*

## FERIA. VI. POST I. DOMINI. QVADRAG. E

## CONCIO TERTIA.

*Quam varij ſint peccatores.*

*Mundus in maligno poſit° eſt.* *Iſa.3.* *Leui. 13:*

ERat dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſolymã, eſt autem Hieroſolymis probatica piſcina. Ioan.5. Dicit quidẽ hodiernum Euangelium, quod in his porticibus iaceret multitudo magna languentium: ſic hoc tempore F
totus mundus eſt piſcina languentium ſiue porticus peccatorum, qui ad eam iam deuenerunt impudentiam, vt dicat de eis Iſa. Peccatum ſuum quaſi ſodomam prædicauerunt, nec abſconderunt. Et certe ſi in lege veteri tanta diligentia adhibebatur vt leproſi de ciuitatibus eijcerentur, ne alios inficerẽt: multo ſane diligentius viderentur expellendi peccatores & vitioſi homines, quorum contagio multo eſt pernicioſior: Sed contra videmus fieri vt ſcilicet atrociores peccatores plures habeant fauores qui totam rẽpub. contaminant, & ad vitia reliquos incitant. Vtinam ſicut moderatores Reipub. curant ſordes ex vicis ſingulis G
eluẽdas, ita etiam curarẽt vitioſos expellendos & eos qui ludos, vſuras, & peruerſos contractus nutriunt: ſed ſimulant adeo, vt poſsit de his dici illud Iſa. facta ſunt morticina eorum quaſi ſtercus in medio platearũ. Annõ iudices ſiue gubernatores Reipub. maximã adhibẽt diligẽtiã, & publico edicto ſanciũt, vt ſinguli vicos ſuos euerrãt, vtq; immũdũ ð feneſtra nõ proijciãt, quo poſsit aer ipſe infici et cõtaminari, tũ etiã vt locus ille vbi iugulãtur arietes & aliæ pecudes, procul ſit a ciuili frequẽtia & cõuerſatione? Cur igitur publicos ludos nõ auferũt, vbi multorũ animæ, & corpora, & bona, & fama, iugulantur; tũ etiã filij deſtruũtur, & con- H
iunx, & ſeminariũ deniq; exiſtit multæ zizaniæ, furtorũ, rapinarũ adulterinę pecuniæ, & aliorũ infortuniorũ, in quæ homines labi ſolent, poſtquam patrimoniũ exhauſerunt? Vtinam ergo ſicut occupantur in euerrẽdis vicis, pariter occuparẽtur in his extirpãdis, tum etiam in ſegregandis malis mulieribus ab aliarum caſtarum ſocietate, ne occaſio eſſent ruinæ earũ, & pernicies adoleſcẽtiũ: ſane hęc viſitabit Dñs, & ſeueriſsime caſtigabit. Vnde in Leu. habẽt, ſi nõ volueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi, ego cõtra vos incedã, & mittam peſtilẽtias in vos. Cur nõ audebũt iudices, & hi quibus hoc ex munere incũbit, ſedulã circa hæc nauare operam? Si non procedere in virtute malum eſt,

*Vitioſi homines ex repub. expelli deberent.*
*Peccatores publici tãquã ſentina eijciẽdi.*
*Iſa. 5.*
*Mali quomodo eſſẽt tractandi.*
*Ludi publici quã ſint pernicioſi.*
*Meretrices, & ludi, pernicies adoleſcẽtium.*
*Leui. 26.*



A eſt, propter aliorum malum exemplum, ſicut duæ illæ tribus nolebant Iordanem tranſire, & ideo reprænenſæ ſunt à Moyſe tanquam puſillanimes, & cæteros exanimantes: ſicut etiam puniuit Deus eos qui populum exanimabãt, quo minus ad terram promiſsionis pergeret, ducendo eos per deſertum annos quadraginta quidẽ, ita vt vix aliquis eorũ ſupereſſet: ſi igitur hæc Deus vſque adeo punit, & eum qui in virtute vlterius non procedit, quantum puniet eum qui non ſolum retrocedit, ſed etiam ſcelera multa committit, quæ omnibus notiſsima ſunt, tũ etiam eum
B qui ex officio poteſt his mederi, & non medetur? Vide obſecro quantum conducat correctio ſuo tempore exhibita, ſiquidem reprehendens Moyſes duas tribus & dimidiam propter puſillanimitatem, reſponderunt, nos ipſi armati pergemus ad pręlium ante filios Iſrael, donec introducamus illos ad loca ſua. Vnde ſumant exemplum obediendi qui corriguntur, & corrigendi, quibus id incumbit. Officium malorum eſt ſeminare zizania, ſicut facit diabolus eorum pater, quod faciunt prauo exemplo, & conſilio, impediendo quantum in ſe eſt & intercludendo viam ad cælum, ipſis bonis. In cuius rei figuram filij Edon curabant impedire
C iter populi Dei, vt habetur in Num. Et ſicut zizania & ſpinæ impediunt ne triticum creſcat, & ne eum referat fructum quem retuliſſet: ſic mali conantur impedire bonos ne fructum reddant bonorum operum. Quod viſus eſt ſignificare ſponſus cum ait in Cantic. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias: Mirabile ſane eſt, quod cum tam pernicioſa abundent mala in Rep: non ſolum non ſit qui ea corrigat, ſed etiam mali à pleriſq; laudantur, iuxta illud Dauidis, Laudatur peccator in deſiderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Vnde prouenit quod Deus tantopere contra nos iraſcatur: vnde & propheta addit, Exacerba-
D uit Dominum peccator, ſecundum multitudinem iræ ſuæ non quæret. Quaſi dicat, vſq; adeo indignatur Deus contra eum, vt ipſum dimittat tanquam aridum palmitem, in pœnam peccati. Valde quidem nituntur mali ſub ſpecie virtutis ſua occultare delicta & palliare, detorquendo leges ad ſuam peruerſitatem: ſatis demonſtrant quod ſint dęmonis diſcipuli, ideſt, peruerſi illius ſcripturæ interpretis, ſicut fecit in tentatione Chriſti, cum ait, Angelis ſuis mandauit de te, &c; Non debemus ſane diuinas leges & ſanctas cõſuetudines de ſuo cardine dimouere, propterea quod noſtris deprauatis moribus non conſentiant. Inde Sap. ait, ne tranſgrediaris terminos antiquos, quos poſuerunt patres tui. Quaſi diceret, non debemus leges tranſgredi & contorquere,

*Simile.*
*Num. 32.*
*Exemplũ prauũ quãtum Deo diſplicecat*
*Puniet Deus eos qui nõ puniunt publicos peccatores.*
*Correctio opportune exhibita quantum conferat.*
*Zizania ſeminãtes funguntur officio dæmonis.*
*Num. 20.*
*Cant. 2.*
*Pſal. 9.*
*Mali curant prætextu virtutis ſua ſcelera occultare.*
*Mat. 4.*
*Pro. 22.*

quod noſtris prauis moribus non conſonent. E

*Simile.*

Sicut boni multas ſibi vias inueniunt eundi in cælum, & cum vident ſibi occaſionem bonam oblatam, eam ſtatim arripiunt, & ad beatitudinem tendunt. Sic mali multos ſibi modos inueniunt eundi in infernum, cumque ſibi oblatam vident malam occaſionem, eam prehendunt, hoc eſt cum ſeſe offert occaſio vſuræ, luxuriæ, & aliorum ſcelerum. Quare remitte, remitte iam iniquitatis vela, peccator, & ea penitus depone, quandoquidem te recta ad infernum impellunt ac detrudunt. Audi quid Eccle. dicat, Poſt concupiſcentias tuas non eas, & à voluntate tua auerte; ſi præſtes animæ tuæ cõcupiſcentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. F

*Mali multas ſibi inueniunt occaſiones eũdi ad infernum.*
*Eccle. 18.*

*Hie. 17.*

Solent mali longam ſibi vitam deſiderare, vt poſsint in ſuis peccatis & nefandis ſceleribus perſiſtere. Vnde Hierem. dicebat, Diem hominis non deſideraui, tu ſvis. Tanta quidem eſt huius mundi miſeria & corruptela, vt iam nullum arbitretur iucundum & ſuauem diem, niſi eum quem in voluptatibus & delicijs mundanis traduxerit: vnde & mundani ſolent dicere, hodie iucũdum habui diem. De his igitur hominis perditi diebus dicebat Hiere. Deum eſſe teſtem, quod ipſos nõ deſiderauerit. Vocat malus diem ſuum, cum voluntatem ſuam facit, & contra Deum operatur. G Vnde videmus quod quando Saul Dei inimicitiam incurrit, arcum triumphalem & feſtum diem egit: & in die quo dixit Deus, Pœnitet me quod conſtituerim Saul regẽ, quia dereliquit me, eodem die venit Saul in Carmelũ, & erexit ſibi fornicẽ triumphalem. Vnde Petrus de malis ait, voluptatẽ exiſtimantes dici delicias coinquinationis & maculę. Nõ igitur eum ſibi ducunt mali iucundum diem, niſi cum Deũ offendunt. Iuſtũ ergo erit Dei iudicium, vt malus aliquando Deum quærat, & non inueniat. Porro quod Dauid dicat, non miſerearis omnibus qui operantur iniquitatem, non tam ſunt preces, quam prophetia eorum quæ H ſuperuenient his qui nolũt bene vti tẽpore, quod eis Deus cõcedit, ſed illud in ſuis ſceleribus perpetrãdis conſumũt. Vnde addit propheta, conuertentur ad veſperam, & famẽ patientur vt canes.

*Mali bonos dies dicunt quos in vitijs cõſumunt.*
*1. Reg. 15.*
*2. Petr. 2.*
*Pſ. 58.*

*Hie. 12.*

Vir improbus non ſolum alijs moleſtus eſt hominibus, ſed etiam creaturis rationis expertibus. Percontatur quidem Hie. dicens, vſquequo lugebit terra, & herba omnis ſiccabitur? & reſpõdet, propter malitiam inhabitantium in ea. Conqueritur terra quod cuicã ſeruiat improbo, ſiquidem in ipſo ſeruit dæmoni, ſicut contra ſeruiendo viro iuſto, ſeruit Deo; & propterea dicit quod lugeat terra, ſiquidem malos paſcit & ſuſtentat. Huc videtur

*Malus omnibus creaturis nexius eſt.*



A tur alluſiſſe Pau: cum ait, omnis creatura ingemiſcit, & parturit vſq; adhuc: & ſubdit cauſam dicens, vanitati enim ſubiecta eſt, id eſt ingemiſcit, quia peccatorum vanitati ſubijcitur. Omnes quidem creaturæ queribundæ videntur, quod peccatori ſeruiant: vnde Oſeas ait, Area & torcular non paſcet eos, & vinum mentietur eis. Non igitur ſterilitates tribuamus ventis, vel alijs temporis qualitatibus, ſed peccatis noſtris. Iuſtum eſt vt cum peccator factori ſuo non obediat, neq; etiam reliquæ creaturæ ipſi peccatori obediant.

*Rom. 1.*
*Terra & cælum cõqueruntur de malo.*
*Oſea. 9.*
*Sterilitates & bella noſtris tribuamus peccatis.*

Mirum ſane eſt quod cum peccatores tanta peccatorum mole preſsi ſint, ipſi tamen hanc tantam grauitatem non ſentiant. B Sane quamuis Iſaias Hieroſolymis eſſet, videbat tamen onus Babyloniorũ, & onus Moab, & onus Damaſci, & Aegypti, & onus Arabiæ, quæ prouinciæ longe à ſe diſtabant, & tamen illi non videbãt: vnde ait propheta, Onus Babylonis, onus Moab, onus Damaſci, onus Aegypti, onus in Arabia. Iuſti igitur cum ſint in Hieruſalem ideſt pacis & tranquillitatis ciuitate & cõſcientia, vident & cognoſcunt grauiſsima onera quibus peccatores grauantur, & eorum miſeriam & confuſionem, & tamen ipſi mali non cognoſcunt. C Hoc quidem eſt adeo graue onus, vt peccatorum animas etſi ſpirituales, ſuo pondere tanto, ad infernum præcipitet. Sunt porro aliqui vſq; adeo mali, vt ipſi lætentur & gaudeant quod mali ſint, quibus vtiq; quadrat illud Iſa. vę qui conſurgitis mane ad ebrietatẽ ſectandam, & potandum vſq; ad veſperam, vt vino æſtuetis. ô ſi cum tanta diligentia ſurgerent homines ad ſeruiendum Deo, quanto ſibi vtilius proſpicerent. Tam obnixe vitijs mali incumbunt, vt de ipſis dicat propheta Iſa. potentes eſtis ab bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem: D non autem ſic boni ad virtutem. Vbi aduerte quod nomine vini intelligantur res temporales & vitioſæ, quibus tanquam vino inebriantur homines. Cæterum arrige aures peccator, nam ſi ad Deum conuerti volueris, te quidem benigne recipiet, & malis tuis finem imponet. Hoc quidem 2. Reg. figuratum habemus, vbi legitur quod Abſalone mortuo infeliciter, cum eius ſequaces viderent ſe victoriam amiſiſſe, in maxima verſabantur anguſtia, ſcientes quod regiam maieſtatem offendiſſent, & ita inter ſe propoſuerunt vt à Dauide veniam poſtularent ſui grauiſsimi ſceleris: quod cum Dauid intellexiſſet, id plurimi fecit & nuntium ad eos deſtinauit, dicens; Fratres mei, vos os meum, & caro mea vos. Maxima ſane fuit hæc Dauidis benignitas & clementia, & præſertim cum tam ingratis & peruerſis hominibus:

*Mali maxime onerati ſunt, & tamen id non ſentiunt.*
*Iſa. 13.*
*Iſa. 15.*
*Iſa. 17.*
*Iſa. 19.*
*Iſa. 21.*
*Boni cognoſcunt quam ſit graue malorũ onus.*
*Iſa. 5.*
*Mali ſe totos vitijs tradunt.*
*Iſa. 5.*
*Conuertamur ad dominũ & ignoſcet nobis.*
*2. Reg. 19.*

*Magna cle mentia ex cepit Deus ad ſe rede untes.*

Si igitur tali vſus eſt Dauid benignitate, quanto putas maiori benignitate & clementia te Deus recipiet, ſi ad ipſum ex toto corde tuo redieris, quantumuis atrociſsima admiſeris ſcelera, & facinora? E

### *Magna eſt ſocordia noſtra in virtutis ſtudio.*

IN *his iacebat multitudo magna languentium.* Conſidera obſecro quam turpiter in vitijs iaceamus & ſtertamus, quamq; negligentes ſimus ad virtutem capeſſendam, & animæ noſtræ infirmę ſalutarem medicinam propinandam. Satis nobis congruit quod ait Zacha. Noluerunt attendere, & auerterunt ſcapulas recedentes, & aures ſuas aggrauauerunt, ne audirent, & cor ſuum poſuerunt vt adamantem, ne audirent legem. Item illud Hiere: Onager aſſuetus in ſolitudine in deſiderio animæ ſuę attraxit vẽtum amoris ſui. Omnia quidem quæ ad virtutem tendunt, tepide tractant impij: imo frigide & ſomnolenter: at vero quæ ad vitia tendunt, magna cum contentione tractant. Quando Pilatus dimittere volebat Chriſtum, cum non inueniret in eo culpam aliquam. Vide quanta cum contentione & clamore dicerent Iudæi, Si hunc dimittis, non es amicus Cæſaris. Tum etiam inſtantiſsime dicebant, Tolle, tolle, crucifige eum. Item aliquando ſe inuicem contra eum incitabant dicentes, Quid facimus quia hic homo multa ſigna facit? Tum præterea inſtanter poſtulabant adhiberi cuſtodes ipſi ſepulchro. Hæc igitur eſt malorum conditio, vt in his quæ ad vitia ſpectant, ſint excitatiſsimi, cum interim in ſpectantibus ad virtutem, ſint oſcitantes & ſomnolenti. Mirabile ſane eſt quod cum inter Deum & dæmonem ſit tanta competentia, videlicet quis nos domum ſuam deducet, nos tamen interim quorum res agitur, tantopere torpeamus & deſides ſimus. An non maximus eſt hic torpor & ſecordia, quod multi ſint ac prope innumerabiles, qui adhuc ſcelera ſua non ſint confeſi, nec vitia depoſuerint, nec vitam in melius poſthac emendare propoſuerint? quod ſane facile illis eſſet, ſi vellent, & facili negotio tantam à ſe miſeriam depellere poſſent, & tam graue iugum. Præcipiebat quidem Deus in Deut. dicens, Si puellam virginem deſponderit vir, & inuenerit eam aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea, reduces vtrumq; ad portam ciuitatis illius, & lapidibus obruetur puella quia non clamauit cum eſſet in ciuitate, ſin autem in agro repererit vir puellam quę deſponſata eſt, & apprehendens concubuerit cum ea, ipſe morietur ſolus, puella nil patietur,

*Zacha. 7.* — F

*Hiere. 2.*

*Mali in bono remiſſi & in malo diligentes ſunt.*

*Ioan. 19.* — G

*Ioan. 11.*

*Negligentes ſumus in pertinẽtibus ad ſalutem.* — H

*Deut. 22.*

*Deum inuocemus in laboribus noſtris*



A tietur, nec eſt rea mortis: ſola erat in agro, clamauit, & nullus adfuit qui liberaret eam, illa vero iubetur lapidari, quia non clamauit, cum eſſet in ciuitate, vbi poterat ſibi ſubueniri. Sic igitur nos magnam incurremus damnationem, ſi noſtram ſalutem neglexímus, cum poſsimus ei maxime prouidere ſi velimus: verũ ſumus inſtar puellæ, quę non vult clamare, cum poſſet ſe deffendere, & propterea ſicut illæ honorem perdunt, & in inferno lapidabuntur, ſic & nos.

*Puellæ quæ puritati conſeruandæ non incumbunt, quomodo punientur*

O magnam incuriam & negligentiam noſtram, qui tempore B nobis diuinitus conceſſo ad pœnitentiam agendam, abutimur, & in vitijs noſtris iacẽtes ſqualemus & obſordeſcimus: cumq; Eccleſia veſte lugubri propter nos induatur: nos interim in peccatis ridemus & debacchamur. Quid igitur nobis magis congruet, quam quod ait Chriſtus apud Luc. de Phariſæis: Cui ergo ſimiles dicam homines generationis huius, & cui ſimiles ſunt? Similes ſunt pueris ſedentibus in foro, & loquentibus ad inuicẽ, & dicẽtibus: cantauimus vobis tibijs, & nõ ſaltaſtis, lamentati ſumus, & non ploraſtis. Quaſi diceret, nunquã agitis cũ virtute ipſa ſed quæ procul ſunt à virtute: neq; vobis vita ſalutaris & tẽperãs C Baptiſtę placet nec mea affabilitas, omnia calũniamini. Sic igitur mali neq; ſe Eccleſiæ lugenti hoc ſancto tempore conformare volunt, pęnitentiam agendo: neq; ſpiritualiter cum ea oblectantur ſancto paſchate: ad nullas Eccleſiæ tibias cõmouentur, adeo iacent & ſordent in vitijs ſuis.

*Intimis quidem ſẽſibus dolere debemus propter culpas in deũ cõmiſſas.*

*Luc. 7.*

*Mali occaſiones captant quo minus virtutem amplectantur*

*Mali ſecũ Eccleſiã cõformare nolunt.*

Eſt ſane ingens negligentia noſtra, in his quæ ad ſalutem noſtram ſpectant, cum tam modicum habeamus tempus, & tam importunum habeamus aduerſarium, videlicet dæmonem ipſum, qui in id ſemper incumbit, vt in vita ſpirituali pereamus. Dolentes igitur quodammodo hanc tantam vicem noſtram & ſecor- D diam audiamus quod quo tẽpore ceciderunt dæmones, vocem emiſerunt ſacræ literę dicẽtes, Vę terræ & mari, quia deſcẽdit diabolus ad vos, habens iram magnã, ſciens quod modicum habet tẽpus. Eſt quidẽ dæmon inſtar accipitrum illius regionis vbi ſunt breuiſsimi dies: ſiquidem ibi accipiter velociſsimo & perniciſsimo curſu hac illac circũcurſat & volitat, vt poſsit ſibi prædã cõparare priuſquam nocteſcat, & inde prouenit quod ſint velociſsimi ibi accipitres. Sic igitur dæmon cum videat vitam noſtram adeo breuem eſſe, & quod in hac tanta breuitate dumtaxat poteſt animas noſtras venari, idcirco maxime incumbit manibus, pedibuſq;, in perniciem noſtram. An non igitur lachrymis & omni commiſeratione digniſsima eſt ſecordia noſtra, qui ita negligamus

*Circumſpecte viuamus cũ tã importunũ habeamus aduerſarium.*

*Apo. 12.*

*Simile.*

*Maxime incumbit dæmon in perniciem noſtram.*

*Conuerſionem non differamus.*

gamus ſalutem noſtram, præſertimq; cum tam ſit breuis hæc vita quam hic viuimus, & tam ſolicitum habeamus aduerſarium? E Quamobrem excutiamus tandem ſomnolentiam noſtram & tarditatem, vitiaq; deponamus, & vitam emendemus, neq; apud Deum procraſtinemus & differamus de die in diem conuerſionem noſtram: conſideremus quod abyſſus abyſſum inuocet, & quod ſi vitam hanc nobis præcludi videamus, nulla in alia vita poterit agi pœnitentia. Deſeras iam tandem igitur peccator prauam iſtam viuendi conſuetudinem, & finis ſit vitiorum, cum tantopere tibi cæleſtem aditum intercludant: F Ineas iam rationem anteactæ vitæ, & ſubducito calculos apud Deum, noli vlterius maiorem expectare cõmoditatem: ſi enim hodie ad id aptus nõ fueris, cras minus aptus eris, & varia ſe offerent negotia iter tibi præcludentia. Cõſidera obſecro quomodo viri probi currãt per virtutis ſtadium, iuxta illud Can. Ecce iſte venit ſaliens in mõtibus, tranſiliens colles: nec ſolũ ſaliunt, ſed etiam volant, iuxta illud Iſa. Qui ſunt iſti, qui vt nubes volant? nec ſolũ volant vt aues ſed velociſsime currunt vt ſagitta, iuxta illud Dauidis, Sicut ſagittæ potentis acutæ. Cum Iudas vẽdere vellet magiſtrum ſuum, dixit ei Ieſus, Quod facis, fac citius. Dic obſecro bone Chriſte, G quorſum ita eum vrges? vt intelligaris, ait, quod ſi ego vt ſalutem veſtram operer, tantopere inito, etſi vitæ diſcrimẽ ſubeam, vos etiam debetis diligenter & ſedulo ſaluti animæ veſtræ incumbere.

*Quæ ſalutẽ animæ impediũt declinemus.* — *Can. 2.* — *Iſa. 56.* — *Pſal. 126.* — *Ioan. 13.* — *Diligentes ſimus in ſalute animæ procuranda.*

Cum aliquis eſt maxime deditus venationi, & ſe ipſi offert egregia aliqua præda, quamuis pretioſe indutus ſit, vt poſsit tamen prædam illam interficere, ſe interdum in aquam & lutum conijcit. Sic olim dæmon quidem aſtutiſsimus venator, ſe in lutulentos ſues immittebat, vt ſcribit Lucas, ſed iam non veretur, cum tantopere paratam videat prædam, etiam in homines ſe H immittere, non iam debet eminus tela iaculari, nec ſe in eis defatigare, ſed præda ipſa ſeſe in eius laqueos immittit, & ſponte propria conijcit, atq; eam ſecuram habet, cum homo tam ſui oblitus viuat. An non maxima eſt hæc dementia noſtra, quod nunquam ad Deum cõuerti volumus, donec mors ipſa iugulum petit? Tuncq; impletur illud Hiere. in tempore afflictionis dicẽt, ſurge & libera nos. Super quæ verba ait Hieronym. Stultum eſſe tunc dumtaxat petere vt exaudiaris, cum tu nunquam audire volueris: quod dictum Hieronymi intelligendum eſt propter difficultatem impetrationis veniæ, quę tunc erit, cum præſertim talis nunquam audire Deum clamantem ſibi voluerit.

*Simile.* — *Facile dæmoni ſuccumbimus.* — *Luc. 8.* — *Facile nos illaqueari patimur. ſæpe.* — *Hie. 2.* — *Hieron.* — *Audiamᵘ modo Deũ & ipſe nos audiet tempore mortis.*

Quomo-



A Quomodo tandem potes peccator iucunde viuere, qui tanto te videas onere oppreſſum, & tantis beneficijs Deo obligatum, cui tamen ſemper ingratus es? Cur non times, quod ita videas animam tuam à Deo derelictam, & ab omni militia cæleſti, quæ te reliquit, cum lethaliter deliquiſti? Si pedem domo efferres, per vrbem frequẽs ambulaturus in meridie, & neminẽ videres in vicis, neq; in domibus, neq; in plateis, an nõ maxime terrereris? cur igitur non times quod te à Deo derelictum videas? Quænã eſt hæc falſa ſecuritas? an ignoras quod cum debitor ſis, ſatisfacere debeas? Scribit quidẽ Macrob. quod tempore Traiani imperatoris, B fuit homo quidam Romæ multis debitis obligatus, & nihilominus ad vtramq; autem placide dormiebat, cũ igitur mortuus eſt, & eius bona ſub haſta venderẽtur, iuſsit imperator, vt ſibi quocunq; pretio culcitrã vbi dormiebat emerent, cum autem quęrerent ab imperatore cur id vellet: reſpondit fieri non poſſe quin ea culcitra maximam ad ſomnum dulciter capeſſendum haberet vim: quod dicebat, vt notaret incuriam illius miſerabilis hominis. ô nos igitur miſerabiles, qui tantũ Deo debeamus pro acceptis beneficijs, & tamen ingrati ſimus erga tantam maieſtatem, C ac ſi nil deberemus. Aliqui ſane diligentes ſunt, verum ad honores venandos, ad iniurias vlciſcendas, ad diuitias & temporales delectationes adquirẽdas, ita vt ipſis videatur quod ad hæc nati ſint. De quibus dici poteſt illud Sap. Aeſtimauerunt luſum eſſe vitam noſtram, & conuerſationem vitæ compoſitam ad lucrum.

*Simile.* — *Peccator quomodo ſit à Deo derelictus.* — *Macro. in Satur.* — *Exemplũ peruerſũ.* — *Obliuiſcimur Dei beneficia.* — *Sap. 15.*

Fuit quidem Chriſtus adeo diligens, & liberalis ad ſalutem noſtram operandam, vt ſtatim fere poſtquam natus eſt, iam ſanguinem pro nobis effuderit, & nos adeo negligentes ſumus in eius obſequio, cum tamen omnia in noſtrum redundent commodum, D vt neque per longos annos, noſtri recordemur ad vitam emendandam, neque Dei recordemur, ad eum amandum & timendum: quin potius totum vitæ noſtræ tempus in carnis delicijs, & vitiorum ſordibus conſumimus & impendimus. Quid ſcis miſerabilis peccator, quando ſit mors ipſa vitę tuæ fores pulſatura? Audi iam quid Chriſtus dominus dicat apud Matt. & Luc. Si autem dixerit malus ſeruus in corde ſuo, moram facit dominus meus venire, & cœperit percutere conſeruos ſuos, manducet autem & bibat cum ebrioſis, veniet dominus ſerui illius in die qua non ſperat, & hora qua ignorat, &c. Illic erit fletus & ſtridor dentium. Quam igitur excuſationem habebunt mali, quos Deus tam ſæpe monuit?

*Diligẽter operatᵘ eſt Chriſtus ſalutem noſtram.* — *Matt. 24.* — *Luc. 12.* — *Iudicium Dei obliuiſcimur.*

## APPENDIX.

Trigin-

*Alex. Pa. in epiſt. ad Soldanum*

T*Riginta & octo annos.* Aliqui dicunt quod ibi paralyticus non
manſerit per triginta & octo annos, etſi infirmus eſſet trigin E
ta & octo annis, non tamen in piſcina. Siquidem Alexander Pa-
pa in epiſt. quam miſit ad Soldanū, dicit quod iſte deſcenſus An-
geli non ſemper fuit, ſed in prima hora natiuitatis Domini incę-
pit, eadem hora, qua Chriſtus natus eſt ex virgine, & deinde ea-
dem nocte & hora fiebat per ſingulos annos fortior motio aquæ
huius ſtagni:

*Et qui prior deſcendiſſet.* Non igitur aliquis ſanabatur quod no-
bilis eſſet, nec quod per multos annos ibi fuiſſet, ſed propter ma-
iorem diligentiam quam adhibebat, vt intelligamus quantum F
Deo placeat diligentia, quam adhibemus vt à peccato exeamus.

*Aliqui pauperes ſe pluris faciunt quam ſint faciendi.*

*Hominem non habeo.* Cum paralytico videretur, quod à Chriſto
eſſet reprehēdendus propterea quod ibi manens ex aliena viue-
ret impenſa tanquam pauper, & ideo curari nollet, ſicut multi
faciunt, fingentes ſe magis infirmos quam ſint: idcirco reſpon-
dit quaſi tacitæ obiectioni dicens, Domine hominem nō habeo.

*Pſal. 6.*

*Alter alterum moneamus.*

*Hominem non habeo.* Multi in peccato remanent diu, quod non
ſit qui eis conſulat, vt à peccato exeant. Vnde Dauid pſal. 6. que
rebatur dicens, Inueterarui inter omnes inimicos meos: vocat
autem inimicos, amicos ſuos, propterea quod eum nō moneant.
Vix iam inuenias, qui proximum de ſalute moneat, ſed vnuſquiſ G
que eum in ſua cæcitate viuere ſinit:

*De bonis multi murmurare ſolent.*

S*abbathum eſt, non licet tibi. &c.* In tota infirmitate forte nullus ei
dixerat, Quid hic agis? nec dederat fortaſſe ei aliquis horum Pha
riſæorum, aquæ calicem. Sed nunc cum ſanus eſt, & Deo obedit,
murmurant de eo, & eum reprehendunt:

*Perſeueremus in virtute.*

*Qui me ſanum fecit:* Quamuis multi tibi in virtute contradicāt,
non tamen cadas animo, ſed eum tibi ſemper ante oculos pro-
pone, qui hoc tibi dedit mandatum, & vlterius progrediaris.

*Grati ſimus.*

*Gen. 13.*

*Diuitiæ nos inſolētes reddunt.*

P*oſtea inuenit eum in templo.* Vide quomodo in proſperitate etiā
redierit eo vbi fuerat in paupertate: alius fortaſſe non amplius H
templi fuiſſet recordatus, ſed dixiſſet ſe iam defeſſum eſſe expe-
ctando in piſcina, & ideo nolle illuc amplius ire. Sic etiam Abra
ham redijt factus locuples, ad tabernaculum quod erexerat in
paupertate: Sic nos in proſperitate poſiti, recordemur tempo-
ris paupertatis, vt humiliemur: at vero multi non ita faciunt,
ſed cum primum diuites facti ſunt, omnes contemnunt:

## FERIA VI. POST I. DOMIN. QVADRA: CONCIO QVARTA.

Patien-



*Patientia & tolerantia laudabilis:*

*Nos ſum⁹ impatientes.*

*Aduerſitates patienter feramus.*

A E*RAT Dies feſtus Iudæorum, & aſcendit Ieſus Hieroſoly-
mam. eſt autem Hieroſolymis probatica piſcina.* Ioan. 5. Ma-
gna quidem fuit huius paralytici patientia, cum expe
ctaſſet per 38. annos & ſuſtinuiſſet infirmitatem tam
longo tempore: & quamuis totum hoc tempus non
traduxiſſet in piſcina, ſaltem diu ibi expectauit, ſiquidem Euan-
geliſta ait, Hūc cum vidiſſet Ieſus iacentem, & cognouiſſet quia
iam multum tempus haberet. Satis cōſtat quam exigua ſit in no
bis charitas, quandoquidem tam minimam habemus patientiam
B in aduerſis. Etenim Apoſt. ait, quod charitas non irritatur, non
cogitat malum, omnia ſuffert, omnia credit, omnia ſperat, om-
nia ſuſtinet. Aliam ſane habebat ſanctus Iob quā nos habemus
patientiam, cum diceret, etiam ſi me occiderit, in ipſo ſperabo.
Non igitur ſimus impatientes aut iracundi in aduerſis, vel cum
nobis verbum aliquod iniurium dicitur, ſed ſuo tempori māſue-
tam & commodam reſponſionem reſeruemus. Recordare obſe
cro quid dicat Sap: Ne reſpōdeas ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne
efficiaris ei ſimilis: reſponde ſtulto iuxta ſtultitiam ſuam, ne ſibi
C ſapiens eſſe videatur: Hoc eſt poſtquam ira deferbuit, & datur
occaſio opportuna corrigendi eum. Bonus ſenſus ait Eccle. vſq;
in tempus abſcondat verba illius, & labia multorum narrabunt
ſenſum illius. Porro ad patientiam habendam plurimum prode-
rit conſideratio longanimitatis & patientiæ Dei erga nos, cum
peccata noſtra tamdiu ſuſtineat & nos tam longo tēpore ad pœ
nitentiam expectet, iuxta illud Iſa. Tacui ſemper, ſilui. Et alibi
ait, laboraui ſuſtinens. Quænam obſecro maior patientia exco-
gitari poteſt, patientia Chriſti? qui cū probe nouiſſet quod pha-
riſæi ipſum inuitabāt, vt poſſent calūniari, nihilominus tamen
D apud ipſos prandebat, & ibi patienter eorū deprauatos animos
ſuſtinebat, ipſiſq; prædicabat, & miracula multa ante eos facie-
bat, vt refert Luc. Tū præterea illud nos maxime ad patientiam
animare debet, quod calamitatum calix in manu Dei ſit, & ipſe
eum propinet cui placuerit, iuxta Dauid. dicentē, hunc humiliat
& hunc exaltat, quia calix in manu Domini eſt. Sic videm⁹ quod
alij in laboribus verſentur, alij vero in quiete: alij coniuges man
ſuetas & dociles ſortiti ſunt, alij vero indomitas: aliæ etiam mu-
lieres viros habent honeſtos & bene compoſitos: alię vero diſſo-
lutos: deniq; ſinguli ſuam geſtant crucem: & vix aliquis ſua ſorte
contentus viuit, ſed ſibi videtur quod maioribus prematur af-
flictionibus.

*1. Cor. 13. Ioā. 13. Verba contumelioſa propter Deum patienter feramus. Pro. 26. Eccle. 1. Quomodo in aduerſis patiētiam obtinebimus. Iſa. 42. Iſa. 1. Luc. 14. Alia conſideratio ad patientiam obtinendam. Pſal. 74. Crucem vnuſquiſq; habet.*

Qq Cur

*Rom.8.* Cur dixit Apoſt, percontatur Aug. quid enim oremus ſicut o- E
*Aug. epi.* portet, neſcimus, quandoquidē apertum erat illum nō ignorare
121. *to.* 2. dominicā orationem? Ratio eſt, quoniam moleſtæ tribulationes
*Toleran-* ſæpe nobis vtiles ſunt, vel ad corrigendā vitā vel ad amplius me
*tiam nō a* ritum aſſequendū, & tamen nos id nō intelligētes, ſtatim patien-
*mittamus* tiam deſerimus, & ab omni liberari labore optamus: & hoc de-
2. *Cor.* 12. monſtrat idem Apoſt. cū dicat, propter quod Dominum ter roga
ui, & dixit mihi, ſufficit tibi gratia mea, nā virtus in infirmita-
te perficitur. Quaſi diceret, quieſce aliquantulū, & patientiā ha-
be cū intelligas me eſſe ſpectatorē tuorum laborū. Poſtquā Chri F
*D. Cypr.* ſtus vt ait Cypr. de laboribus & perſecutionibꝰ quas paſſuri ſunt
*tract.* 9. boni, dixit apud Luc. cū videritis hæc fieri, ſcitote quoniam pro
*de morta-* pe eſt regnum Dei, Quis deinceps nō lętabitur in laboribus cōſti
*li.* tutus? Quis nō patientiā habebit? cum tēporale cōmutetur ęter-
*Luc.* 21. no, & labores mutentur in gaudia, ſicut videmus huic paralytico
*Patiētiam* accidiſſe. Quaſi dicat Cypr: nos quidem patientiam habemus cū
*quomodo* omnia nobis ad nutum fluunt: & hoc quidem nobis parum gratu
*conſerua-* landum eſt: quis enim obſecro non ferat patienter proſpera? nū-
*bimus.* quid obſecro rugiet onager cum habuerit herbam, aut mugiet
*Iob.* 6. bos cum ante pręſepe plenum ſteterit? Maxima quidem erat pa G
*Iob.* 27. tientia ſancti Iob in tribulationibus ſuis, cum diceret, viuit Deus
*Imite-* qui abſtulit iudicium meum, & omnipotens qui ad amaritudinē
*mur in pa* adduxit animam meam, quia donec ſupereſt halitus in me, & ſpi
*tientia Sā* ritus Dei in naribus meis, non loquentur labia mea iniquitatem,
*ctum Iob.* nec lingua mea meditabitur mendacium. Noli aduerſus teipſum
ſæuire; quod Deus te aduerſitatibus corripit & caſtigat ob tua
peccata, quemadmodum crudeliter fecit rex Moab, qui cum ſe
4. *Reg.* 3. defendere non poſſet, nec alias debacchari furore aduerſus illos
qui eum obſidione premebāt, filium primogenitum ſacrificauit
in muro, vt habetur 4. Reg. H

*Impatien* Mirabile ſane eſt quod tam impatientes ſimus in aduerſitati-
*tes ſumus* bus tolerandis, & verbis cōtumelioſis ſuſtinendis, cum præſertim
*valde.* ſit nobis mirum patientiæ exemplar Chriſtus Dominus, qui tā-
2. *Petri.* 2. tam ignominiam, tātaſq; cōtumelias ſuſtinuit, vt ait D. Petrus!
*Tertul.* Quas enim ille in paſsione ſua cōtumelias non accepit? quæ op-
probria non ſuſtinuit? quæ ludibria non pertulit? deniq; tā multa
& varia pro nobis paſſus eſt, vt Tertul. dicat, ipſum virtute patiē
tiæ dum à nobis diſcederet, ſaginari voluiſſe, ad huius autem vir
tutis imitationem, non video qua potiſsimum ratione, carna-
les præſertim homines incitare poſsim, quā ſi oſtendero hoc non
ad animæ ſalutem modo, ſed ad corpus etiam, hoc eſt ad omnem
eius



A eius moleſtiam excutiendam plurimum iuuare: Quid enim ad
hoc conducere magis poterit, quam vt tu conuitiatorem conui- *Patientiā*
ciumq; ipſum nihili pendas? Quiſquis enim conuitia in te iactat, *quibus cōſi*
hoc in primis deſiderat, vt te mœrore afficiat. Quod ſi tu hunc *derationi-*
eius conatum parui pendas & negligas, is vtiq; qua te moleſtia *bus conſer*
afficere cupiebat, afficietur: cum videat ſe quod tam valde cupie *uabimus.*
bat non impetraſſe: atq; hac ratione non ille quidem de te, ſed tu
de illo ſupplicium ſumes. Quemadmodū enim vt Tertul. ait qui *Simile:*
telum in materiam lenem & blandam iacit, illam quidem pene- *Tertul.*
trat & lædit: ſi vero in ferrum aut materiam aliquam duriorem *Contume-*
B iecerit, in iacientem protinus telum reflectitur, & illum frequē- *lias nō ſen*
ter vulnerat: ita etiam plane conuitia in infirmum animum iacu- *tit magna*
lata, illum vulnerant & ſauciant, quæ vero in fortem & conſtantē *nimus.*
animum ſunt contorta, adeo illum non lædūt, vt in autorē ſuum *Chryſoſt.*
retorqueantur: veriſsime enim à Chry. dictum eſt, neminem læ- *Patientia*
di niſi à ſeipſo. Non enim ad inferenda vulnera diſtrictus gladius *pro armis*
ſatis eſt, niſi corpus nudum & inerme ſit; at ferro & clypeo tectū, *vtamur*
quis gladius lædere poſsit? Si tu igitur patientiæ clypeo armatū *in iniurijs*
pectus geſtes, quæ te conuitiorum tela ſauciare poterunt? Quid
C vero ſi fortitudinem illam habeas, quam Dominus Ezechieli cō- *Ezech.* 3.
tulit, cum ait, ecce dedi frontem tuam vt frontem ſilicis? & qua *Simile:*
ſi hoc parum eſſet, adiecit, vt adamantem quippe dedi te. Ada-
mas autem ea natura eſt, vt ferro ictus, ferrum potius frangat,
quam ipſe frangatur, Quo fit vt qui tales ſunt, patientia ſua con
uiciatorū impetus retundentes, lædant potius eos quā lædantur.

Sane ad Chriſti imitationē ait Caſsia. diſcere debemus, quam *Caſsian.*
moderate moleſtias proximorū ferre debeamus, & patiēter nos
gerere in contumelijs aduerſariorum. Hoc enim exemplar, nēpe
D patientiæ Chriſti, ſibi ante oculos proponentes ſancti viri, mode
rate & fortiter ſe geſſerunt in contumelijs, opprobrijs, atq; tor- *Exemplū*
mentis. De quodā enim Pigmenio viro integerrimo, ſcribit An- *Antonius*
tonius Sabellicus, quod cum cæcus eſſet, tāta patientia præditus *Sabell.*
erat, vt cum aliquando Iulianus ille Apoſtata ante eum conſtitu
tus diceret, ad deridēdum eum, gratias ago Deo Pigmeni, quod
mihi liceat te videre & contueri, ipſe viriliter reſponderit: Ego
etiam Deo gratias ago, quod te non videam. Magnifica profecto *Exemplū*
& conſtantis animi vox, qua declarauit ſe nō ſolū patienter fer-
re cęcitatem à Deo immiſſam, verumetiam nihili facere peſtife-
rum imperatorem atq; teterrimum. Cum aliquādo Poſsidonius
podagra vehementi ac ſæua laboraret, honoriſque gratia eum
Pompeius inuiſiſſet, in media ipſa confabulatione & colloquio

*Bruſo. cō-turſinus lib. 2.*

exclamauit: nil quidem agis podraga: vel ſi enim maxime me diſcruciaueris, patientiam tamen non auferes vt ſcribit Bruſonius. E

*Murmuratores & detractores reprehenduntur.*

*Multi calumniatores in mundo.*

S*Abbathum eſt, non licet tibi tollere grabatum tuum.* Notandum ſane eſt, quod cum in Hieruſalē tot eſſent praui homines, videlicet adulteri, vt Herodes, latrones, vt Barrabas, ſimoniaci vt Annas & Caiphas, mali iudices, vt Pilatus: non tamen curent phariſæi & ſcribæ hos reprehēdendos, ſed potius reprehendāt hunc quod die ſabbathi tollat grabatum ſuum, in quo tot annos infirmus iacuerat. Si pretio id faceret, non eſſet mirum quod reprehenderetur: at vero ipſimet aperte demōſtrāt quod ipſum iam cognoſcerent, dum dicant, non licet tibi tollere grabatum tuum. Vbi aduerte quod non interrogant, quomodo ſanus factus es, quippe qui per tot annos in piſcina expectaſti? Mali enim & inuidi non poſſunt aliquid laudabile audire de proximo ſuo. Vnde quando paralyticus dixit. Qui me ſanum fecit, ille mihi dixit, tolle grabatum tuum, miraculum diſsimulauerunt, & ſolum illud attenderunt quod præceperat, videlicet tollere grabbatum ſuum vt miraculum obſcurarent. Ita enim mos eſt impiorum & detractorū, vt cum in populo variæ ſint iniquitates & ſcelera, eas tamen negligant, ſi autem viderint virum aliquem eccleſiaſticum vel in minima aliqua re labi, ſtatim id conquerūtur. Iſa. dicit, Super quem dilataſtis os & eiecistis linguam? Quaſi dicat, an tibi bene factum videtur, vt cum vir eccleſiaſticus pro te oret, ieiunet, & carnem ſuam maceret, atq; media nocte ſurgat, ad cōfitendum Domino cum tu totis ſtertas precordijs, nihilominus tamē tu ipſum mordeas, & de eius exiſtimatione detrahas, qui totus tuis inuigilat commodis & lucris?

*Mali occaſionem captant calūniandi.*

*Detractorum Eccleſiaſticorū cōditiones*

F

G

*Iſa. 56*

*De viris eccleſiaſticis & religioſis murmurare quam ſit graue.*

Sed quam vſitatum habent mali, bonis detrahere? ſane in catalogo ſuo huiuſmodi detractores conſtituit Apoſt, cum ait, detractores Deo odibiles, repletos omni iniquitate. Poteſt etiam de his dici quod idem Apoſt. alibi ait de hæreticis, ſermo eorum vt cancer ſerpit. Sic enim illi paſsim diuulgant defectus proximorum. Sed aduertant quomodo Deus Mariam ſororem Moyſi ſimulatq; de fratre ſuo murmurauit, lepra percuſſerit. ſiquidē ſicut lepra contagione per vniuerſum corpus diffunditur, & contaminat, ſic murmuratio per ſingulos ſerpit & diffunditur, adeo vt nullus ignis tam cito ſerpat per ligna præparata. Hoc voluit ſignificare Apoſtol. quando ſcribens ad Heb. ait, nequa radix amaritudinis, radicem ſurſum germinans impediat, & per illam inqui-

*Rom. 1.*

*2. Tim. 2.*

H

*Num. 12.*

*Detractores quam ſint pernicioſi.*

*Heb. 12.*



A inquinentur multi. Vocat quidem detractionem amaram radicem. Hinc & Eccle. ait, à ſcintilla vna augetur ignis, & ab vno doloſo augetur ſanguis. Dicunt aliqui, Ego hoc ex meo ſenſu non dico, ab illo, vel illo audiui. Ita igitur alius incendit ignem, & tu perflando illum auges, & fortaſſe iam extinctus eſſet, niſi tuo perflatu ei incrementum dediſſes. Eſt ſane hoc detractionis vitium longe lateq; patens, nam & arator de alio murmurat aratore quod minus artem norit arandi, & opifex de opifice, & miles de milite, eques de equite, & eccleſiaſticus de eccleſiaſtico. Sed B quid dicam quā turpiter de eccleſiaſtico ſeculares in ſuis cōpotatiunculis murmurare ſoleant? Veruntamē hoc ſibi aſcribit Deus, præſertim cum legamus in Exo., quod poſtquam murmuratum fuit contra Moyſen & Aarō, dixerit Moyſes, Audiui murmur veſtrum contra Dominum, nos vero quid ſumus?

*Eccle. 11.*

*Detractorum plenus eſt mūdus.*

*In conuiuijs ſolet murmurari.*

*Exo. 16.*

Vix aliquis poteſt detrahentium linguas euitare, etſi ſibi diligenter caueat, & circunſpecte viuat. ô quantum ſuſtinere debet laborem, qui ſaluus eſſe cupit, dicente Domino, regnum cælorum vim patitur. Orabat quidem Anna in tēplo cum magna deuotione, & tamen dicebant quod eſſet ebria. Vide etiam quam C iuſte viuerent Moyſes & Aaron, & tamen paſsim de ipſis murmurabant. O felicem illum qui iam detractores flocci pendit iniquos, & ſe totum Deo permittit, qui detractiones omnes caſtigare ſolet, quæ eſt maxima afflictorum conſolatio. Vnde ſanctus Moyſes ait animando populū Hebræum, Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis, quaſi dicat, Deus honori noſtro & famæ proſpiciet, ſi detractores contra nos inſurgant, & eos flocci pendamus, & eorum detractiones, Domino omnia committentes.

*Vix eſt qui ſe poſſit à detractoribus deffendere.*

*Mat. 11.*

*1. Reg. 2.*

*Exo. 16.*

*Exo. 14.*

*Detractores flocci pendamus iniquos.*

Multi ſunt qui vſq; adeo famæ proximi ſui detrahunt, vt ſibi D videatur quod aliorum bona, ſint ipſorum mala, & aliorum mala, ſint ipſorum bona. Quamobrem non ſolum non detrahas de proximo tuo, ſed etiam auerte auditum tuum à detractoribus: ſiquidem plus aliquando offendit, qui proximi ſui vitia publicat, quam is qui ea committit: Quod ſi de te murmurauerint, noli procurare vindictam: nam ſatis contra ſe agit, qui bonis detrahit. Cum quidam conſulerent Philippo, Alexandri Magni patri, vt quoſdam murmuratores ſibi detrahentes à regno expelleret, reſpondit, hoc eſſe ligna igni miniſtrare, quod videlicet ipſi detraherent inter alienas & incognitas nationes: quin & fortaſſe ait, detrahunt vt patientiam meam experiantur, aut vt vitam emendem: ſiquidem in me non ſint quę ipſi carpunt, pa-

*Detractores nō auſcultemus*

*Exemplū*

*Detractores quantum nobis conducant*

 tientiam

tientiã m meam exercent, quos non puniam. Si autem in me ſint E eſt quod gratiam habeam, quod me inuitent ad vitæ emendationem. Tu igitur noli aliorum vitam explorare, nec fœda bonum nomen proximi tui.

*Simile.*

Nam certe ſicut qui candelam emungit, initio quidem videtur eam tenebrare, at paulo poſt, clarius lumen reddit, cum interim ipſe digitos ſuos adurat & commaculet: ſic vtique quamuis detractores videantur alterius bonum nomen obſcurare, tandem tamen clarius multo reddunt, & ipſi manus conſcientiæ ſibi comburunt & coinquinant:

*Similitudo.*

Et ſicut ſol nihil perdit, quamuis nocturnæ aues ipſum negligant, nec aſpicere F dignentur: ſic vtique ignominioſum non eſt, ſed potius glorioſum bonis, quod mali ipſis detrahant.

*Simile.*

Et quemadmodum non propterea minoris facimus aurum, quod beſtiæ ipſum negligant, ſic etiam non debemus viros probos ſpernere & minoris facere, propterea quod improbi de ipſis obmurmurent; ſiquidem cũ non ſit laus in ore impij, vt ait Eccle. neq; etiam ſunt curandæ eius detractiones: & deniq; neq; eius laudes ſunt magni faciendæ, nec detractiones æſtimandæ.

*Eccle.5. & 15.*

### *Recidiua & reincidentia vitij quam ſit noxia.* G

*Simile. Parum in virtute perſeueram⁹.*

ECCE *Sanus factus es, iam noli peccare, ne deterius aliquid tibi contingat.* Facile quidẽ ſtatim in priſtina vitia labi ſolemus; ſumus inſtar eorum infirmorum, qui grauẽ corporis infirmitatem diu multumq; ſuſtinuerũt, & non ſeruant ordinẽ ſibi à medico præſcriptũ, atq; idcirco reincidunt in morbũ, & moriuntur, ſiquidẽ vt vulgo ferunt, peior eſt ipſa morbi reincidentia, quam morbus ipſe prior. Curet ergo vnuſquiſq; in virtute perſeuerare, & non reincidere, nã vt ait Apoſt. nõ coronabitur niſi qui legitime certauerit.

*2.Tim.2.* *Inconſtantes ſumus in bono.*

Mirum ſane eſt quod hodie videas aliquem carnem ſuam H verberibus crudeliter etiam cędentem, & tamen iam craſtino die videbis illum penitus oblitum huiuſmodi pœnitentiæ. Item hodie videas aliquem ad confeſſoris pedes abiectum multis cum lachrymis, adeo vt conuerſio videatur D. Pauli, aut Magdalenæ, & omnes in admirationem pertrahat, & tamen iam craſtino die adeo mutatus eſt in veterem hominem, vt quod fecerit nunc videatur quodammodo repræſentatio comœdiæ, vel puerilis quidam ludus.

*Ezech.11.*

In maximam quidem redigitur homo miſeriam, cum iam cor eius lapideum redditur: vnde dicebat Deus, auferam à vobis cor lapideum, & dabo cor carneũ: veruntamen etiam exiſtimo quod non



A non ſit computanda tanquam exigua miſeria, quod habeat aliquis cor aqueum, aqua enim etſi facile obediat lineis, quas in ea ducere velis, mox tamen diſſoluuntur, lapis vero etſi durus ſit, tãdem tamen ſi perſeueres, eum perforabis:

*Simile.* *Facile a præclare cœptis deſiſtimus.*

Sunt quidẽ aliqui adeo facili corde, vt ſtatim conuertantur & ſcelera confiteantur, atq; ſi eos in aliquo reprehendere velis, ſtatim patienter correctionẽ ſuſtinent, & eorum viſcera commouentur: at vero ſi ex eorum cõſpectu diſceſſeris, ſtatim tanquã lineæ in aqua diſſoluuntur, & ad priſtina redeunt vitia, imo & aliqui ex his dicũt, quid amplius faciam ignoro, cum ipſe ſatis iam culpam meam agnoſcã, & Deus B nil præterea requirere videatur. Sane periculoſum eſt hoc genus hominum, neq; eſt bona huiuſmodi animi teneritudo, ſiquidem nil ibi imprimitur durabile, ſicut maiorẽ impreſsionem facit in turre tormentum bellicum, quam in aggere glebę. Quid tibi prodeſt miſer homo hæc animi teneritudo, ſi machinæ bellicæ tui confeſſoris hoc eſt eius ſolida doctrina, nil tibi imprimere poteſt ſed ſtatim ad priſtina remeare ſoles vitia?

*Perſeueremus in bonis operibus.*

*In eadem peccata ſæpe recidimus.*

Quoniam Deus nobis pepercit, & inter filios adoptauit, ac domeſticos ſuos fecit, etſi hactenus fragiles fuerimus & ſtupidi, at C certe poſthac Deum amplius non offendamus, neq; in vetera relabamur vitia. Sed non ita facimus, quin potius illico priſtina cõmittimus ſcelera, & reuertimur ſicut canis ad vomitũ: Quod videtur conqueri Deus apud Hiere. dicens, quam vilis facta es, iterans vias tuas. Sic enim nos ad veterem redimus vitã, ac ſi Deus nos ex ea non eduxiſſet, iuxta illud Iſa. facti ſumus quaſi in principio: noſq; oſtendimus perinde ingratos ac ſi nulla diuinitus accepiſſemus beneficia. De qua ingratitudine querebatur Moyſes dicens populo, Vos vidiſtis vniuerſa quæ fecit Dominus coram D vobis, ſigna illa, portentaque ingentia, & non dedit vobis Dominus cor intelligens & oculos videntes vſque in præſentem diem. Poteſt igitur Deus de nobis conqueri, quod cum animæ oculos nobis aperuerit, qui cæci erant per peccatum, iterum in tenebras vitiorum demergimur?

*Prou.26. Hiere.2. Iſa.63. Deut.29. Ingrati ſumus erga Deum.*

*Inconſtantes ſumus. Exo. 24.*

Sunt quidem proteſtationes noſtræ vitæ emendandæ inſtar earum quas olim Hebræi faciebãt, qui dicebãt & promittebãt Moyſi, vt habetur in Exo. omnia verba Domini quæ locutus eſt Dominus faciemus, & erimus obedientes. Qua ex re lętatus eſt valde Moyſes, & altare ædificauit, & ſacrificia obtulit Domino, ac uarijs vſus eſt cerẽmonijs: aſcendit autem ad montem vt à Deo præmia aliqua pro eo facto populi reportaret, at Deus quidẽ lætatus eſt, & ei ordinẽ præſcripſit obſeruandũ in rebus ad tẽplum ſpectan-

*Inconſtantes maxime ſumus in virtutis perſeuerantia, Exo. 32.*

ſpectantibus, qui per longa Exo. capita continetur. Cum autem deſcendiſſet Moyſes de monte, omnia illa diuina documenta adferens, tum etiam legem in tabulis ſcriptam digito Dei, exiſtimauit quod firmum & conſtantem eſſet inuenturus populum in ſancto illo propoſito, quem tamen inuenit idololatram redditũ, & vitulum adorantem. Sic igitur nos inconſtantes ſumus in bonis cæptis, vnde ſi quid boni nobis faciẽdum proponimus, quod ad vitæ emendationem ſpectet, ſtatim dæmon ſecum ait, fore vt breui redeas ad priſtinam vitam: nam alia vidit ſæpe à te proponi & tamen paulo poſt irrita fuerunt. Sane quod Samſon non perſeuerauerit in præſcindẽdis funibus, ideo interijt: nam cum incæpiſſet rumpere funes & neruos toties, nõ progreſſus eſt vlterius, & vide quo redactus ſit. E F

*Dæmõ irridet noſtra infirma propoſita.*

*Iudic. 16.*

*Magna promittimus & ea facile irritamus.*

Mirabile plane eſt videre nos in graui aliqua infirmitate conſtitutos, magna quidem promittentes Deo, ſi inde euademus, dat nobis Deus ſalutem, & tamen ſtatim obliuiſcimur quæcunque promiſeramus, & ad priſtina redimus vitia. Sed cur miſer obliuiſceris quæ ſpopondiſti? Quomodo tam cito amiſiſti cognitionem ſcelerum tuorum, quam in infirmitate habebas? Es quidem inſtar Saulis, qui virtute Dauidis conuictus, publice dicebat eius laudes, & quantum ab eo vinceretur, at vero paulo poſt, eum iam perſequebatur. Propter lachrymas & ſanctum propoſitum Ezechiæ in ſua infirmitate, eum Deus liberauit, qui tamen paulo poſt Deum offendit, omnia obliuiſcens quæ Deo promiſerat & nuntijs Regis Babyloniæ theſauros ſuos maxima cum ſuperbia oſtentauit, atque in ea re grauiſsime Deum offendit. ſicut aperte ſatis conſtitit ex eius ſeueriſsima punitione, qua à Domino punitus eſt, propterea quod videretur ſalute quam ipſi Deus in infirmitate conceſſerat, contra Deum pugnare, propter tam celerem in vitia relapſum. Quamobrem inter cætera beneficia quæ à Deo petere ſolemus, hoc vnum poſtulemus, vt ſimus ſemper ipſi grati, & in bonis cęptis perſeueremus, neq amplius Deum offendamus. G H

*1. Re. 24.*

*Parũ perſeueramus in ſanctis inſtitutis.*

*Iſa. 38.*

*2. Par. 32.*

*Perſeuerãtia donum Dei.*

*Relabimur ſæpe quod non penitus cõuertamur & ex toto corde.*

*Gal. 3.*

*Animæ.*

Si vere atq; ex animo nos ad Deum conuerteremus, non ita facile in peccata relaberemur. Si veram pacem cum proximo iniremus, non ſtatim eandem læderemus. In ſimilem inconſtantiam Galatæ videbantur incidiſſe, quandoquidem Apoſt. tam grauiter eos obiurgauit dicens: ò inſenſati Galatæ, quis vos faſcinauit, non obedire veritati? Et addit deinde, ſic ſtulti eſtis, vt cum ſpiritu cæperitis, nunc carne conſumemini? Sane in hoc ſyncerum vinum à prauo differt, quod illud quo magis minuitur, eo deli-



A delicatius ſit & prætioſius, hoc vero cõtra facit: ſic conſtans animus in dies fit conſtantior in virtute at vero inconſtans fit infirmior. O ſi perinde ac laborant & diligentes ſunt mali in vitijs, pari ſtudio virtuti incumberent, ſane admirabiles in virtute progreſſus facerent. Quis enim non videt quam altas cupiditatis radices vir auarus in animo ſuo iaciat? Quantopere etiam concubinarius concubinæ adhæreat? vſurarius prauis contractibus? Sane nullum eſt caſtellum adeo inexpugnabile vt iſti ſunt? De quibus Hiere: ait, indurauerunt facies ſuas ſupra Petram, & noluerunt reuerti. Porro differentiam aſsignat Chriſtus apud Mat. inter ſapientem & inſipientem, dicens: omnis qui audit verba hæc, & facit ea, aſsimilabitur viro ſapienti, qui ædificauit domum ſuam ſupra Petram, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina, & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam, & non cecidit: fundata enim erat ſupra Petram: & omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea, ſimilis erit viro ſtulto, qui ædificauit domum ſuam ſuper arenam, & deſcendit pluuia, & venerunt flumina & flauerunt venti, & fuit ruina eius magna. Non igitur ſimus tanquam frondes arborum, quæ facile ſtatim ad quemcunq; ventum mouentur: C quin potius conſtantes permaneamus ſemper in virtute, quamuis multæ ac magnæ ſeſe nobis offerant cõtradictiones. Sic enim faciebat Apoſ. qui dicebat, maledicimur, & benedicimus, perſecutionem patimur, & ſuſtinemus, blaſphemamur, & obſecramus.

*Mali deteriores quotidie fiũt.*

*Hiere. 5.*

*Matt. 7.* B

*Inconſtantes quibus cõparẽtur.*

*Diſsimile*

*1. Cor. 4.*

Felices plane ſunt illi qui in virtute conſtantes ſunt: non enim abs re dixit Chriſtus dominus noſter, qui perſeuerauerit vſq; in finem, hic ſaluus erit. Perſeuerantia quidem in virtute eſt donum Dei optimi maximi, & aliquando illud concedit in præmium aliarum virtutum. Vnde Samuel dicebat Hebræis: ſi timueritis dominum, & ſeruieritis ei, & audieritis vocem eius, eritis vos & rex qui imperat vobis, ſequentes dominum Deum veſtrum, id eſt D perſeuerabitis in virtute. Sic etiam contra fieri videmus, vt propter peccata quæ homo committit, reddatur inconſtans. Vnde Hierem ait: peccatum peccauit Hieruſalem, propterea inſtabilis facta eſt. Et regius quidem vates de bono viro ait, quod erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus decurſus aquarum: De impijs vero ait, non ſic impij, non ſic, ſed tãquam puluis &c.

*Mat. 10.*

*1. Reg. 12.*

*Incõſtãtia ſæpe Dei punitio eſt.*

*Thre. 1.*

*Pſalm. 1.*

## APPENDIX.

ANgelus autem Domini ſecundum tempus. Non erat tempus determinatum, non enim vult Deus, vt ſciamus quanto tempore dura-

*Patientiā i[n] lab[or]ibus quemodo Deus præmiet.* — *Simile.* — *Deus ſemper paratus eſt vt nobis ignoſcat.* — *Similitu.* — *Magna eſt cæcitas noſtra.* — Pſal. 143. — Pro. 13.

duraturi ſint noſtri labores, vt maius adquiramus meritum: & E
enim ſi proponimus apud nos eos firmiter propter Deum tolerare toto vitæ noſtræ tempore, & iam craſtino die, eos nobis aufert, profecto non fraudabimur noſtro præmio. Vide obſecro quanta inueniat Deus, vt merita noſtra cumulet.

*Vis ſanus fieri?* Quemadmodum vt pacem inter aliquos componamus, ambarum partium conſenſum requirere debemus: ſic vtique vt pax concilietur inter Deum & hominem, opus eſt vtriuſque partis conſenſu. Porro Deus conſenſum ſuum nobis liberaliter exhibet quamuis offenſus ſit, noſter vero conſenſus F
difficile extorqueri poteſt. Cum igitur Deus ex ſe iam paratus ſit ad ignoſcendum, idcirco quærit peccatoris conſenſum, dicẽs: vis ſanus fieri? Ego enim iam paratus ſum ad ſanandum te. O nos miſerabiles, qui talem interrogationem negligamus! Et certe videmus quod ſi quis iam propemodum aqua ſubmergatur & ſuffocetur, firmiſsime quidem apprehendit quidquid in manus venit, nec eſt qui ei poſsit eripere, citius ei manum præſcinderet, quod facit vt corporis vitam ſeruet: & tu pro æterna vita comparanda, detrectas Deo vocanti conſentire, & pacem cum eo inire, cum tamen te inuitet dicens, vis ſanus fieri? Non equidem ita ſe gerebat Dauid, qui dicebat: mitte manum G
tuam de alto: eripe me, & liberame de aquis multis. Dicit vir malus ſe velle quidem ſalutem conſequi, veruntamen, non vult adhibere media ad id neceſſaria. De talibus quidem ait Sap. vult, & non vult piger. Vellet abſque vllo labore æterna ſibi bona comparare.

## SABBATHO POST I. DOMIN. QVADRAG

## CONCIO PRIMA. H

*D. Hiero. in Matt. 17. l. 3. to. 9.* — *Luc. 9.*

ASSumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum & Ioannẽ fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum. Mat. 17. Mar. 9. Luc. 9. Dicit Matthæus in primis ſtatim huius ca. verbis quę præcedunt hoc Euangelium, quod poſt dies ſex aſſumpſit &c. Vt ſcilicet impleret quod in fine dixerat in vltimis verbis præcedentis capitis. Sed quærit D. Hiero. quomodo poſt dies ſex aſſumpſerit eos, cum Luc. Euangeliſta octonarium numerum ponat? Facilis ſane eſt reſponſio, quia hic medij ponuntur dies, ibi primus additur & extremus: nõ enim dicitur, poſt



*Inno. 3. in præſenti ſerm.* — *Mar. 5. Luc. 8. Luc. 22.* — *D. Tho. 3. p. q. 45. a. 1. in cor.* — *Simile.* — *Ioann. 14* — *Luc. 24.* — *Acto. 14.* — *Phil. 3.* — *Beda in Matth.* — *Chry. in Matt. ho. 57. to. 2.* — *Matt. 20.*

A poſt dies octo aſſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem, ſed die octauo. Idẽ ait D. Aug. li. 3. de doc. Chryſ. c. 35. to. 3. & li. 2. de conſen. euang. c. 65. to. 4. quoniam fidelis eſt dominus in promiſſo, ideo quod promiſit adimpleuit. Promiſerat enim, ait Inn. Apoſtolis dicens, ſunt quidam de hic ſtantibus, qui non guſtabũt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno ſuo, id eſt in ea claritate, in qua peracto iudicio apparebit in regno: Sed ecce promiſſum impleuit, quia poſt ſex dies aſſumpſit Petrũ, & Iacobum, & Ioannem, & transfiguratus eſt ante eos:

B Elegit Chriſtus hos tres diſcipulos, vt viderent eum ſuſcitãtem filiam Archiſynagogi, & eoſdẽ aſſumpſit ſegregatos ab alijs vt intuerentur eum tranſfiguratum in tanta gloria & maieſtate: quoniam etiam eoſdem tanquam teſtes ſegregare decreuerat, cum poſtea in magna poſitus agonia oraret patrem in horto, ne videntes tunc afflictionem maximam ſui magiſtri & redemptoris, à fide deficerent, atq; virtuti illius diffiderent, quem antea tot mirabilia feciſſe vidiſſent Quare hodie in mõte Thabor his tribus diſcipulis arma dedit, quibus in horto multum eguerunt.

Dominus diſcipulos ſuos prænunciata ſua paſsione induxerat C
eos ad ſuæ paſsionis ſequelam, ait D. Tho. oportet autẽ ad hoc quod aliquis directe procedat in via, quod finem aliqualiter præcognoſcat: ſicut ſagittator nõ recte iaciet ſagittam, niſi prius ſignum proſpexerit in quod iaciendum eſt. Vnde & Thomas dixit, Dñe neſcimus quo vadis, & quomodo poſſumus viã ſcire? Et hoc præcipue neceſſarium eſt quãdo via eſt difficilis, & aſpera, & iter laborioſum, finis vero iucundus. Chriſtus autem per ſuam paſsionẽ ad hoc peruenit, vt gloriã obtineret non ſolũ animæ, quã habuit a principio ſuæ cõceptionis, ſed etiã corporis, ſecundũ illud hæc oportuit Chriſtũ pati, & ita intrare in gloriã ſuã; ad quã etiã D
perducit eos qui veſtigia ſuæ paſsionis ſequũtur, iuxta illud; per multas tribulationes oportet nos intrare in regnũ cælorum, & ideo conueniens fuit vt diſcipulis ſuis gloriam ſuæ claritatis oſtenderet, quod eſt ipſum tranſfigurari, cui ſuos configurabit, iuxta illud Apoſt. reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratũ corpori claritatis ſuæ. Vnde & Beda dicit: pia prouiſione factum eſt, vt contemplatione ſemper manentis gaudij ad breue tempus delibata, fortius aduerſa tolerarent.

Percontatur Chryſoſ. quamobrem hos accepit? Et reſpondet, quia excellẽtiores cæteris videlicet erant: & Petrus quidem, quia valde Chriſtum diligeret, idcirco pręſtabat: Ioannes vero quia nimium diligebatur, & Iacobus à reſponſo quod dedit cum

cum fratre, interrogatus, dicens: poſſumus hunc biberẽ calicem: E
ab operibus etiam ipſis, quia perfecit quod dixerat & quia ſic
*Act. 12.* acer atq; grauis Iudæis erat, vt magnum munus eis obtuliſſe cũ
eũ interfecerit, Herodes viſus ſit. Cur autem non illico, ſed poſt
*Occaſiones* dies ſex hoc fecit? Ne cæteri ſcilicet diſcipuli ceu homines moue
*noxias de* rentur: qua de re nec eos nominauit, quos accepturus erat, ne au
*clinemus.* dientes alij ardore ſequendi vexarentur: deſideraſſent enim exẽ
plum futuræ gloriæ videre, doluiſſent etiam forſan tanquam ne
glecti.

Non expediebat autem quod Iudas videret hanc transfigura- F
*Iſa. 26.* tionem, iuxta illud Iſa. tollatur impius, ne videat gloriam Dei.
Si Iudas hanc gloriam vidiſſet, forte ſecretum vt oportebat non
ſeruaſſet, & hoc etiam ei maius ſupplicium & pœnam attuliſſet,
cum ſe damnatum videret, & gloriam meminiſſet quam vidit cũ
*Prouidẽ-* Chriſtus transfiguratus eſt in monte. Et ſic Chriſtus miſericordi
*tia Dei* ter cum eo agit, celando gloriam, qua frui non debebat. Si autem
*ineffabilis* alios vndecim ſecum in montem duxiſſet, relicto ſolo Iuda in cõ
ualle, fuiſſet ſcandalum notabile Iudæ.

Quemadmodum mercatores quas merces diſtrahere cupiunt,
*Simile.* aliqua ſaltem ex parte emptorum oculis ſpectandas proponunt, G
etſi res patitur, etiam prægustandas, vt earum aſpectu, pariter &
guſtu illecti, pretium quod exigitur tradere non morentur: ita
cælorum dominus, qui regnum ſuum, æternamq; fælicitatem ve
nalem habet, eam prius electis ſuis in hac vita aliqua ſaltem ex
parte prægustãdam offert, vt ea ineſcati, laboris pretium quod
*Boni iam* pro ea exigitur reddere non detrectent. Hoc enim conſilio domi
*ex hac vi* nus has hodie diſcipulis delicias apparauit, vt earum ineffabilis
*ta viden-* ſuauitas, eos ad mundi contemptum incitaret quemadmodum
*tur incipe* qui ad explorandam promiſſam a deo terram Chananæorum miſ
*re cæleſtẽ* ſi ſunt, ex fructibus eius terræ, inſignis magnitudinis botrum, H
*gloriã de* quem duo homines ligno impoſitum circumferebant, & ſimiles
*guſtare.* alios fructus attulerunt, vt eo indicio magnam eius fertilitatem
*Simile.* Iudæi agnoſcerent: ita dominus hanc cæleſtis gloriæ portionem,
*Num. 13.* quæ de fulgentiſsimæ ſuæ humanitatis aſpectu proceſsit, diſcipu
lis hodie propoſuit, vt hoc argumento qualis eſſet illius immen-
*D. Tho. 3.* ſæ & increatę pulchritudinis conſpectus demonſtraret:
*p. q. 4. ar.* *Et reſplenduit facies eius ſicut ſol.* Claritas illa ait S. Thom. quam
*2. in cor.* Chriſtus habuit in tranſfiguratione fuit claritas gloriæ quantum
*Aug. in* ad eſſentiam, non tamen quantum ad modum eſſendi: claritas
*epiſt. ad* enim corporis glorioſi deriuatur ab animæ claritate vt ait Aug.
*dioſcorũ:* & ſimiliter claritas corporis Chriſti in trãſfiguratione deriuata
eſt



A eſt a diuinitate ipſius, vt Damaſcenus ait, & a gloria animæ eius.
Quod enim a principio conceptionis Chriſti gloria animæ nõ re *Miraculo*
dũdarit ad corpus ex quadam diſpenſatione diuina factum eſt, *ſæ res quod*
vt in corpore paſsibili noſtræ redemptionis expleret myſteria: nõ *Chriſtus*
tamen per hoc adempta eſt Chriſto poteſtas deriuandi gloriam *ambularet*
animæ ad corpus. Et hoc quidem fecit quantum ad gloriæ clari- *ſuper a-*
tatem in tranſfiguratione, aliter tamen quam in corpore glorifi- *quas, &*
cato: nam ad corpus glorificatum redundat claritas ab anima, *trãſfigura*
ſicut qualitas quædam permanens, corpus afficiens: vnde fulge- *retur ita*
re corporaliter non erit miraculoſum in corpore glorioſo. Sed *vt ſplen-*
B ad corpus Chriſti in tranſfiguratione, deriuata eſt claritas a diui *deret eius*
nitate & anima eius, non per modum qualitatis immanentis, & *vultus &*
afficientis ipſum corpus, ſed magis per modum paſsionis trãſeũ *veſtis, &*
tis, ſicut cum aer illuminatur à ſole. Vnde ille fulgor illic in cor *quod naſ-*
pore Chriſti apparens, miraculoſus fuit: ſicut & hoc ipſum quod *ceretur de*
ambulauit ſuper vndas maris. Vnde Diony. dicit, ſuper hominem *virgine.*
operabatur Chriſtus ea quæ ſunt hominis, & hoc monſtrat virgo *D. Dio. in*
ſuper naturaliter concipiens, & aqua inſtabilis materialium & *epiſt 4. ad*
terrenorum pedum ſuſtinens grauitatem. Vnde non eſt dicendũ *Caium.*
C ſicut Hugo De S. Vic. dicit quod Chriſtus aſſumpſit quatuor do- *Hu. de ſ.*
tes, claritatis in tranſfiguratione, agilitatis ambulando ſuper ma *vic.*
re, ſubtilitatis egrediendo de clauſo vtero virginis: & impaſsibili
tatis in cæna, quando dedit corpus ſuum ad edendum, ſine hoc
quod diuideretur: quia dos nominat quandam qualitatem imma
nentem corpori glorioſo, ſed miraculoſe habuit ea quæ pertinẽt
ad dotes: & eſt ſimile quantum ad animam, de viſione qua Pau. *2. Cor. 12.*
vidit Deum in raptu.

*Et apparuerunt illis Moyſes & Elias.* Quærit Chryſoſ. cuius rei gra *Chry. in*
tia Moyſen & Eliam produxit? & ait, multas dicere quis cauſas *Mat. ho.*
poſſet, & primum quoniam turbæ alij Eliam, alij Hieremiam, alij *57. to. 2.*
D priſcorum Prophetarum vnum opinabantur, idcirco Moyſen & *Mat. 16.*
Eliam cæterorum Prophetarum vertices produxit, vt quam ma-
gnum ſit inter ſeruos & Dominum diſcrimen, oculis cernerent:
vtq; recte laudatum crederent Petrum, qui filium Dei confeſſus *Moyſes &*
eſt ac deinde quoniam aſsidue tãquam tranſgreſſorem legis. Iu- *Elias cur*
dæi accuſabant, & blaſphemare putabant, quaſi gloriam patris *apparue-*
nil ad eum pertinentem vendicaret. Dicebant enim, hic non eſt *runt.*
a deo, quia Sabbathum non ſeruat. Et rurſum, de bono opere nõ
lapidamus te, ſed cum ſis homo, Deum te facis: vt ergo ipſa re *Ioan. 9.*
monſtretur, quia ex iniuria hæc criminabantur, & quia neutri *Ioan. 10.*
horum criminum ſubijceretur, nec legis præuaricator eſſet, nec
alienam

alienam gloriam ſibi ac quireret, æqualem ſe patri faciendo, eos E
produxit in medium, quorum alteruter in alterutra iſtarum rerũ
perfulſit: Moyſi enim legem dedit, quare nõ fuiſſet paſſus Moyſes
conculcari legem, vt Iudæi credebant, nec præuaricatorem eius,
& legum latoris hoſtẽ, lator ipſe vnquam coluiſſet. Elias autem
pro gloria Dei zelauit, quare non aſtitiſſet ei, qui ſe æqualem pa
tri dicebat, ſi non eſſet: nec paruiſſet illi qui ſibi quod non habe-
bat vendicaret. Ad hæc omnia illud etiam poſſumus dicere, vt
tam mortis quam vitæ habere poteſtatem liquido & vere crede-
retur, vtq; ſupernorum & infernorum dominus oſtenderetur, id F
circo Moyſen iam mortuum & Eliam qui nondum id paſſus eſt
in medium produxit. Quartam vero cauſam euangeliſta quoq;
ipſe tetigit. Quænam igitur illa eſt? vt crucis gloriam oſtendat, &
tam Petrum quam reliquos qui paſsionem formidabant, conſola
retur, & ad ſublimius erigeret: non enim tacebant, inquit, ſed lo-
quebantur de gloria quam completurus erat in Hieruſalem, de
cruce videlicet ipſa & paſsione, ſic enim ipſam ſemper appella-
bant. Accedit ad hæc omnia virtus quoq; virorum ſingularis
atq; præclara, quam maxime à diſcipulis flagitabat. Nam quoniã
dixit, ſi quis vult poſt me venire, tollat crucem ſuam, & ſequatur
me: hac de cauſa eos qui centies pro præceptorum cuſtodia, G
& populi qui ſibi creditus fuerat, mortem ſuſcepiſſent, in mediũ
producit.

*Oſtendit Chriſtus ſe non eſſe blaſphemũ, nec legis tranſgreſſorem. 3. Reg. 19*

*Chriſtus dominus viuorũ & mortuorũ*

*Luc. 9.*

*Mat. 16.*

Chriſtus transfigurari voluit, ait D. Thom. vt gloriam ſuam ho
minibus oſtenderet, & ad eam deſiderandam homines prouoca-
ret, ſicut ſupradictum eſt. Ad gloriam autem æternę beatitudinis
adducuntur homines per Chriſtum, non ſolum qui poſt eum fue
runt, ſed etiam qui eum præceſſerunt. Vnde eo ad paſsionem pro
perante, tam turbæ quę præcedebant, quam quæ ſequebantur, ei
clamabant, Oſanna, quaſi ſalutem abeo petentes. Et ideo conue H
niens fuit vt de præcedentibus ipſum teſtes adeſſent ſcilicet Mo
ſes & Elias, & de ſequentibus ipſum, ſcilicet Petrus & Iacobus, &
Ioannes, vt in ore duorum vel trium teſtium ſtaret hoc verbum.

*D. Tho. 3. p. q. 45. a. 3. in cor.*

*Matt. 21.*

*Mat. 12.*

Non eſt porro intelligendum quaſi anima Moyſi ſuum corpus
reſumpſerit, ait Tho. Sed quod anima eius apparuit per aliquod
corpus aſſumptũ, ſicut angeli apparẽt. Elias autẽ apparuit in pro
prio corpore, non quidem de cælo empyreo allato, ſed de aliquo
eminenti loco, in quo fuerat in curru igneo raptus.

*D. Tho. 3. p. q. 45. a. 3. ad. 2.*

Scribis quidem & Phariſæis tentantibus ſe, & de cælo ſigna pe-
tentibus, dare noluit, ait Hie: Sed prauam poſtulationẽ confuta-
uit reſpõſione prudenti, hic vero vt Apoſtolorum augeat fidem,
dat

*Hiero. in Mat. 17. li. 3. to. 9.*



A dat ſignum de cælo, Elia inde deſcendente quo conſcenderat, &
Moyſe ab inferis reſurgente: quod Achaz per Iſa. præcipitur vt
petat ſibi ſignũ in excelſo, aut de inferno: nam quod dictum eſt,
apparuit illis Moyſes & Elias cũ eo loquentes, & in alio refertur
Euangelio nunciaſſe ei quæ Hieroſolymis paſſurus eſſet, lex oſtẽ
ditur & Prophetæ, qui & paſsionem Domini & reſurrectionem
crebris vocibus nuntiarunt.

*4. Reg. 2.*

*Iſa. 7.*

*Luc. 9.*

Quia mirum erat & mirabile quod demonſtrabat, ait Innoc.
vt firmius crederetur, voluit illud triplici teſtimonio compro-
B bare, de cælo ſcilicet & de terra, & de paradiſo & de inferno,
a deo & homine, a viuis & mortuis: per præteritos & præſentes,
per legem & prophetas, quoniam apparuerunt eis Moyſes &
Elias cum eo loquentes. Diſcipuli autem in monte fuerunt te-
ſtes veritatis in terra: Moyſes de inferno, quia nondum Chriſtus
eduxerat vinctos ſuos de lacu, in quo non erat aqua: Elias de pa
radiſo, in quo cum Enoch vſq; ad tribulationem vltimam futu-
ram per Antichriſtum creditur permanſurus.

*Inno. 3. in ſer. Sabbathi iſtius.*

*Multis teſtibus comprobat Chriſtus ſuã diuinitatem.*

*Zacha. 9.*

Quemadmodum ſol nubem radijs atque fulgori ſuo obie-
ctam, inſtar ipſius ſolis ſplendidiſsimam atque lucidiſsimam red
C dit: ita anima glorioſa vbi corpori ſuo coniuncta fuerit, ipſum
quoque mirabile ſpecie fulgidum atque ſplendidum efficiet. Cæ-
terum nec ſola Chriſti gloria diſcipulorum oculos oblectauit,
ſed etiam Eliæ atque Moyſi qui ſimul cum Domino viſi ſunt in
maieſtate, hoc eſt mirabili gloria & claritate perfuſi. Sicut enim
non licebat ſacco indutum ante regis Aſſueri conſpectum aliquẽ
apparere, ita non decuit ante faciem regis æterni ſeruos eius niſi
ſplendido atq; fulgenti habitu conſpici.

*Simile.*

*Simile.*

*Eſther 4.*

Dicebant, vt ſcribit Luc. exceſſum quem completurus erat
in Hieruſalem. Quid igitur, hæccine ſunt ſublimia obſecro
D illa & læta colloquia, quæ huic tantæ ſolemnitati conueniebant?
hæc ſermonis materia inter tot gaudia miſcenda erat? hęc pla-
ne: non enim hæc iudicio Petri qui terrena ſapit, ſed iudicio
Chriſti qui terrena contemnit, examinanda ſunt. In cuius conſpe-
ctu nil dignius aut ſublimius, quam propter Dei gloriam a-
cerbiſsima ſupplicia atque dedecora perpeti. Ex quo plane
intelligimus materiam ſermonis nil ab huius feſti dignitate ab
horruiſſe. Quid quęſo iucundius captiuo, quam de redemptio
ne ſua, quid gratius exuli, quã de reditu in patriã agere? cũ ergo &
Moyſes & Elias, cęleſti patria tamdiu exularent, quam tantopere
deſiderabant, quæ illis loquendi materia dulcior aut iucundior,
quã de morte ſummi illius ſacerdotis diſſerere, per quã exulibus
reditus

*Luc. 9.*

*Pati ignominias propter Deũ glorioſum eſt*

*Simile.*

*Cur in tãto feſto ageretur de paßione.*

reditus in patriam concedebatur? Domino vero ſaluatori quę materia loquendi gratior, quam de ſalute & redemptione mundi tractare, cuius tam magno deſiderio tenebatur, vt diceret, baptiſmo habeo baptizari, & quomodo coarctor vſq; dum perficiatur? E

*Luc. 12.*

*D. Chryſ. in Matth. ho. 57. to. 2.* *Domine, bonum eſt nos hic eſſe.* Quoniam audiuit Petrus, ait Chry. iturum ad Hieroſolymam vt pateretur, propitius quidem eſto tibi ſemel increpatus, non amplius hoc audet dicere: ſed quoniã adhuc pauore tenebatur, idẽ alijs verbis occultius ſuggerit: nã cum montem & ſolitudinem viderit, tutum ſe à loco putauit fore: quare volebat ibi ſe perpetuo manere, quocirca & tabernaculorum recordatus eſt. Cogitabat enim ſi non aſcẽderet in Hieroſolymam, non moriturum Chriſtum, quia ibi audiuit ſcribas eum aggreſſuros. Hæc cum dicere non auderet aperte, occultius aſtruit dicens: bonum eſt nos hic eſſe, vbi Moyſes & Elias quoq; adſunt. Elias qui de cælo fecit ignẽ deſcẽdere, Moyſes qui ingreſſus in caliginem cum Deo collocutus eſt. Præterea nullus ſciet nos hic eſſe. Vides quanto Chriſti ardore incendebatur? Non enim quærere debes quam prudenter hortabatur, ſed quam feruens charitate Chriſti, quamq; inflammatus eſſet. Nam quod nõ pro ſe tantum quantum pro Chriſto timeret, quando mortem & inſidias Chriſtus prędicabat, ipſum audias dicentem, animã meã pro te ponam: Item etſi oportuerit me tecum mori, non te negabo. Vnde factum eſt vt in medio periculo conſtitutus, tam ingenti caterua circumfuſus, non modo non fugerit, verum etiam gladio arrepto ſacerdotis ſerui aurem abſciderit: non itaq; pro ſe, ſed pro magiſtro expaueſcebat. Deinde quoniam bonum eſt nos hic eſſe, enunciauit, timens ne iterum increparetur, emendauit ſeipſum dicens, ſi vis, faciamus hic tria tabernacula.

*Mat. 16.* F *4. Reg. 1.* *Exod. 19.* *Petrus feruenter Chriſtum amabat.* G *Mat. 26.* *Ioan. 18.*

*Si vis, faciamus hic tria tabernacula.* Super hęc verba, ait Hieron. Erras Petre, ſicut & alius Euangeliſta teſtatur, neſcis quid dicas: noli tria tabernacula quęrere, cum vnum ſit tabernaculum euangelij, in quo lex & prophetę recapitulanda ſunt. Si autem quæris tria tabernacula, nequaquam ſeruos cum Domino conferas: ſed fac tria tabernacula, imo vnum, patri, & filio, & ſpiritui ſancto, vt quorum eſt vna diuinitas, vnum ſit & in pectore tuo tabernaculum. H

*Hiero. li. 3. in Ma. 17: to. 9.*

Petrus viſa Domini maieſtate, ait Anſel. repente cunctorum quę nouerat terrenorum obliuiſcitur, & ſolis his quę videbat cupit adhęrere, ibiq; cum Ieſu optat habitare. Cum Elias propheta Dei gloriam & maieſtatem coram ſe pretereuntem vidit, pallio

*Anſel. in enar. euã.*

ſuo



A ſuo oculos texit, nam mox vt quis Dei fruitur delicijs, omnibus terrenis oculos claudit: ideo propheta dicebat: quid mihi eſt in cælo, & a te quid volui ſuper terram?

*3. Reg. 19.* *Pſal. 72.*

Tu vero Petre vbi nam eris? vbi nã erit Iacobus & Ioannes ſocij & comites tui? quod ſi inquis quod eritis cum Chriſto, quæro nunc vbi erit frater tuus Andræas? Cur eius non recordaris? Quãtum malũ inuehat proſpera fortuna, aduertite. Diuus Andræas adduxit Petrũ in veram Dei cognitionẽ, vt D. Ioan. in ſuo ſcribit Euãg. & Andręas introduxit Petrum in palatium, eũq; coram rege ſtatuit, nunc vero cũ ſe Petrus regi acceptum vidit, & in dignitate ac honore cõſtitutum, iã penitus obliuiſcitur eius, qui eũ in tantã euexit amplitudinẽ, & gratiam regis. Quotidianũ eſt certe hoc malum. Ioſeph quidem pincernæ Pharaonis dixit, memento mei dum bene tibi fuerit: nam probe norat Ioſeph ſecundam & proſperã fortunam homines in obliuionem aliorũ inducere, ac proinde dixit vt tẽpore proſpero eius memoriã cordi infixam haberet: ideo etiam dñs cũ promitteret vrbes quas Iſrael nõ ædificauit, dixit vt ſcribitur in Deut. caue tibi, ne obliuiſcaris domini Dei tui. Summe debet in hoc laborare ſeruus Dei, vt cum ditior

*Aliqui in proſperitate amicos obliuiſcuntur.* B *Ioan. 1.* *Gene. 40.* *Honores ſæpe mutãt mores.* *Deut. 6.*

C fuerit, tunc plus Dei ſui qui omnia contulit recordetur. Olim quidẽ Daniel præpoſitus a rege Nabuchodonoſor, recordatus eſt ſociorũ, vt etiam ipſi eſſent principes ſuper prouincias. Si Petrus, ait Inno. vidẽs glorificatam humanitatẽ tanto afficitur gaudio, vt nunquã velit ab eius intuitu ſeparari: quid de illis putandũ eſt, qui diuinitatem glorificantẽ aſpiciunt, quanto cũ gaudio illi deſiderent inhærere? nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcendit, quæ pręparauit Deus diligentibus ſe. Quemadmodũ qui in profundiſsimo aliquo ſomno velut ebrius iacet, nil audit, nil videt, etſi ab aliquo importunis vocibus excitetur, grauiter indignatur, nec animũ aduertit ad ea quæ illi dicuntur, ne

*Dani. 2.* *Innoc. in ſer. huius Sabbathi.* *1. Cor. 2.* *Simile.*

D ab illa ſoporis voluptate abducatur: ita plane Petrus adeo huius admirandæ voluptatis ſopore cõpreſſus erat, vt nil aliud niſi ea frui, ſeq; totũ illi tradere deſideraret. Quid diceret ſi millia milliũ, & decies centena millia beatarũ mentiũ ante Dei thronũ aſsiſtentia cerneret? equidẽ in hoc mõte nil aliud quam de paſsione Dñi, de cruce, de clauis, flagellis & opprobrijs ſermonẽ haberi audiuit. Loquebantur enim vates ſancti exceſſum Dñi, quẽ cõpleturus erat in Hieruſalẽ. Quid ergo feciſſet Petr⁹, ſi fauſtiſsimas illas voces audiuiſſet, quas Euãgeliſta Ioãnes in Apo. ſe audiuiſſe, teſtatur? Benedictio, & claritas, & ſapientia, & gratiarum actio, honor, virtus, et fortitudo Deo noſtro in ſecula ſeculorũ amen.

*Dani. 7.* *Luc. 9.* *Apo. 7.*

Rr Et

Et quidem hanc ipſam dñi ſaluatoris faciẽ in terreno monte vi- E
*Pſal.* 67. dit, qui ſpinas & tribulos proferebat: nec dũ enim Petrus montẽ
illũ pinguẽ & coagulatũ, in quo beneplacitũ eſt Deo habitare in
eo, viderat, nec cæleſtes illas ſedes & magnifica palatica: nõdũ flu
men illũ ſplẽdidũ tanquam Chryſtallum: non vitæ arborẽ iuxta ri
*Apo.* 22. pas eius plãtatã, & ſalutarem fructum ſingulis menſibus ad ferẽ
*Apo.* 21. tem: non ciuitatem illam, quæ tota aurum mundum eſt, ſimile vi
tro mundo: non deniq; duodecim illas partes ex ſingulis marga
ritis factas aſpexerat.

*Leo Pa. ho. de trãs figu. dom.* Nonne euidenter auditũ eſt, ait Leo papa, hic eſt filius meus di F
lectus? cui ex me, & mecũ eſſe ſine tẽpore eſt, quia nec genitor ge
nito prior, nec genitus eſt genitore poſterior. Hic eſt filius dilect⁹
quẽ à me nõ ſeparat deitas, nõ diuidit poteſtas, nõ diſcernit æter
nitas. Hic eſt filius meus non adoptiuus, ſed proprius, nõ aliunde
*Ioann.* 1. creatus, ſed ex me genitus, nec de alia natura mihi factus cõpara
*Ioann.* 5. bilis, ſed de mea eſſentia mihi natus ęqualis. Hic eſt filius meus,
per quẽ omnia facta ſunt, & ſine quo factũ eſt nil: qui omnia quæ
facio, ſimiliter facit, & quidquid operor, inſeparabiliter mecum
atq; indifferẽter operatur. In patre enim eſt filius, & in filio pa-
ter, nec vnquã vnitas noſtra diuiditur: & cum alius ego ſim qui
genui, alius ille quem genui, nec aliud tamẽ de illo vobis cogita- G
*Phil.* 2. re fas eſt, quã de me ſentire poſsibile eſt. Hic eſt filius meus, qui
eam quam mecum habet æqualitatem, non rapina appetijt, nec
vſurpatione præſumpſit.

*Hebr.* 7. *Ipſum audite.* Non audiatis Moyſen, quia tranſlato ſacerdotio
neceſſe eſt vt legis tranſlatio fiat: nõ audiatis mundum, qui docet
diuitias & honores appetere: ipſum audite qui præcipit cõtẽptũ
*Mat.* 16. diuitiarũ dicens: quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundũ lucre
tur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur? non audiatis mun
dum qui præcipit dignitates & honores optandos, ipſum audi-
*Mat.* 18. te qui ait, niſi quis humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte, non intra- H
bit in regnũ cælorũ. Nõ audiatis mundũ qui dicit vobis vt vindi-
*Matt.* 5. ctã appetatis, ſed ipſum audite qui ait, diligite inimicos veſtros:
Sinite falſas priſcorum expoſitiones, qui aiunt, diliges amicum
tuum, & odio habebis inimicum tuũ, & ipſum audite qui ait: ego
autem dico vobis, diligite inimicos veſtros. Ipſum audite deniq;
quia Deus eſt, & doctrina eius non eſt huius ſeculi, ſed ex cælo.

*Ipſum audite.* In his verbis reſoluit totã legẽ euangelicã, eãq; in
Chriſti ore conſtituit qui eſt eius filius vnigenitus: Oſtẽderat De⁹
Chriſtũ per fulgorẽ corporis eius magnæ eſſe autoritatis, ideo
reſtabat quod obediretur ei. Sic fecit Deus cũ Moſe: nam nõ vo-
luit



A luit per ſe dare populo omnia præcepta legis ſed pauca, cętera ve
ro per Moſen. Vt autẽ populus crederet Moſi, voluit eum facere *Exod.* 19.
magnæ autoritatis, & ad hoc locutus eſt cum eo audiẽte populo *Cur tã ſæ*
vniuerſo, & ex tũc crediderũt quidquid Moſes diceret: ita Chri- *pe Deus*
ſtus corã diſcipulis accepit autoritatẽ magnã, & poſtea dictũ eſt, *loqueretur*
ipſum audite: ac ſi diceret, iã non eſt opus quod ego loquar vo- *cũ Moyſe*
bis dãdo præcepta, ſed quidquid iſte dixerit, tenete aurib⁹ cordis *Simile.*
& corporis, ei obediẽdo. Si ergo grauiter peccauerunt q Moyſen
ſeruũ Dei nõ audierũt, q̃ enormiter peccabũt qui vnigenito Dei
B filio nõ obtẽperabũt? Certe ſi illũ miſericorditer nũc vocãtẽ non
audieris, audies poſtea in iudiciũ veniẽtẽ, & pœnas de te ſumẽtẽ.

*Et audiẽtes diſcipuli, ceciderũt in faciẽ ſuã, & timuerũt valde.* Tripli- *Hiero. in*
cem ob cauſam pauore terrẽtur, ait Hiero. Vel quia ſe errare co- *Mat.* 17.
gnouerãt, vel quia nubes lucida operuerat eos, aut quia Dei pa- *li.* 3. *to.* 9.
tris vocẽ loquẽtis audierãt: quia humana fragilitas conſpectum
maioris gloriæ ferre non ſuſtinet, ac toto animo & corpore cõtre
miſcẽs, ad terrã cadit: quãto quis ampliora quæſierit, tãto magis
ad inferiora collabitur, ſi ignorauerit mẽſurã ſuam. Dic mihi nũc *Noſtram*
& tu, ſi diſcipuli Chriſti tã iuſti & perfecti, tãtũ timuerũt vidẽtes *fragilita*
C Chriſtũ in nube cũ maieſtate, et audiẽtes vocem patris tã glorio *tẽ cognoſ-*
ſam, & tã dulciter reſonãtẽ, nec de pœnis cõminantẽ, quanto ma *camus.*
gis timebunt & terrore concutientur reprobi in die iudicij? quã *Simile.*
doquidem audient illã horrẽdã vocem dicentem, ite maledicti. *Iudiciũ ex*
Quid inquam facient, cum videbunt Chriſtũ venientẽ in nube cũ *tremũ hor*
poteſtate magna & maieſtate? Rogo vos fratres, ſi tantũ timoris *rendum.*
incuſsit amabilis hæc vox Dei monentis, quid faciet terror iudi- *Mat.* 25.
cantis? Si tantum terret cum hortatur ad ſeruãdam legem, quid *Lu. Gra.*
faciet cum rationem exiget neglectæ legis?

*Ceciderunt in faciem ſuam.* Boni cadunt in faciem, ait Innoc. 3. *Innoc.* 3.
D mali vero retrorſum. De bonis enim cadentibus dicitur, ceci- *ſer. in iſto*
derunt in facies ſuas & adorauerunt, de malis vero lẽgitur, abie *Sabbatho*
runt retrorſum, & ceciderunt in terram. Iſti cadunt in faciem per *Apoc.* 4.
humilitatem, illi cadunt retrorſum per auerſionem. *Tetigit eos.* *Ioann.* 18.
O felix tactus, tetigit Ezechielem, & Danielem, & ad tactum *Ezech.* 2.
eius confortati ſunt: tetigit Saulum qui magno impetu & furo- *Dani.* 9.
re ad deſtruendam Eccleſiam properabat, & dixit: Domine, *Act.* 9.
quid me vis facere? tu ergo roga eum vt tangat te, & excitet a
ſopore peccati.

*Leuantes autem oculos, neminem viderunt niſi ſolum Ieſum.* Ra- *Hiero. in*
tionabiliter poſtquam ſurrexerunt non viderunt niſi ſolum Ie- *Matt.* 17
ſum, nam ſi Moyſes et Elias perſeueraſſent cum Domino, *li.* 3. *to.* 9.

 patris

patris vox videretur incerta cui potiſsimum daret teſtimonium. E
Vident ergo Ieſum ſtantem ablata nube,& Moyſen & Eliam euanuiſſe: quia poſtquam legis & prophetarum vmbra diſceſſerit, quo velamento ſuos Apoſtolos texerat,vtrumq; profecto in ipſo ſacroſancto Euangelio reperitur.

*In Euangelij conuenientur ex & propheta.*

## SABBATHO POST I. DOMIN. QVADRAG. CONCIO SECVNDA.

*Fauet nobis Deus in maioribus laboribus,& adiuuat vt feramus.* F

ASSumpſit Ieſus Petrum,& Iacobũ,& Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montẽ excelſum ſeorſum,& trãsfiguratus eſt ante eos. Mat.17. Non dicit hodiernũ euang. quod Chriſtus hos diſcipulos vocauerit vt ſecum in montẽ aſcẽderent,ſed quod eos aſſumpſerit,& duxerit in montẽ quaſi videatur ſignificare quod quodãmodo humeris ſuis videretur eos portare & ſuſtinere:& ideo non vacant hæc verba myſterio,ſed ibi inſinuatur magna cura quã Deus noſtri gerit,& ſpecialis quidam fauor,cũ ad ardua nos inuitat: & reuera ita eſt quod nobis faueat magis cum ardua ſcãdimus & aggredimur propter eũ,ita vt ipſe videatur velle totũ pondus humeris ſuis portare. G

*Magnam Deus noſtri curam gerit.*

Sane cũ pater filium ſuum per difficiles ducit vias,eũ adhuc paruulũ,in humeris ſuis reponit donec faciliorem inueniat viam, & ita melius agitur cũ puero ipſo in ſalebroſa via quam in plana, vbi pater eũ pedibus ſuis incedere ſinit. Sic igitur ſegerit Deus cum ſeruis ſuis,nam in negotijs arduis & difficilibus, maiorẽ eis addit animũ & vires adauget, atq; ita magis in his reſiſtunt & fortius,cum Deus ad latus eis ſemper maneat:q; tamen aliquando in minimis ſuccũbunt,cũ ſuis proprijs viribus relinquũtur, vel Deus ita eis specialiter nõ aſsiſtit, vt hoc pacto intelligãt quod a deo iuuarẽt in arduis illis & difficillimis rebus, & præſumptionẽ omnẽ deponãt,cũ videãt quod difficultatẽ omnẽ,quę ſeſe offert in aſcẽſu mõtis, Deus ipſe facilẽ illis reddat & ſuperabilẽ,atq; ita ſine defatigatione & delaſſatione ad mõte ipſũ aſcendant: ſicut hodie fecerunt hi diſcipuli. H In Canticis quidem dicitur, quæ eſt ita quæ aſcendit de deſerto? quaſi diceret, quomodo poteſt aſcendere quæ tam debilis & macilenta eſt, in montem excelſum, & per viam tam aſperam? Sed rationem reddit dicens, innixa ſuper dilectum ſuum: vt intelligamus quod tanto adiuti fauore, ſatis poſſumus aſcendere, et aliter non poſſemus. Quod explicans Bernard. ita ait: fruſtra ſponſa nititur, ſi non nitatur: ſi autem

*Simile.*

*Quãto difficiliora ſe nobis offerũt,tãto magis confidamus quod Deus iuuabit nos.*

*Differt Deus auxiliũ ſuũ ad grauiores labores*

*Cant.8.*



A autem innititur, innitatur ſuper eum qui omnia poteſt. Sane cum Deus iubet vt aggrediamur ardua,ipſe difficultates omnes complanare ſolet,ſicut cum præcepit hebræis vt mare rubrum & Iordanem tranſmitterent:& quamuis hoc ita ſit, nihilominus tamen curat dæmon,vt oculos in difficultates ipſas cõijciamus,& eas inſuperabiles exiſtimemus,neq; perinde in dei fauorem contemplemur. Cuius rei figuram habemus in Num. Vbi rex Balaac tentãs vt Balaã populo Dei malediceret,dixit ei: veni mecũ in alterũ locũ,vnde partẽ Iſrael videas,& totũ videre non poſsis, inde maledicito ei. B Sic igitur dęmon conatur vt oculos conijciamus in difficultates quæ ſe nobis offerũt in adimplẽdis diuinis mãdatis,non autẽ in fauores quos Deus dare ſolet ad has difficultates ſuperãdas: tũ etiã molitur vt oculos conijciamus in delectationes vitiorũ,nõ autẽ in ſupplicia æterna quæ ipſis parata ſunt. Sic enim hebræis saporẽ illũ reducebat in mẽtẽ cęparũ quas comedebãt in Aegypto,nõ autẽ ictus & vulnera quæ ipſis infligebantur in acerbiſsima illa ſeruitute,cũ cæteris contumelijs atq; conuicijs,cũ etiam filiorum interfectione etiã ad matris vbera, vel in ipſo flumine. Cæterum ne te terreãt difficultates quę tibi in cæleC ſti via et itinere capeſcẽdo proponũtur,neq; tanquã aſperã huiuſmodi viam & ſalebroſam repudies: ſi quidẽ quanto plures ſe offerẽt difficultates,tãto magis diuini fauores cumulabuntur, vt patet cũ his diſcipulis. Sane nõ vacat myſterio quod Chriſtus legẽ ſuã appellauerit iugũ, ſiquidẽ ipſe etiã ſimul nobiſcũ iugũ trahit,& manus ſuſtinet & põdus: nã certe plurimũ iuuatur bos laſſus & macilentus, cũ alius ſibi adiũgitur fortis & robuſtus in arãdo vel currũ trahẽdo,hic enim nõ ſolũ currũ,ſed etiã iugalẽ ſuũ etiã ſecũ trahit. Quis igitur formidabit iugũ euãgelicũ tollere,cũ talẽ habeat ſociũ & comitẽ? Dicitur præterea iugum, quod ſicut ſub iugo quaſi puluinus quidã apponitur: ſic etiã Deus fauores no-D bis ſuos & cæleſtem quãdã dulcedinẽ impartitur: Vnde Apoſ. ait, ſicut abundãt paſsiones Chriſti in nobis, ita per Chriſtũ abũdat conſolatio noſtra: ponit quidem Deus ſub iugo ſuo amorẽ & charitatem,& ita non ſentitur iugũ. Hoc voluit inſinuare Apoſ. cũ ait charitas benigna eſt,patiẽs eſt: addit, omnia ſuffert, omnia credit,omnia ſperat,omnia ſuſtinet. Dęmõ vero tãquã peſsimus arator,nõ vtitur huiuſmodi leuamẽto ſub iugo ſuo,atq; idcirco defeſſos & delaſſatos adfert eos qui eius premũtur iugo, quamuis hoc vix attẽdãt,donec eorũ mala iã prope immedicabilia videntur, ſicut dicitur in li. Sapi. laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis,ambulauimus vias difficiles,ergo errauimus &c. Verũ-

*Ber. in Can. 2.*

*Omnia poſsibilia ſunt nobis diuina ope innixis.*

*Exo. 14.*

*Ioſue.1.*

*Aſtus dæmonis.*

*Num.23*

*Conatur dæmon vt difficilia videamus & nõ Dei fauorem.*

*Exod.16.*

*Exod. 5.*

*Exod.1.*

*In domino cõfidamus in maiori etiam anguſtia.*

*Matt.11.*

*Deus adiuuat nos in laboribus tolerãdis.*

*Simile.*

*2 Cor.1.*

*1.Cor.13.*

*Simile.*

*Dæmõ fatigat eos qui ſibi obediunt.*

*Simile.*

*Rom. 6.* *2. Cor. 4.* *Deus ſeruos ſuos honorat.* *Iob. 1.* *Dæmõ ſuos ſeruos flocci pendit.* *Dæmõ eos perdit qui ſibi ſeruiunt.*

tamen quãuis tã diuerſum ſit iugũ Chriſti a iugo dæmonis ita vt E ex altero reportetur beatitudo ſempiterna, ex altero vero æternum ſupplicium, ſiquidem ſtipendia peccati mors, vt ait Apoſ. gratia Dei vita æterna: innumerabiles tamen ſe ſubmittunt dæmonis iugo, & pauci admodum ſequuntur Chriſtum, nec conſiderant quod ait Apoſ. quæ vidẽtur, tẽporalia ſunt, quæ non videntur, æterna. Quod ſi etiã conditiones vtriuſq; conſideres, vehementer miraberis: etenim Chriſtus ſuos honorat & commẽdat, vt patet in Iob, cum dixit Deus: nunquid conſideraſti ſeruũ meũ Iob, quod non ſit ei ſimilis in terra? Dæmon vero contra facit, & F eos perdere curat, quaſiq; Deo dicere videtur: quorſum tanti facis tuos paucos ſeruos, cum ego innumerabiles quos habeo, nihili faciã, ſed pedibus conterã? Quamobrem tã tyrannum Dominum, qualis eſt dæmon, contemnamus, qui nos ita pedibus conculcat, & Deo ſeruiamus, qui nos tantopere honorificat, atq; tã obnixe nobis fauet, vt ardua etiã ſuperemus, atq; perinde laborẽ noſtrũ cõpenſat, ac ſi ſoli laboraſſemus, & nil ipſe pręſtitiſſet, neq; fauorẽ aliquẽ exhibuiſſet.

*Mali oculos in difficultates cõijciunt, & nõ in præmium.* *Celſus & Iulianus fidei hoſtes* *Magna eſt cæcitas noſtra.*

Mali quidẽ cũ ſibi ante oculos proponãt labores qui ſe offerunt in aſcẽſu huius montis id eſt ſupernæ beatitudinis, & præterea non contueãtur præmia ſempiterna, ſe totos voluptatibus permittunt & carnis delicijs, ex quibus ſibi vi G dẽtur, ſtatim præmiũ reportare videlicet carnales ipſas delectationes, atq; ita dicũt ſe malle paſſerẽ iã in manu habere, quã per dicẽ volãtẽ, vel ſe ſpẽ pretio nõ emere: atq; ita irridẽt ſeruos dei qui tã ardua & laborioſa ſcãdũt. His enim rationibus inducti Celſus & Iulianus, acerrimi religionis noſtrę hoſtes, Euãgelij philoſophiã eſſe merã inſaniã dixerũt, nilq; rebus humanis accidere infelicius poſſe, quam ſi homines eius præſcriptis vitã inſtituerẽt. Modo autẽ multos Iulianos & Celſos reperire licebit, qui quamuis hæc ipſa verbis nõ dicãt, moribus tamẽ & inſtitutione vitæ dicũt.

*Luc. 17.* *Serui dei nõ cõijciũt oculos ſuos in præmia huius vitæ ſed æternæ* *Serui Dei plurimi faciũt quod pro Chriſto patiantur.*

H Cæterũ huic quæſtioni Chriſtus Dominus ſatisfacit, cũ ait apud Luc. regnum Dei intra vos eſt, hoc eſt regnum Dei, quo Deus in mente noſtra regnãs, ad ſummũ bonũ cui fruẽdo conditi ſumus, prouidẽtia ſua nos dirigit, & diuinitatis & fælicitatis ſuæ participes efficit, nõ in rebus externis, ſed intra nos eſſe quærẽdum ait: Cũ ergo hęretici illi vt peſtilentiſſimi homines non guſtarẽt iſtos interiores ſenſus, ſed tantũ apprehẽderẽt hæc viſibilia & præſentia, brutorũ more, inde ſane in talia abſurda, & in tãtã ſtultitiam veniebãt: at vero Deus optimus maximus, qui in nobis regnat, docet nos quod quãuis ſit difficultas in ſcãdẽdo hunc mõtẽ legis, euãgelicæ & perfectionis, ipſe tamen nos promouet & roborat

atq;



A atq; vires noſtras adauget & amplificat, vt poſſimus quãtũuis ardua ſuperare, imo & in vita hac guſtemus quodammodo ęterna gaudia, adeo vt ſancti viri hic conſtituti in ſummis etiã tormẽtis, ſortẽ ſuã nõ mutarẽt etiã cũ inſignib⁹ ſeculi principib⁹, cũ quodãmodo iã procul poſiti, cæleſtis patrię gaudia contueri videantur.

### *Solitudo quantum conducat ad vacandum Deo.*

*Solitudo quãtũ conducit, vt deo vacemus.* *Solitudo quã-ũ conducat.* *1. Ioan. 5.* *Simile.*

B DVXIT *illos in montem excelſũ ſeorſum.* Vt gloriæ ſpecimẽ illis oſtẽderet, eos ſegregat à reliquo ſenatu Apoſtolico, & in ſolitudine ſtatuit, vt intelligamus quãtũ nobis cõducat a tumultu ſeparari, vt poſſimus rebus cæleſtibus & diuinis vacare, & quã vtile ſit ab humanis ſegregari colloquijs, vt ſupernis veri⁹ & vehemẽtius incũbamus. Inter alias enim multas cõmoditates hoc habet ſolitudo, quod innumeras præſcindat occaſiones peccãdi: & certe ſi totus mundus in maligno poſitus eſt vt ait Ioan. in 1. Canonica, quid niſi malitiã ex eius cõſuetudine, exercere poterimus? Ferro autẽ quid durius, ꝙ omnia domat, cõtũditq; metalla? Et tamen ſidiu in terra defoſſum iaceat, depoſita & conſumpta omni C tãdẽ duritie in mollem terrã reuertitur: ita cordurũ molleſcit ſecedens in ſolitudinẽ.

*Solitudo multas peccãdi occaſiones tollit.*

Solitudo peccandi occaſiones vno ictu amputat, dum nec oculi habent quod cũ periculo videant, nec aures quod turpiter audiãt, nec lingua, cũ quo inania & otioſa loquãt: deniq; ſi diligenter vnitantũ cordi cuſtodiam adhibueris, omnes alios peccandi aditus ſolitudinis beneficio intercludis.

*Simon de Ca. lib. 4. ca. 4.* *Figura.* *Gene. 36.* *Lachrymæ in ſolitudine inueniũtur.*

Lachrymę noſtrę acceptabile ſacrificiũ ſunt altiſſimo, quę profundius & celerius inueniuntur in locis ſolitarijs mæroribus aptis. Legitur quidẽ in li. Gen. quod Ana filius Sebeon cũ paſceret aſinas patris ſui in ſolitudine, inuenit aquas calidas. Ana ille D eſt qui beſtiales motus, & ſui corporis ſenſus in ſolitudine paſcit, eos auertẽdo ab amænis ſenſualitatis, & qui ita ſuos effrænatos motus comprimit & continet in deſerto pœnitentiæ, is inuenit aquas calidas, lachrymas ſcilicet Deo acceptas, in corde igne charitatis decoctas.

*Sene. lib. 9. epiſ. epiſ. 69.* *Simile.*

Solitudo quidẽ, vt ait Seneca, ex animo eſſe debet, & quemadmodũ animalia quædã ſolent cubile ſuũ cõfũdere ſane & obſcurare ne deprehẽdãtur, ita tu in ſolitudine nõ eo eſſe debes quod hominũ laudẽ aucuperis, vel eo quod de te homines loquãtur, ſed quod tecum ipſe loquaris, ſanaque ac ſalutaria mediteris. Et D. Hieronym. ait, mihi oppidum carcer, & ſolitudo paradiſus eſt. Quorſũ quæſo deſideramus vrbiũ frequẽtiã? Moſes quidẽ paſtor

 ouium

*Hier. epi. ad Ruſti. mo. de vi. for: to. 1. Hie. ad Cel. mat. de ratio. pie viuēdi tom. 1. Hie. li. 2. contra Io. 1. i. tom. 2. Pythag. Stoici, platoni. Solitudo a magnis philoſophis plurimi habita. Gre. li. 18 mo. c. 18. Tumultus deuotionē impedit. Iob. 28. Eccl. 38.*

ouium, in deſerto paſtor hominum factus eſt. Et alibi ait, eligito E
tibi opportunũ aliquẽ, & à familiæ ſtrepitu ſecluſum locũ, in quẽ
tanquã in portũ, ex multa curarũ & negotiorũ tẽpeſtate, te reci-
pias, & in quo excitatos foris cogitationũ fluctus, magna ſecreti
tranquillitate cõponas, tãtũ ſit ibi diuinæ lectionis ſtudiũ, & tam
crebræ orationum vices, tã ſolicita & attẽta de futuris cogitatio,
vt hac ratione reliquorũ negotiorum ſecularium tempus com-
penſes. Idem etiam alibi ait, ad peccatorum occaſiones amputã
das, aptiſsima quidẽ eſt ſolitudo, cuius etiam philoſophi illi olim
Pythagorici ſtudioſiſsimi fuerunt, fugiẽtes omnẽ ſtrepitum atq; F
tumultum: quin & Platonici & ſtoici ſeſe intẽpla recipiebãt, vt
ibi commodius & attentius contẽplandis cæleſtibus intẽderent:
Plato etiam contẽptis ſuis omnibus diuitijs, atq; vrbis delicijs, in
oppidulũ quoddam ſe recepit, neq; ſatis ſalubre, ſed peſtilentia
etiam infectum, quo tum ſolitudine, tum laborum oppreſsione,
magis, magiſq; vacaret & virtuti & contẽplationi. Deniq; vſque
adeo plurimi philoſophi, ſolitudinis extitere amatores, & ſtrepi
tum omnem fugiẽtes, vt ſibi oculos eruerent, quo à conſpectu
harum rerũ fluxarum ſemoti, mens facilius interius cæleſtibus
contemplandis inuigilaret. Item Gre. ait, ſi non prius à ſecretio G
ribus cordis expellitur importuna ſeculariũ multitudo curarum,
anima quæ interius iacet mortua, non reſurgit. Nam dum ſe per
innumeras terrenorum deſideriorum cogitationes ſpargit, ad
conſiderationem ſui ſeſe nullatenus colligit: In his itaq; inquie-
tudinum fluctibus, habitare ſapientiam non poſſe, cognoſcẽs Iob
ait, & mare loquitur, nõ eſt mecũ, nullus quippe eã plene recipit,
niſi qui ab omni ſe abſtrahere actionum carnaliũ fluctuatione cõ
tendit. Vnde Eccl. 38. dicitur, ſapientiam ſcribe in tempore otij,
& qui minoratur actu, ipſe percipiet eam.

*Simile.*

Vt cæleſtia autẽ guſtemus, nõ ſolũ à malorũ conuerſatione nos H
ſeparare debemus, ſed etiam interdũ a bonorum conuerſatione.
Sane nobiles aues nobiſcũ nõ morãtur ſed in deſertis habitãt: ſi
quidẽ cũ homines ipſis tot laqueos intẽdãt, ideo deſerta petũt lo
ca: ſic igĩt ſpirituales viri ad ſolitudinẽ pergũt vt cũ deo tractẽt. O
felicẽ illũ qui ſolus ipſe gemit ſcelera ſua, & orat in ſolitudine

*Iul. Cæſar. Societas etiã bonorũ interdũ fugienda.*

poſitus. De Iulio quidẽ Cæſare ferunt ꝙ ſolitus eſſet dicere, ſe nũ
quã magis eſſe negotioſũ, quã cũ ſolus eſſet: dicebat etiã nos talẽ
ſocietatẽ quęrere debere, quę nos meliores efficeret, & fugere eã
quę nobis noceret. Si inquit, viuorum ſocietatem quęro, inuenio
eos ad malum pronos, & quod ſi in aliquo ſunt boni, in alijs
non item ſunt: atq; id circo cum ſolus ſum, cum mortuis verſor,
eorum



*Boni etiã ſoli nõ ſũt otioſi.*

A eorum opera lego & facta heroica, atq; vigilanter & neruoſe
nitor, eos imitari, aut etiam ſi poſſum, eos excedere: ſed viui me
potius conturbant. Conſidera obſecro huius gentilis verba.

Nitere obſecro homo vt ſolitudinem maxime diligas, & in ea
tanquam exul verſeris, ſiquidem vides quod aliqui etiam pro
minoribus delictis quam tu commiſeris, perpetuo carceri man
cipentur inferni: Sis vt arca teſtamenti quæ nunquam prodibat
ex interioribus templi, & quando per deſertum ibat, valde con-
tegebatur: ſic tu ſi neceſsitas te exire cogat, exito verecundo &
B honeſto vultu: Sane Semei vita fruebatur, ne modo exiret ab
Hieruſalem, qui cum leui de cauſa exiſſet, ideo perijt. In morte
conſtitutus Iacob, dixit filio ſuo Ruben, effuſus es ſicut aqua, ne
creſcas. Quod applicari poteſt omnibus qui huc & illuc diſtra-
huntur & diſſoluti ſunt. Sane qui in ſolitudine ſe continet, breui
tempore magnos ſibi comparat progreſſus. Hoc ſibi voluit Da-
uid dicens, Qui habitare facit ſterilem in domo, matrem filiorũ
lætantem. Porro vt nos in ſolitudine conſeruemus, plurimum cõ
ducit nobis, bonorum librorum lectio, quam tantopere Apoſt.
ſuo diſcipulo Timo. commendabat dicens, cum venio, attende le
C ctioni. Valde ſane conducit ſolitudo vt cum Deo negotiemur,
ſiquidem Moyſes nõ ſolum ſolus fuit vt cum Deo tractaret, ſed
etiam in deſertum locum ſe recepit, ſicut etiam hodie videmus
Chriſtum ad montem diſcipulos hos ducere, neq; eo ſolum con
tentus fuit, ſed etiam voluit vt nube tegerentur, vt Ieſum viderẽt
ſolum: Volens quidem Deus cum Elia tractare, propheta ſe ope-
ruit pallio quamuis ſolus eſſet & in ſolitudine, ac ad os ſpelũcę,
ne à rebus creatis poſſet interturbari. Sic Paulum cui ſecreta re-
uelare volebat, viſu per triduum priuauit, ne ab aliquo viſibili cõ
turbari poſſet. Vnde Ber. ait, experto crede, aliquid amplius in-
D uenies in ſyluis quam in libris: ligna & lapides docebunt te, quod
à magiſtris audire non poſsis. An non montes ſtillabunt dulcedi-
nem, & colles fluent lac & mel, & valles abundabunt frumento?
Ex his igitur facile colligas quantum conducat cæleſtis medita-
tio, quæ in ſolitudine perficitur. Vnde etiam Chriſtus hodie in
montem cum diſcipulis aſcendit.

*Simile. 3. Reg. 2. Gen. 49. Pſal. 112. 2. Tim. 4. Sæpe bonos libros verſemus. Exo. 24. 3. Re. 17. Act. 9. Ber. epiſt. 107. Ioel. 3. Amos. 9. Pſal. 64.*

Cum maxima Chriſtianæ vitæ portio, in peccatorum fuga con
ſtituta ſit, vix explicari poteſt, quantum ad hoc peccandi occaſio
nes fugare conducat. Solitudo autem hoc maxime præſtat. Hinc
Caſsiodo. nimia inquit turba vitiorum ſine certamine vincitur,
quando ſolitudo gratiæ ſuffragatur, hoc eſt diuina gratia, quæ
peccatum omne repellit, ſolitudinis quoq; beneficio magnopere

*Caſsiodo. Hiſt. Tri.*

 iuua-

*Solitudo quantum Dei ſeruis placeat, vbi eam guſtauerunt.*

iuuatur. Porro in hiſt. Trip: legitur, quod cum aliqui ſanctum E
quendam eremitam per vim vellent ad Epiſcopum deferre vt
eum ſacro presbyteratui initiaretur, & eum ſibi reſeruaret, ipſe
fugit per ſolitudinem, cumq; eum apprehendiſſent prope, ſibi na
res amputauit, & eas ſe inſequentibus oſtendit, atq; dixit, quod
ſi eum non dimitterent, & linguam & aures ſibi præſcinderet, ne
ſolitudinem deſereret, in qua tantopere deuitabat occaſiones
offendendi Deum.

*Simile. Se in mul ta vana diſtrahere quam ſit noxium. Athana.*

Sane ſeruus Dei non ſolũ abſtinere à peccatis debet, ſed etiam
oculos ſuos moderari debet & cogitationes: ne huc atq; illuc di F
ſtrahantur: Qua in re venatorum ſolertiam imitari debent ſerui
Dei, qui accipitris quem in manu geſtãt, oculos iniecto tegumẽ
to operiunt, ne facile circũuolãtium auium, vel aliarũ rerum ſpe-
cie exagitẽtur: hac enim arte omnes eorum inanes volatus, impe
tuſq; coercent, & quietis illis, mãſuetiſq; vtuntur. Rem dicturus
ſum incredibilẽ, ſed non minus veram: Sãctus Anton. Athanaſio

*Antonius Exemplũ*

referente, 20. cõtinuis annis in quadam domũcula ſiue ſpecu re-
cluſus, ſic ab omni rerum humanarum cõmercio ſemotus vixit,
vt cum ſemel in anno familiaris quidã ei panes adferret, quibus
ſolis veſcebatur, ne vnum quidem verbum cum cõmeatus illius G
delatore loqueretur. Theodoret: vero in hiſtoria religioſa, aliud

*Theod. in hiſt. relig. Exemplũ Oculi ſint compoſiti. Abbas Syluanus. Exemplũ*

non minus mirabile refert, nẽpe ſanctum quendã ex priſcis illis
Anachoretis, in cuiuſdã mõtis latere habitantẽ, quoniam incaute
aliquãdo oculos in ſubiectã vallẽ dimiſiſſet, vt arantes agricolas
cerneret, catena ferrea collũ ita ligauiſſe & depreſsiſſe, vt nũquã
poſtea quidquam aliud niſi ſubiectam pedibus terrã videre poſ-
ſet: Abbas Syluanus cum hortulum foderet, ſic cuculla oculos te
gebat, vt nil aliud præter terram quam ſubigebat cerneret. Vide
igitur quantopere iſti etiam in ſolitudine circumſpecte viuerẽt, H

*Beatitudinem quantopere deſiderare debeamus*

*Negligẽtes ſumus in gloria comparãda. Simile:*

E*T reſplenduit facies eius ſicut ſol.* Sane minima cogitatio quam de
gloria habemus, facit vt tam remiſſe circa eius adquiſitionẽ
operemur. Hæc quidem quæ nunc oſtẽduntur ſunt veluti vmbra
beatitudinis ſempiternæ, & tamen etſi minima hæc eſſent, maxi-
me tamen diſcipulos commouerunt: quantum igitur mirabilius
erit, cum facie ad faciem videbimus Deum in ſua maieſtate & a-
pertiſsime? Si Hebræi tantopere ad promiſsionis terram conten
debant, quod fructus aliquos tantum eius regionis vidiſſent, &
dicerent exploratores, venimus in terram, ad quam miſiſti nos,
qu



A quæ reuera fluit lacte & melle, vt habetur in Num. Et in lib. Iud.
ſcribitur quod dicerent, vidimus eam terram valde opulẽtam & *Num. 13.*
vberem, nolite negligere, nolite ceſſare: eamus & poſsideamus *Iudi. 17.*
eam, nullus erit labor: intrabimus in regionem latiſsimam, tra-
detq; nobis dominus locum, in quo nullius rei penuria, eorũ quę
gignuntur in terra: quanto quæſo verius hæc omnia de cæleſti
gloria dici poſſunt, & de illa terra viuentium? & tamen nolumus
nos ad iter capeſſendum animare. ô quã adhæremus terreſtribus! *Gen. 19.*
Sane etſi Loth tam ſanctus eſſet, & diceret ei Deus quod vellet
Sodomam euertere, nihilominus tamen præ terræ amœnitate
B quodammodo retineri videbatur, ô ſi Deus ad nos mitteret cæ-
litus aliquem, qui per capillum tractos ex his terrenis abſtrahe-
ret, & mundanis affectionibus! Nam vt ait Pau, non habemus hic *Heb. 13.*
manentem ciuitatem: Sane vir peregrinus ſe ſolatur, quod conſi *Simile.*
deret quanta cum lætitia ſit à parentibus ſuis recipiendus, vel ab
vxore, vel à liberis, atq; hac quidem conſideratione labores quã
uis ingentes, leues reputat: ſic igitur nos conſiderare debemus
quanto cũ applauſu in cælo ſimus recipiendi à patre noſtro Chri
ſto, & ab eius matre virgine Maria, & ab omnibus ſanctis tanquã
C fratribus. Hac quidem conſideratione ſe ſolabatur Apoſt. dicẽs,
licet is qui foris eſt homo noſter corrũpatur, tamẽ is qui intus eſt
renouatur de die in diẽ. Et addit, id enim quod in preſenti eſt le-
ue tribulationis noſtrę, ſupramodũ in ſublimitate eternę glorię
pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ vi- *2. Cor. 4.*
dentur, ſed quæ non videntur, quę enim vidẽtur, temporalia ſunt
quæ autem non videntur, ęterna.

*Spes præmij nos ad virtutem animat. Hæc temporalia nobis cæleſtia impediunt. Magnũ erit gaudium quo in cælo fruemur, & ideo nos ad illud cõſequẽdum animemus. Conſideremus æterna & temporalia ſpernemus. Similia. Conſiderationes quibus aliquo modo gloriæ maieſtatem intelligamus.*

Sane ſi vniuerſi homines congregarentur & locum aliquem de
liciarum conflarent ad recreandum, & poſtea congregarentur
D omnes cæli ciues, & alium facerent locum, an non tibi hic multo
præſtãtior videretur? Quod ſi preterea omniũ Dominus & crea-
tor alium conſtitueret & deſignaret locum, an non hic tibi mul
to omnium præſtantiſsimus videretur? hic igitur eſt locus quem
ſupernus conditor ad noſtram habitationem nobis præparauit.
Cuius ſplendorem quodammodo manifeſtãs Deus Dauidi, ſicut
hodie his diſcipulis, admirãs dixit. Quã dilecta tabernacula tua
Domine virtutum, concupiſcit, & deficit anima mea in atria Do
mini, quaſi diceret, nil ſupra, nil amplius deſiderari poteſt. Cum
igitur optime omnium nouiſſet Deus cor noſtrũ & deſideria no
ſtra, an nõ tibi videtur quod optime nobis delegerit habitationẽ, *Pſal. 83.*
quę penitus appetitũ noſtrũ ſatiaret? & vbi nil requiri à nobis am
plius poſſet, etſi cogitationi noſtræ vela permittamus? o ſecor-
diam

diam noſtram deteſtabilem! quippe qui cum hæc credamus, nihilominus tamen tam tepide ad hæc ſuſpiremus & anhelemus cæleſtia gaudia, nec velimus exiguos quoſdam perpeti labores, vt ſempiternis his gaudijs perfrui poſsimus. Et certe res iſtæ mundanæ immaturæ ſunt, & nobis potius ieiunitatem, quam ſatietatem pariunt, atq; efficiunt vt minus ad cæleſtia contendamus, & idcirco hæc contemnere debemus, ſicut docet Iſa. dicens, pedibus conculcabitur corona ſuperbiæ. Sane quemadmodum qui ſe vehementer diligunt, non ſibi ſatisfaciunt etſi literas accipiant amicorum, nec dona, nec crebras ſalutationes, ſed tantum præſentia amici ſatiantur. Sic ſeruis Dei nihil ſatisfacit niſi Dei ſui præſentia: atq; ita ſemper ad cæleſtis patriæ anhelant gaudia, ſemper ad beatitudinem aſpirant, contuentur & proſpectant. Sic ſponſus dicebat, oſtende mihi faciem tuam. Quantum igitur anima ad gaudia illa æterna ſuſpirare debet?

*Simile.* *Iſa.28.* *Simile.* *Seruos dei nil præter Deum exatiat.* *Can.2.*

Eſt ſane tam ſpatioſa hæc gloriæ habitatio vt ſanctus Vincentius dicat quod quiſq; beatus tantum habebit ſpatium quantum diſtat oriens ab occidente, & quod cælum ſtellatum tantæ ſit magnitudinis, quod triginta & ſex millibus annis vix curſũ cõficiat, & tamen non poteſt conferri cum cælo empyreo, à quo ſi molaris aliquis lapis caderet, nõ huc perueniret in mille & quingentis annis. ô ſi iam verſaremur in illis ſpatijs, hæc enim noſtra habitatio anguſtiſsima eſt quædam cella ſiue lectus, vbi multi præ tantis anguſtijs conquerantur dicentes inuicem, ne mihi quæſo pallium adimas, iuxta illud Iſa: pallium breue eſt, vtrumq; operire non poteſt. Narrat quidem ſanctus Antoninus de quodam ſancto monacho, ordinis ſancti Baſilij, quod à Deo optimo maximo multis & aſsiduis precibus ſæpe contenderit, vt ſibi aliquid oſtendere vellet, etſi minimum, de tam ineffabili beatitudine, ſicut oſtendit in transfiguratione: atq; ita angelus ei apparuit dicens, vt in mõtem aſcenderet, ibiq; oraret, & promiſsionem expectaret, apparuit autem ei pulcherrima quædam auis, & cæleſtem quandam melodiam intonare cœpit de opaciſsima & viridi arbore: quam cum monachus audiuiſſet, in extaſim raptus eſt: à qua reductus, iam amplius auem non ſenſit, & ſibi viſa eſt res illa ſonora & canora, atq; admirabilis concentus quamuis parum durauerit ſuo iudicio: cumq; ad monaſterium reuerteretur, iam omnes mortuos inuenit quos ipſe nouerat, cumq; hanc rem monachis referret, libros euoluendo inuenerunt quod per centum & ſexaginta annos à monaſterio abfuiſſet, & tamen ipſe dicebat quod ſibi videretur eodem die exiuiſſe. Conſidera igitur etiam atq; etiam qualis

*S. Vincen.* *Excellẽtia gloriæ* *Iſa.28.* *D. Anto.* *Exemplũ mirabile.* *Beatitudo quã ſit admirabilis.*



qualis futura ſit illa cæleſtis & angelica melodia, cum hæc auicula tam dulce reſonaret melos?

Si angeli vſq; adeo excellentes ſunt, vt vnum ex his dumtaxat videns Ioannes ſe ante eum proſtraret, & adorare vellet tanquam Deum: quem tamen prohibuit angelus dicens, vide ne feceris; Quaſi diceret, ô Ioannes, ita ne me admiraris, quid ſi Deum videres? ecquid ante puerum vnum honorarium Dei, qualis ſum ego, tantopere te proſternis? Quid dicendum erit de cæleſti illa beatitudine? O Chriſtiane ſi cæli palatium modo adires, primum ſtatim angelum tibi occurrẽtem adorares, exiſtimans quod ipſe eſſet Deus: ſicut ruſtico regis aulam intranti, videntur ſinguli magnates reges eſſe. Quid ſi videres Archangelum, vel Cherubim vel Seraphim? & ſane iſti ſunt prope nil in comparatione diuinæ maieſtatis, iuxta illud Dauidis, & ſubſtantia mea tanquam nihilum ante te. Et Iſa. quidem dicit, Omnes gentes quaſi non ſint. Et Sap. 11. dicitur, tanquam momentum ſtateræ, ſic eſt ante te orbis terrarum, & tanquam gutta roris antelucani. Quæ cum ita ſint, viriliter labores omnes pro beatitudine aſſequenda perferamus, ad quod nos magnitudo præmij maxime incitabit, & quod nos ſocietas angelorum illuc ducere debet tanquam mendicum illum Lazarum. Quis quæſo enarrare valeat iubilum illum cæleſtis militiæ, in ingreſſu animæ iuſtæ in cælum? Et certe ſi quis amicus alicuius ex magnatibus, ad eius domum peruenerit, quam quæſo benigne excipitur? hic ſoluit ſtapedam & calcaria, ille pallium ipſum ſubleuat, & ita ſinguli ipſi ad nutum deſeruiunt: quid fore putas in ſempiterna illa beatitudine?

*Cæleſtis muſica quã ſit ſuauis.* *Apo. 22.* *Dei pulchritudo quãta ſit.* *Similitudo.* *Pſal. 38.* *Iſa. 40.* *Sap. 11.* *Præmium conſideremus & difficultates omnes ſuperabimus* *Simile.* *Gaudent plurimũ angeli cũ quis cælũ ingreditur.*

## SABBATHO POST I. DOMIN. QVADRAG.

## CONCIO TERTIA

*Pacem quantum diligat Deus.*

*ASſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrẽ eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum; & transfiguratus eſt ante eos.* Mat.17. Mar.9. Luc.9. Tres quidem Euangeliſtæ ſcribentes hoc myſterium, conueniunt quod Chriſtus dixiſſet diſcipulis ſuis: ſunt quidam de hic ſtantibus qui non guſtabunt mortẽ donec videant filium hominis venientem in regno ſuo: ad quod promiſſum implendum ſex dies expectauit, ne contentio orire tur inter eos, & ſecreto hos tres

*Diſcordias enitemus.*

*Concordiā quantum diligat Deus.* tres aſſumpſit, cum non conueniret vt plures intereſſent, & eos E
ad montem duxit, & transfiguratus eſt ante eos. Vnde colligas
quam ſit amicus Deus pacis & concordiæ, & quam ſit inimicus
diſcordiæ & diſſenſionis. Et certe de primitiua Eccleſia, dum pri-
*Acto. 4.* mo illo lacte nutriebatur, dicitur in actis Apoſt. quod multitu-
dinis credentium erat cor vnum, & anima vna. Tanti quidē Chri
ſtus huiuſmodi pacem & concordiam faciebat, vt hoc præceptū
*Ioan. 15.* amoris & vnionis, præceptum ſuum per quandam antonomā-
ſiam appellaret. Nec vero hoc pacis vinculum & amoris ſolum
eſt gratum Deo, ſed etiam hominibus nil poteſt eſſe iucundius F
& vtilius. Quod quidem aperte ſanctus vates declarauit, cum
Pſal. 132. ait, Ecce quam bonū, & quā iucūdum, habitare fratres in vnum.
*Diſcordias ſeminare & zizania ſolet dæmon.* Sed quā inuerſæ ſunt modo rerū vices? ſiquidē videas iam reſpu
blicas, vicinias, & domos ipſas feruere diſſenſionibus & diſcor-
dijs, quas communis hoſtis dæmō ſuperſeminare nititur ſemper.
Vide quantum Deus concordiam diligat, vt cum ſit trinus in
perſonis, eſt tamen vna eſſentia. Item vt oſtenderet quam ſit ami
*Concordiā & vnitatem quantum diligat Deus.* cus concordiæ & pacis, voluit in ipſo homine tanquam recapi-
tulationē quandam ſiue anachephaleoſim omnium quæ cōdide
rat, cōſtituere, vnde nō immerito paruus mūdus ſiue microcoſ- G
mos eſt appellatus. Itē duas naturas in vno diuino ſuppoſito cō-
iunxit & vniuit, ſuntq; in ipſo Chriſto omnia mirabilia, tam quæ
in cælo ſunt, quam quæ in terra continētur; in quo impletum eſt
Iſa: 10. illud Iſa, conſummatio abbreuiata inundabit iuſtitiam. Et Apoſt.
Col. 1. ait quod eſt imago Dei inuiſibilis, primogenitus omnis creatu-
ræ: Et certe ideo homo factus eſt, & ideo paſſus eſt, vt nos omnes
ſibi vinculo quodam amoris vniret, vtq; Eccleſia militans trium
phantem imitaretur, de qua ait Regius propheta Dauid, cuius
Pſal. 121. participatio eius in idipſum, ideſt omnes in gloria ſunt confor-
mes in amore & vnanimes. Porro ſtulti homines & impij in hoc H
Mat. 7. à bonis differunt, vt ait Chriſtus, quod illi ſuper arenam ædifi-
cant, quæ varia habet grana ſegregata, at vero hi boni & iuſti,
ſupra firmam petram ædificant, quæ denotat ſtabilitatem & pa-
cem, ac charitatem, quam inter ſe habent, ſicut arena denotat
diſſenſiones & inimicitias. Hanc porro bonorū vniformitatem
Pſal. 133. declarauit ſanctus vates cum ait, Ecce nūc benedicite Dominum
*Serui Dei ſunt vnū charitate.* omnes ſerui Domini, qui ſtatis in domo Domini: & ſtatim addit
dicens, Benedicat tibi Dominus ex Sion: vbi nota quod primo
quidem cum multis viſus eſt loqui, & poſtea tanquam cum
vno, vt intelligamus quod ſerui Dei quamuis multi numero, ta-
men ſint vnum charitate. Ex his igitur omnibus perſpicuum eſt,
quan-



A quantum debeamus pacem & concordiam amplecti & eam à
Domino frequentatis precibus quidem implorare, cum ſit Dei *Phil. 4.*
donum, iuxta illud Apoſt. pax Dei quæ exuperat omnē ſenſum,
cuſtodiat corda veſtra in Chriſto Ieſu ideſt per merita eius.
Ciuitas quidem ciuium vnitatem deſignat: ſed heu quam mul
tę ſunt ciuitates, quibus hoc non competit! videmus ſiquidem *Ciuitas quid ſignificet.*
eas diſcordijs & diſſenſionibus plenas. Vide quęſo quanta ſit for
micarum concordia, ex qua ait Plato, ciuitates didicerunt &
reſpublicæ. Mirabile ſane eſt videre quantum inter ſe concor- *Simile.*
dent, & quomodo ſe mutuo iuuent, & mutuo ſepeliant: quod Plato.
B ignominiæ & infamiæ vertitur ipſis hominibus, vt ſcilicet ab hu- *Formicæ Exemplū dant ciuitatibus.*
iuſmodi animalculis quodammodo ſuperari videantur. Eſt ſa-
ne pax & concordia tam pretioſa, vt Chriſtus naſci voluerit eo
tempore quo pax & concordia in vniuerſo orbe maxime vige-
bant. Item pacem annūciauerunt angeli in eius ſanctiſsima na- *Luc. 1.*
tiuitate: tum etiam pacem dat Dominus his qui legem eius *Ioan. 14.*
ſeruant, tanquam inæſtimabile quoddam donum iuxta illud Iſa. Iſa. 48.
Vtinā attendiſſes mandata mea, facta fuiſſet ſicut flumē pax tua.
In hanc ſane curam coniuges maxime incumbere debent, vt
C pacem ſeruent, & concors ſit eorum familia, non enim velut
leo eſſe debet vir in domo ſua, ſed omnia Deo offerre, & dicere
cum ſancto propheta Dauide, Fortitudinem meam ad te cuſto- Pſal. 58.
diam, quia ſuceptor meus es: quaſi diceret, nolo me vindicare *Pax inter coniuges eſt Deo grata.*
etſi poſsim, ſed vires meas tibi offero. Item mulier ſi virum ira-
tum videat, det locum iræ, & taceat donec ira deferueat. Et vi-
ciſsim aliquando maritus domo abſcedat, & cum Dauide dicat
Domino, Fortitudinem meam ad te cuſtodiam. Porro Apoſtol.
pacem commendans, ait, ſi fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum *Rom. 12.*
D omnibus hominibus pacem habentes, date locum iræ. Vbi nota *Pacem diligenter conſeruemus.*
quod dicat, ſi fieri poteſt, & tamen in alijs hæc verba apponere
non ſolet, vt intelligamus quod aliquando ſe offert aliqua diffi-
cultas: ſed tamen omnes vias perueſtigare debemus, vt pacem ha
beamus. Et certe ſtulti homines cum non conſiderent pacis valo-
rem, idcirco media non exquirunt ad pacem habendam, pruden
tes vero contra ſe gerunt.
Cæterum duplicem conſtat eſſe pacem, aliam quidem Dei, &
aliam hominum, quod inſinuauit Chriſtus apud Ioannem di-
cens, pacem meam do vobis, pacem relinquo vobis, non quo- *Ioan. 14.*
modo mundus dat, ego do vobis: pax quidem hominum munda *Duplex pax.*
norū eſt, ſatisfacere effrenato appetitui, ſumere vindictā de inimi
cis, pax autem Dei eſt refrenare paſsiones, & appetere quod
reuera

*Pax mundanorum quam ſit fallax.*

reuera bonum eſt & iuſtũ. Porro mali etiam dicũt quod appe- E
tunt pacem, vnde dicit qui vindictam quærit, quod ſi aduerſariũ
interfecerit, diſſoluentur omnes diſſenſiones: vir carnalis etiam
dicit, quod ſi libidini ſatisfecerit, pacem habebit: qui contumeliã
accepit, etiam dicit quod non quieſcet niſi etiam viciſsim aliam
contumeliam intorſerit, vel ignominiam immiſerit. Vide igitur
quam cæcos teneat malos dæmon. Amauit quidem Chriſtus tan
topere pacem, vt ad hanc doctrinam quam prædicabat ſemper
dirigeret: vnde iuſsit non furandum, non adulterãdum, non per
hibendum falſum teſtimonium, non concupiſcendam vxorem,
vel rem proximi ſui, & deniq; mandauit, vt quod tibi non vis, al- F
teri ne feceris.

*Deus pacem diligit.*

*Legẽ naturalem ſeruemus.*

Quamuis Moyſes varijs donis & prærogatiuis ornatus eſſet, &
multa præclara præſtitiſſet, vt cum per tot annos pauit gregem
ſoceri ſui, & ita ſe totum in deſerto contemplationi & orationi
dabat: Item multos labores pertulit in educendo populo de ſer-
uitute illa Aegyptiaca, & per deſertum manuducendo: nihilomi-
nus tamen illud præcipue de ipſo commendatur quod ſępe inter
homines pacem componeret, & inter Deum & homines, ac ma-
xime ſolicitus eſſet communis boni. Vnde dixit Deo Moyſes, vt
habetur in Exo. Aut dimitte populo huic hanc noxam, aut ſi nõ G
facis, dele me de libro tuo quem ſcripſiſti. Quaſi diceret, tantiſa
cio, te eis parcere, quam in libro tuæ diuinæ prædeſtinationis
me ſcriptum eſſe. Abraham etiam plurimum commẽdatur, pro
pter magnum deſiderium eripiendi ciuitates illas de flamma vo
raciſsima, vnde & Deo dicebat: nunquid perdes iuſtum cum im
pio? abſit à te, vt rem hãc facias. Satis quidem nouerat quod poſ
ſet Deus ſeparare bonos à malis, ſicut & fecit, at vero huiuſmo-
di occaſionem captabat, vt Deum ad clementiam incitaret, &
pacem inter ipſos & Deum componeret. Satis igitur conſtat quã
perfecti eſſent hi viri, & quantum pacis eſſent ſtudioſi. Nõ tamen H
ita ſe gerunt mali: ſiquidem cum ipſi intra ſe pacem nõ habeant
neq; etiam eam componere nituntur inter homines. Vnde Iſa.
ait, Impij autem quaſi mare feruens, quod quieſcere non poteſt.
Et paulo poſt, non eſt pax impijs. Et in Apo. habetur, neq; ha-
bent requiem die ac nocte, qui adorauerunt beſtiam, id eſt appe-
titus ſuos belluinos.

*Componamus pacẽ ſicut faciebat Moyſes.*

*Exo. 22.*

*Gen. 18.*

*Pacem cõponere generoſi eſt & illuſtris viri.*

*Iſa. 57.*

*Apo. 13.*

Pacem quidem commendabat Chriſtus diſcipulis, vt eam inter
ſe conſeruarent, & extirparent omnia quæ diſcordiam generare
poſſent & inuidiam. Vnde cum filij Zebedæi ab ipſo poſtularent
inſigniores ſedes: noluit id concedere, ne alij diſcipuli indignarẽ-
tur

*Mat. 20.*



A tur. Sane quod Iacob ſigna maioris amoris oſtenderet erga Io-
ſeph, quam erga alios liberos, idcirco inuidia & diſcordia inter
ipſos pullulauit: Vnde iam ferme moriens, eos congregauit om-
nes, & ſingulis denunciauit quæ euentura eſſent ipſis: & quan-
do acceſsit ad Iudam, ex cuius tribu ſciebat venturum Meſsiam,
per diuinam reuelationem noluit id aperte declarare, ne alij in-
uiderent ei, & ita diſcordia inter ipſos generaretur, ſed obſcu-
re dixit, non auferetur ſceptrum à Iuda, &c. Sic ergo Chriſtus
etiam ne cæteri diſcipuli indignarentur, ſex dies expectauit poſt
B quam promiſsionem transfigurationis dixerat.

*Gen. 37.*

*Gen. 49.*

*Diſcordias fugiamus.*

### *Dignitates in viris arrogantibus quam ſint periculoſa.*

DVxit *illos in montem excelſum.* Sicut Deus ſuum habet mõtem
in quem ſuos nititur promouere, ſcilicet in montem virtu-
tis & contemplationis, vt ibi ſuauitate quadam cæleſtis dulcedi-
nis oblectentur: ſic dæmon ſuos nititur eleuare ad montem tu-
moris & arrogantiæ, & dignitatum mundanarum, vt inde eos
C perniciosius præcipitet. Et certe in hoc dignoſcitur, Deus ne an
dæmon aliquem ad huiuſmodi dignitates euexerit, quod ſcili-
cet illos quos Deus euehit, collocet ſub ipſa dignitate, hoc eſt,
cognoſcere eos facit quantum ſit onus illud, & ita diligenter cu-
rant ſuo muneri ſatisfacere. at vero dæmon quos euehit, ſupra
dignitates ipſas ſtatuit, perſuadendo ipſis quod iam ſibi debitæ
eſſent, & quod in præmium datæ ſint illis, & vt quiete viuerent,
tum etiam quod rex vel alius princeps eas conceſſerit in præ-
mium obſequiorum quæ ipſi præſtiterunt, & tantarum diuitia-
rum quas inſumpſerunt, & ita de rigore iuſtitiæ ſuadet eſſe de-
D bitas. An non obſecro, hæc tibi maxima videtur ſtultitia, vt ſci-
licet tibi perſuadeas te paſtorem eſſe factum, vt ſecure dormias,
& gregem ipſum dilaceres? non id ſane ſuadebat Apoſtolus no-
uo illi paſtori Timotheo, cum diceret, Tu vero vigila, in om-
nibus labora, opus fac Euangeliſtæ, miniſterium tuum imple, ſo
brius eſto. vide obſecro quot eum legibus obſtringat. Sane Cen
turio quamuis gentilis intelligebat cui oneri ſubiecta eſſet digni
tas ſua, cum diceret, Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſti
tutus. Et certe dignitates ipſæ, onera appellari poſſunt. Vnde
Deus de prælatis tractans apud Iſa. ait, Et dabo clauem domus
Dauid ſuper humeros eius: non ait quod clauem poneret in zo
na, ſed in humero tanquam onus quoddam, & hæc eſt clauis

*Dæmõ in mõtem ſuperbiæ ſuos pertrahere nititur.*

*Boni ad dignitates euecti conditiones.*

*Mali ad dignitates euecti inſolentes.*

*2. Tim. 4.*

*Mat. 8.*

*Iſa. 22.*

oneroſa regiminis. Væ illis qui clauem accipiunt, vt in ea ſedeant E
& ea tantum ſe oblectent, obliviſcentes interim quæ ad eius mu-
nus ſpectant. Nec vero ſolum dignitates ſunt corpori oneroſæ,
ſed etiam animæ periculoſæ, & præſertim niſi adſint ornamenta
requiſita ad munus debite exercendum. Hoc quidẽ inſinuauit Iſa.
dicens, Apprehendet enim vir fratrem ſuum domeſticum fratris
ſui, veſtimentũ tibi eſt, princeps eſto noſter: reſpondebit in die illa
dicens, non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neq; ve-
ſtimentũ, nolite me cõſtituere principem populi, ô ſi homines co
gnoſcerent ſuam inſufficientiam, & huiuſmodi reſponſionem da F
rent, cum ad dignitates inuitantur! Prælati quidem medici eſſe de
bent, & chirurgi. Sed quot ſunt Deus bone, qui poſtquam digni
tatibus anhelarunt, & eas obtinuerũt, nõ ſciunt neceſſitates ſub
ditorum, ſpirituales & corporales medicari? Intelligãt igitur qui
tales ſunt, quod ſi in infernum tendant, nõ liberabunt eos amici,
nec fauores eorum qui ipſos ad huiuſmodi dignitates euexerũt.

*Dignitates oneroſæ & periculoſæ.*
*Iſa. 3.*
*Viri ſapiẽtes fugere ſolent dignitates.*

Mirabile ſane eſt videre quanta cum ſiti deſiderent inſufficien
tes homines dignitates, & tamen Christus Dominus ſciens quod
venturi eſſent vt facerent eum regem, abſcondit ſe & fugit, vt
habet Ioannes. Quid ad hoc dicent ambitioſi qui tam cupide di- G
gnitates prehenſant? Sane in libro Iudicum habetur quod ligna
facere & conſtituere ſibi vellent regem, & ſupplicarunt oliuæ
vellet huiuſcemodi munus ſubire: ipſa vero recuſauit dicens,
nunquid poſſum deſerere pinguedinem meam, qua & dij vtun-
tur & homines, & venire vt inter ligna promouear? dixeruntque
ligna ad arborem ficum, veni, & ſuper nos regnum accipe: quæ
reſpondit eis: nunquid poſſum deſerere dulcedinem meam, fru-
ctuſque ſuauiſsimos, & ire vt inter cætera ligna promouear? lo-
cutaq; ſunt ligna ad vitem, veni, & impera nobis, quæ reſpon-
dit eis, nunquid poſſum deſerere vinum meum, quod lætificat H
Deum & homines, & inter cætera ligna promoueri? dixeruntq;
omnia ligna ad Rhamnum, veni & impera ac dominare ſuper
nos, & quamuis eſſet inſufficiens, tamen acceptauit, & ſtatim ter
ribile quoddam & fatuum edictum fulminauit dicens: venite, &
requieſcite ſub vmbra mea: ſi autem non vultis, egrediatur ignis
de rhamno, & deuoret cedros Libani. O rem prodigioſam, quod
ſcilicet viri ſapientes & idonei recuſent acceptare dignitates, &
conſiderent pericula quæ in ipſis continentur, & tamen idiotæ
& inſufficientes, eas maxime deſiderent. Philoſophus quidam
Chryſippus dicere ſolitus erat, quod nullus dignitates accepta-
re debebat, quandoquidem ſi rite & preclare ſuum munus ex-
ercebat,

*Dignitates quam auide multi appetãt.*
*Ioan. 6.*
*Iudic. 9.*
*Prudẽtes recuſãt dignitates.*
*Stulti ſtatim & ignari dignitates amplectuntur.*
*Chryſip.*



A ercebat, diſplicebat hominibus, & ſi male munus ſibi impoſitum
obibat, diſpliceret Deo. Vnde fit vt multi prælati hoc tempore
iam eos querant ſubditos qui ſibi non minus ſimiles ſint, quam
ouum ouo, & ita vtriq; ad nutum ſuum viuant. Hinc cum ſan-
ctus ille Moyſes iniquo populo conſentire nollet, & deprauatis
eius moribus, quin potius ipſum ſeueriſsime reprehendebat &
puniebat, coniurabant omnes contra ipſum dicentes: conſtitua-
mus nobis ducem, & reuertamur in Aegyptum. Malebant enim
reuerti in Aegyptum, & ibi ad libitum viuere quamuis in ſerui-
tute, quam in libertate viuere ſeruando ſanctas leges, & ad pro-
B miſsionis terram tendendo. Sic iam fere fit vt ſubditi eos præ-
latos reſpuant, qui ipſos ad virtutem dirigant, & viam ad cælum
commonſtrent.

*Multi prælati ſimiles ſibi ſubditos quærunt.*
*Num. 14.*
*Nimiã licentiam quærunt mali.*

Nolimus ambire mundanos honores & dignitates: nam ſi-
cut exiguum nauigium, paſsis velis tendens, & maximo cum
vento, periclitatur ne naufragium faciat, ac propterea circum-
ſpecte moderandum eſt: ſic vtiq; circumſpecte viuere debemus,
& vigilanter, ſi dignitates habeamus: Quis igitur erit ſapiens,
qui velit huiuſmodi dignitates acceptare, in quibus ſi vel tan-
C tillum deuiaueris, in tantum incurras naufragium? Non abs re
igitur reſpondit Christus filijs Zebedæi, neſcitis quid petatis. Sũt
quidem aliqui homines, qui ſæpe à Deo contendunt vt ipſos ad
aliquam dignitatem euehat, & poſtea permittit Deus vt ſit illis
in ruinam, iuxta illud quod dixit Dominus Pharaoni, in hoc po-
ſui te, vt oſtendam in te fortitudinem meam. Sane dignitates
his commendandæ ſunt, qui ſciant ipſas regere & gubernare; nec
ſufficit quod aliquis ſit vir bonus, ſed debet etiam regendi & gu
bernandi artem perfecte noſſe: nam vulgo dici ſolet, quod ali-
D quis ſit bonus ſubditus, & tamen non eſt bonus prælatus. Sic vi-
demus quod aliquis nolit alicui benemorato ſalutem ſuam cõ-
mendare, niſi ſit in arte medica expertus, neque nauigium com-
mendat amico quamuis optimo, niſi artis nauigandi fuerit peri-
tus: ſic ergo non erit aliquis aptus reuera ad prælaturam quod
bonus tantum ſit, niſi fuerit etiam aptus ad regẽdum: Vnde Sap.
ait. Sicut qui mittit lapidem in aceruum Mercurij, ita qui tribuit
inſipienti honorem. Et ſane talis inſufficiens eſt ſicut lapis qui
per violentiam ſurſum ſcandit, ſiquidem natus erat vt deorſum
tenderet: ſic enim tales viri indigni ad dignitates quodammo-
do violẽter aſcẽdunt, cũ potius nati eſſent alijs ſubeſſe. Quid quæ
ſo mõſtruoſius quã volare lapidem? Illud ſane eſt, quod regat in-
ſufficiens, & qui ſolum per fauores ad eam dignitatem aſſurrexit.

*Similitudo.*
*Dignitates humanæ periculoſiſsimæ.*
*Mat. 20.*
*Exo. 9.*
*Dignitates benemeritis ſunt dandæ.*
*Similia.*
*Pro. 26.*
*Similitudo.*
*Dignitas in viro indigno mõſtruoſa eſt.*

*Simile.*

Vnde vulgo dici ſolet, ille quidem aſcendit quod multos habebat fauores, & qui pro ipſo negotientur. Si Deus tam eximios quærebat artifices, qui templum ſuum ædificarent, & nihilominus ipſe eos inſtruebat, vt habetur in Exo. quanto diligentius ædificandum eſt templum ſpirituale, & curandum vt eius artifices aptiſsimi ſint, id eſt, prælati, quibus animarum noſtrarum cura commiſſa eſt? E

*Exo. 31.*

*Prælati optimi deliguntur.*

Porro etſi periculoſiſsimæ ſint dignitates, mirum tamen eſt, quanto cum labore comparentur: ſiquidem ſi litem vincere velis, ſi cathedram comparare, ſi gradum alicuius ſcientiæ, ſi beneficium, ſi canonicatum, ſi prælaturam, & alia id genus, ſudandum tibi plurimum eſt; & quod mirabilius eſt, poſtquam hæc adquiſieris, non tamen contentus es, neq; appetitum tuum exatiant, ſed in eadem remanes ſiti, qua antea. Vnde Sap. 1. dicitur, tranſierunt omnia illa tanquam vmbra: ſunt ergo iſti inſtar puerorum, qui cum vmbra ludunt: & ſicut Eccle. dicit, quaſi qui apprehendit vmbram, & perſequitur ventum. Et vere ita eſt: nam certe omnia hæc mundana videntur ſimilia his quæ arte magica fiunt, cuius beneficio apparent horti pulcherrimi, labores, diuitiæ, & tamen cũ hæc manibus attrectare volueris, nihil ſolidi extat, ſed omnia euaneſcunt, ſic hęc mundana ſunt vanitas vanitatũ & omnia vanitas. Sed tamen nihilominus mali ad eas obtinẽdas dignitates mundanas maxime contendunt, nec cõſiderant, quod ſi dæmon eos iuuat, id facit, vt grauiori caſu eos præcipitet: ſicut aſtutus luctator pugilem ſuum in altum eleuat: vt eum facilius proſternat: & auceps etiam cum videt quieſcentes aues, eas ad volandum prouocat, vt ita ad rete ſuum inducat. Vnde cum videmus aliquem ad dignitatem aliquam aſcendiſſe, qui tamen indignus ea eſt & inſufficiens, metuendum ſane eſt ne in breui eius pernicioſus contingat caſus.

*Dignitates humanæ quanto cum labore adquirantur.* F

*Sap. 1.* *Simile.* *Eccle. 34.* *Simil.* *Eccle. 1* G *Simile.* *Similitudo.*

Præterea permittit etiam Deus aliquando, vt qui tantopere dignitates ambiunt, eas aſſequantur ad maiorem eorum condemnationem. Sane 1. lib. Reg. habetur quod cum rex Saul vellet vindictam ſumere de Dauide, idcirco ei filiam ſuam Michol dedit in vxorem, dicens, Dabo eam illi, vt fiat ei in ſcandalum. Sic ergo interdum indignus prælatus alicui Eccleſiæ permittitur, ad maiorem eius condemnationem & confuſionem, & vt incidat in manus Philiſthæorum. In Gen. quidem habetur quod cum ſciret Iacob proſperitatem ipſius Ioſeph, nihilominus tamẽ cum timore in Aegyptum pergebat, quod conſtat ex eo quod ei dixerit Deus in via ne timeret, ſed tuto ad filium Ioſeph accederet. H

*1. Re. 18.*

*Dignitates aliqui nonnunquã obtinent, ad eorũ cõdenationẽ.*

*Gen. 46.*

deret.



A deret. Timebat quidẽ Iacob ne proſperitas nimia Ioſeph ipſum inſolentem reddidiſſet, & ne fortaſſe ad dignitates eueheret fratres ſuos, in quibus perirent & ſuperbirent. O ſanctum timorem! ô ſi ita nos timeremus, quam diuerſa capeſſeremus inſtituta. Certe vnuſquiſq; rationem redditurus eſt de officio ſibi commiſſo, vt optime ait doctor ſanctus. Ideo dicebat Abacuc, ſuper cuſtodiam meam ſtabo. Hæc cum ſerui Dei optime callerent, idcirco multi ex his prælaturas & dignitates renuntiarũt. Sane cum timore acceptabat ſanctus Ioſue munus ſuum, adeo vt bis eum

*Dignitates timent ſerui Dei.* *D. Tho. 3. p. q. 67. a. 8.* *Abacuc. 2.* *Ioſue. 1.*

B Moyſes ad illud ſubeundum animaret, & incitaret dicens, confortare, & eſto robuſtus, noli metuere, quoniam tecum eſt Dominus Deus tuus. Vnde conſtat quanto cum timore munus ſuum ſubiret Ioſue: ſi enim id non eſſet, non erat cur eum Moyſes hortaretur ad illud ſuſcipiendum: Conſtat etiam ex his quod quidquid eſt in vniuerſo mundo parum valet ſine Deo, & quod quamuis idoneus aliquis ſit ad aliquam dignitatem, nihilominus tamen niſi Dei ſeruus ſit, parum poterit. De Dauide quidem ſcribitur 1. Reg. Vidiſti filium Iſai ſcientem pſallere, & fortiſsimum robore, & virum bellicoſum, & prudentem, & virum

*Dignitates ſerui Dei cum timore acceptant.* *1. Re. 16.*

C pulcherrimum? & quamuis hæc pulcherrima ſint ornamenta, nihilominus tamen addidit, & Dominus eſt cum eo. Porro ſapientes dignitates contemnunt & reſpuunt, inſipientes vero eas plurimum admirantur & concupiſcunt. Scribit quidem Seneca quod quando imperator Caius dignitatem quandam auferret à quodã ſenatore, eo dũtaxat quod erat ſenex, conuerſus ſtatim ad famulos ſuos dixerit vt ſibi iam tumulum præpararent, ſiquidem non poterat abſque munere & officio viuere, ſed iam ſibi mortuus videbatur: mirum ſane eſt quod cum nonagenarius eſſet, nihilominus tamen tam vehementi appetitu & deſi-

*Prælati timeãt Deũ.* *Sen. lib. 16. de breuit.*

D derio dignitates appeteret. Quod cum imperatori nunciatum eſſet, iuſsit illi reſtitui illud munus quod prius abſtulerat, donec mortem cum vita commutaret. Quod hoc tanto appetitu dignitatum cruciaretur gentilis vir, mirum non videtur: at vero quod Chriſtiani homines fidei lumine illuſtrati, tantopere dignitates & honores ambiant, & niſi eas conſequantur, præ triſtitia moriantur, hoc vero intolerabile eſt.

*Dignitates quãtũ appetant multi.*

## *APPENDIX.*

ASſumpſit *Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem.* Ex duodecim diſcipulis hos tres dumtaxat elegit qui eius transfigurationi inter-



inter-

*Mat.20. Simile. 1. Cor. 6.*

intereſſent, vt intelligamus quod multi ſunt vocati, pauci vero E electi. Eſt ſane gloria inſtar brauij, ad quod conſequendum, multi currunt, & pauci illud conſequuntur. Omnes quidem currunt, ait Apoſt. ſed vnus accipit brauium.

*2. Cor. 4. Simile. Succumbimus facile.*

*In montem excelſum*: Aſcendamus nos vt gloriam videamus, ſiquidem Deus & angeli nos contuẽtur: Vnde Cor. 4. ſpectaculum facti ſumus Deo, angelis, & hominibns. Si amicos tuos habes ſpectatores, animaris quidem, & præliaris viriliter, ne ignominiam, ſed victoriam reportes, non animaberis, cum te Dominus contueatur, & tota cæleſtis curia? An non pudeſis, quod ſtatim F tentationibus ſuccumbas? & quod vix dum gladium hoſtis diſtrinxerit, cum iam vinctas ei porrigis manus, eiuſq; mandato te ſub mittis?

*Leui. 11. Mat. 6.*

*Duxit illos in montem excelſum*: In altum duxit eos, vt intelligamus quod vt & in cælum aſcendamus, debemus hic terrena deſerere. Iubebat Dominus in lege ne comederent ex aue quæ volaret & nataret, vt intelligamus quod nemo poteſt duobus dominis ſeruire.

*Iob. 17. Philip. 4.*

*Bonum eſt nos hic eſſe*. Vbicunq: ſit Deus, bonum eſt homini habitare cum eo. Iob dicebat, pone me iuxta te, & cuiuſuis manus G pugnet contra me: Et apoſt. ait, Omnia poſſum in eo qui me cõfortat. Et certe quod homo ſit cum Deo, eſt in centro ſuo & loco ſibi accommodato, atq; inquietum erit cor noſtrum, donec ad ipſum reuertamur.

*Deſideramus quidẽ gloriam, at vero nolumus pro ea ſuſtinere labores. Similitu. Pſal. 16. Simile. Gloria eſt inæſtimabilis.*

*Bonum eſt nos hic eſſe*. Omnibus quidem hominibus placet gloria, attamen vellent quod non perinde in edito loco ſita eſſet & accliui, ſæpe quidem multi hoc vellent, & vt abſque labore in eam ingrederentur, non ita ſe gererent, ſi diuinæ gloriæ valorem optime perpenderent, & conſiderarent: Etenim ea omnia quæ in H hoc mundo pretioſiora ſunt, & apud mortales plurimi fiunt, nil ſunt, ſi ad beatitudinem illam conferantur, ſed tantum appetitum noſtrum incitare videntur ad gloriam illam ſempiternam, quæ eſt ſolidus cibus, Vnde Dauid ait, tunc ſatiabor, cum apparuerit gloria tua. Videas in quibuſdam officinis ſiue tabernis, vbi aliqua pretioſa venduntur, ſolere fieri, vt quædam ex his minimi prætij, ante fores ponantur, vt extent tanquam monumentum aliquod & indicium earum mercium quæ intus venduntur: ſic igitur quæ in hoc mundo vides pretioſa, ſunt quaſi indicium quoddam futuræ gloriæ. Ad quam nos perducat Deus, vt ibi ſimul cum Angelis eum in æternum laudemus.

SABBA-



A

# SABBATHO POST I: DOMIN. QVADRAG:

## CONCIO QVARTA

*Superfluitates in ædificijs quomodo reprehendendæ. & in alijs huiuſmodi.*

*Aedificiorũ ſuperfluitates & ornamẽtorum reprehenduntur.*

ASſumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrẽ eius, & duxit illos in montem excelſum. Mat. 17. Mar. 9. Luc. 9: Attende obſecro quomodo dicat Petrus in hodierno B Euangelio, Domine bonum eſt nos hic eſſe, faciamus hic tria tabernacula: contentus ſibi eſſe videbatur ex exiguis quibuſdam tabernaculis. Vnde ſane docemur quantum ſuperfluitates in ędificijs vitare debeamus, quibus tantopere multi ſtudent, non modo in domorum ſtructura, ſed etiam aliorũ locorum reparatione, cum tamen natura paucis ſit contenta. Sane Alexander magnus cum audiuiſſet Anaxagorã diſputantem plures eſſe mundos, gemebat & ſecum conquerebatur quod ipſe nõ dum eſſet dominus vnius mũdi, & tamen huic tã inexhauſtæ dominandi C ſiti, ſatisfecit tumulus ſeptẽpedalis in morte. Quod cũ ita ſit, nitere tu ne ambitioni incumbas & ſuperfluis ædificijs, ſed potius vitã tuam cum fine diligẽter confer & cõ para. Et quia ad ampliſsima illa palatia cæleſtia tẽdis, noli in his anguſtijs immorari & rebus puerilibus ac minime duraturis: ſed ſicut viator quocunq; lectulo contẽtus eſt in hoſpitio, cum vlterius pergere contendat, videlicet ad ſuauiſsimã domum ſuam, in qua delicate tractandus eſt: ſic etiam nobis ad cæleſtis patriæ amplitudinẽ & ſuauitatem contendentibus, quælibet hic etiam exigua ædificia ſufficere debent. Vnde Apoſt. ait, Abraham demoratus eſt in terra D repromiſsionis tanquam aliena, in caſulis habitando cum Iſaac, & Iacob. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem, cuius artifex & conditor Deus. Quod ſi hoc in terra ſibi tam ſæpe promiſſa faciebat, quid facturum putas cum in aliena verſaretur? ſi ibi in caſulis morabatur & tanquam peregrinum ſe reputabat, quid faceret in alienis regionibus? Vnde merito dixit Petrus in hodierno Euan. Faciamus hic tria tabernacula: quaſi diceret, ad vitam hanc tam breuem traducendam, nobis quidem ſufficiunt quãuis ſex ſimus, tria tabernacula, non indigemus magnis palatijs & caſtellis, neq; varietate & amœnitate hortorum, neq; huiuſmodi alijs rebus caducis.

*Exemplũ prauũ Alex. Mag. Appetitus rerum tẽporalium quomodo ſit refrenãdus. Simile. Conſideremus nos eſſe viatores. Heb. 11. Nos tanquam peregrinos reputemus in hac vita.*

Porro vt dæmon nobis perſuadeat ſuperfluitates & vanitates,

 vtitur

*Aſtus dæmonis.* vtitur hac arte, quod ſcilicet hæc faciamus ad melancholiam à E
nobis depellendam, & vt poſsimus animum tantiſper diuertere.
Recordare obſecro quam affabiliter protoparentes olim fuerit
*Gen. 3.* allocutus, dicens: cur præcepit vobis Deus vt non comederet's
ex omni ligno paradiſi? Quaſi dicat, doleo quidem vicem veſtrã,
& quod tanto bono priuemini: ſiquidẽ eſſe poteratis vt Dij, & ſa
tis poterat Deus hoc vobis concedere cũ tam cõmodum futu-
rum eſſet vobis Sic etiam falſo quodã colore voluit tentare Chri-
*Mat. 4.* ſtum in deſerto dicẽs, dic vt lapides iſti panes fiant: pręmiſit enim
dicens, doleo quod vir tam prudens & ſapiens in his deſertis lo- F
cis cõmoretur, cũ poſſet in Hieruſalem honorifice prædicare, &
Deo ſeruire: hic enim tantum fame conficeris & macilẽtus red-
deris præ tãta abſtinẽtia, cum tamen poſſes in altioribus occupari
*Sub colore* muneribus: neq; enim exiſtimo in toto terrarũ orbe tui ſimilem
*& pallio* poſſe inueniri, ac propterea notabilis eſſet & luctuoſa abſentia
*virtutis* tua & mors, & præſertim ſi præ tãta abſtinentia morereris. vide
*tentat nos* igitur quomodo aſtutus hoſtis ſub pallio quodã amicitiæ & boni
*dæmon,* zeli, atq; neceſsitatis noſtræ tegit virus ſuæ tentationis, & tentat
*Sub ſpecie* nos ſæpe de huiuſmodi ſuperfluitatibus, & nititur vt ad has exe
*ſanctitatis* quendas multa ſæpe committamus facinora. Sic enim videmus G
*laqueum* quod aliqui ſub quodam prætextu ſtatus ſui & familiæ, & ſub ti
*tendit dæ-* tulo conſeruãdi honorem maiorum ſuorum, multa per fas & ne-
*mon.* fas cõmittant. Satis hoc nouerat ſanctus vates cũ diceret, de ne-
*Pſal. 24.* ceſsitatibus meis erue me. Sic etiam multi vulgo ſtatim illud in
medium adducunt, quod neceſsitas non habet legem. Et certe ne
*Nil eſt adeo neceſ-* ceſsitas nõ debet nos ad illud perducere vt Deum offẽdamus. nec ta
*ſarium vt* li neceſsitate nos Deus vnquam opprimit vt ipſum offendamus.
*nos cogat* Quare potius in Domino confidamus & ipſe liberabit nos, & no
*Deum of-* bis proſpiciet, ſicut fecit cũ Elia famelico & ſiti confecto, modo
*fendere.* ipſi angelũ cum pane mittẽdo & aqua, ad vitam ſuſtentãdam, & H
modo coruum, qui ei panẽ & carnes adferebat. Quis vnquã di-
*3. Reg. 17.* xiſſet quod angelus ſubcineritium quẽdã panẽ præparaturus eſ-
*3. Reg. 19.* ſet Elię? & quod tam carniuora auis, ſibi carnes adferret, & Eliæ
*In grauiſ-* miniſtraret? Quis igitur erit tam barbarus qui etiam in grauiſsi
*ſimis etiã* mis neceſsitatibus, in Domino non ſperet, cum videat quantam
*neceſsitati-* ſuorum gerat prouidentiam, & eorum qui ſicut Petrus, paucis
*bus ſem-* contenti, dicunt, faciamus hic tria tabernacula? Audiamus itaq;
*per in Do-* Apoſtolum ita monentem, omnis inquit, qui in agone conten-
*mino confi-* dit, ab omnibus ſe abſtinet, & illi quidem vt corruptibilem co-
*damus.* ronam accipiant, nos autem incorruptam: Non ſane illud cura-
*1. Cor. 9.* bat Petrus, vt ſcilicet in huiuſmodi quæ ædificare volebat in mõte
taber-



A tabernaculis, multa eſſent ornamenta ad illa componenda,
vt nunc fit. ſi quidem ſi hoc tempore aliquem viſitaturus acce- *Aedificia*
das, dictu mirum quantus excitetur ſtrepitus ad ſellas honora- *& orna-*
rias hinc inde conquirendas. Refert quidem Diogenes Laertius, *mẽta ſint*
quod cum philoſophus quidam ciuitatem quandam ingredere- *moderata.*
tur, in qua nundinæ erant, & multa vænum exponebantur, ex- *Diogen.*
clamauit dicens; dijs gratiam habeo, quod nullis ex his indigeo. *Laer.*
Vide igitur vir Chriſtiane, quantæ tibi vertatur ignominiæ, ſi in *Natura*
tantis ſuperfluitatibus reſecandis, ab hoc gentili te vinci patia- *paucis eſt*
ris. *contenta.*

B Sane tota Chriſti vita, lectio quædam fuit vt ait Chryſoſ. qua *Chryſ. in*
erudiremur, ne maiora quã neceſſarius vſus exigat, requiramus. *Matt. ho.*
Itaq; quando etiam naſcebatur, non magnificas ędes, non locu- *67. to. 2.*
pletem matrem, ſed pauperrimam, & fabro deſponſatam elegit,
& in tugurio naſcitur, & in præſepio ponitur. Sic diſcipulos nõ *Matth. 1.*
oratores aut prophetas voluit, nec genere aut fortuna claros,
ſed inopes valde atq; ignaros. Menſa ſua hordeaceis nonnunquã *1. Cor. 1.*
panibus, nonnunquam quos diſcipuli e foro emerẽt, referta erat.
Recumbebat præterea in fæno, veſtes viles, nec conditionem vul
C gi excedentes, induebat. Domum nullam habebat, cumq; de lo-
co in locum tranſeundum, pedibus iter faciebat, vt labore plerũ-
que conficeretur. Nunquam in ſede, nec in puluinari, ſed in ipſa *Matth. 8.*
ſuperficie terræ, modo in mõtibus, modo apud fontes ſolus ſede
bat, & mulierem Samaritanam alloquebatur. Sic mediocritatem
in mærendo nos docens, quando res poſtulabat, lachrymas effu-
dit, terminos nobis in omni re conſtituens, vt quo vſq; progrediẽ *Ioann. 4.*
dum eſſet non ignoremus. Porro de Antiſthene ait Hiero. aduer *Luc. 19.*
ſus Iouinia. quod cum glorioſiſsime iam docuiſſet rhetoricam, *Hie. li. 2.*
audiſſetq; ſemel Socratem, dixiſſe fertur diſcipulis ſuis, abite, & *aduerſus*
magiſtrum quærite, ego enim iam inueni: ſtatimq; venditis quæ *Ioui. to. 2.*
D habebat, & publice diſtributis, nil ſibi præter palliolum reſerua- *Xeno. in*
uit, vt autor eſt Xenophon. *Simpoſ.*

Sed quis poterit declarare quanta hoc tempore ſit in veſtibus
ſuperfluitas? Ambroſius quidem ait, quod pleroſq; mollioris cu- *Ambr. in*
ra veſtis effæminat, qui quaſi graue onus ferre non poſsint, ſeri- *Luc. 6.*
cas veſtes per terram verrunt, vſumq; faciunt, vt amictus ſit ho- *cap. 7.*
nori. Tenera autem corporis cura, luxuq; laſciuiarum & cupidi
tate mollitos nequaquam cæleſtis aula ſuſcipiet. Tum etiã Chry *Chry. in*
ſoſ. ait quod multi non inuenientes ſatis accommodatum ſuo ar *Gene. ho.*
bitrio pannum communem, bombicino, texto Attalico, & con *18. tom. 1.*
ſimilibus vtuntur indumentis. Non id ſuadebat Pau. dicens: ha- *1. Tim. 6.*
bentes

bentes alimenta, & quibus tegamur, his contenti ſimus. Et alibi idem Chry. ait cum exceſſus & immoderatio in veſtibus, ex ſuperbia fere aut vanitate, ortum habuiſſe videantur, pudore plane perfundi debent, qui eandem in cõſuetudinem ducunt, præſertim cũ leuitatis notã effugere omnino non poſsint. Eſt enim leuiſsimi hominis, talẽ habere conſuetudinẽ, ſeq; iactare vt quidam faciunt quod in his rebus prodigi admodũ ſint, cũ tamen multi nudi incedant, & extrema cogantur inopia & coanguſtentur. Et alibi ait, eo diſſolutionis deuenit iam hæc immoderatio, vt qui eam effugere ſtudent, irrideantur a prodigis & immoderatis, qui ſcilicet ignorant, aut nolunt intelligere, verum ipſum ornatum ab indumento potius animi, hoc eſt à virtute, quam ab indumentis corporis eſſe iudicandum. Superflua quæq; amputa: nam calceamenta qui ſupra menſuram pedibus adegerit, itinere certe prolixiori, impedimenta ſentiet: & veſtimentum induens, corporis ſtaturam excedens, parimodo implicabitur: atq; ſuperfluum vbique in eo quod ſatis eſt ad opportunitatem, inutile eſt. Vnde procedere arbitraris, ait Chryſo. adulteria, furta, rapinas, homicidia aliaq; innumera mala, niſi ex rerum ſuperfluarum cupiditate? iuxta illud Apoſ. radix omnium malorum eſt cupiditas. E F

Tractans de huiuſmodi ſuperfluitatibus D. Ber. ait, ex cordis thesauro ſine dubio procedit quidquid foris apparet vitioſum: vanum enim cor, vanitatis notã ingerit corpori, & exterior ſuperfluitas, interioris vanitatis indicium eſt. Mollia indumenta, animi mollitiẽ indicant: non tantum curatur corporis cultus, niſi prius neglecta fuiſſet mens inculta virtute. Quid enim à pueris, ait Chryſoſ. quęſo differimus, ludentibus & domos ædificãtibus, nos nimis ſplendidas erigentes domos? nil, niſi quod & cũ pœna nos hæc facimus. Si vero nondũ rei vilitatem conſpicimus, mirandũ nõ eſt, nõdũ enim viri facti ſumus: cum autẽ facti fuerim⁹, ſciemus quod hæc ſunt puerilia, quoniã & illa viri euadentes dimittimus: cũ autẽ pueri ſimus, ſeria eſſe putamus, & teſtas ac lutũ coagmentantes, non minus magna erigentibus ſepta, ſoliciti ſumus. Veruntamen ſtatim pereunt & collabuntur, & neq; ſi ſtarent, vnquã nobis vtilia forent, ſicut nec iſtæ ſplendidæ domus nimis; cæli nãq; ciuẽ admittere nõ poſſunt, neq cæleſtẽ habẽs patriã, in his mirari ſuſtineret. Efficiamur itaq; viri, quouſq; ſolo reptamus, in lapidibus & lignis altum ſapientes? Quouſq; ludimus? Et vtinam tantummodo luderemus: Nunc autem & noſtram perdimus ſalutem; & ſicut pueri cum in his ſtudium agunt literis neglectis, multa ſuſtinent verbera, ſic & nos in his ſtu- G H

dium

*Chryſ: in Geneſ. ho. 37. to. I.*
*Magna diſſolutio in veſtib⁹.*
*Chry. ad pop. hom: 19. tom. 5.*
*Simile.*
*Chry. ho. 37. in Ge. tom: I.*
*I. Tim: 5.*
*Bern. in Apolo. ad Guil. Abba.*
*Chry. ad po; ho. 47 tom. 5:*
*Simile.*
*Imitamur pueros in puerilibus figmentis luſitantes.*



dium omne impendentes, dum ſpirituales exigemur diſciplinas, A
tunc per opera nec quas præſtemus habebimus, extremam dabimus vltionem, nec vllus erit qui nos eruat, ſiue pater, ſiue frater, ſiue quicunq;. Sed hæc omnia quidem tranſibunt: ex his autem oriens tortura manebit immortalis atq; continua. Quod & in pueris accidit, pueriles quidem ludos propter ipſorum torporẽ, patre funditus deſtruente, ipſos autem in continuo luctu conſtituente. Quid ergo altum ſapis homo? Quonam ſublimis incurru veheris? Quod te multorum trahit iugum? & quid in lignis & lapidibus tanquam rebus puerilibus, occuparis tam nimium ſolicite? B

*Pueros punimus quia nimis tradũt ſe puerilibus, & nos nil amplius facimus.*

### *Delectationes corporales quantum incommodent.*

D*Omine, bonum eſt nos hic eſſe.* Vſque adeo lętus erat Petrus videns magiſtrum, & illos alios illuſtres viros, cum tanta maieſtate, vt obliuiſceretur condiſcipulorum abſentium, & cæleſtis illius patriæ, ac propterea hic incolatum ducere volebat, ſolum præſentia contemplans. Quod etiam nobis ſæpe accidere ſolet, ſi C quidem humanę delectationes & corporales, ita nos à cæleſti via auocare ſolent, ac ſi non fuiſſemus ad cæleſtem beatitudinem vocati. Sane qui per amęnas vmbras æſtate itér faciunt, & per limpidos fontes, ſolent ſuum curſum, in his occupati, retardare, atque ita ſero ad hoſpitium ſuum deueniunt, non autẽ ita ſegerũt qui per aſperas gradiuntur vias: Vnde ad occurrendum his incõmodis permiſit Deus vt populus Hebręus affligeretur in Aegypto, vt hoc modo deſideraret magis ad propriam peruenire patriam. Quamuis Iacob eſſet iuſtus nihilominus tamen cum bene tractabatur à Laban, cupiebat cum ipſo libenter manere etſi ido- D lolatra: vnde permiſit Deus vt ipſum falleret, & ſæpe de fraudaret, atq; ita ſtatim deſiderauit in patriam remeare, & eius ſocietatem dimittere: Sane ſitis tam inexhauſta populi Hebræi, effecit vt aqua tam grata eſſet eorum palato, & quaſi mel, vt habetur in Deut. Sic etiam Deus duxit Abraham per labores varios & aſperitates, vt eum doceret quod ſalubrior ſit via & vtilior per labores, quam per mundanas delectationes: Antequã Iacob in eas diuitias perueniret ad quas venit, vide quantopere laborauerit prius apud Laban. Vide etiam per quot labores duxerit ipſum Ioſeph, priuſquam eueheretur ad tantum dignitatis faſtigiũ: tum etiam Dauidem, antequam pacifice regnum adminiſtraret: Hebręos antequam promiſsionis terra fruerentur.

*Delectationes tẽporales nos i nobilitionẽ ducũt, æternarum.*
*Simile.*
*Gene. 30. & 31.*
*Deut: 32.*
*Delectationes periculoſæ huius mũdi.*
*Gene. 30:*
*Gene. 39.*
*I: Reg. 16*

Et certe

E Et certe vt quis libentius has mundanas delectationes ſpernat plurimum confert vt oculos in ea conijciat, quæ ſibi in morte euentura ſunt,&in quantos agones pleriq; tunc pertrahãtur. *Simile.* Cũ perdix intra virgultum deliteſcit,ſentitq; circunſtantes ſe canes & præterea proſpectat circum volitãtem accipitrem, ſentitq; venatores virgulta omnia explorantes & ferientes, quid faciet miſera? *Cõſiderãtes mortẽ fugiemus mũdi gaudia.* Sic plane quid temiſero fiet in hora mortis,cum adhuc anima latet in corporis virgulto,& tamen multitudo peccatorum eam circunſtat & dæmonum,atq; mortis anguſtiæ eam ferientes exire compellunt,vt hoc pacto in venatorum hoſtium manus incidat,& pro momentaneis huius vitæ delicijs,tormenta incurrat ſempiterna? *Vide quãtas ſecum anguſtias mors adportet.* F O te infelicem peccatorem,quanto aliter viueres, ſi hæc diligenter apud te perpenderes.

*Mũdi delicias deſpicemur.* Serui quidem Dei, mundanas delectationes contemnentes, ſæpe gemunt & ſuſpirant,contemplantes ęterna illa gaudia quibus beati in cælo fruuntur,& tamen videntes ſe adhuc in hac miſeriarum valle exules: *Simile.* ſicut qui in carcere verſantur,triſtantur multo magis cum tripudia aliqua & feſtos dies in ciuitate celebrari ſentiunt. *Pſal.141. Iſa. 24.* Vnde Dauid dicebat,educ de cuſtodia animam meam ad confitendum nomini tuo,me expectant iuſti,donec retribuas mihi. Sane gaudia illa cæleſtia vere poſſunt appellari gaudia , hæc G enim noſtra vana ſunt,& tormentum potius pariunt. *Gaudia huius vitæ quam ſint vana.* Vnde Iſa. ait,ingemuerunt omnes qui lætabantur corde:ceſſauit gaudium tympanorum , & quieuit cætus lætantium : ſane lætari corde, eſt ſe ex animo humanis voluptatibus tradere. Porro cum cor noſtrum ſit ceu hortus quidam,plantemus in eo non ramos cum floribus,id eſt huius ſeculi delectationes,ſed potius virtutes,quarum pręmia in ſempiternum durabunt. *Pſal.125.* Hoc quidem ſanctus vates probe nouerat qui dicebat,qui ſeminant in lachrymis,in exultatione metent. *Eccl.3.* Et Eccle quidem dicit,tempus plorandi, & tempus ridendi:hic igitur plorandum eſt,vt in patria in ſempiternũ H ridere poſſimus. *Gloriæ gaudia & inferni pœnas meditemur.* O ſi Deus nobis oculos aperiret vt videremus gaudia quibus illic fruuntur,qui hic pœnitentes vixerunt:& tormenta quæ patiuntur,qui hic in delicijs fuerunt! filij huius ſeculi, dicũt boni,vident cruces noſtras,nõ conſolationes noſtras : vidẽt delectationes malorum,& non interiores afflictiones, etiam interdum in hac vita, ſiquidem aliquando hic incipiũt guſtare tormenta illa ſempiterna.

*Marc.9. Luc.9.* Plurimum fallebatur Petrus eligens ſibi habitationem in monte Thabor,nõ conſiderans quanto felicior habitatio eum in patria maneret,vnde optime dicunt euangeliſtæ Marcus & Lucas quod



A quod neſciret quid diceret. Multi etiam ſunt qui in hoc Petrum imitantur ardentiſsima quippe felicitatis ſiti laborantes , non alia tamen,quam huius mundi bona eſſe putant,quibus flagrantiſsimam animæ ſuæ ſitim ſedare queant:non intelligentes quod amicis ſuis Dominus abſcõditum manna porrigere ſoleat,quod cordis noſtri ſitim & famẽ ſedat,quodq; omnem mundi ſuauitatem & dulcedinem ſuperat. *Obliuiſcimur æterna pro tẽporali.* *Simile.* Sicut enim aqua maris,omnium fluuiorum & fontium (quæ latiſsime per terram funduntur ) aquas ſine vlla menſura ſuperat:ita plane immenſum illud & infinitum B bonorum omnium pelagus,infinitis partibus vniuerſam omniũ bonorum mundi copiam ſuperat:atq; ita maiorem piorum animis oblectationem,quam illa omnia in vnum collecta , in vnum coniuncta,in vnum conglobata,præbere poteſt. *Bona æterna in infinitum excedũt hæc tẽporalia.*

Oſtendere volens regius propheta quanto accenderetur deſiderio Deum videndi, dicebat:quemadmodum deſiderat ceruus ad fontes aquarum,ita deſiderat anima mea ad te Deus. *Pſal. 41.* Porro Auguſt. ait. ſi tantopere miſerrima hæc vita a pleriſq; amatur, quæ tantis laboribus & calamitatibus confertiſsima eſt:quanto magis votis omnibus expetenda eſt,atq; a nobis diligenda C ſempiterna illa vita & beata? *Aug. de temp. ſer. 113, to. 10* in tantam ſane deuenimus propter ſcelera noſtra miſeriam,ait Greg. vt vix conatum vllum adhibeamus ad cæleſtem beatitudinem & patriam comparandam. *Grego: in euang. ho. 36.* Conſtat enim omnia naturæ beneficia,atq adeo totam huius mundi fabricam ad hoc potiſsimum inſtituta fuiſſe,vt tanti operis contemplatione,in conditoris & benefactoris noſtri admirationem & amorem raperemur: *Lu. Gra.* conſilium itaq; domini fuit hiſce rebus velut ineſcare nos,vt bonis corporis quorum tam auidi ſumus, allecti fidem ſimul & amorem in pectore noſtro nutriremus , & è corporis, ad animæ ſalutem,per hæc ipſa trãſitum faceremus. *Rebus tẽporalibus nimiũ incũbimus.* D Sed quid nos tãdem facimus? adeo terrenis rebus addicti ſumus, adeoque præpoſtere rebus quidem ipſis conditis vtimur , vt ea ſolum quæ corpori ſalutaria ac commoda ſunt, auide conſectãtes,quæ menti ſalutem ad ferre poſſunt, tanquam inania , & nil ad nos pertinentia,reſpuamus cum tamen horum gratia cætera omnia fuerint inſtituta, *Tẽporalia æternis anteponimus.* quodq; longe grauius eſt,ſunt & alij qui non modo pij benefactoris memoriam deponunt, ſed ipſis etiã beneficijs in eius iniuriam abutuntur , quemadmodum ipſe per prophetam queritur: *Hier. 5.* ſaturaui inquit, eos,& mæchati ſunt, & in domo meretricis luxuriabantur. Itaq; abundantia, quę illis domini ſui beneficio contigerat,& quæ ad donantis laudem inuitare debuerat,iuxta quod ſcriptum eſt, *Pſal. 21.* edent pauperes & ſaturabun-

*Beneficijs Dei abutimur.* *2. Reg. 10.*

rabuntur, & laudabunt dominum qui requirunt eũ, illis quidẽ non laudandi, ſed luxuriãdi, & præcepta Dei violandi, occaſionẽ præbuit. Quorum impudentia non video cui melius comparari poſsit, quam peruerſitati Hannon regis filiorum Amon, quem cum Dauid honoris gratia, propter amicitiam quam cum patre eius habuerat, legatis miſsis viſitaret, & de patris recens defuncti morte condoleret, tantum abfuit vt gratiam pro gratia rependeret, vt legatos pro exploratoribus habens, raſa dimidia barba eorum, præſciſsiſq; ad medias vſq; nates veſtibus, turpiſsime fœdauerit, atq; aſe cum inſigni ignominia dimiſerit. E F

### *Chriſtus bonum ſubditum, & bonum prælatum repræſentauit.*

*Prælati & ſubditi quales eſſe debeant.*

HIc eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite. Declarant ſane hæc verba quam egregium ſubditum & prælatum actione ſua Chriſtus egerit & repræſentauerit. Bonum quidem agebat ſubditum, ſiquidem pater ait, hic eſt filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui Et egregium prælatum referebat, quandoquidem nos erudiendos ab ipſo dicit, cum ait, ipſum audite. Et ſane totus hic mundus in paſtores & ſubditos diſtributus eſt: vnuſquiſq; ergo munus ſuum ſedulo curet Porro loquens quidem Iſa. de Chriſto ait, emitte domine agnum dominatorem terræ, de petra deſerti, ad mõtem filiæ Sion. Sed cur obſecro euãgelice vates, ipſum appellas dominatorem & ex alia parte vocas agnum? Id ſane facit vt oſtendat quam egregie obedientem ſubditum, & præcipientem prælatum egerit, & quomodo doceat prælatos prudenter dominari, & ſubditos manſuete obedire. Quaſi diceret: mitte obſecro æterne pater, filium tuum tanquam dominum, vt doceat quomodo prælati regere debeant: & mitte eum tanquã agnũ, vt ſubditos doceat quomodo debeant obedire; & ita vna inter præcipuas cauſas propter quas in hunc mundum miſſus eſt, hæc fuit. Cæterum quod obedientem ſubditum referret, aperte conſtat ex illo Iſa. quaſi agnus coram tondente ſe obmuteſcet, & non aperiet os ſuum. Quod autem egregium referret prælatum, ipſemet aperte teſtatur, cum dicat apud Ioan. ego ſum paſtor bonus. Si quidem adeo fuit bonus paſtor, vt animam ſuam pro ouibus poſuerit. Sane cum Eliſæus vidit Eliam aſcendentem, clamabat dicens: pater mi, pater mi, currus Iſrael & auriga eius: vbi notandum eſt quod cum bis eum patrem vocauerit, nihilominus tamen etiam eum appellaret currum & aurigam Iſrael: vt inde intelligamus quod prælatus

*Mundus in prælatos & ſubditos diſtribuitur.* G *Iſa. 16.* *Quæſtio.* *Reſpon.* *Quomodo prælati præcipere, & ſubditi obedire debeant.* H *Iſa. 53.* *Ioann. 10.* *4. Reg. 2.*



A prælatus debet eſſe pater in gubernando, & auriga in regendo, & currus ad patienter perferendos ſubditos. Hæc vero omnia appoſitiſsime Chriſto conueniunt. Quis enim vnquam pater tanta patris viſcera filijs ſuis oſtendit? Quis cum maiori æquitate gubernauit? Quis ita humeris ſuis portauit ſubditos ac ipſe? Conſidera obſecro quomodo fatigatus ex itinere, ſedebat ſic ſupra fontem, adeo vt obliuiſceretur cibum corporis, propter cibum ouium ſuarum, & oues perditas ſemper quæreret. Cæterum quam ornatus procedit paſtor pera ſua, retibus, ſale, B canibus, & alijs huiuſmodi, ad commodum ſemper ſui gregis? & tamen ipſe fruſtro quodam hordeacei etiam panis ad corpus ſuum ſuſtentandum, contentus eſt, & ruſtico quodam condimento. Quod ſi roges, dic bone paſtor, quorſum ita oneratus incedis, cum tanta ſuppellectili pro ipſo grege, & tamen tu ita parce victitas? Vtiq; reſpondebit, valeat modo grex, ego enim qualicunque cibo contentus ero. Sic de Chriſto ait Pau. Chriſtus aſsiſtens pontifex futurorum bonorum, id eſt Chriſtus eſt pontem faciens futurorum bonorum. Admirabilis certe pontifex fuit, ſiquidem per triginta & tres annos pontem no- C bis fabricauit, vt oues traduceret hinc ad cælum. Hunc autem pontem vitam Euangelicam, de qua verbis & exemplis præcepta tradidit, eſſe conſtat.

*Prælatus faciat quod præcipit.* *Ioan. 4.* *Prælatus ſeipſum obliuiſcatur, vt ouium reminiſcatur.* *Hebr. 11.* *Pontẽ nobis fabricauit gregi videlicet ſuo, Chriſtus.*

*Ipſum audite.* In hac via præſentis vitæ difficili, ſalebroſa & aſpera, ait Cyril. mille occurrunt pericula, diſcrimina mille, quæ impedimento plerumque ſunt nobis, ne optatam noſtri callis contingamus metam, ſed alio nos diuertunt & deducunt in perditionem. Itaq; ſummopere opus eſt nobis ad peragrandam huius noſtræ peregrinationis ſemitam, recto duce & bono, qui & viæ non ſit ignarus, & libens velit nos omnibus his exemptos D periculis, incolumes ad conſtitutam nobis ciuitatem perducere. Verum quod multis optandum nobis eſſet votis, & ingenti labore perquirendum, vltro nobis offertur: nam pater æternus eum nobis dat, vt ipſum audiamus & ipſe etiam fatetur ſe magiſtrum noſtrum, cum ait apud Ioan. vos vocatis me magiſter & Domine, & bene dicitis, ſum etenim: inſuper vita eius atque doctrina talis eſt, vt per Ioannem dicat, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris, ſed habebit lumen vitæ. De malis quidem, & peruerſis dictum eſt, neſciuerunt, neque intellexerunt, in tenebris ambulant, ignorantiæ videlicet, & vitiorũ. Tantum autem incommodum euitat quiſquis Chriſtum ſibi ducem conſtituit, nam qui illum ſequitur, non ambulat ipſe quidem in tene-

*D. Cyril. in Ioan. l. 5. ca. 18.* *Cum oues tantopere periclitentur, oportet paſtorẽ diligentẽ eſſe.* *Ioann. 13.* *Pſal. 81.* *Mali in tenebris ambulãt.*

*Pſal.118. Prædica-tor faciat quæ alios docet.*

in tenebris,ſed habet mandata illius tanquam ardẽtem faculam viæ ſuæ indicem,& cum propheta lætus,deo concinit:lucerna pedibus meis verbum tuum,& lumen ſemitis meis. E Conſequitur faciendo eius doctrinam,& executioni mandando eam lumen vitæ,quod interius animam illuminans, perducit illam tandem ad lucidam viuorum regionem.

## APPENDIX.

*Terrena contemnamus,ſi cæleſtibus frui volumus.*

*In montem excelſum.* Ducit illos in montem, vt gloriam eis oſtendat,vt intelligamus quod hæc terrena deſerere debemus,ſi frui volumus cæleſtibus. F Videas aliquas caſtaneas & nuces,quæ difficile mundari poſſunt,propterea quod corticem habeant nimium nucleo adhæreſcentem,vnde dicere ſolemus non perinde bonas eſſe quod cum magna difficultate corticem excutiant.Sic plane non eſt laude dignus vir Chriſtianus qui mundo nimium ad hæreſcit,nec eius amorem à ſe excutit.

*Vt Deo fruamur mundanis non debemus in hærere:*

Videas enim aliquos qui ita diuitiarum tenaces ſunt,vt eleemoſynam nullam largiantur,nec faueant neceſsitatibus proximorum, etſi in magna eos afflictione poſitos conſpiciant:hi ſane ſunt inſtar nucũ,quæ corticem nimis tenacem habent.Alios videas vindictæ ſumendę incumbentes,vel ludo,vel venereis delectationibus, vel blaſphe- G mijs.At vero ſi huiuſmodi pertinacem corticem à ſe excutiant, fructus erunt vtiq; diuina menſa digni.

*1.Reg.17. Præmio incitari ſolemus. Deut.11.*

*Transfiguratus eſt.*Gloriæ quidẽ ſpecimẽ quoddam edit, vt nos ea poſsit ineſcare,cum nouerit nos plurimum allici præmijs. Vnde Dauid interrogabat,quid nam daretur viro qui cum gigante in arenam deſcenderet:cumq; de præmio certior redditus eſſet, ſtatim ſe ad prælium accinxit. Item vt hebræi animarentur ad terram promiſsionis ingrediendam,propoſiti ipſis fuerunt admirabiles fructus illius regionis.

*1.Cor.1. Transfiguratus eſt Chriſtus ad honorẽ ſuæ Eccleſiæ.*

H Sane in hac transfiguratione pro honore ſuæ Eccleſię reſpondit Chriſtus: ſi quidem & gentiles nos irridebant, quod vt ait Pau. prędicemus Chriſtum crucifixum,& ita ſtultos nos reputabant. Sicut modo irriderent puellam aliquam, quæ connubio iuncta eſſet cum viro iuxta opinionem hominum diuite, & tamen nudus & pauper incederet & viueret. Quamobrem hodie Chriſtus ſe induit non veſte ſerica, ſed veſte glorię, atque ſe collocat nõ inter duos latrones, ſed inter duos inſignes prophetas,vt ita Eccleſiam ſuam animaret, & ad altiora promoueret.

DOMI-



# A DOMINICA. II. QVADRAGES. CONCIO PRIMA.

*Liberalis remunerator eſt Deus,laborum pro ipſo collocatorum*

*Luc.9. Labores propter Deũ toleratí quam ſint glorioſi.*

AS *Sumpſit Ieſus Petrum,& Iacobum,& Ioannem fratrẽ eius & transfiguratus eſt ante eos.*Mat.17.Mar. 9. Luc.9. Sane tres euangeliſtę qui hanc hiſtoriam narrant, dicunt quod hi duo illuſtres viri videlicet Moyſes & Elias inter fuerunt in transfiguratione,quin & Luc.ait,erant B autem Moyſes & Elias viſi in maieſtate, vnde conſtat quantum ſplenderent,qui tamen in mũdo,grauiſsimas perſecutiones propter Deum paſsi ſunt:ſimul etiam conſtat quomodo coronentur labores propter Deum tolerati,& quomodo eos Deus ſoleat remunerari qui pro nomine ipſius patiuntur. Quam obrem gaudere debes in laboribus quos propter Deum ſuſtines,ſi quidem eos Deus tibi cumulatiſsime cõpenſabit,cũ te tanquam inſtrumentum quoddam ſuum,ſibi videatur delegiſſe.

*Figura.*

Sane virga Aaron, baculus erat paſtoriis vt cæteri,& tamen cum Deus eam ſibi tan C quã inſtrumentum quoddam ſuum aſſumpſiſſet,id circo eam ita honore afficit,vt in arca etiam ſanctuarij collocauerit, ad quam niſi ſummus ſacerdos accedere poterat nullus, et is quidẽ ſemel in anno accedebat cum maxima quidem reuerentia,vt ait Apoſ. *Hebr.9.* ſi igitur Deus inſenſibilem virgam ita honore afficit, cum eam ſibi inſtrumentum delegerit,quid mirandum eſt ſi hodie in maieſtate viſi ſint Elias & Moyſes,quos Deus aſſumpſerat ſibi tanquã inſtrumenta quædam mirabilium ſuorum patrandorum? Quid etiam mirũ erit,quod tuos labores cumulatiſsime cõpenſet,qui aridam virgã & inſenſibilẽ ita honorat,etſi nullos pro Deo labores pertulerit?

*Optime quidẽ remuneratur Deus labores pro ipſius nomine toleratos: Iob.1. Tob.2. 2.Cor.12.*

His igitur conſiderationibus ſuſtulti ſerui Dei tot D pro Dei gloria labores ſuſtinebant, cũ viderent hoc pacto Dei laudem & gloriam longe,lateq; diffundi. Atq; ita Iob neq; paupertas,nec infirmitas,nec ſterquiliniũ,neq; ignominiæ,poterãt à deo ſeparare:neq; Tobiã cæcitas,paupertas, iniuriæ: neq; Paulũ carceres,vincula,verbera,naufragia,tyrannides:neq; etiã multitudo reuelationũ ipſum extollebat,nec copia tẽtationũ opprimebat.Sed omnes hi ſerui Dei conſtãtes ſemper perſeuerabãt in diuinis mandatis & amore,adeo vt homines eos videntes,laudarẽt Deũ in ſanctis ſuis. Cũq; hi ſerui Dei intelligerent quã bonus remunerator ſit Deus,id circo inuicto quodã animo in diuino obſequio perſiſtebant. Sic igitur nos etiã præmijs ampliſsimis af-

Tt ficiet,

ficiet, ſi pro ipſo labores patienter toleremus, quantumuis mundus nos deſpicabiles & contẽptibiles exiſtimet, ſicut hos ſeruos Dei exiſtimabat, & tamen hos modo in maieſtate cõſpicuos oſtẽdit. Cũ ergo tã liberalẽ habeamus remuneratorem, gaudeamus in laboribus, cum his tam eximia parata ſint prẽmia; ſimulq; inſtar vrſi qui ſe ab apibus vulnerari ſinit, modo ſuauiſsimum deguſtare mel poſsit. E

*Simile. Labores propter Dñ̃ tolerati, egregie cõpenſantur.*

*Viſi in maieſtate.* O felices ignominias, quas in tantã maieſtatẽ cõmutauit Deus! Et certe honores mundani citiſsime præteruolant, non ita diuini. Recordare obſecro quãta cũ põpa procederet Holophernes, & tamen quã ignominioſum breuiter habuerit finẽ. F Vide etiã quo redactæ fuerint põpæ illæ Darij, Xerxis, Alexãdri, & imperatorũ Romanorũ. Optime igitur Eccl. ait, omnia quę de terra ſunt, in terrã cõuertẽtur, & omnes aquæ in mare cõuertẽtur: ſubſtantiæ iniuſtorũ ſicut fluuius ſiccabuntur, & ſicut tonitruũ magnũ in pluuia perſonabunt: non ita ſerui Dei, ſicut hodie videmus in his ſanctis viris. Hos quidẽ varios ſucceſſus viſus eſt ſignificare Deus optimus maximus cũ dixit Ezecheli: cũ intrauerit populus terræ in conſpectu Dei ſolẽnitatibus, qui ingredietur per portã Aquilonis vt adoret, egredietur per viã portæ meridianæ: Porro qui ingredietur per viam portæ meridianæ, egredietur G per viã portæ Aquilonis: nõ reuertetur per viam portæ per quã ingreſſus eſt. Quid igitur nos docet his verbis, niſi quod qui hic ingredietur per portam Aquilonis laborũ & ignominiarũ, poſtea egredietur per portã meridianã iucunditatis & gloriæ: qui vero ingredietur hic per portã meridianã deliciarũ, in alia vita per portam Aquilonis exibit, vbi erit fletus & ſtridor dentiũ? Sane non egredimur e mundo, per quã ingreſsi ſumus portam. Hoc quidẽ eſt quod in prima ſua concione Chriſtus monuit mundũ, dicens, beati pauperes &c. Et væ vobis qui ridetis, & væ vobis qui cõſolationẽ veſtrã habetis in terra. H Sic enim accidit illi diuiti, qui tantis abundabat opibus vt non haberet vbi eas reconderet: & illi qui epulabatur quotidie ſplendide, & tamen in alia vita mendicabat. Contrario ergo modo accidit Eliæ & Moyſi, vt hodie videmus, & ita accidet etiã his qui pro Chriſto patiẽter labores pertulerint. Satis in his duobus illuſtribus viris verificatur doctrina illa Apoſ. mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcõdita eſt cũ Chriſto in deo. Habes tu recẽtẽ aliquã veſtẽ in arca diu abſcõditã, neq; ea vti vis, accedis vero aliquãdo poſt lõgũ tẽpus, & eã inuenis adhuc recẽtẽ, & nequaquã attritã, non autẽ talẽ eã inuenies ſi quotidie ea vtaris: ſic ergo iuſti vitam ſuam abſconditam habent cũ Chriſto,

*Iudith. 1. 1. Mac. 1. Eccl. 40. Honores mundani quam ſint caduci. Ezec. 46. Qui in hac vita in delicijs verſantur, in alia ingemiſcẽt. Matt. 5. Luc. 6. Luc. 12. Luc. 16. Col. 3. Simile.*



A Chriſto, & ita in mortis hora eam inueniunt adhuc florentem & vegetã, ſi quidẽ vitã atterere & conſumere noluerunt in delicijs mundanis: mali autẽ ſemper ſe induunt hac veſte delectationum carnalium, & ita ſe nudos inueniunt in morte, cum tantopere ex vſu veſtẽ ſuã penitus dilacerauerint: deniq; qui hic moritur mũdo ibi viuere incipit, & qui hic viuit mundo, ibi mori incipiet.

Satis quidẽ ex iſtorum ſeruorũ Dei vita conſtat, quomodo per labores tẽdẽdũ ſit ad gloriã & maieſtatem, & quantam incurrant ignominiã qui per delectationes & delicias iter faciũt. Sane quã- B do Deus terram promiſsionis Hebræis pollicitus eſt, meminit, quod lacte & melle flueret. Sed dices cur potius meminerit lactis & mellis quam aliarum rerum delicatiſsimarũ & magis neceſſariarũ, vt panis, vini, carniũ? Ratio quidem eſt, propterea quod antequam fiat lac, ex ſanguine intercipitur, & mel quidem ex medijs aculeis apum emanat priuſquam debitam acquirat dulcedinem: ſic ergo antequam cælo potiamur & terra illa promiſsionis labores tolerandi prius ſunt, ſanguinis effuſione opus eſt, & aculeis pœnitentiæ pungi debemus: Conſidera igitur peccator quo modo tu tendas ad hanc promiſsionis terram per delectationes C mundanas atq; delicias. Sane in Actis Apoſ. dicitur quod per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum cælorum; ſicut aperte in his etiam ſanctis viris manifeſtatum eſt. Et Eccle. ait, timenti Deum, bene erit in extremis. Sane bonus pater familias aliquando retardat mercedem, vt ſimul ſoluat eam, & ita cedat in maius commodum ſerui ſui.

*Serui Dei ſolatia mũdi ſpernũt, & cæleſtia aui de deſiderant. Mundus quã mal' ſit remunerator. Figura. Quæſtio. Reſpon. Labore opus eſt vt cælo potiamur. Actor. 14. Eccl. 1. Simile.*

### *Colloquia noſtra qualia eſſe debeant.*

ET *apparuerunt Moyſes & Elias cum eo loquentes.* Matt. quidem nõ ait quid interſe loquerentur, at vero Luc ait, quod loqueban- D tur de exceſſu quem completurus erat in Hieruſalem: deniq; ſancta erat eorũ conuerſatio, & ad vitã æternã ſpectabat. Talis igitur noſtra cõuerſatio eſſe deberet, at vero cõtra facimus paſsim. Vnde grauis quidã doctor ait, quod nullũ fere mẽbrũ reperitur, quod tam multa pariat incommoda & damna, atq; lingua. Exiguum quidem membrum eſt, vt ait Iaco. ſed tamen magnam ſyluam incendit. Vide enim quanta mendacia proferat, quantos dolos pariat, adulationes, blaſphemias, murmurationes, atq; diſsidia, quæ omnia mala ſilentium ipſum adimere poteſt, & de medio excindere. Quamobrem qui in animæ ſalutem diligenter incumbit, linguam ſuam domare debet, frænare, dirigere, & cuſtodiam vigilantem eidem imponere, aliter enim

*Luc. 9. Lau. Iuſt. li. de diſ. & perfec. mon. con. uer. ca. 15. Iaco. 3.*

 ſeſe

ſeſe immoderate effundit, & quæ oculta ſunt atq; ſecreta in vulgat Vnde regius vates dicebat, obmutui & ſilui à bonis, & concaluit cor meũ intrame, & in meditatione mea exardeſcet ignis. Quemadmodum enim ignis vt conſeruetur eſt operiendus cinere, nam aliter crebris exhalationibus tandẽ euaneſceret & periret: ita etiã maximo ſilentio contegẽda & exornanda lingua eſt, ne inconſiderate ſeſe effundẽdo, charitatis ignem forte exhalet, ſed eũdẽ potius ſilentio quaſi cinere conſeruet atq; cuſtodiat. Videmus præterea vinum niſi operiatur, ſed apertum relinquatur, vim ſuã tãdẽ amittere. Multa etiã odorifera contegenda diligenter ſunt, ne vniuerſum exhalẽt atq; effundãt odorẽ. ſancti illi eremitæ olim certo quodã tẽpore cõuenire in vnũ ſolebãt, ibiq; de rebus ſanctis, Pijs, & ad ædificationẽ ſpiritualẽ pertinentibus diſſerebãt: non murmurationes, non detractiones audiebantur, ſed omnia ad ſanctũ & piũ ſuum referebant inſtitutum: at nunc in id tẽporis deuenimus, cum iã in conuerſationibus quod minus tractatur, eſt de deo & ſanctis rebus. Dices tu, non ſemper poſſumus de Deo ipſo tractare: fateor quidẽ, ſed tamẽ variæ ſunt exercitationes, quibus id honeſte fieri valeat, neglectis omnino prophanis & diſſolutis colloquijs, interdum quidẽ enim à conuerſatione præſentis miſeriæ, trãſitus fieri poteſt ad diſſerẽdũ de periculis huius peregrinationis, de varietate tentationũ, de vitiorũ deformitate, de virtutũ pulchritudine & ornamẽto, de morte, de iudicio, de gloria, de inferno, ita vt accommodentur ſingula iſta argumẽta atq; materiæ pro exigentia animorũ, & vitæ informãdę. Quod ſi quis ad id ſe impotẽtẽ ſenſerit, poſtulet humiliter auxiliũ à deo & eius opẽ imploret: ſi quidẽ per Prophetam ait, dilata os tuum & implebo illud. Et certe ſi tam ſancti viri ſe in huiuſmodi colloquijs exercebant, quanto magis nos debemus colloquia noſtra moderari, ne Deum & homines offendamus?

*Pſal. 38. — Simile. — Linguã diligenter cuſtodiamus. — Simile. — Similitu. — Colloquia ſeruorum Dei qualia eſſe debeant. — Conuerſationes diſſolutas vitemus. — Quales eſſe debeãt conuerſationes noſtræ. — Pſal. 80.*

Cauere certe debemus ne in verba aliqua reprehẽſione digna inter loquendũ incidamus, ſiquidẽ id facile fieri ſolet. Non temere quidẽ dæmon tã varijs plagis percuſsit Iob, et liberã linguam dimiſit illæſam, exiſtimans quod illa facile Deum offenderet vel proximũ. Mirabile ſane eſt quod ei liberos, opes, gregem, honorem abſtulerit, & tamẽ liberam linguam dimiſerit. Satis quidem ſanctus vir aſtutiam dæmonis intellexit, cum diceret: adhæſit os meum carni meæ, & derelicta ſunt tantummodo labia mea circa dentes meos. Quaſi diceret, annon aduertiſtis aſtutiam dæmonis, quod ſolos dentes & linguam liberam reliquerit? Vnde & procurauit dęmon vt coniunx quidem ipſa eum

*Confabulationes noſtræ quales. — Iob. 3. — Iob. 19. — Aſtus dæmonis.*



A eum lingua feriret, & percuteret, cum non poſſet ipſum ad pra-
ua opera inducere. Vnde ait ipſa, benedic, id eſt maledic, Deo, &
morere: & addit textus, in omnibus his non peccauit Iob labijs
ſuis. Paucos hodie inuenias qui non labantur lingua. Porro Pli-
nius dicit quod lingua duas habeat venas, quarum vna ad cor
tendit, & altera ad cerebrum, vbi ratio viget: vt intelligeremus
quod nõ debemus aliud in ore, & aliud in corde geſtare, & quod
quæcunq; lingua loquitur, ſunt rationis examine trutinanda.
Hoc voluit Eccle. ſignificare cum ait, verbis tuis facito ſtaterã,
& frænos ori tuo rectos & attende ne forte labaris in lingua.
B Vbi aduerte quod dicat nos debere linguæ apponere multos fræ
nos, nempe amoris Dei, timoris, & verecundiæ: & aduerte
quod linguæ lapſum dicat immedicabilem, cum ait, & ſit caſus
tuus inſanabilis in mortem. Mirabilia plane in hoc cap. nos do-
cet ſpiritus ſanctus, dicit enim: aurum tuum, & argentum tuum
confla, & verbis tuis facito ſtateram, & frænos ori tuo rectos.
Quaſi diceret, ſi ferrum non inueneris ad id præſtandum, etiam
aurum & argentum tuum lique facito, vt ſtateram, & frænos fa-
cias, cum hęc adeo neceſſaria ſunt. Mirabatur ſane D. Iaco. ve-
C hementer linguæ portentum, cum diceret, ecce quantus ignis,
quam magnam ſyluam incendit: quaſi diceret, quamuis parua ſit
tamen multa ad portat incommoda.

Vſq, adeo procliuis eſt linguæ lapſus ad murmurandum, vt
etiam ſpirituales perſonæ interdum in hoc vitium labantur. Vn-
de Maria & Aaron de Moyſe murmurabant, vt habetur in Num.
Vide quam eximiæ perſonæ eſſent iſtæ, ſi quidem Maria cecine-
rat eximium illud Canticum poſt tranſitum maris rubri, videli-
cet, cantemus domino, glorioſe enim magnificatus eſt &c: Et
vide etiam quot mirabilia Deus feciſſet per manus Aaron in
Aegypto, vt habetur in Exo. vnde conſtat quam facilis ſit linguę
D lapſus: Porro notandum eſt quod textus hic prius nominauit
Mariam quam Aaron, quamuis Aaron ſummus eſſet ſacerdos.
Si quidem ipſa prius ſermonem mouit, & occaſionem iniecit.
Vnde etiam aduertere debemus, quantum errent & peccent,
qui in ipſis cõfabulationibus ſermonem mouent de tertia ali-
qua perſona pernicioſum, ſi quidem in cauſa ſunt vt alij cum
ipſis etiam murmurent, vel vt hoc modo ſe ipſis accommodent,
vel etiam quod ſint proni ad murmurandum, vel propter alios
reſpectus.

*Iob. 2. — Plinius. — Linguæ cõditiones. — Eccl. 28. — Linguæ frænos multos adhibeamus. — Eccle. 28. — Iaco. 3. — Murmurationes fugiamus — Num. 12. — Perſonæ etiã ſpirituales interdũ murmurare ſolent — Exod. 15. — Notãdũ. — Occaſionẽ ad malũ dãs, magis offendit. — Obſeruandum. — De tertia perſona non murmuremus inter confabulãdum.*

*Gloriam ardenter deſideremus.*

E

[*Inno. 3. ſer. in ſab. poſt. 1. do. quadrag.* — *Phil. 3.*]

ET *reſplenduit facies eius ſicut ſol, veſtimenta Chriſti, vt ait Matt. facta ſunt alba ſicut nix.* Veſtimenta Chriſti, vt ait Inno. ſunt vniuerſi fideles, qui quidem in gloria ſplendebunt, iuxta illud Apoſ. ſaluatorem expectamus dominum Ieſum Chriſtum, qui reformabit corpus humilitatis noſtræ, configuratum corpori claritatis ſuæ. Quæ cum ita ſint, cur obſecro non ardentius adhuc deſideramus gloriam ſempiternam, & beatam illam vitam, qua tunc fruentur ſancti? De quibus quidem dicitur in lib. Sap. fulgebunt F iuſti, & tanquam ſcintillæ in arundineto diſcurrent. Et Chriſtus apud Matt. ait, fulgebunt iuſti ſicut ſol in regno patris eorum. O miſerabilem peccatorem, qui non ardentiſsima quadam ſiti gloriam deſiderat! Refert quidem Cicero de quodam Platonis diſcipulo, cui nomen Egeſias, quod tanta cum vehementia interpretaretur librum illum de immortalitate animæ a platone conſcriptum, vt multi ex auditoribus ſuis, etiam proprijs manibus ſibi vitam adimerent, vt poſſent ſtatim immortali vita frui, quam in eo libro Plato pollicebatur, cum ſibi videretur quod ſtatim eius vitæ poſſeſsionem eſſent accepturi. Atq; vſq; adeo id multis perſuadebat Egeſias, vt neceſſario debuerit rex Ptolomeus præcipere G Egeſiæ, ne amplius eum librum diſcipulis ſuis interpretaretur. O magnam ignominiam noſtram, qui cum calleamus qualia ſint hæc cæleſtia bona, & præſertim nos fides ipſa erudiat, & ſacræ literæ doceant quantopere fulgebunt iuſti in gloria, nihilominus tamen non magis moueamur, quam ſi nil tale didiciſſemus, neque media ad ea bona comparanda adhibemus, cum tamen nobis vita æterna promittatur, atque reſplendens & vera immortalitas. Sane ſi in hac vrbe reperiretur aliquis qui vitã venderet, annon multos haberet emptores, & tanto carius eam venderet, H quanto plures vitæ annos expoſcerent? At vero cum Chriſtus vitam æternam promittat & ſplendidam ſicut ſol, tamen paucos habet competitores & emptores, etſi vili pretio eam vendat. Annon tibi videtur quod vili admodum eam vendat, cũ dicat Pau. Quod vult omnes homines ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire? Et dat eis auxilium etiam & fauorem, quod eſt ſignum maximum, quod bonum nobis cupiat: & certe carius nobis conſtat victus & veſtitus, quam gloria. Vide obſecro quantum Deus ſalutem noſtram deſideret, nam cum in lege veteri tot eſſent præcepta quot ſunt in anno dies, vt ait Burgenſis, imo & plura, vt ait Galatinus, qui dicit quod haberent Hebræi. 613. præ-

[*Sap. 3.* — *Matt. 13.* — *Cicero.* — *Egeſias.* — *Parũ amamus cæleſtia.* — *Ptolomæ⁹* — *Gloriã parũ ſitimus* — *Simile.* — *Matt. 13.* — *1. Tim. 2.*]



A præcepta, nihilominus tamen omnia redegit ad vnum amoris & delectationis præceptum, dicente Paulo ad Rom. qui diligit proximum, legem impleuit: Et ait etiam, quod plenitudo legis eſt dilectio. Nos vero adeo in amore tepeſcimus, vt nihili hoc tantum præceptum facere videamur, & tamen Deus gaudet nobiſcum verſari, qui nobis nequaquam indiget, dicit enim Pro. 8. deliciæ meæ, eſſe cum filijs hominum.

[*Burgen. li. 1. ſcrut. diſ. 18. c. 9.* — *Gala. lib. 11. de arcanis catholicæ fidei c. 4.* — *Rom. 8.* — *Rom. 13.* — *Pro. 8.*]

Vide obſecro poſt tot exantlatos labores, quomodo fulgeant iuſti ſicut ſol, & candidi ſint vt nix, vt ita conſoleris in laboribus, B & ſpernas delicias mundanas quibus interdum diffluis, & vis omnia tibi ad nutum fluere. Conſideremus igitur quod cælum detur operarijs & laborantibus vt Moyſi & Eliæ: perpendamus etiam quod quæ laboribus parta ſunt, pluris æſtimamus. Vnde de viris euangelicis dixit Deus per Iſa. lætabuntur coram te, ſicut exultant victores capta præda. Prædam quidem dicimus quod vi reportamus, & quod in montibus cum labore venamur. Sic ergo Chriſtus ait quod regnum cælorum vim patitur & violenti rapiunt illud. Hoc quidem figuratum eſt quãdo Iſaac cum tanta inſtantia petiuit ab Eſau, vt ſibi ceruum aliquem, vel C aliam huiuſmodi prædam venaretur, & ſibi pararet cibum de ea venatione, & ſtatim benedictionem acciperet. Sane non eſt credendum vt optime obſeruat Auguſt: quod vir ſapientiſsimus Iſaac benedictionem filij conſtitueret in cibo illo, ſed voluit nobis ſignificare, quod quæ labore parta ſunt, plurimi æſtimantur, & quod benedictio gloriæ, ſit labore & ſudore comparanda.

[*Delicias mũdi quomodo ſpernemus.* — *Iſa. 9.* — *Matt. 11.* — *Figura.* — *Gene. 27.* — *Aug. 1. q. ve. & no. teſ.*]

*Si* igitur tanta eſt gloriæ præſtantia, quid tantum cunctamur & dormiturimus in eius acquiſitione? Quid tam altas radices in hoc ſeculo iacimus? An ignoratis, quia ex hoc ſeculo nequam, citiſsime tranſmigrare debetis? ſane non habemus hic manentem D ciuitatem, ſed futurã inquirimus. Ad eam ergo cur non properatis cito, velociter hinc tranſplantandi? in alieno ſolo quid radices mittitis? annon attenditis radicatorum in terra quam difficilis, quam violenta, quam triſtis & amara ſit auulſio? Conſiderate obſecro amatorum huius ſeculi amaros exitus, graues torſiones acerbos dolores quos in morte tolerant, & nolite cum eis ſimiliter radicari. Quid anxie quæritur, quod tam celeriter amittitur? Quid cælorum futuri perpetui ciues, tranſitoriæ vitæ delicijs inhiatis? ſurſum animas veſtras erigite, quæ ſurſum ſunt quærite, non quæ ſuper terram, vt ait Apoſ. quid dicam vobis o inertes, o deſides, o pigri? labor modicus & ſempiterna lætitia: pugna leuis, & corona perpetua quidem ipſa eſt. Pudeat,

[*Gloria labore paratur.* — *Hebr. 13.*]

 pudeat

pudeat vinci à gentilibus,à philoſophis gentium ſuperari. Quan- E
ta geſſerunt Romani, quam ardua & præclara opera virtutis
geſſerunt& agreſsi ſunt,quam dificilem & aſperam viam philo-
ſophi portauerunt, ſolo amore virtutis allecti? aliam mercedem
non expectabant,aliud pręmium non quærebant. Quid nos dictu
ri ſumus,quos tanta pręmiorum moles etiam cognita non pro-
uocat ad virtutem? væ genti peccatrici,filijs ſceleratis,ſemini ne-
quam. Erubeſce Sidon,ait mare: iuſte nãq; præſentem vitam di
ligit,qui meliorem aliam non cognoſcit: merito bonis pręſentti-
bus inhiat, qui meliora futura non expectat. Vos vero quibus
Deus oculos mentis aperuit,vt latentes, reconditaſq; cęli diui- F
tias contemplemini, quas non morte & ſanguine, non malleis
& tormentis, ſed vitę modeſtia, animiq; ſanctimonia poſsideri
non ignoratis, vos inquam Chriſtiani quid facitis? Quod ſi non
mouet vos tantę beatitudinis inęſtimabile pondus vt ait Apoſ.
moueat ſaltē terribilis expectatio iudicij, & ignis æſtuatio,quæ
conſumptura eſt veritatis aduerſarios propriæ ſalutis contem-
ptores & pigros. Moueat etiam diſtrictiſsima operum & vitę ve
ſtrę ratio, quam in die iudicij coram oculis omnium angelorũ
& hominum reddituri eſtis. Quid tu dicturus es Chriſtiane? Quid
reſponſurus es o contemptor? Dicet forſitan gentilis, neſciui: di G
cet Indus, non audiui, dicet paganus, non intellexi, tu vero miſer
quid dicturus es?

*Col. 3.*
*Negligentes ſumus ſalutis noſtræ.*
*Iſa. 1.*
*Iſa. 25.*
*Cũ æterna noſcamus, terrena deſpiciamus.*
*Hebr. 10.*
*Si beatitudinē non amamus, ſaltē infernũ timeamus.*

Si alicui nuntiaretur quod eſſet hęres alicuius magnę poſſeſsio
nis vel hęreditatis, vnde magnus honor ſibi vel ſuis poſſet eueni-
re, multum gauderet & magnas expenſas faceret, & poneret ſe
in multis miſerijs, tranſiretq; Maria & mõtes, vt cito perueniret
ad hoc: Deus autem nuntiat amicis ſuis quod ſunt hęredes vitę
& regni ęterni, niſi ex prauitate cordis & defectu illud perdant:
oſtendit igitur Deus multum valere gratiam ipſam & vitã æter
nam, quando tam caro venditur amicis, quos nulla ratione deci- H
peret. Petrus enim emit eam martyrio crucis, paulus amputatio
ne capitis, et ſic de alijs: ipſe deniq; filius Dei emit eam pro ami-
cis ſuis, ſanguinis effuſione. Inſania igitur tua eſt, ſi putas quod
ſine laboribus eam emes. Vnde Greg. ait, quis ſanctorum ſine tri
bulatione coronatus eſt? facta pręcedentium recolamus, & non
erũt grauia quę toleramus. Itẽ ſi homo tã opere laborat pro vita
iſta, quę miſera et fragilis eſt, quãtũ eũ laborare oportebit ꝑ vita
ęterna cõparãda? Et ſi homo tã opere ſibi præcauet à nociuis ci-
bis pro vita temporali, quare non magis pro vita ęterna, quę

*Vide Ter. ſer. de vite. in fi. operi. lactan. fol. vlti.*
*Labore cõparanda gloria.*
*Luc. 24.*
*Grego.*
*Simile.*





A per mala opera amittitur? Item medicus homo magna diligen-
tia patriam ſuam quæreret, vbi poſſet bonis omnibus afflue-
re, talis autem eſt vita æterna. Vnde Aug. ait, Cur per multa ac
varia vagaris o homuncio, quærendo animæ tuæ & corporis
tui bonum? Ama vnum bonum in quo ſunt omnia bona; & ſuf-
ficit tibi. Si delectat te pulchritudo, fulgebunt iuſti ſicut ſol in re
gno patris eorum. Abſalonis quidem pulchritudo nulla eſt, ſi ad
illam pulchritudinem conferatur, cum tamen eſſet longe pul-
cherrimus. Cur ergo quæris potius mundanam pulchritudinem,
B quæ ſicut flos agri citiſsime contabeſcit? & illam negligis, quæ
in ſempiternum vireſcit? Si autem te libertas delectat, liberabi-
tur quidem ibi creatura à ſeruitute corruptionis in libertatem
gloriæ filiorum Dei, vt ait Apoſt. Si caro emit aliquando homo
libertatem corpoream, cur non magis æternã? Quod ſi etiam lõ
gam & ſalubrem vitã deſideras, ibi æterna ſanitas, & vitæ perpe
tuitas eſt. Si ſatietatem deſideres, Satiabor inquit propheta, cum
apparuerit gloria tua. Et Apo. 7: Nõ eſurient, neq; ſitiẽt amplius.
Si diuitiæ diliguntur, gloria & diuitiæ in domo eius.

*Similitudo.*
*Simile.*
*Auguſt.*
*Mat. 13.*
*Pulchritudo ſanctorum ineffabilis.*
*Rom. 8.*
*Gloria eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus.*
*Pſal. 16.*
*Apo. 7.*

Si huius ſeculi lux tam pulchra eſt, conſidera qualis illa futura
C ſit diuina: quanto enim ſolaris lux, lucernę lumen excedit, tanto
imo magis, illa ſolarem. Quod inde ſignificatur, cum dicitur, ſol
obſcurabitur, ad illius videlicet ſplendoris comparationem, vt
non appareat. Quod ſi in hac vita vt ſplendidas nobis domos cõ
paremus, & magnam pecuniarum vim ædificando conſumimus
anxij: conſidera qui nobis ſubeundi ſint labores, vt clariſsimam
nobis in cælis domum ædificemus, vbi lux ineffabilis, Hic enim
pugnæ, contentiones de terminis, de parietibus, illic nihil horum: hæc
relinquenda, illa permanſura. Quamobrem quam immodeſtiſsi-
me fero, ꝙ his nobis propoſitis, tamen deſidemus, animo defici
D mus, vt hic ſplendide habitemus, omnia facimus: vt autem in cæ
lo paruum vel comparemus hoſpitium, nil curamus, vel labora-
mus. Dic quæſo, vbi hic domum habere velis, in deſerto, an in ali
quo paruo oppidulo? nõ puto, ſed in magnis regijſq; ciuitatibus,
vbi copia rerum, & maior nobilitas. Ego tibi talem ciuitatem
propono, cuius artifex Deus, in qua domum minori quam hic
ſumptu, minori labore condere atq; ædificare poteris. Cur igi-
tur hic domum condere vis tanto cum ſumptu, ad tam breue tẽ-
pus traducendum, & non potius in patria ſempiterna, vbi luci-
diſsimas inuenies manſiones?

*Pſal. 11.*
*Simile.*
*Chry. hom. 55. in Ioã.*
*Simile.*
*Si tanto cum labore domum terrenã ædificamus; quid dicẽdum erit de cæleſti?*
*Non ædificemus in hac lachrymarũ valle, ſed potius in cælo.*

## *APPENDIX.*

DVxit illos in montem excelſum. Aſcendamus in altum vt gloriã nobis comparemus, ne ſimus vt illi de tribu Ruben & Gad, E
*Num. 32.* qui quidem capti amore conuallium amœnarum, & pratorum floridorum, nolebant aſcendere ad terram promiſsionis, vt igitur nos Chriſtus ab his terrenis rebus auellat, & ad cæleſtes alliciat & inducat, ſpecimen quoddam edit gloriæ in monte. Et certe
*Iſa 47.* ſuperbos & elatos Deus humiliat Iſa. 47. deſcẽde, ſede in puluere filia Babylon: bonos autẽ & humiles ſecum ducit ad cęleſtia gaudia.
*Similitudo.* Sane vt immane ſaxum in altum euehatur, multis machinis opus eſt, vt autem deſcendat, ſufficit quod nullam habeat remoram. F
*Vt in cælũ conſcendamus labore opus eſt.* Sic igitur ne mireris ſi cum labore graue corpus tuum debeat ad cælum aſcendere & ad angelorum conſortium. Aſcende ergo in montem virtutum etiam cum labore, vt tandem poſsis inde in cæleſtem montem aſcendere,
*Col. 3.* Col. 3. quæ ſurſum ſunt ſapite.

*Corpus moderate recreandũ vt melius ſpiritui deſeruiat.*

TRanſfiguratus eſt ante eos. Transfiguratur etiam Chriſtus, vt ſacratiſsimum corpus defeſſum & delaſſatum, aliquo modo recrearet, cum præ ieiunijs & abſtinentia eſſet valde fatigatum, vt inde ſane nos doceret & erudiret, quomodo interdum liceat honeſta aliqua recreatione corpus noſtrum refocillare; vt hac qui- G
dem ratione & pacto recreatum & refocillatum corpus noſtrum libentius & animoſius ſpiritui ipſi, ac promptius quidem pareat & obediat, poſtquam aliqua honeſta & laudabili recreatione fuerit oblectatum aliquantulum.

## DOMINICA II. QVADRAG.

## CONCIO SECVNDA.

*Quibus de cauſis Chriſtus fuerit transfiguratus in monte* H

*Ephrem Syrus.*

A*Sſumpſit Ieſus Petrum, &c.* Mat. 17. Viri quos dixerat Dominus non eſſe guſtaturos mortem, donec vidiſſent, locum perfectionis eius, ſunt hi tres Apoſtoli, quos cum aſſumpſiſſet Dominus, duxit eos in montem, & oſtendit illis quomodo ſit venturus in die nouiſsimo in gloria ſua. Duxit autem eos in montem, vt oſtenderet qualis ſit filius
*Mat. 16.* iſte, & cuius. Quãdo enim interrogauit, Quẽ dicunt homines eſſe filium hominis? Dicunt ei, alij quidem Eliam. &c. Propterea ergo eos ſurſum ducit in montem, & oſtendit eis ſe non eſſe Eliam, nec Moyſen, ſed Deum Eliæ, & ſanctificatorem Moyſi, ac deniq;



A deniq; dominum prophetarum. Et rurſum oſtendit eis ſe eſſe effectorem cęli & terrę, & ſe eſſe dominũ viuorum & mortuorum. Et præterea eos duxit in montem vt oſtenderet eis ſe eſſe filium Dei. Si enim dixiſſet ego ſum filius Dei, non eis perſuaſiſſet propter carnem quam geſtabat, & quia cum eis conuerſabatur. Videbant enim Mariam quæ eum pepererat: videbant etiam quod eſuriret, & ſitiret, & dormiret, & laboraret, & quieſceret. Hæc autem diuinę naturę minime conueniebant, propterea eos ducit in montem illum excelſum, vt pater loquatur, & demonſtret eis eum eſſe ſuum filium in veritate, vt oſtendat regnum ſuum
B ante mortem ſuam, & ante ignominiam, vt quando captus fuerit & crucifixus, ſibi perſuadeant eum non fuiſſe crucifixum propter eius impotentiam, ſed quod ei ita placuiſſet propter ſuam gratiam ad mundi ſalutem.

*Transfiguratur Chriſtus vt oſtẽdat ſe dominum eſſe prophetarum.*

*In montẽ eos ducit vt teſtimonium audiant æterni patris.*

*Duxit illos in montem excelſum.* Mirantur diſcipuli taciti rei nouitatem inſolitam prius: quid eſt quod velit, vt quid eos ſeparatim in ſublimia ducit? Quum vero ſupra ſacri verticem montis conſtituit, ſic eos alloquitur. Mirabimini forſan filioli, quod vos in hunc locum ſeparatos eduxerim; ſed huius rei finem &
C cauſam modo ſcietis: volo vobis innoteſcere quis ſim: volo monſtrare quid ſub huius carnis velamine latet cui adhæſiſtis, quem ſequimini, cum quo editis & bibitis, & verba miſcetis: non omnes hæc viſio decet, vobis ſolis hæc gratia donatur. Attendite quæ nunc vobis ſecreta pandentur, nam mundo quandoq; neceſſaria erunt. His dictis, pendentem in ſuperiore mentis portione, grandi miraculo, gloriæ & claritatis Abyſſum ſoluit, exteriora corporis velut ruptis meatibus inundare permittit. Scaturit foras ſubito immenſitas illa gloriæ: totumque corpus mira claritate venuſtat ac decorat. Rutilat ſuper ſolem facies eius
D fulgore mirifico, candet veſtis ſuper niuem, nouumq; induit forma decorem, adumbratur eius claritate ſolaris radius, totusque mons vndique grandi claritate refulget. Spectaculum viſu digniſsimum, quale unquam à ſeculo non eſt viſum, illam enim interiorem animę tuæ gloriam, bone Ieſu, ab initio tuæ conceptionis intus latentem, ad corporis tui ſubſtantiam, ſicut pellem foras extẽdiſti, vt corporis oculis videri poſſet. Quid vero intus gloriæ lateat, quis agnouit? tegis quippe aquis ideſt immẽſa abyſſo deitatis tuę, ſuperiora eius, ideſt animæ tuæ ſuperiorem portionem, vna quippe gloriæ tuæ gutta, Apoſtoli tui inebriati ſunt, *Pſal. 130.*
quid ſi interiora vidiſſent? Solã corporis tui gloriam inſpexerũt, quid ſi gloriã animæ, vnde ſcaturiebat illa? Quid ſi fontẽ deitatis peren-

*Tho. a Villano.*

*Colloquiũ Chriſti cũ diſcipulis in monte.*

*Communicat diuinitatis gloriã ipſi corpori.*

*Totus mõs Thabor mire refulſit.*

*Si Apoſtoli vidiſſēt animæ gloriam, quã tò magis admirati eſſent?* *Iſa. 64.* *1. Cor. 2.* *Exo. 34.* *2. Cor. 3.* *Heb. 3.*

perennem, & primam eius originem inſpexiſſent? Attendite fratres, videte qualem nobis gloriam parauit pater: conſiderate qualia nos præmia manent. Si talis erit gloria carnis, qualis erit gloria mentis? ſi talis eſt riuus, qualis erit fons, vnde riuus ille emanat? Quis interiorem animæ iubilum, lætitiamq; mẽtis comprehendere valeat, quæ tales ex ſe foras ſplendores emittit? ô quam vere dictum eſt, quia oculus non vidit Deus abſq; te, quæ præparaſti diligentibus te. Splenduit quandoq; facies Moyſi cũ de monte deſcenderet, vſq; adeo, vt non poſſent in eum intendere filii Iſrael propter gloriam vultus eius, ſed non ſicut Domini, ita & ſerui gloria. Amplioris enim gloriæ Chriſtus præ Moyſe dignus eſt habitus, quanto ampliorem honorem habet domus qui fabricauit eam. Ponit Moyſes velum, in figuram, quia cæco populo loquebatur, nos autem non velamine aliquo, ſed reuelata facie gloriam Domini ſpeculantes, in eandem imaginem transformamur. Vnde & ipſe Moyſes, illius gloriæ ſpeculator & teſtis adfuit cum Elia, Chriſto Domino aſtantes, & illi teſtimonium perhibentes, quod ipſe ſit verus Dominus & Meſsias, quem lex præfigurauit, quem vaticinia promiſerunt, & ſicut Euangeliſta ait, loquebantur cum Ieſu.

*1. Cor. 3.*

E F G

### *Magnus fuit Dei amor erga genus humanum!*

*Loquebatur Chriſtus de ſua paſsione.* *Pſal. 115.* *Sap. 11.* *Vide exceſſum amoris.* *Pſal. 77.* *Gen. 9.*

SED Quid obſecro tali tempore loquebantur? Dic nobis Euãgeliſta quid loquebantur? Loquebantur inquit de exceſſu quẽ completurus erat in Hieruſalem. ô vere exceſſum maximum! o extaſim potentiſsimam! exceſsiſti metas omnis rationis & intellectus, Domine in Hieruſalem. Supra modum in me amando exceſsiſti Deus meus. Quid reddam pro tanto amore tuo? omnia in pondere, menſura, & numero feciſti, ſed ſine pondere, numero & menſura amaſti: in hoc redemptionis noſtræ opere nullus H eſt numerus, nulla eſt cuſtodita menſura, ſed prorſus exceſſus nimius, & nimietas exceſsiua: in omnibus alioqui moderatus & mẽſuratus, in ſolo amore fuit nimius. An non nimietas grandis, an non exceſſus nimius, vt Deus moriatur pro homine? pro opere ſuo conditor? creator pro factura? O extaſim exuberantis amoris, o feruentis charitatis exceſſum. Factus eſt Dominus tãquam potens, crapulatus à vino. Plantauit vineam, & ex ea bibit, & inebriatus eſt, & nudatus grãdem extaſim paſſus eſt. Sed quã extaſim? Quid dicam fratres quam extaſim? Deus in ligno pendet, omnipotens latronum medius crucifigitur, irridetur, blaſphematur,



*Ineffabilis ſane amor quod Deus pro nobis moreretur.* *Pſal. 21.* *Dionyſ.* *Simile.* *Amor fecit vt De⁹ pro nobis pateretur.* *Cur de paſsione agerent.*

A tur, conſpuitur, flagellatur, occiditur. Vbi eſt Deus ſapientia tua? vbi eſt potentia tua? vbi eſt gloria tua? vbi eſt diuinitas tua, maieſtas, & æternitas? Noli quærere, extaſim paſſus eſt Deus, alienatus à ſeipſo, vt tu redeas ad ipſum. Scriptum eſt enim, reminiſcentur & conuertentur ad Dominum vniuerſi fines terræ. Quid eſt dicere reminiſcentur, niſi redibunt ad ſe, qui erant alienati à ſe? An non alienati idolorum cultores, lapidum adoratores? extaſi ſua, noſtram deſtruxit. Extaſim amoris paſſus eſt, vt tolleret extaſim obliuionis. Amor namq; teſte Dionyſio facit extaſim, ponit enim amantem extra ſe, & ſui facit obliuionem. Videas gallinam pro pullis aquilam fieri, & equam mitiſsimam, pro filio fieri leænam. Manſueti parentes in feram vertuntur, & nil tam mite, quod non amore inſaniat. Exponitur mater pro filio ſuo oblita. Vnde hoc? niſi quia ſuſtinet extaſim pro amore. Hæc eſt extaſis, quam pro nobis paſſus eſt Deus: hic eſt exceſſus quem cõpleturus erat in Hieruſalem, de quo vates cum Chriſto Domino loquebantur. Sed quod de hoc exceſſu loquebantur Euangeliſta quidem reticuit. Pro illo gratias agebant, aut ſi fieri poſſet, ne illum pateretur orabant. Non abs re in tanta gloria, paſsionis me-
C moratur exceſſus, vt videlicet eundem eſſe conſtaret qui penderet in cruce, & qui ſplenderet in monte.

*Autor.* *D. Aug. li. 5. de ci. Dei c. 18. to. 5.* *Exemplũ Bruti.* *Multa tolerare debemus pro ingreſſu in gloriam.* *Virgilius.*

*Ceciderunt in faciem ſuam.* Si tantus fuit ſplendor Chriſti in transfiguratione, vt non poſſent eum contueri diſcipuli, ſed metu perterrentur, quid putandum eſt fore in ipſa gloria? Pro hac igitur gloria adipiſcenda, vigilãtiſsime laboremus: omnia huius ſeculi bona quamuis magna nobis videantur, pro gloria cæleſti comparanda expendamus & impendamus. Vnde D. Aug. ait, quid ergo magnum eſt, pro illa æterna cæleſtiq; patria cuncta ſeculi huius quamlibet iucunda blandimenta contemnere, ſi pro hac tẽ-
D porali atq; terrena, filios Brutus ille Romanus potuit & occidere, quod illa facere neminem cogit? Sed certe difficilius eſt filios interimere, quam quod pro ipſa faciendũ eſt. Ea docet quæ filijs cõgregãda videbãtur atq; ſeruãda nimia, vel donare pauperib⁹, vel ſi exiſtat occaſio, quę id pro fide atq; iuſtitia fieri cõpellat, amittere. Felices enim vel nos, vel filios noſtros, non diuitiæ terrenæ faciunt: aut nobis viuentibus amittendæ, aut nobis mortuis à quibus neſcimus, vel forte à quibus nolumus poſsidendæ. Sed Deus felices facit, qui eſt mentium vera opulentia. Porro quid Brutum moueret vt ita filium interficeret, narrat Virgilius dicens, Vicit amor patriæ, laudumq; immenſa cupido, Si ergo pro libertate moriturorum, & cupiditate laudum, quæ à mortalibus expe-

*Si propter tẽporalem honore tãta patiuntur homines quid quæſo facere debent pro æterno*

expetũtur, occidi filij à patre potuerũt, quid magnũ eſt ſi pro vera libertate ſudemus quæ nos ab iniquitatis & mortis, & diaboli dominatu liberos facit, nec cupiditate humanarũ laudũ, ſed charitate liberandorum hominum, non à Tarquinio rege, ſed à dæmonibus, & dæmonum principe? E

*Exemplũ Torqui.*

Si alius etiam Romanus princeps cognomine Torquatus, filium non quia contra patriam, ſed etiam pro patria, tamen quia contra imperium ſuum, ideſt, contra quod imperauerat & præceperat pater imperator, ab hoſte prouocatus, iuuenili ardore pugnauerat, licet viciſſet & hoſtem interfeciſſet, occidit, ne plus F mali eſſet in exemplo imperij contempti, quam boni in gloria hoſtis occiſi: vt quid ſe iactent, qui pro immortalis patrię legibus omnia, quæ multominus quam filii diliguntur, bona terrena contemnunt?

*Exemplũ Furij Camilli.*

*Parua ad modũ sũt quæ pro Chriſto facimus, & præſertim ſi conferantur cũ his quæ ipſe pro nobis fecit.*

Si Furius Camillus etiam ingratam patriam, à cuius ceruicibus acerrimorum hoſtium Veientium iugum depulerat, damnatuſq; ab æmulis fuerat, à Gallis iterum liberauit, quia non habebat potiorem vbi poſſet viuere glorioſius: cur extollatur velut grande aliquid fecerit, qui forte in eccleſia ab inimicis carnalibus velut grauiſsimam exhonorationis paſſus iniuriam, non ſe ad eius hoſtes Hæreticos tranſtulit, aut aliquam contra illam ipſe G hæreſim condidit, ſed etiam potius quantum valuit ab hæreticorum pernicioſiſsima prauitate defendit, cum alia non ſit, nõ vbi viuatur in hominum gloria, ſed vbi vita adquiratur æterna?

*Exemplũ Mutij.*

Si Mutius vt cum Porſena rege pax fieret, qui grauiſsimo bello Romanos premebat, quia Porſenam ipſum occidere nõ potuit, & pro eo deceptus, alterum occidit, in ardentem aram ante eius oculos dextram extendit, dicens magnifica quidem voce, & pectore fortiſsimo atq; conſtantiſsimo, regi: Multos tales, qualem illum videret, in eius exitium coniuraſſe. Cuius ille fortitudinem, & coniurationem talium perhorreſcens, ſine vlla dilatio- H ne, ſe ab illo bello, facta pace compeſcuit.

*Si amor terrenæ patriæ nos tãtũ mouet, multo magis cœli amor nos commouere debet.*

*Exemplũ Curtij.*

Quis regno cælorum imputaturus eſt merita ſua, ſi pro illo non vnam manum, neque hoc ſibi vltro faciens, ſed perſequente aliquo patiens, totum flammis corpus impenderit? Si Curtius armatus, equo concito in abruptum hiatum terræ, ſe præcipitem dedit, falſis Deorum ſuorum oraculis ſeruiens, qui iuſſerant vt illuc id quod Romani haberent optimum mitteretur, nec aliud intelligere poterant, quam viris, armiſque excellere, vnde videlicet oportebat vt falſorum Deorum iuſsis in illum interitum vir præcipitaretur armatus: quid ſe magnum pro æterna patria feciſſe dicturus eſt, qui pernicioſum aliquem fidei ſuę paſſus inimicum, non ſe vltro in



A tro in talem mortem mittens, ſed ab alio miſſus obierit, quando quidem à Domino ſuo, eodemq; rege, certius oraculum accepit: nolite timere eos qui corpus occidunt, animam autem non poſſunt occidere? *Mat. 10.*

*Exemplũ M. Puluil. Liu. lib. 2. & Val. li. 5. Plu. in Publicola. Diony. & alij.*

Si Marcus Puluillus dedicans ædem Iouis, Mineruæ, falſo ſibi ab inuidis morte filij nunciata, vt illo nuntio perturbatus abſcederet, atque ita dedicationis gloriam collega eius conſequeretur, ita contempſit, vt eum etiam proijci inſepultum iuſſerit, & ſic in eius corde orbitatis dolorem, gloriæ cupiditas vicerat: quid magnum ſe pro Euangelij ſancti prædicatione, qua ciues ſupernæ patriæ de diuerſis liberantur & colliguntur erro- B ribus, feciſſe dicturus eſt, cui Dominus de ſepultura patris ſui ſolicito, ait, ſequere me & ſine mortuos ſepelire mortuos ſuos? *Luc. 9.*

*Exemplũ M. Reg.*

*Plura præſtabant gẽtiles pro falſa gloria cõparanda, quam nos præſtamus pro vera.*

Si Marcus Regulus ne crudeliſsimos hoſtes iurando falleret, ad eos ab ipſa Roma reuerſus eſt, quoniam ipſis Romanis eum tenere volentibus reſpondiſſe fertur, poſtea quam Aphris ſeruierat, dignitatem illic honeſti ciuis habere non poſſe, eumque Chartaginenſes, quoniam contra eos Romano ſenatu egerat, crudeliſsimis grauiſsimiſq; ſupplicijs necauerunt: qui cruciatus non ſunt pro fide illius patriæ contemnendi, ad cuius beatitudi- C nem fides ipſa perducit? Quomodo autem ſe audebit extollere de voluntaria paupertate Chriſtianus, vt in huius vitę peregrinatione expeditior ambulet viam quæ perducit ad patriam; vbi veræ diuitiæ ipſe Deus eſt, cũ audiat, vel legat Lucium Valerium qui in ſuo mortuus eſt conſulatu, vſq; adeo fuiſſe pauperem, vt nummiſ à populo collatis eius ſepultura curaretur? Idipſum ſcribunt multi Valerio Publicolæ contigiſſe.

*Exemplũ Lu. Va.*

*Exemplũ Va. Pub.*

*Exemp. Q. Cinci.*

De Quinto etiam Cincinato dicunt, quod cũ quatuor iugera poſsideret, & ea ſuis manibus coleret, ab aratro fuerit abductus ad dictaturam Romanam, quæ maior vtiq; erat quam conſulatus, victiſque hoſtibus D ingentem gloriam reportauit, & in eadem paupertate remanſit.

*Exemp. Fabricij.*

Quid præterea ſe magnum feciſſe prædicabit, qui nullo præmio mundi huius fuerit ab æternæ illius patriæ ſocietate ſeductus, cum Fabricium didicerit tantis muneribus Pyrrhi regis Epirotarum, promiſſa etiam quarta parte eiuſdem regni, à Romana ciuitate non potuiſſe diuelli, ibique in ſua paupertate priuatum manere voluiſſe? Si ita ijdem ipſi pauperes erant & inopes, quorum triumphis publicum ditabatur ærarium, nonne omnes Chriſtiani, qui excellentiore propoſito diuitias ſuas cõmunes faciunt, ſecundum id quod ſcriptũ eſt in Act. Apoſt. ut diſtribuatur vnicuiq; vt opus erit, & nemo dicat aliquid proprium, ſed ſint illis omnia communia, intelligunt ſe nulla ob hoc debere eminere *Act. 4.*

*Multa sũt toleranda pro gloria acquirẽda*
*Val.lib.2. Liu.li.14 Gel.li.4.*

nere iactantia, id faciendo pro obtinenda ſocietate angelorum E
cum pene tam aliquid illi fecerint pro conſeruanda gloria Ro-
manorum? Et certe etſi Senatores tantopere ditarent publicum
ærarium, tamẽ ſic eorum aliqui in ſuis domibus pauperes erant,
vt quidam eorum qui iam bis conſul fuiſſet (vt Val.lib.2. de Cor-
ne. Ruffino ſcribit, & Liu lib.14. & Gel.lib 4. ex illo ſenatu pau-
perum hominum pelleretur notatione cenſoria, quod decem
pondo argenti in bonis habere compertus eſt. Si ergo iſti pro
terrena comparãda gloria, & pro commodo ſuæ reipub. ita bo-
nis temporalibus pro Rep. adquirendis incumbebãt: quanto ma F
gis nos pro gloria cæleſti comparanda laborare debemus, quæ in
hodierno euangelio nobis repreſentatur?

*Occaſiones diſcordiæ vitemus.*

*Occaſiones diſcordiæ euitandæ.*
*Gen.3.*

VALDE Sane ponderandum eſt, quod Chriſtus Dominus
ita ſeparauerit prudenter hos tres diſcipulos à reliquis, vt
transfigurationi ſuæ intereſſent. Siquidem id non abs re fecit, ſed
potius inuidiæ vitandę cauſa & diſcordiæ: imo ipſis etiam præce
pit ne cui id reuelarent donec filius hominis à morte reſurgeret,
Tale quiddam etiam obſeruauit cum Abraham, non enim ei pro G
miſſionem fecit de terra quã ei daturus erat, donec ab ipſo Loth
ſepararetur. Vnde textus ait: & Dominus dixit ad Abraham poſt
quam ſeparauit ſe Loth ab eo: Leua nunc oculos tuos, & vide à
loco vbi es ad Aquilonem & meridiem, ad orientem, & occidẽ
tem, quia omnem terram quantam vides, tibi dabo, & ſemini

*Ne dem⁹ occaſionẽ diſcordiæ. In diſtribuendis bonis diſcordia euitandæ.*

tuo vſq; in ſecula. Quid hoc eſt Domine Deus, quod ad donan-
dam terram ipſi Abrahæ, expectas receſſum nepotis? Nunquid
non poteras eo præſente donare? Sed voluit nos docere quã ocu
lati eſſe debeant domini in diſtribuendis bonis, aut oſtendendis
fauoribus, ne ſcilicet ex hoc alios in inuidiam prouocent. Quia H
enim viderat Dominus Cain ex inuidia fraternæ gratiæ fratrem
occidiſſe: ad promittendam terram Abrahæ, expectauit conſo-
brini ſeparationem, vt inde intelligamus quantum euitare de-
beamus ne demus occaſionẽ diſcordiæ. Sic etiam videmus quod

*Exo. 24.*

cum aſcendit Moyſes in montem vt acciperet legem, operuit
nubes montem. Siquidem ſapienter valde noluit Dominus, popu
lum cognoſcere quid familiaritatis ſeruus apud ſe haberet, ne
alios inuidia permotos in eum prouocaret.

Notandum inſuper eſt, quod diſcipulos ducat Chriſtus in ſo-
litudinem, vt ibi eis tam iucundum exhibeat ſpectaculum. Vnde
grauis



*Oleaſt. in Exod.*
*Oſtẽtationem mundani homines faciũt diuitiarũ.*
*Exo. 34.*

A grauis quidam autor ait: Quid facitis filij Adam, vaniſsimum ge
nus, quærentes populi frequentiam, ac populoſas vrbes, ad oſtẽ
dendam gloriam ac diuitias veſtras, cum videatis Deum veſtrum
tam latenter velle oſtendere diuitias gloriæ ſuæ? vni ſoli in ſo-
litudine, & ſecretioris montis ſupercilio, à quo homines & iu-
menta arcere iubet, gloriam ſuam oſtendit, neque ſolum homi-
nes, ſed etiam iumenta ſuſpecta habet cum gloriam ſuam oſten-
dere vult, vt habet in Exod. Sic & Chriſtus cum in transfigura-
tione ſua quandam beatitudinis ſpeciem in corpore ſuo voluiſ-
ſet oſtendere, non hoc palam, ſed tribus ex ſuis, & in montis ver
B tice, quos adiurauit ne ante obitum ſuum hoc alicui reuelarent,

*Facile quærimus videri.*

facere dignatus eſt. Nos ſi quidquam iniurium pati debeamus,
latebras & ſolitudinem quærimus: ſi quid vero honoris oſten-
dendum eſt, publica loca. Chriſtus autem ad dedecora & igno-
miniam, populoſam vrbem requirit, ad gloriam vero oſtenden-
dam ſecretiſsimum montem. Item idem autor ſuper illa verba

*Exo. 26. Oleaſter.*

Exod. 26. Fundens eis quinque baſes æreas, ait: mirum valde eſt
quod Dominus iubeat omnes tabularum baſes argenteas fie-
ri: baſes vero portæ ſeu ingreſſus in ſancta, æreas: Separata ſunt
C à noſtris, opera tua Domine. Conſueuerunt filij Adæ, quidquid

*Amici ſumus vanæ oſtẽtationis.*
*Gen. 45. Oleaſter.*
*2. Reg. 1.*

prætioſum aut pulchrum habent, in ingreſſu domus ſuæ loca-
re, vt qui perſonam ignorant, cognoſcant eius vanitatem. Non
ſic autem Deus tuus, ſed pretioſa ponit in occulto, vilia in in-
greſſu. Diſce igitur à Domino Deo tuo, pretioſa tua abſconde-
re, & viliora oſtendere. Idem etiam autor ſuper illa verba Gen.
45. Educite omnem virum à me, ait: Solent homines infirma ſua
paucis amicis oſtendere, grandia vero amicis, & inimicis, ini-
micis potius quam amicis: Cum enim mortuus eſſet Saul, & Io-
nathas, & triſtis nuncius ad Dauid perueniſſet, nolite inquit, an-
D nunciare hæc in Geth, ne forte lætentur filiæ incircunciſorum.
Chriſtus autem noſter non ſic, ſed diuitias ſuas paucis diſcipu-
lis in monte quo transfiguratus eſt, oſtendit, quos vltra hoc con
teſtatus eſt, vt nemini viſionem ante reſurrectionem eius dice-
rent: paſsionem vero ſuam celebratiſsimam, & vulgatiſsimam
eſſe voluit, quam acerbiſsimam coram inimicis paſſus eſt, vt
nos doceret infirma noſtra diuulgare, ſuprema vero & glorio-

*Opera bona occultemus.*

ſa abſcondere. Sed illi, & illis quos ille docuit, ſeruata eſt res
hæc. Aduertant hic etiam prælati & domini, qualiter arguere
debent alios ſubditos, vt ſcilicet prius eijciant eos qui ſcanda-
lizari, aut malam opinionem de eis quos corrigere volunt, ha-
bere poſſunt. Debebat enim Ioſeph oſtendere ſe fratribus ſuis,

Vu quod

quod non poterat facere, niſi ad memoriam reuocaret illis pec-
catum quod in ipſum commiſerant, & ne eorum peccatum apud E
*Fragilita* exteros diuulgaretur, omnem extraneum à ſe eiecit: Sic cum Do
*tem proxi* minus voluit arguere Iob, ſolum eum conuenit, quē cum arguiſ
*mi non re* ſet ſeorſum, in publico apud amicos commendauit. Non eſtis in-
*uelemus.* quit locuti coram me rectum ſicut ſeruus meus Iob. Mirabilis
*Gen.45.* prouidentia Domini, conuicerat ipſe Iob, vt fateretur ſe ſtulte
*Iob.39.* locutum, & apud amicos commendat eius locutionem rectitu-
*Iob.42.* dinis! Sic etiam cum arguere uoluit Aaron & Mariam, murmuris
*Num.12,* in Moyſen, eos ad fœderis tabernaculum ſeorſum ire præcepit F
cum fratre.

*Mundana* *Loquebantur de exceſſu.* Pulchre nos admonet quam vana & fu-
*gloriola* tilis ſit omnis huius mundi gloria, quandoquidem finem habet
*fragilis* horrendam mortem omnibus formidabilem, & inſuper quam ci
*qua in* tiſsime tranſit. Sic videmus quod vix homo deſiderauerat eſſe
*morte pe-* ſicut Deus quidē ipſe, cum iam ſibi dictū eſt, puluis es, & in pul
*rit.* uerem reuerteris: quod ipſi dictum eſt ad eius inanem gloriam
*Gen.3.* refrenandam. Conſidera quam ſapienter & quam vtiliter do-
*Cogita* ceat te Dominus Deus temperare gaudium boni ſucceſſus, vt ſci
*peccata &* licet recolas peccata quæ feceris, cum tibi videris cuncta proſpe-
*non inſolſ* ra euenire. Si quis enim prouide cogitauerit peccata quæ fe- G
*ces in pro* cit, quomodo poterit cogitare aliquod bonum ſibi ſui cauſa con
*ſperitate,* cedi?

*Neſciebat quid diceret.* Solet homo ſæpius ſibi nocitura à Deo
petere, ſed pius pater ea miſericorditer negat. Petebat ſanctus
Moyſes faciem Domini Dei ſui videre, & quia hoc fieri citra
*Gen.33.* mortis eius diſcrimen non poterat, non obtinuit quod ignorans
petebat. Nam vt ibi dicitur, non videbit me homo, & viuet.

*Neſciebat quid diceret.* Excuſat ſcriptura defectus & peccata
*Gen.38.* ſanctorū quoad poteſt. Vnde & de Iuda dicitur Gen.38. Non no-
*Gen.20.* uerat quod nurus eſſet: quaſi dicat, ſi noſſet, non faceret. Et ipſe
Dominus gentilem Abimelech etiam excuſat dicens, & ego ſcio H
quod ſimplici corde feceris, & ideo cuſtodiui te ne peccares
in me

*Nemini dixeritis viſionem.* Hæc expendat obſecro vanum ge-
*Auidi ſu* nus filiorum Adam, qui inflata bucca prædicant & volunt ab
*mus lau-* omnibus prædicari dona quę habent: aut potius ſe habere pu-
*dis.* tant, & dolent multum ſi non viderint prędicari. Sanctus Moy-
ſes vt habetur in Exod, nec nouerat quod radiaſſet facies eius,
& cum hoc nouit velamine faciem operuit, ne à populo eius cla-
ritas conſpiciatur. Conſidera etiam hic, quid lucri ſit apud Deū
eſſe



A eſſe, vt luce digna, terrena inhabitatio perfundatur, ſi diu cum
Deo colloquia miſcuerit. *Exo.34.*

*Nemini dixeritis viſionem.* Debemus bona noſtra occultare. Vn *Bona opi-*
de videmus quod Gen.40. Ioſeph ad pincernam dixit, quia fur- *ra occulte*
to ſublatus ſum de terra Hebræorum: vbi vides quod nullum ſe *mus.*
cretum reuelat, nō ſomnia ſtellarum, & manipulorum, nō quod *Gen.40.*
(eo quod à patre plus cæteris amaretur) venditus ſit à fratribus, *Occulte-*
non ſuam caſtitatem prodit, ſed ſolum quia furto ſublatus ſum *mus bona*
de terra Hebræorum. *noſtra.*

B

## *APPENDIX,*

T*Ransfiguratus eſt,* In hoc ſane breui tempore quo hæc transfi-
guratio durauit, ceſſauit continuum illud miraculum quod
erat in Chriſto à primo inſtanti conceptionis, videlicet ſuſpen-
ſio non communicandi corpori gloriam ſuam quod ſane nota-
bile erat. Quod etiam Sapien. ſignificaſſe videtur, cum inquit, *Pro.6.*
Nunquid poteſt homo abſcondere ignem in ſinu ſuo, vt veſtimē-
ta illius non ardeant? hodie igitur portam aperit, perquam in-
C grediatur lux diuini ſolis, in eius ſacratiſsimā carnē & veſtes eius.

*Bonum eſt nos hic eſſe.* Si petrus errabat dicens hæc, cum tamen *Similitu-*
eſſet in ſocietate Chriſti, Moyſi, & Eliæ: quanto magis errant ple *do.*
rique diuites, dicentes, Bonum eſt nos in diuitijs eſſe, quaſi ſem-
per cupiant & optent in hoc mundo viuere, & vniuerſam ter-
ram poſſidere?

## DOMINIC. II. QVADRAG.

D

## CONCIO TERTIA:

### *De Transfiguratione Domini.*

A*Sſumpſit Ieſus Petrum, &c.* Mat.17. Decuit ſane ſummū *Thoā Vil*
myſterium ſummo teſtimonio cōfirmari, vt nulla mū *lan.*
do incredulitatis excuſatio relinquatur. Teſtes ergo *Ioan.1.*
ipſos ſuper hoc audiamus: vidimus inquit vnus eorū,
gloriam eius, gloriam quaſi vnigeniti à patre, plenum
gratiæ & veritatis. Et rurſus, quod audiuimus, quod manus no-
ſtræ contrectauerunt, quod vidimus oculis noſtris de verbo vitę *1. Ioan.1.*
teſtamur & annuntiamus vobis: quaſi dicat, non fabulas, nō ſom
nia, nō figmēta narramus, ſed rem apertā & notam. Petr. in epiſt.

 inquit

E

*1. Petr. 1.*

inquit: non indoctas fabulas ſecuti, notam fecimus vobis Domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem & præſcientiam, ſed ſpeculatores facti illius magnitudinis. In tanto igitur talium virorum teſtimonio, quis ambiguitatis locus etiam duriſsimo cordi relinquitur? Neq; te moueat quod non eſt ibi viſa diuinitas, nam etſi non fuit viſa, fuit tamen per viſum certiſsime cognita. Plura namq; per viſum addiſcimus quæ non videmus, video fumum, & cognoſco ignem: video lumen & cognoſco ſolem, video vitam, & agnoſco animã; neq; enim animam tuam oculiſ corporis video, ſed animatum te eſſe omnino non dubito. Sic autem Deus videtur in corpore glorioſo, ſicut anima in corpore vitæ, non ſecundum ſe quidem, ſed ſecundum indubitabiles effectus ſuos. Præſentiam ergo Deitatis Apoſtolos agnouiſſe non dubito, ſed non clare & aperte viderunt Chriſtum eſſe Deum, hoc enim euidenter videre non poterant, non viſa Chriſti diuinitate. Namq; ad quid audirent à patre, quod oculis aperte viderent? Si Chriſtum eſſe verum Dei filium oculis inſpexerant, quid opus erat ad hoc vocis teſtimonio? Ad hoc namq; videtur vox illa ſonuiſſe, vt quod viſui deerat, auditus ſuppleret. Hęc igitur vt opinor, prima & potiſsima cauſa huius oſtenſionis fuit, vt ex hoc & Chriſti diuinitas probaretur, & fides noſtra confirmaretur.

*Magna firmitas & certitudo noſtræ fidei.*

*Similia.*

*Multa credimus quæ tamen nõ videmus.*

F

*Diuinitas hic uideri a nobis nõ poteſt.*

*Auditur vox patris vt credatur diuinitas filij.*

G

Alia autem non minus neceſſaria ratio videbitur, vt per hoc tepiditas noſtra in opus bonum excitaretur: nil enim ſic animum ad opus inflammat, vt nota operis retributio. Minus etiam audita mouent quam viſa: licet ergo ſæpius audierimus quia neq; oculus vidit, neque auris audiuit, neque in cor hominis aſcendit, quæ præparauit Deus diligentibus ſe: ſupra modum tamen expediens & vtile fuit ad prouocandos animos, huius ignotæ gloriæ ſpecimen aliquod demonſtrari oculis, vt auidius & diligentius procuretur. Decuit etiam Euangelicam doctrinam mundo nouam & rigidam, talis ac tanti præmij ſpecie confirmari, vt acceptetur ab omnibus. Raro enim quamuis excelſa virtus, futuris præſentia commutat, neque facile ſuadetur quiſpiam, vt ſpem periculis emat, vt ait Ambroſius. Quando ergo perſuaderetur mundo carnali vt præſentes ſeculi delicias contemnat, ſi potiores alias certo iudicio non nouiſſet? Semetipſum abnegare, crucem ſuam tollere, præſentem vitam contemnere, ſeculi honores & tormenta calcare, & relinquere quod iam eſt, ſpe ſola eſſendi quod nondũ eſt, quę euãgelica inſtitutione conſulũtur, nõ ita facilia ſunt, imo ita difficilia, vt vix ea quiſpiam amplexaturus ſit, niſi potioris multo & maioris ſpei notiſsimo fuerit teſti-

*1. Cor. 2.*
*Iſa. 64.*

*Spes præmij nos plurimum mouet.*

H

*D. Ambr.*

*Mat. 16.*



A

monio roboratus: nunquam enim agricola triticum ſuum ſeminando diſpergeret, niſi illud in meſſe multiplicatum reddi oculata fide comprobaſſet.

*Spes præmij addit animũ ad laborem.*

Erat quidem opus hoc Eccleſiæ Dei maxime neceſſarium, ad paganorum & gentilium iniurias propellendas. Bone Deus, quibus à principio verbis & ludibrijs improperatum eſt ei, & improperatur hodierno die, quod hominem crucifixum, morti à diſcipulo traditum, mortuum & ſepultum, & Deum credat, & vt Deum veneretur & colat? Quid iſtis reſponderi poterit, quod eorum proteruiam, ignorantiamq; confundat? Si miracula, ſi virtutes, ſi doctrinam, ſi reſurrectionem obijciam: pio quidem animo ad fidem hæc ſufficiunt: proteruo autem efficaciori opus eſt argumento. Quid ergo blasfemis iſtis reſpondebimus, quod conuincat & aperte confundat? Audi gentilis, audi pagane, Si te Chriſti paſsio ſcandalizat, confirmet te gloria, idem enim ipſe qui in Caluariæ monte patitur, crucifigitur, & moritur, in Thabor ſuper ſolem rutilat, ſuper niuem candet, & ſuper omnem pulchritudinem decoratur. Qui in Caluariæ loco latronũ medius in cruce pẽdet, in Thabor prophetarum medius ſuper aſtra lucet, qui a ſacerdotibus in Caluariæ loco velut ſeductor, capitis motione ſubſannatur, in Thabor voce de cælo allata, filius Dei vnigenitus appellatur. Cuius veſtes in Caluariæ loco ſorte diuiduntur, eiuſdem veſtes in Thabor ſuper niuem dealbantur & candent. Cuius facies turgida, in caluariæ loco pallet, eius eadem facies in Thabor mira pulchritudine pollet.

*Maximũ referimus fidei præmium.*

B

*Fides noſtra multis mirabilibus & ſignis confirmatur:*

C

*Varijs quidem teſtimonijs ſuã diuinitatẽ inſinuat Chriſtus.*

Nil Apoſtolis, maxime his tribus qui ſubinde vna cum Domino fuerũt, beatius inuenitur, ait Chryſoſt. Verum ſi volueris nos quoq; Chriſtum, non vt illi tunc in monte videbimus, ſed multo certe fulgentiorem. Nam tunc diſcipulis parcens tantum ſplendorem adaperuit, quantum illi percipere poterant, in extremo autem die in ipſa gloria atq; maieſtate patris, non cum Moyſe & Elia ſolis, ſed cum innumero angelorum, archangelorum, aliarumq; poteſtatum exercitu, veniet, nulla nube caput eius contegente, verum etiam mirum in modum cælo compreſſo. Et quemadmodum cum publice ſententiam iudices prolaturi ſunt velamina ſtatores contrahunt, vt ab omnibus videantur, ſic in ſolio ſuo dicentem vniuerſi conſpicient, & vniuerſum genus hominum iudicio aderit, quos ipſe non per alium, ſed per ſeipſum alloquetur: & alijs quidem dicet, venite benedicti patris mei. &c. Contra vero alijs dicet, ite maledicti in ignem æternum. Tunc quaſi ſol iuſti, imo vero multo magis quam ſol reſplendebunt.

*Chry. in Mat. ho. 57. to. 2.*

D

*Maieſtas Chriſti in iudicio.*

*Simile.*

*Mat. 25.*

 Non

Non enim id dictum eſt quoniam tantus ſplẽdor eorum futurus E
eſt, verum quia nil ſole fulgentius videmus, ab eo quod nobis no
*Quantum* tiſsimum eſt, futurum deſignare ſanctorum ſplendorem voluit;
*ſplendorẽ* hac enim de cauſa & in monte ſicut ſol effulſiſſe ſcribitur. Nam
*habebunt* maiorem fuiſſe illam lucem quam ſit hæc ſolaris, inde patet,
*iuſti in glo* quia diſcipuli cum ferre non poſſent ceciderunt. Sic igitur iuſti
*ria.* ſolem fulgore ſuperabunt, peccatores autem extrema ſuppli-
cia patientur.

*Bonum eſt nos hic eſſe.* Hoc inquit alius Euangeliſta quod dixit
*Pin. in E* neſciens quid diceret; nimirum quia cum hoſpes & peregrinus F
*zech. 7.* ſuper terram, perpetuam in ea voluit facere manſionem, & ha-
*Luc. 9.* bere in hoc mundo ciuitatem manentem. Primus quidem qui ci-
uitatẽ ædificauit in terris fuit Cain, qui exul factus eſt à ſuperna
*Gen. 4.* ciuitate. Iraſcens autẽ Deus cõtra homines, qui cũ ſint peregrini
in terra, videtur velle ſe facere perpetuos habitatores terræ, ita
*Ezech. 7.* ait Ezech. Venit cõtritio ſuper te qui habitas in terra: quaſi dice
ret, euerteris omnino tu, qui non cælum colis ſed terram, qui in
*Ne inhæ-* terra quę eſt exilium, tanquã in propria, perpetuaq; patria, mũdi
*reamus* diuitias quæris, ſtimulis cupiditatis concitatus, & ad gloriam aſ
*terrenis.* piras fluxã & inanem, atq; tetris ignominiæ maculis deforma- G
tam: Huiuſmodi hominibus minitatur æternam damnationem
*Apo. 8.* aquila volans, glorioſus Euangeliſta Sanctus Ioannes, præcla-
re quidem dicens, Væ, væ habitantibus in terra. At viri pietate
*Heb. 11.* præcellentes, ſtudioq; immortalitatis flagrantes, in terra vt ho-
ſpites & peregrini vitam degunt tãquam in diuerſorio quodam,
non tanquam in domicilio, vt pote qui mortem expectent, &
*Pſal. 29.* vita viuant, ac ſi eſſnet propediem ex vita exceſſuri. Quod intel-
ligens Regius propheta, has voces emiſit dicens, Peregrini ſu-
*Pin. in E-* mus coram te Domine, & aduenæ ſicut omnes patres noſtri:
*ze. 47.* Dies noſtri ſicut vmbra ſuper terrã Idẽ etiam alibi ait, Sũt quidẽ H
omnes dũ in hoc ſæculo viuũt, hoſpites & peregrini, & præſer-
*Pretioſa* tim, ſi vita hæc fluxa cum æterna cõparetur. Mũdus enim hic eſt
*etiam hu-* carcer & exilium electorum Dei: propria autem patria in cælo
*ius vitæ ſi* eſt, cuius deſiderio tenentur, ad quam ex hac lachrymarum val-
*cum cæle-* le, ſuſpirijs ab imo pectore eductis, & lamẽtabilibus vocibus ſu-
*ſtibus com* ſpirant. Quod intuentes animo antiqui patres, fide & ſapientia
*parentur,* præſtantes terram promiſsionis pro nilo putabant, ad cæleſtem
*vana ſunt* autem patriã, veram promiſsionis terram, deſiderio & amore in
*& vilicu* cenſi rapiebãtur: expectabant enim ciuitatem æternis fundamẽ-
*la.* tis munitam, cuius artificem & conditorem Deum eſſe crede-
*Heb. 11.* bant, vt docet Apoſtolus, Viri enim pietate inſignes, in terra vt
hoſpi-



A hoſpites & peregrini ætatem traducunt, & ex hac vita ita diſce-
dunt tanquam ex hoſpitio, non tanquam ex domo propria, in-
telligentes commorandi illis Deum diuerſorium dediſſe, non ha
bitandi domicilium, eſſe autem in cælo permanentem, ſempiter- *Hæc vita*
namq; ciuitatem conſtitutã: nunquam enim tanta in hac vita co- *non eſt ad*
nati fuiſſent, quę ad æternitatis memoriam pertinerent, niſi mẽ- *perpetuã*
tis oculis æternitatem ad ſe pertinere aſpexiſſent. Quis enim per *habitatio-*
petuos, ſummoſq; labores ſuſciperet, ſi exiſtimaret fore vt eius *nem hic*
ijſdem finibus quibus vita eſſet vnquam terminanda? At ſapien- *traducen-*
tum animus ita ſe erexit, & immortalitatem proſpexit, vt cre- *dam.*
B dat certiſsime cum exceſſerit ex hac mortali vita, tum de-
nique in alia ſempiterna victurum eſſe, & gloriam immortalem
conſecuturum.

*Bonum eſt nos hic eſſe.* Quæcunque in præſenti vita ſunt, ſi con-
ferantur ad æternam beatitudinem & futuram gloriam, veluti
vmbra quædam ſunt & ſomnium, porro explicans D. Hieronym.
verba illa *Eccleſiaſt.* 1. Vanitas vanitatum, & omnia vanitas, in- *Eccle. 1.*
quit, Si cuncta quæ facit Deus ſunt valde bona, quomodo om- *D. Hiero.*
nia vanitas? & non ſolum vanitas, ſed etiam vanitas vanitatum? *in Eccl. 1.*
C vt ſicut in Cantic. Canticor. Inter omnia carmina, excellens *to. 7.*
carmen oſtenditur, & ita in vanitate vanitatum, vanitatis ma- *Simile.*
gnitudo monſtretur; Tale quid & in Pſalmis ſcriptum reliquit *Pſal 38.*
ſanctus propheta Dauid, Veruntamen vniuerſa vanitas omnis
homo viuens. Si viuens homo vanitas eſt, ergo mortuus vanitas
vanitatum, Legimus in Exod. glorificatum vultum Moyſi in tan- *Exo. 34.*
tum vt filij Iſrael in eum aſpicere non poſſent. Quam gloriam
Paul. Apoſtol. ad comparationem Euangelicæ gloriæ dicit eſſe *2. Cor. 3.*
non gloriam. Poſſumus igitur & nos hunc mundum, cælum,
D terram, maria, & omnia quæ in hoc circulo continentur, bona
quidem certe dicere, ſed ad Deum comparata eſſe pro nilo, & *Similia.*
quando igniculum lucernæ videns, cõtentus eſſem eius lumine,
& poſtea orto ſole non cernerem quod lucebat, ſtellarum quo- *Mũdana*
que lumina iubare viderem ſolis abſcondi: ita aſpiciens elemen- *hæc & præ*
ta, & viderem rerum creatarum multiplicem varietatem, atque *ſertim ſi*
etiam earum diuerſitatem, admirarer quidem operum magni- *ad cæleſtia*
tudinem, recogitãs autem omnia pertranſire, & mundum ipſum *comparen*
ſeneſcere, ſolũq; Deũ illud ſemper eſſe quod fuerit, cõpellor dice *tur, ſunt*
re nõ ſemel, ſed bis, vanitas vanitatũ, & omnia vanitas. Vaporẽ *vanitas*
fumi & aurã tenuẽ, quæ cito reſoluitur, poſſumus appellare Quę *vanitatũ.*
enim videntur, vt ait Apoſtol. temporalia ſunt, quæ vero non vi- *2. Cor. 4.*
dentur, æterna. Quod ſi attẽtius Petrus conſideraſſet forſan non

 dixiſ-

dixiſſet, bonum eſt nos hic eſſe: ſi etiam nos ad hæc attendere- E
mus, non ita mundanis adhereſceremus.

Profecto reliqua omnia, ait Anſel, vanitates quædam ſunt, id
*D. Anſel. in enar. ho dier. euan geli.* vero tantum bonum eſt, uidelicet eſſe cum Deo. Quid enim boni
habere poteſt ille, qui in præſenti vita Dei dono & gratia ſpo-
liatur, & in altera vita priuatus eſt gloria? Quid erit in illis ange-
licis choris eſſe, cum non in ęnigmate vt Apoſt. dicit, ſed facie ad
*1. Cor. 13.* faciem ſumma cum voluptate & fruitione ſpectabimus? Cęterũ
*Facile ſtatim inſoleſcimus in hac vita.* quid diceret neſciebat Petrus, quando tam vili veſte, nempe car-
ne mortali & craſſa circundatus, frui diuina deſiderabat eſſen-
tia, & perexigua certe mercede contentus erat, illa nimirũ cor- F
poris claritate maxime delectatus. *Bonum eſt nos hic eſſe.* At quan-
to glorioſior locus Petre eſt ille, quem nunc poſsides? Tractans
quidem Auguſt. de gloria & beatitudine ait. quanta erit illa feli-
*D. Augu. li. 22. ciu. Dei. c. 30. to. 5.* citas, vbi nullum erit malum, nullum latebit bonum, vacabitur
Dei laudibus, qui erit omnia in omnibus? Et paulo poſt ait, vera
illic gloria erit, vbi laudantis nec errore quiſquam, nec adulatio
ne laudabitur: verus honor, qui nullo negatur digno, ſed nec ad
*Gloriæ cõditiones.* eum ambiet vllus indignus: vera pax ibi eſt, vbi nil aduerſi, nec à
ſeipſo, nec ab alio quiſquam patietur. Præmium virtutis erit ip-
ſe qui virtutem dedit, & qui ſeipſum, quo melius & maius nil po G
teſt eſſe, promiſit. Quid eſt enim aliud quod per prophetam di-
*Pſal. 86.* cit, ero illorum Deus, & ipſi erunt mihi plebs, niſi ego ero vnde
ſatientur: ego ero quæcunq; ab omnibus honeſte deſiderantur,
& vita, & victus, & copia & gloria, & honor & pax, & omnia bo
*Col. 3.* na? Hic enim & illud recte intelligitur quod ait Apoſtol vt ſit
Deus omnia in omnibus. Ipſe finis erit deſideriorum noſtrorũ,
qui ſine fine videbitur, ſine faſtidio a nobis amabitur, ſine fatiga
*Gloria ineffabilis.* tione laubitur. Cæterum qui futuri ſunt pro meritis premiorum,
etiam gradus honorum atq; gloriarum, quis eſt idoneus cogita
re, quanto magis dicere? H

*Bonum eſt nos hic eſſe.* Mali quidem ita reſident in ſuis uitijs & ob-
*Autor.* lectantur, vt videantur dicere, bonũ eſt nos hic eſſe. Siquidem am
bitioſus in honoribus conſtitutus, videtur dicere, bonum eſt nos
hic eſſe. Item auarus eandem cantilenam canit, & ſic de cęteris vi
*Mundani ipſos vitioſos honorifice appellant.* tijs. neq; iam videtur vitia ipſa cognoſcere, & aperto nomine ap
pellare, ſed potius deditum ambitioni vocant virum qui cupiat
æſtimationem ſuam defendere: auarum autem appellant virũ de-
ditũ rei quidẽ familiari, & qui ſciat conſulere domui ſuæ, at pfa
miliæ, & ita cætera alia vitia varijs nominibus appellare ſolent.
Blanditur quidem nobis mũdus, cum fallaci terrenorũ bonorum
ſpe



A ſpe nos lactat. cũ alienarum deliciarum exemplo nos lactat & il
*Inducit mundus ſuos ad ſtatũ pariter mundanos.* licit, aut mundani apparatus, veſtiumq; & aliorum ornamento-
rum ſplendore oculos noſtros perſtringit & allicit animoſque
noſtros ad ſimilia concupiſcenda incendit. Hic enim aduertere
licet fæminas, quæ vbi aliarum fortaſſe cultiores veſtes viderint,
præ earum deſiderio incenſæ, partim viros ad hæc ipſis præſtan-
da ſolicitare, partim etiam magnam dotis partem in his profun
*Iſa. 13.* dere ſolent. In ædibus enim Babylonis vlulæ ſibi mutuo reſponde
*Amatores ſeculi ad quã ã inſaniã deueniant.* re dicuntur: quod quidem fit cum huius ſeculi amatores delicia-
rum copia, veſtium cultu, & domeſticij apparatus nitore interſe
B certant, & alius alium ſuperare conatur. Harum ergo rerum ni-
tor infirmas hominum mentes ſæpe decipit, & ſimilium rerum
amore inflammat. D. quidem Hier. vbi in eo lib. quem de illuſtri
*Hiero: de vi. illuſt.* bus viris ſcripſit, Senecæ mentionem feciſſet, eum continentiſsi-
mæ vitæ fuiſſe ait. At is Seneca in epiſ. ad liberalem amicum, inge
*Sene. in epiſ. ad liberal. ami.* nue fatetur ſe aliorum delicijs & vitæ lenocinijs non parum ad
eadem deſideranda commoueri. Sic enim ait: dicam quæ accidãt
mihi, tu morbo nomen inuenies, tenet me ſummus amor parſi-
*Moderatẽ tẽ ſũ cibo & cultu.* moniæ fateor: placet non in ambitione cubile compoſitum, non
C ex arcula prolata veſtis, non ponderibus aut mille tormẽtis ſplẽ
dere cogentibus expreſſa, ſed domeſtica & vilis, nec ſeruata, nec
ſumenda ſolicite. Placet cibus quem nec parent familiæ, nec ſpe-
ctent, nec multos ante paratus dies, nec multorum manibus mi
niſtratus, ſed parabilis, faciliſq;, nil habens accerſiti, pretioſi ve,
vbilibet non defuturus, nec patrimonio grauis, nec corpori, nec
rediturus qua intrauerat. Cum bene iſta placuerunt, perſtringit
animum ſplendida diuitis menſa, & auro culta mancipia, & ag-
*Cõtemnamus pompas mundanas.* men ſeruorum &c. Ex quibus verbis cernere licet qua ratione
mundus quidem ipſe ſoleat nos ipſos & animos noſtros miſera-
biliter profecto atq; infelicisſime faſcinare, & ad perniciem, inte
D ritumq; trahere, & mentes etiam noſtras emollire, & ad ſui amo
*Mundus varijs curis ſuos ſolicitat.* rem pellicere ſoleat, adeo vt tandem multi dicant, bonum eſt
nos hic eſſe.

Agebant quidem viri iſti illuſtres de exceſſu quem completurus
erat, vt nobis præberetur exemplum vt in die bonorum memo-
*Eccle. 11. In die bonorum, memores ſimus malorum.* res ſimus malorum, & lætitiam nimiam, obiectis triſtibus tempe
remus. Dum hæc agerentur, Petrus & alij diſcipuli grandi nimis
admiratione tenentur. Sed non iuuat Petrum præfati exceſſus au
dire ſermonem, feruet intus gaudio, conceptumq; non valet te-
nere ſermonem. Accepta copia fandi quid inquit tecum domine
de

de quodam neſcio quo exceſſu prophetæ loquuntur? Mihi ſi cre- E
ditur, meoſi ceditur voto, faciamus, hic tria tabernacula, tibi
vnum, Moyſi vnum, & *Eliæ* vnum. Hoc ſatius eſt, hic ſtemus, hic

*Delectationes tẽporales interdũ nos in obliuionem adducunt æternarum.*

cunctos vitæ noſtræ dies agamus. Quid vltra quæritur? Inferio-
ra cur vltra luſtramus? Neſciebat enim quid diceret. Præ amo-
re, ſic enim totam eius mentem præſentis candoris & gloriæ
amor & iucunditas occuparat, vt nil aliud vellet, nil aliud
cuperet, & hoc ſibi ad plenam felicitatem ſatis eſſe cogitaret.
Sed non es te digna locutus o Petre. Falleris grauiter, fal-
leris, o paſtor Eccleſię: prius condendum eſt Euangelium, F
prius hominum genus cruoris effuſione redimendum eſt, prius
alius ducet te quo tu non vis, quam hoc gaudio potiaris. Ita ne
ſine certamine victor, ſine victoria triumphator euades? Quid

*Ioan. 21.*

*Labores exantlãdi ad gloriã cõparãdã.*

rerum ordinem peruertis? Quid meritis pręmia præponis?
Tune inquam ſolus mundi ſalutem & gloriam poſsidebis, & ti-
bi ſoli ſaluator aſsiſtet? O inſignis latro, tibi cęleſtem marga-
ritam vſurpas? Dic nobis o Petre, vbi virgo, vbi fratres, vbi
Euangelium, vbi fides, vbi gratia, vbi generis humani re-
demptio, vbi cęleſtis Hieruſalem reparatio? Hęc ne omnia pro
pter te ceſſabunt? Tuis cedent omnia lucris? Sed ardenti inflã-

*In honeribus ſæpe amicorum obliuiſcimur.*

matur amore, extra ſe enim poſitus, quid diceret neſciebat. Quæ G
ſua ſunt, Petrus quærebat: nam eſſe cum Chriſto melius eſt,
ſed quia ſine merito præmium, ſine labore gaudium cupit, hic
error, hæc culpa eſt. Neque tamen ſolus hoc errore tenetur. Vo
lumus & nos ſæpe ſimilia Petro, gaudium cupimus, laborem
fugimus. Prius volumus gaudere quam pati, ſed fatue & ſtul-

*Rom. 8.*

*Acto. 14.*

te. An neſcimus quia ſcriptum eſt, quia ſi compatimur, & con
regnabimus? Et quia per multas tribulationes oportet nos in-

*Tota Trinitas Christo teſtimonium perhibet.*

troire in regnum Dei? Cæterum Petro verba illa loquente,
*Ecce nubes lucida obumbrauit eos, & ecce vox de nube facta eſt, hic eſt
filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipſum audite.* Vox H
ad patrem, nubes ad ſpiritum ſanctum refertur, vt tota Tri-
nitas Chriſto homini teſtimonium perhibuiſſe noſcatur, ſicut

*1. Ioan. 5.*

ſcriptum eſt, tres ſunt qui teſtimonium dant in cęlo, pater, verbũ,
& ſpiritus ſanctus, & hi tres vnum ſunt.

*Author.*

*Gene. 40.*

*Tibi vnum, Moyſi vnum, & Eliæ vnum.* Perpende quomodo fe-
licitas mundi ſit animi inimica. Pincerna Pharaonis ſucceden-
tibus proſperis oblitus eſt interpretis ſui: ideo dixit illi Ioſeph,
memento mei cum bene tibi fuerit: ne in proſperitate obliuiſ-
ceretur, dixit vt memor eſſet ſui dum bene contigiſſet, & eſſet
in domo



A in domo Pharaonis? At ille oblitus fuit Ioſeph, ſicut Petrus
nunc obliuiſcitur Andreæ fratris qui illum ad cognitionem

*Ioan. 1.*

*1. Reg. 9.*

vocauerat vt ſcribit Ioann. Huc etiam ſpectare videtur illud
quod dicitur 1. Reg. filius vnius anni erat Saul, id eſt inno-
cens inſtar infantuli. Quibus verbis vult ſignificare Saulis vir-

*1. Reg. 24*

*1. Re. 26.*

*2. Reg. 11.*

tutem priuſquam eſſet in regia dignitate conſtitutus: at cum
ad principatum euectus eſſet, ſcelera impia perpetrauit. Vbi
vides quam perniculoſa ſit magna potentia & opum abundan-
tia. Exemplum ſit etiam nobis Dauid, qui ſubditus inimico pe-
B percit & vitam tribuit, rex autem conſtitutus amicum per ſum
mum ſcelus interfecit.

*Pin. in Eze. 2.*

*Et audientes diſcipuli, ceciderunt in faciem ſuam*: His quidem
ſanctis Apoſtolis, & diſcipulis Domini videtur accidiſſe id quod
Propheta Ezechiel de ſe ipſo narrat dicens: hæc viſio ſimilitu-
dinis gloriæ Domini, & vidi, & cecidi in faciem meam, hoc
eſt poſtquam vidi hanc Dei gloriæ ſimilitudinem, cecidi pro-

*Gene. 17.*

nus in terram ſuper faciem meam, tanto ſplendore perterri-
tus, tantaque maieſtate ſtupefactus. Eodem modo Abrahã con-
ſiderata fragilitate ſua, viſo domino cecidit pronus in faciem ſuã:

*Iſa. 21.*

*Dan. 10.*

C Iſa. corrui inquit cum audirem: conturbatus ſum cum viderem.
Et Daniel ait, vidi viſionem grandem hanc, & non remãſit in me
fortitudo. Et Paulo poſt, domine mi, in viſione tua diſſolutę ſunt

*Cõtẽplãtes tantã Dei maieſtatẽ facile agnoſcimus miſeriam noſtram.*

compages meæ, & nil in me remanſit virium. Quod ſi diuini va-
tes tanto ſplendore & amplitudine perterrentur viſa Dei ſimi-
litudine, quantam eſſe putas Dei in ſua eſſentia maieſtatem? il-
lud etiam hoc loco animaduertendum eſt, quod non ceciderint
hi ſancti retrorſum, ſed in facies ſuas: pij enim non retrorſum,
cadunt: qui vero in faciem cadunt, foueam vident, & facile ſibi
cauent, vel etiam ſtatim ſurgunt, mali autẽ non perinde. Vnde di

*Gen. 46.*

D citur Gen. 46. fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordẽs
vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retro.

*In Chriſto ſperemus, & non in rebus mundanis.*

*Leuantes autem oculos ſuos, neminem viderunt niſi ſolum Ieſum.*
Poſtquam iſti apud ſe rediere, & totum montem explorauere,
nil aliud vident niſi ſolum Ieſum, vt intelligamus in Ieſu no-
ſtram eſſe gloriam conſtitutam, & non in alijs huius ſeculi re-
bus. Plerique autem ſe ipſos decipientes, gloriam potius ſecu-

*Aug. 5. de ciui. Dei c. 14. to. 5.*

li ſequuntur quam Chriſti gloriam. Vnde vt ait D. Auguſt. huic
cupiditati melius reſiſtitur ſine dubitatione, quam ceditur. Tan
to enim quiſq; eſt Deo ſimilior, quanto ab hac immunditia
mundior: quæ in hac vita etſi non funditus eradicatur ex
corde, quia etiam bene proficientes animos tentare non ceſ-
ſat,

ſat, ſaltem cupiditas gloriæ ſuperetur dilectione iuſtitiæ vt ſi E alicubi iacent quæ apud quoſq; improbantur. Si bona, ſi recta ſunt, etiam amor humanæ gloriæ erubeſcat, & cedat amori veritatis. Tam autem eſt hoc vitium inimicum piæ fidei, ſi maior in corde ſit cupiditas gloriæ, quam Dei timor vel amor, vt dominus diceret: quomodo poteſtis credere, gloriam ab inuicem expectantes? Item de quibuſdam qui in eum crediderant, & verebãtur palam confiteri, ait Euangeliſta, dilexerunt gloriam hominum magis quam Dei: quod ſancti Apoſtoli non fecerunt, ſed potius ſeculi gloriam ſpernentes & contemnentes, pro Dei gloria F viriliter quidem decertarunt.

*Cupiditas mundanæ gloriæ, nos in obliuionem cæleſtis gloriæ adducit.*
Ioan. 5.
Ioan. 12.

## DOMINICA. II. QVADRAGES.

## CONCIO QVARTA.

*De transfguratione Domini.*

Acto: 14.

ASSumpſit Ieſus Petrum, & Iacobum, & Ioannem fratrẽ eius & duxit illos in montem excelſum ſecrſum: Matt. 17. Vult G quidem Chriſtus magiſter noſter nos erudire aſcendens in excelſum montem, quod aſcendere debemus per multas difficultates, labores, & aſperitates, ſi volumus tandem aſcendere ad montem excelſum gloriæ, & beatitudinis ſempiternæ. Veruntamen terreri non debemus neq; exanimari, tametſi varij nobis labores & difficultates contingant, ſi quidem Chriſtus ipſe nobiſcum aſcendit, & comitatur nos: habemus etiam angelum protegentem nos. Vnde ſicut inquit grauis quidã autor, ex Chriſti tentationibus, triumphum ſperare debemus. Nam cum ad capiendum Eliſæum, multa armatorum ma H nus à Samariæ rege mitteretur, domumq; vallaſſet, ab Giezi clamatum eſt: inſidiæ, inſidiæ, quod cum propheta audiſſet, puerum ne paueret hortatus eſt, orauitq; vt ipſius aperirentur oculi, qui mox vidit omnem montis ſuperficiem, domumq; armatis vallatam militibus, & ait: plures pro nobis ſunt quam contra nos. Huius ergo exemplo non formidoloſe, ſed confidenter tentationũ bella aggredi debemus, cæleſtium militum muniti legionibus. Memoratum quidem Prophetam ne in minimo quidem vt illum caperent miſsi, lædere valuerunt: quia potius orante Propheta, ipſi cæcitate percuſsi ſunt. Veneremur diuinam præſentiam & auxilium

*Chriſtus præſens nobis adeſt cum labores patimur.*
*Lau. Iuſ. li. de Caſ. con. vei. & animæ ca. 6.*
*4. Reg. 6*
*Ne timeamus calamitates,*



A auxilium, & vtroq; præſidio ſeptos, pudeat nos inimicis terga vertere. Non nos certandi labor, non certaminis incertus finis, non infirmitas carnis, non tepor ſpiritus concutiat. Ad virtutem difficilis aſcenſus eſt, grauiſsimus labor, maxima recompenſatur mercede, in acie poſiti ſumus: qui vicerit, ſponſi amplexibus dignus fiet. Potuerat olim Dauid vt regis gener eſſet, incircunciſorum centum auferre præputia cum ſui periculo, & non poterit Chriſti ſeruus, vt ſapientiæ dignus habeatur connubio caſtiſsimo tẽtationum ſupprimere inſultus? Valebit ne mulieris amor plus quam verbi? Alliciet ne amantis cor plus carnalis copula, quam B ſapientiæ perpetuum contubernium? Innumeri ſunt, qui vt terreni faſtigium teneant imperij, omni ſe labori etiam cum corporis animæq; detrimento exponunt, & qui Chriſti nuncupantur ſerui, vt æterni regni particieps ſint, tabeſcent otio, & præ ignauia dormitabunt? Vtiq; prudentiores, robuſtioreſq; tenebrarũ filij ſunt filijs lucis, in negotijs ſuis, & in temporalium cumulatione. Stupeat cælum, clamet terra, & omnis creatura miretur, cum hominem plus alliciat labor quam requies: mors quam vita, creatura, quam omnium conditor: non abſq; cordis cæcitate fieri po C teſt hoc: ignoratur quippe quanta ſint cæleſtia gaudia, ignoratur quoq; quod ſit virtutis bonum. Attẽdunt homines quod ſine fatigatione maxima virtus nõ valeat acquiri, & pati refugiũt, quia parũ diliguunt. Conſiderant tentationum & tribulationum certamina, nec percipiunt quid inde ſequatur. Vtinam ſaperent & intelligerent, ac nouiſsima prouiderent.

Cõſiderare quidem debemus quod Chriſtus nos eripiet de tribulationibus, atq; eos omnes labores noſtros in noſtrum commodum euenire faciet, ac tandẽ ad excelſum beatitudinis portũ perducet: cum videamus quod idem Chriſtus ducit nos, duxit inquit illos in montem excelſum. Vnde Lau. Iuſ. ait, in tribulatione D vtiq; comitatur iuſtos, vt illos in præſentiarum eripiat, & glorificet in futuro Comitatur inquam ipſos in negotijs ne delinquãt in periculis necadant, in proſperitatibus ne deficiant, in dubijs ne errent, & in huius vitæ itineribus, ne æternæ vitæ conſolationem amittant. Hoc ſanctarum autoritatibus ſcripturarum, hoc ſanctorum patrum comprobatur exemplo. Direxit in actibus ſuis longæuum Noe, quem ſolum ſuper terram coram ſe reperit iuſtum: fuit cum Abraham patriarcha illumq; a Pharaonis & Abimelech protexit inſidijs. Innocentem Ioſeph ab adulteræ cuſtodiuit amplexu, atq; Aegypto prætulit vniuerſæ: in nube & igne per deſertum ambulauit cum Moyſe, ac in ducatu populi optime roborauit.

*ſed potius in deo ſperemus qui iuuabit nos:*
*Tentationibus facile diuino freti numine reſiſtemus.*
1. *Reg.* 16.
*Amore Dei omnia vincemus:*
*Luc.* 16.
*Si pro tẽporalibus tãtũ laboramus, multo magis pro æternis laborare debemus.*
*Amor ſuaues redditres.*
*Lau. Iuſ. li. de triũpha. Cõr. ago. c. 27.*
*Gen.* 7.
*Gene.* 21.
*Gne.* 40.
*Exo.* 14.

boraüit. Citharedam quoq; puerum ne in ſuperbi regis incide- E ret manus, deſeruit nunquam. Antiquorum patrum geſta cur referam, cum in fine ſeculorum nedum ſpiritualem, verum etiam corporalẽ ſuis diſcipulis præſentiam exhibuerit? Illis profectò tã quã chariſsimis, viſibiliter corporalis apparuit, atq; omnem præcipuæ charitatis exhibuit humanitatem. Nemo ad plenum valet explicare delectabilem filij Dei conuerſationem, quoad vixit in carne. Nullus ipſius erga fideles ſolicitudinem, familiaremq; dilectionem notificare ſufficit: tanquam vnus illorum erat cum ipſis, imo eorum minimus, quippe qui nõ miniſtrari venerat, ſed F miniſtrare: ſic afficiebatur ſingulis, quemadmodum mater quædam vnicum amat alumnum.

*2. Reg. 16.*
*Magnus Chriſti amor erga nos.*
*Luc. 22.*

In hunc Perfectionis montẽ ait Galfri nemo valet aſcendere abſq; ductore Ieſu: ipſe enim eſt via, veritas, & vita. Eſt ſiquidem illa via ardua, ſolitaria, ſecreta, & eam multi non norunt. Omnis humana potentia, ait alius grauis autor, & induſtria non aſſurgit vt conſcendat in cælum, niſi Deus ipſe perducat, niſi illa magnarum alarum aquila ſuas expandat pennas, & nos illuc adducat, niſi ille benignus & miſericors pater in humeris ſuis nos portet, illuc aſcendere miſellus agniculus, & imbecillis ouicula non valebit. Duxit illos in montem excelſum, ait Albertus Magn. de- G clarans noſtram ſpiritualem aſcenſionem per manum ſuam eſſe futuram, iuxta illud Pſal. Domini eſt aſſumptio noſtra, & ſancti Iſrael regis noſtri.

*Galfri. ſuper hunc locum.*
*Pal. in Matth.*
*Ezec. 17.*
*Aſcẽdere in cælũ nõ poſſumus ſine Dei fauore.*
*Pſal. 88.*

*Et transfiguratus eſt.* Qualis futurus eſt tempore iudicandi, talis apparuit Apoſtolis, ait Hiero. Quod autem dicit, transfiguratus eſt ante eos, nemo putet priſtinam eum formam & faciem perdidiſſe, vel amiſiſſe corporis veritatem, & aſſumpſiſſe corpus vel ſpirituale vel aereum. Sed quomodo transformatus ſit Euangeliſta demonſtrat dicens.

*D. Hiero. in Matt. 17. lib. 3.*

*Et reſplenduit facies eius &c.* Saluator humani generis Ieſus Chri- H ſtus, ait Leo Papa, docens eandem fidem, quæ & impios ad iuſtitiam, & mortuos reuocat ad vitam, ad hoc diſcipulos ſuos doctrinæ monitis & operum miraculis imbuebat, vt idem Chriſtus & vnigenitus Dei & hominis filius crederetur. Nam vnum horũ ſine altero non proderat ad ſalutem, & æqualis erat periculi, Dominum Ieſum Chriſtum aut Deum tantummodo ſine homine, aut ſine Deo ſolum hominem crediddiſſe, cum vtrumq; eſſet pariter confitendum, quia ſicut Deo vero humanitas, ita homini inerat vera diuinitas. Ad confirmandum ergo huius fidei ſaluberrimam cognitionem, interrogauerat diſcipulos ſuos dominus,

*Leo Pap. in hom. de transfigu.*



A minus, inter varias aliorum opiniones, quid ipſi de eo crederent, quid ve ſentirent. Vbi Petrus Apo. per reuelationẽ ſummi patris, corporea ſuperans, & humana tranſcendens vidit mentis oculis filium Dei viui, & confeſſus eſt gloriam deitatis. Vt ergo iſtam felicis conſtantię fortitudinem toto Apoſtoli corde conciperent, & nil de ſuſcipiendæ crucis aſperitate trepidarent, nec pudendã ſibi eam patientiam crederent, quæ ſic ſubitura erat ſæuitiam paſſionis, vt non amitteret gloriam poteſtatis. Aſſumpſit ergo hos tres Apoſtolos, & conſcenſo cum eis ſeorſum monte pręcelſo, B claritatem ſuæ gloriæ demonſtrauit. Quia licet intellexiſſent in eo maieſtatem Dei, ipſius tamen corporis, quo diuinitas tegebatur, potentiam neſciebant. Videntur mihi ait Orige. hi qui ducuntur a Ieſu ſuper montem excelſum, & digni habentur videre transfigurationem eius ſecrete, quia non in vanum poſt ſex dies ducuntur: quoniam enim in ſex diebus perfecti numeri totus factus eſt viſibilis mundus, ideo arbitror eum qui tranſcendit omnes mundi res, conſiderans iam non quæ videntur (temporalia enim ſunt) ſed quæ non videntur, quoniam ſunt ęterna, poſſe aſcendere ſuper montem excelſum, Chriſto ſe præ- C cedente, illum poſſe & gloriam aſpicere verbi Dei. Si ergo quis noſtrum cupit, Chriſto ſe aſſumente aſcendere ſuper montem excelſum, & videre ſecretum transfigurationis myſterium, tranſcendat opera ſex dierum, non aſpiciens quæ videntur, neq; diligens mundum, nec ea quæ ſunt in mundo.

*Mat. 16.*
*Transfiguratus eſt Chriſt⁹ vt manifeſtaret quod eſſet verus De⁹ & homo.*
*Origen. in Mat. ho. 3.*
*Qui cõtẽnit tẽporalia, reportabit æterna.*

Debemus & nos transfigurari exemplo Chriſti, ſicut faciebat Apoſ. cum diceret, viuo ego, iam non ego. Dicit Greg. quod erat mortuus perſecutor, ſed viuebat prædicator: iam ego non viuo ſecundum paſsiones meas, & inordinatos affectus, ſed ſpiritualiter viuo, quia viuit in me Chriſtus. Si homo ſibi non mo- D ritur, non poteſt in deo viuere. Nunquam eſſe poteris quod modo non es ni prius eſſe deſieris quod nunc es. Quãdo legumina tranſplantantur, lenteſcunt ac mortificantur, ſed id illis expedit, vt melius poſtea viuant, & granum etiam frumenti niſi prius moriatur, non poteſt fructum proferre. Idem etiam alibi ait, qui ſe mortificat & paſsiones ſuas atque ſenſus, is dicitur transfigurari: & quamuis mortuus appareat, viuit tamen in Domino, iuxta illud: Mortui enim eſtis, & vita veſtra abſcondita eſt in Chriſto.

*Gregor. in Euãg. ho. 32.*
*Simile.*
*Ioan. 12.*
*Gre. li. 5. Moſca. 3.*
*Col. 3.*

Porro Rationale Diu. offi. reddit rationem, cur heri & hodie recitetur Euange. Transfi. Dicitque quod per Sabbathum mentis

*Autor.*

mentis venitur ad Sabbathum quidem æternitatis, & ideo recita E tur euange. Transfi. in qua apparuerunt Moyſes & Elias, quorum exemplo animatur Eccleſia ad ieiunium. Mihi etiam offeruntur aliæ rationes, quæ tales ſunt: gloria enim & beatitudo hominibus conferenda, cuius veſtigium & vmbra hodierna die demonſtrata eſt, non tantum ab æterno patre confertur, aut à filio ſolum, vel a ſpiritu ſancto ſolum, ſed a tribus perſonis ſimul. In cuius rei confirmationem in Chriſti baptiſmo pater quidẽ oſtenſus eſt in voce de cælo demiſſa, filius in ſuamet perſona, & ſpiritus ſanctus in forma columbæ. Pari etiam ratione ad oſtendendũ F gloriam illam ſupernam a tribus ſimul perſonis conferri, pater hodierna die demonſtratur in voce delapſa, filius inſuamet perſona, & ſpiritus ſanctus in nube lucida. Iuſtum quippe eſt vt qui tribus obſequimur perſonis, a tribus quoq; præmium conſequamur æternum, gloriæq; coronam. Cæterum quoniam res imperfecta videtur eſſe, ſi bis tantum in anno præſens Euangelium recitaretur, cum gloriam ipſam a tribus perſonis aſſequamur, voluit Eccleſia vt præter eam repreſentationem huius diuini myſterij, quæ in menſe Auguſto celebratur, & Hesternam, etiam tertio hodie proponatur & decãtetur. Præterea D. Anto. affirmat bis Chriſtum fuiſſe transfiguratum, ſemel quidem in monte, & ſecũ G do in forma peregrini. Quod ſi dixerimus etiam in forma hortulani quodam modo transfiguratum, videbitur fortaſſe talis triplex transfiguratio applicari poſſe vſui Romanę ſacro ſanctæ Eccleſiæ, quo ter in anno hodiernum repetitur Euang. ſi quis meliora habet, libenter accipientur.

*Ratio. di. eſ. li. 6. c. 38.*

*Ratio iterandi hoc euangel.*

*Matt. 3.*

*A tribus ſimul perſonis ſperãtur præmia.*

*D. Anto. 1. p. hiſ. ti. 5. c. 5. §. 3*

*Autor.*

Si recte hic conſideraſti, ad videndum gloriam Transfigurationis diſcipuli laborarunt, cum ad montis culmen conſcenderint. Moyſes etiam & Elias per varios labores peruenerũt eo perfectionis, vt eſſent tantopere Deo familiares & intimi & hodie etiam tanta familiaritate cum eo colloquerentur, vt adnotat H Chry. & manifeſte conſtat ex his quæ alter à pharaone, & populo perpeſſus eſt, & alter a rege Achab, & alijs. Ex quo colligitur hodie diſputari & tractari non incommode poſſe de laboribus propter Deum tolerandis, quamq; vtiles ſint, quandoquidem & nos Deo maxime familiares efficiunt & ſubinde nos ducunt ad gloriam ſempiternam.

*Labores pro Chriſto tolerati optime præmiantur.*

*Chryſoſt.*

*Exod. 7. 8. &c.*

*3. Re. 18. & 19.*

Ad confuſionem autem noſtram, qui ita calamitates deteſtamur, dicam quid gentilis etiam vir ille Seneca ſenſerit. Labores quidem & calamitates inquit, a tyrannis illatæ, quamuis ſint magnæ, plus fere terrent quam crucient. Nam licet in his ſit abſciſ-

*Sene. li. 3. epi. ad Luc. ep. 24.*



A ſio pedum, aut manuum, aliorum ve membrorum, aut deniq; vitæ ablatio, ſublatis quidem horum a noſtra imaginatione & cogitatione terroribus, ſolum remanent dolores, quibus interdum multi in morbis occultis & grauibus, maiores ſolent ſuſtinere. Et in partu mulieres & viri articulari morbo, aut alio grauiore laborantes, maximos ſuſtinent. Non ergo reſtat nobis niſi mors, quam etiam vt videmus, multi quandoq; contemnunt pro quibuſdam temporarijs obtinendis. Quocirca omnes labores qui nobis euenire poſſunt, vultu ſereno atque virili animo perferamus. Quod ſi vir Ethnicus ita ſentit, cur non nos Chriſtiani, fidei B luce inſtructi, propter Deum ad labores viriliter perferẽdos animabimur? Idem etiam alibi ait, multi Ethnici homines labores ingentes virili animo pertulerunt, vt crucem quidam regulus, venenum Socrates, exilium Rutilius, mortem ferro adactam Cato. Quamobrem ait, & nos aliquid ſuſtinere nõ formidemus. Itaque tu notare poteris, quod ſi hic Ethnicus tantum hortatur & animat aliorum Ethnicorum exemplis, ad labores ſuſtinendos, cum tamen tales labores, ingentes quidem, miſerrimis præmijs, ſeu verius ſupplicijs compenſentur, quanto nos C hortari nos ipſos vehementius et animare debemus tot ſanctorum exemplis propoſitis, ad præmia vera & ſempiterna promiſſa, exiguis plane laboribus conſequenda? Idem etiam alibi, ait, ſi tibi labores acciderint, forti animo eos ſuſtine, quia conſuetudo & vſus efficient eos leuiores quandoquidem experientia docente cognouimus, quia nemo duraret, ſi rerum aduerſarum eandem vim aſſiduitas ſemper imprimeret, quam primus ictus imprimit. Sicut corporalis laboris exercitatio callum obducit in manibus, ait idem Sene. & ita non adeo grauiter tandem laborem ſentiunt: ſic aſſiduitas patiendi labores, ærumnas & calamitates, veluti callum in corde obducit, vt non ſic moleſte D ſentiantur vt prius. Nam cum ſemel animum virtus indurauit, vndique inuulnerabilem præſtat. Multum hominem manſuefacere labores poſſunt & domare, cum tantæ ſint efficaciæ. Non quidem eſt credendum ait Auguſt. in arca Noe, alia animalia fuiſſe introducta, quæ vorarentur a leonibus, aut aues alias, quibus aquilæ ſuſtentarentur. Sed omnia communi cibo & paſtu ſuſtentabantur. Neceſsitas enim, labores, atque diſcrimina, faciebant æquales omnes illas beſtias, eaſque manſuefaciebant & contemperabant. Et alibi ait, non omnes quidem norunt laboribus fructuoſe vti. Sicut enim ſi eſſent duo vaſa, alterum ſuaui liquore plenum, alterum vero putrefactione refertum

*Labores ſuperiores ſunt in imaginatione quã cum reuera acceſſerint.*

*Sen. li. 16. epiſt. epiſt. 99.*

*Vide quot labores perferunt gẽtiles.*

*Sen. li. de trã. vi. ad ſere. c. 10.*

*Simile.*

*Sen. li. de conſo. ad Albi. ma. ca. 13.*

*Aug. li. 9. in Gen. ſu. 10. to. 4.*

*D. Augu. de t. ſer. 111. to. 10*

vno, eodemq; inſtrumento mota ambo, produceret certe alterũ E ſuauem odorem, alterum vero fætorem teterrimum. Sic etiam mali & boni ſe habent vt talia vaſa, nã ſtatim impij labiorũ inſtrumento commoti, denudant & detegunt ſuam ipſorum maximam impatientiam, boni vero ſemper demonſtrant ſuam virtutẽ atq; patientiã. Alij de deo grauiter queruntur, alij Deum miris laudibus efferunt, eiq; gratias agunt. Hoc ſane deſcriptum eſt illis Apo: verbis vbi habetur ſic, qui in ſordibus eſt, ſordeſcat adhuc: iuſtior autem, iuſtiora faciat, ſeu iuſtificetur adhuc.

*Boni virtutẽ ſuam ſtatim oſtẽdũt, mali vitia.*

*Apo. 22.*

F *Et reſplenduit facies eius ſicut ſol.* Quemadmodum ait Greg: Na. cum ſol aliqua nube obiecta contegitur, eius claritas impeditur, ſed non extinguitur, vel prorſus aufertur, & tam magna claritas tam exigua nube contegitur, impeditur atque abſconditur: ſic Ieſu Chriſti domini noſtri deitas, humanitatis ſanctæ nubecula detinebatur, & veluti reprimebatur, ſic adeo vt eiuſdem ſplendor immenſus hominibus non appareret, nec aliquanta portiuncula claritatis illius, humanis obijceretur obtutibus. Verum in monte vbi primum voluit illam influere in ſacratiſsimum corpus, adeo magna illa & pereximia claritatis diuinæ ſcintilla comparuit ipſis diſcipulis, vt eam ſuſtinere nequirent. Conijce G ergo tu ex eis, quid futurum erit in cęlo.

*Gre. Na. trac. de fide.*

*Simile.*

*Chriſti deitas, humanitatis ſãctæ nubecula tegebatur.*

*Apparuerunt illis Moyſes & Elias.* Vt oſtendant, ait Glo. inter. eum eſſe, quem lex & prophetæ promiſerunt, legislator & eximius Prophetarum apparuerunt. Lex & Prophetæ cum eo loquuntur, ait Alb. Mag. hoc eſt cum eo concordant. Teſtes ex omni parte prodeunt, ita vt dicere queat illud Iſa. pete tibi ſignum à domino Deo tuo, ſiue in profundum inferni, ſiue in excelſum ſupra. Vnde Galfri. ait, ne Chriſto clarificato facile credas, niſi occurrerint Moyſes & Elias. Suſpecta eſt mihi omnis veritas, quam non confirmat ſcriptura H rum autoritas: alioqui ab altitudine diei timebo, veritus ne forte ſeducar a dæmonio meridiano.

*Glo: int. in Matt.*

*Alb. Ma. in Luc. 9.*

*Iſa. 7.*

*Gal. in hunc locũ.*

*Pſal. 90.*

*Cum eo loquentes.* Lucas quidem inquit quod loquebantur de exceſſu quem completurus erat in Hieruſalem: quo loco commode quidem tractare poteris de exceſſu amoris Chriſti erga nos, quem quidem manifeſtauit in paſsione ſua, & quantas debeamus Chriſto gratias agere pro tanto amore. Vt enim ſolis lumen quod omnia illuminat, non minus vnicuique lucet, quam ſi eum ſolum illuminaret: ita dominicæ paſſionis ſacrificium, quod pro omnibus oblatum eſt, non minus vnicuique prodeſt, quam ſi pro eo ſolum oblatum eſſet.

*Autor.*

*Luc. 9.*

*Simile.*

Hoc



A Hoc enim animo Apoſ. huius beneficij gratiam ſibi applicabat cum de Domino ſaluatore diceret: qui dilexit me, & tradidit ſemetipſum pro me! Sed fortaſſe aliquis dicat: fateor me multum redemptori debere, qui tantam in me ſalutem contulit, ſed propter ſuſceptam pro me mortem & cruciatum, quid illi debeo, qui cum Deus eſſet, ab omni doloris ſenſu immunis erat? Eſt ita plane: ſed quantum quæſo vnigenito Dei filio debes, qui dilectiſsimam illam humanitatem, quam ſibi indiſſolubili vinculo deſponſauerat, cuique eſſe ſuum B contulerat pro conſeruanda vita tua, ad mortis ſupplicium obtulit? hoc autem quale ſit, propoſito exemplo declarabo: ferunt maleficum quendam hominem nullis tormentorum generibus ad commiſsi criminis confeſsionem adigi potuiſſe: iudex autem prudentiſsimus excogitato nouo conſilio, paruulum eius filium ante patris conſpectum atrociter verberari iuſsit: quo cruciatu ita patris viſcera laniata ſunt, vt admiſſum ſcelus aperta voce confiteretur. Quo indicio colligimus quantum nos eorum quos chariſsimos habemus, cruciatus torqueat, quandoquidem apud hunc hominem plus dilecti corporis do- C lor, quam proprius cruciatus valuit. Quod ideo dixi, vt hac ratione intelligatis fratres, quantum ſalutis noſtræ autori debeamus, qui dilectiſsimam & puriſsimam illam humanitatem, immaniſsimis hoſtibus cruciandam, illudendam, conſpuendam, verberandam, incredibili pietate & miſericordia tradidit, etiam ſi altiſsimam illam diuinitatis ſubſtantiam, nullus dolor attigerit. Si ergo Dominus maiori dilectione animarum noſtrarum ſalutem, quam corporis ſui vitam proſecutus eſt, efficitur plane, vt nos illum ſupra vitam noſtram, ſupraque omnia quæ in vita chariſsima ſunt, diligere debeamus; eaq; omnia prius quam D eius gratiam & amicitiam interire patiamur: Hac enim ratione nos illum ſuper omnia diligere comprobabimus. Deinde illud etiam a nobis exigitur, vt quando ille propter peccatum e cordibus noſtris eliminandum, diriſsima ſupplicia ſubire non recuſauit, nos quoque nulla, neque incommoda, neque ſupplicia recuſemus, ne id admittamus, quod is tam immani odio execratus eſt.

*Gal. 2.*

*Vide quãtũ deo debeamus pro paſsionis myſterio.*

*Similitu.*

*Exemplũ*

*Amor dei ineffabilis erga nos.*

*Animarũ noſtrarũ ſalutem Chriſtus maiori dilectione, q̃ corporis ſui vitam proſecutus eſt.*

*Bonum eſt nos hic eſſe.* Vide obſecro quantum falleretur Petrus: nam certe quemadmodum qui ex abiecta, humilique fortuna ad regni ſolium euectus eſſet, vilem ſuppellectilem quam antea pretioſam charamque habebat, præ regij apparatus ſplendore & magnificentia, pro nihilo haberet, ſeque ipſum rideret, quod olim res adeo viles tanti faceret, ita profecto qui

*Simile.*



nun-

nunquam in vita ſua cæleſtium deliciarum dulcedinem ſingularem degustauit, nec niſi porcorum ſiliquas, hoc eſt carnales voluptates agnouit, eas ſolum magnas & amore ſuo dignas arbitratur: at ſi is forte a ſpiritu ſancto in benedictionibus dulcedinis præuentus, & torrente diuinæ voluptatis potatus fuerit, opulentiſsima etiam mundi bona ita contemnit vt ne cogitatione quidem ipſa & aſpectu digna eſſe putet & cenſeat. E

*Sane in cælo facile agnoſcemus, quantū pueriliter hæc mirraremur terrena.* Pſal. 20.

## FERIA. II. POST II. DOMINI: QVADRAG: F

## CONCIO PRIMA.

EGO *vado, & quæretiſme, & in peccato veſtro moriemini.* Ioann. 8. Solicitus de ægroto curando medicus, ait Cyril. omnem tentat viam inſtaurandæ ſanitatis, & quem exitiali & lethifero morbo nouit ægrotare, & vbi perſpicit leuiora, blandioraque remedia non prodeſſe, ſtudet acriora adhibere medicamina, ſectionem, cauterium, vſtulationem, quibus noxius expellatur humor & morbus. Hoc non minus obſeruaſſe cernitur Dominus noſter, optimus humanæ infirmitatis medicus, vt duritiem cordis Iudæorum & impietatem ſanaret. Adhibuit admiranda ſigna, quibus ad fidem adducerentur, adhibuit, & ſalutarem cum ſuauitate doctrinam: quæ omnia vbi nil eis conducere conſpicit, aut ſalutem adferre, nunc aſperam eis comminationem infert, & æternam interminatur mortem, vt hac ſaltem ratione ad ſaniorem reuocentur mentem. Poſtquam autem per reditum ad patrem à vobis abiero, quæretis me, non credendi deſiderio, ſed perſequendi ſtudio, & quem amplius in proprio corpore perſequi vt prius non poteritis, in membris acerrime infeſtabitis, & pro viribus excruciabitis. Sed horrendus vos manet ex hac H perſequendi ſæuitia exitus: nam in peccato veſtro moriemini, & perpetuis addicti pœnis, æternæ vitæ exortes, ſemper ſecundam mortem acerbiſsime feretis. Itaque quo ego vado, vos non poteſtis venire. Ad vitā enim propero ſempiternam, vos autē ad æternæ mortis horrorem, quia oblatam vitam veſtra peruicacia reijcitis. Ego ad gloriam vado patris, vos autem ad cōfuſionem perpetuā ſponte veſtra itis. ipſe ad cæleſtem trāſeo requiē, ad quā peruenire nō poteſtis, quia viā qua illuc itur, tenere cōtēnitis. Cū igitur nūc me ſequi renuatis ad virtutis laborē, nō poteritis me ſequi etiā ad premium, non ob negatam bene agendi facultatem, ſed ob

*Cyril. in Ioan. li. 8. ca. 22.*

*Simile.*

*Multa Deus habet pharmaca ad morbos a nobis depellendos. Iniurias Dei ſeruis inflictas, ipſe ſibi aſcribit.*

G

*Ter viam vitiorū nō itur ad cælum.*



A ſed ob propriam animi veſtri malignitatē, viā ſalutis cōplecti recuſantē. Quod ſi durū eſt æterna carere vita, ſi triſte, interitum perferre perpetuū, ſi graue interminūperpeti ſuppliciū, dū datur hora, à prauis ſtudijs diſtracti ceſſate: abijcite pondera peccatorū veſtrorum, ne in illis moriamini, quia non mortui laudabūt dominū, neq; omnes qui deſcēdūt in infernum. Ecce quibus eos maxime terret, quæ mala ipſis imminētia prædicit, vt vel illorū horrore, ipſos a malo reuocet. *Ego vado.* Scilicet ſponte per paſſionem meā ſcilicet & ad patrem, & ad ſuam gloriam. *vos non poteſtis venire*, quia non vultis. Si enim voluiſſent, ait D. Tho. & non B potuiſſent, non rationabiliter diceretur eis, in peccato veſtro moriemini. Sed notandum quod aliqui impediuntur ne poſsint ire quo Chriſtus vadit, dupliciter: vno modo ratione contrarietatis & ſic impediuntur peccatores, & de hoc loquitur hic, & ideo ſimpliciter perſeuerantibus in peccato dicit: quo ego vado, vos nō poteſtis venire. Vnde & regius vates ait, non habitabit in medio domus meæ qui facit ſuperbiam. Et Iſa. ait, via ſancta vocabitur, & pollutus nō tranſibit per eā. Et rurſus Dauid ait, quis habitabit in tabernaculo tuo? & reſpondet, innocens manibus, & C mundo corde. Alio modo ratione imperfectionis ſeu indiſpoſitionis & hoc modo impediuntur iuſti quamdiu ſunt in corpore iuxta illud Apoſ. quamdiu ſumus in corpore, peregrinamur a Domino. Et talibus non dicit dominus ſimpliciter, quo ego vado, vos non poteſtis venire, ſed addidit determinationem temporis, iuxta illud quod etiam habetur Ioan. 13. quo ego vado, nō potes me modo ſequi.

*Pſal. 113.*

*D. Tho. in Ioann. 8. lec. 4.*

*Perſeuerātia in peccato, cæli viā impedit.*

*Pſal. 100*

*Iſa. 35.*

*Pſal. 14.*

*2. Cor. 5.*

*Ioan. 13.*

*In peccato veſtro moriemini.* In hanc miſeriam deuenit anima peccando, vt adeo in peccatis induреſcat, ne vnquam ſeſe ab illis eruere poſsit, niſi ſpecialiter diuino ſubleuetur præſidio: Vnde Iob de obſtinato peccatore ait, cor eius indurabitur, quaſi lapis. D Et Eccl. ait, cordurum male habebit in nouiſsimo. Sicut enim illa quæ dura natura ſunt, grauia etiam ſint eſt neceſſe: ſic ille qui cordurum & lapideum habet, procul dubio ima inferni petet loca. De Pharaone ait Deus, indurabo cor Pharaonis, & ideo de illo, eiuſque obſtinatis militibus, dicitur in Exod. deſcenderunt in infernum quaſi lapis. Hoc modo quibuſdam Iudæis obſtinatis dixit Stephanus, o dura ceruice, & incircuncisi corde, vos ſemper ſpiritui ſancto reſtitiſtis: nihilominus tamen ea eſt diuina clementia, vt hæc etiam obſtinatiſsima corda, mille modis nitatur mollire. Quemadmodum namque qui aliquid mollefacere vult illud prius preſſum manibus, huc, illuc verſat: ſi adhuc reſiſtit, adhi-

*Iob. 41.*

*Eccleſ. 3.*

*Exod. 7.*

*Exo. 15.*

*Simile.*

adhibet vnctionem, poſt vnctionem ſi opus eſt, etiam aquam: ſic E Deus erga humana ſe gerit corda, primum enim illa quaſi manibus ſuis contrectans, benigna paſsionis ſuæ, multorumq; beneficiorum memoria mulcet: ſecundo illa inungit diuinis auxilijs & inſpirationibus, quibus facilius peccati vigorem deponant: tertio bonorum temporalium aquis irrigat, vt gratias autori agendo, in memoriam veniant dilecti ſui: quarto ignibus tribulationũ & infirmitatum vexat: deniq; ictibus mortem minãtibus afficit, vt vel ſaltẽ tunc reſipiſcant & cõuertãtur. At vero ſi nil iſtorum poteſt perditam reuocare voluntatẽ, nulla mora eſt quin huiuſmodi miſerrimi peccatores, quorũ corda marmorea vllis nõ potuerunt molleſcere viribus, in infernum conijciantur. F Quemadmodum enim vulnera tabe confecta & corrupta, ſenſus ſtupore, chirurgi ferrum nequaquam ſentiunt: ſic iſti peccandi conſuetudine obdurati, medicabile Dei ferrum non ſentiunt hoc eſt diuinas vocationes non exaudiunt. Non ſic ſe habebat Dauid, qui dicebat: factum eſt cor meum ſicut cera liqueſcens. Vnde Dominus vt audiri poſſet, per Ezechie. ait, auferam cor lapideum, & dabo vobis cor carneum.

*Varijs vtitur Deus modis ad emollienda dura corda.*

*Amore & timore nos Deus ad ſe vocat:*

*Simile:*

Pſal. 21:

Ezech. 36

*Ego vado.* Intelligebat de eius morte, quam præſentem ſemper in memoria adferebat: ſic etiam nos facere debemus, ſi circumſpecte viuere volumus. G Sic enim videmus quod Deus vt loqueretur ad Hiere. dixit ei, deſcende in domum figuli, vt conſideraret ſe de terra eſſe. O ſi nos ſemper diceremus, vado ad mortem, quam aliter viueremus! ſi quidem nil aliud facimus quam quotidie ad mortem tendere. Cõſidera obſecro quã ſit extra omnem ambitionem & pompam qui ad patibulum adducitur, quo modo parum curat huius ſeculi vanitates. *Ego vado.* Velis nolis peccator, ad mortem tendis: conſidera igitur quam ridiculus eſſet is omnibus, qui ad ſupplicium ridens accederet. H

Hiere. 18

*Mortem ſemper meditari debemus.*

Gene. 49

*Ego vado.* Omnes quidem vadunt, ſed alius ad vitam æternam alius vero ad ſupplicium ſempiternum: Pincerna quidem & piſtor Pharaonis iter fecerunt de carcere, ſed ad longe diſsimillima abierunt loca, Gene. 40.

*Quæſtio.*

*Reſpon:*

*Quæretis me, & non inuenietis.* Quomodo igitur dicis Domine, qui ſequitur me, non ambulat in tenebris? Sed dicendum eſt quod dupliciter poteſt quis ſequi Chriſtum: aliqui enim ipſum ſequuntur ceu milites ducem, & ſerui Dominum alij vero perſequendo ipſum, ſicut venator prædam ſequitur vt eam interficiat; ſic ergo aliqui ſequuntur Deum vt ipſum offendant, & quaſi videntur ſcire velle viam Domini, vt ipſi per aliam tendant



A dant viam: nec volunt legem Domini ſcire, niſi vt præuaricentur eam. Nec eſt quod negent ſe Deum perſequi, etenim ſi cõtra eius legem faciunt, ſi diſcordias nutriunt, ſi eius ſeruos perſequuntur, ſatis conſtat quod eum etiam perſequantur. Vnde Chriſtus dixit, Saule, Saule quid me perſequeris?

*Mali deũ perſequũt* Acto. 9.

*Et in peccato veſtro moriemini.* Aliqui moriuntur in ſuis peccatis, aliqui vero in alienis, quales ſunt illi quibus incumbit ſcelera corrigere, & id facere negligunt, & ſimiles.

*In peccato veſtro moriemini.* Medici quidem ex ipſo pulſu, & alijs B id genus ſignis, facile ſtatim iudicant, infirmum vicinum morti eſſe, neq; amplius redeunt ad eum viſitandum, non quin aliqui euadant, ſed quia ita medica facultas ipſis preſcribit. Sic ergo quando aliquis peccator non vult ſecundum leges viuere, ſed ſemper deprauate viuit in peccatis ſuis morietur. Quare redeamus ad cor, & vitam emendemus, ne à vitijs abſorbeamur. Pſalm 68. non me demergat tempeſtas aquæ.

*Simile.*

*Peccatores nolentes ſe emẽdare, in peccatis ſuis moriẽtur.*

Pſal. 68.

*Nunquid interficiet ſemetipſum.* Iudæi verba Domini nequaquam intelligentes, ait Cyril. protinus in abſurdam & horrendam auditu exeunt cogitationem, verbiſque eam expro- C munt, ſciſcitantes nunquid ſeipſum eſſet interfecturus, quia dicit, quo iturus eſſet, alios peruenire non poſſe. Sed vnde hæc tanta exoritur intelligendi abſurditas? Profecto ex ſola animi eorum nequitia, qui quoniam virulentus eſt, & horrore odij contaminatus, quidquid intra ſe receptat, conſimili tabe commaculat. Quemadmodum vas illitum veneno, quidquid impoſitum ſibi receperit, reddit venenatum & mortiferum. Cæterum neq; veriſimilitudinẽ habet hæc improba eorũ inquiſitio: non enim ſi ſe ipſum interfecturus eſſet, colligere recte potuiſſent eã obrẽ quo erat ipſe iturus, alios peruenire nõ potuiſſe. Nã & ipſi ſeipſos D interficere potuiſſent, ſibique ipſis vltro mortem conſciſcere, & hac via veniſſent quidem, quo Chriſtũ abijſſe autumaſſent. Hãc autẽ (quã etiã cogitare horreſcit Dominus) de Chriſto impietatẽ, ipſe manſuete ferens, oſtendit eis cum admiranda benignitate quonam pacto ſua fuerant verba accipienda, ſimul & ſuæ naturæ eminentiam ſupra cæteros homines declarat dicẽs. *Vos de deorſum eſtis, ego de ſupernis ſum.* Vos inquit deorſũ eſtis, & creaturarũ ſortiti cõditionẽ, quæ Deo creatori ſubiectæ ſunt, & longo infra ipſum ſubſidẽt atq; ſubſiſtũt interuallo: ego vero de ſupernis ſũ, & diuinam habens naturam, quæ rebus omnibus in immenſum ſupereminet. At vero deinde diſcrimine ſe ab eis diſſẽtire atq; diſtare demonſtrat, quia ſcilicet de mundo ſunt, ipſe vero non erat

*Cyril. in Ioan. lib. 5. ca. 13.*

*Simile.*

*Animus peruerſus omnia corrumpit.*

*Conſcientia mala male ſuſpicatur.*

*Diſtantia infiniti dei ad creaturas:*

de mundo. De mundo erant ſcribæ & Phariſæi, ſi affectum vt de E
*Matt.* 23 bes, attendas, nam toto animo rebus huiuſmundi inhiabant, eli
gentes primas cathedras in Synagogis, & primos diſcubitus in
menſa, ſuaque opera omnia facientes vt viderentur ab homini-
*Matt.* 21 bus: opes itidem & pecuniam nimia cupiditate perſequebantur,
deuorantes domos viduarum, & pecuniæ quæſtum in ipſo quo-
que veſtibulo templi aucupantes. Chriſtus vero hoc modo non
erat de mundo, quia affectum animi fluxis huiuſmundi, caduciſ-
que rebus non habuit implicatum aut intentum, non enim pro-
*Ioann.* 8. priam quærebat gloriam, ſed ſolius patris: ſic etiam omnes ſpre F
*Matt.* 8. uit opes, vt non haberet vbi caput reclinaret. Rurſum quod
modo comminatus fuerat, iterum eorum auribus inculcat, ip-
ſos ſcilicet in ſuo peccato morituros, & ad mortem vſque in ſua
iniquitate perſeueraturos abſque fructu pœnitentiæ: vt quod
prima exhortatione eorum mentibus non inhęſerat aut fuerat
*Simile.* infixum, ſaltem ſecunda aut tertia affigeretur: ita enim faciunt
qui duræ ceræ annituntur imprimere formam ſigilli, ſi primo co
*Perſeuerat Deus inſpirãdo vt molleſcant dura corda.* namine fruſtra tentarunt efformare illius effigiem, ſuperaddunt
ſecundum aut tertium conatum, & improbo tandem labore aſſe
quuntur quod expetunt, niſi vſque adeo duraſit, & primitiuæ for
mæ reluctans materia, vt omnino illius effigiationem non admit G
tat, qualis reuera erat Iudæorũ animus, quia lapidis inſtar omnẽ
refugiebat emollitionẽ, & nec terribili quidẽ hac interminatione
inflectebatur ad pœnitẽtiã. Id circo tertio id ipſum repetit, vt me
*Simile.* dicus de ægroti ſalute deſperãs, & imminẽtẽ ſæpius ei prædicẽs
*Obſtinatis animis minatur de⁹* interitũ, niſi ea quæ reparãdæ ſanitati apprime neceſſaria ſunt ob
ſeruet, ſed nunc viã aperit, quã tãtũ poſsint euadere diſcrimẽ, ſci
licet mori in ſuo peccato, vt pote ſi credere voluerint quia ipſe
eſt, quã quidẽ fidem ſi amplecti neglexerint, de ſalute eorum ac
*Auguſt. in Ioan. tra. 38. to. 9.* tũ eſſe declarat. *Vos de mũdo hoc eſtis.* Ideo terrã ſapitis ait Auguſt.
quia ſicut ſerpẽtes terrã mãducatis, terrenis paſcimini, terrenis H
delectamini, terrenis inhiatis, ſurſum corda nõ habetis. *Ego nõ ſum
de hoc mũdo.* Quomodo enim erat de mũdo, per quẽ factus eſt mũ
*Ioann.* 1. dus? Omnes de mũdo poſt modũ, quia prius mũdus, & ſic homo
de mũdo: prius autẽ Chriſtus, deinde mũdus. Quomodo ante mũ
dũ Chriſtus, & ante Chriſtũ nil? qa in principio erat verbũ, & om
*D. Tho. in Ioann. 8. lec. 4.* nia p ipſũ facta ſunt. Hæc eſt cauſa quare nõ poteſtis venire quo
ego vado, ait Thō. qa cũ ſitis deorſũ, quãtũ in vobis eſt, nõ pote-
ſtis niſi cadere, & ideo ꝙ dixi quia moriemini in peccatis veſtris,
verum eſt, niſi mihi adhæreatis, & ideo vt non penitus excludat
ſpem ſalutis, remedium ponit dicens: ſi enim non crediderítis
quaſi



A Quaſi dicat, nati eſtis in peccato originali, à quo non poteſtis ab
ſolui niſi per fidem meam, quia ſi non credideritis quia ego ſum *Remediũ paratum eſt omnibus ſi velint illud accipere.*
moriemini in peccato veſtro. Et dixit ego ſum, nõ nunquid ſim,
vt rememoret quod dictum eſt Moyſi, ego ſum qui ſum. Nam
ipſum eſſe eſt proprium Dei: in qualibet alia natura à diuina, dif
fert eſſe & quod eſt, cum quælibet natura creata participet ſuũ
eſſe ab eo quod eſt ens per eſſentiam, ſcilicet à Deo, qui eſt ip-
ſum ſuum eſſe, ita quod ſuum eſſe ſit ſua eſſentia. Vnde ipſe ſo- *Exo.* 3.
lus denominabitur ab eo, & ideo dicit, niſi credideritis quia ego *Nemini patet ſalus niſi crediderit quod Ieſus eſt Deus.*
ſum, ideſt quia ſum vere Deus qui habet eſſe per eſſentiam, mo-
B riemini in peccato veſtro. Dicit enim quia ego ſum vt oſtendat
ſuam æternitatem: omnibus enim quæ incipiunt, eſt mutabili-
tas quædam, & aliqua potentia ad non eſſe, vnde eſt inuenire in
eis quoddam præteritum & futurum, & ideo non eſt ibi verum
eſſe per ſe, ſed in Deo nulla eſt potentia ad non eſſe nec eſſe incæ
pit, & ideo eſt ipſum eſſe, quod proprie per tempus præſens de-
ſignatur.

*Dixi ego vobis quia moriemini in peccatis veſtris.* Quando medi- *Similitudo.*
cus incolumitatis infirmi perſtudioſus atq; ſolicitus intelligit in
C firmum fieri deteriorem, & morbum magis, magiſq; augeri ac
præualere, quia ipſe infirmus præſcripto & diſpoſitioni medici
obtemperare noluit, nam non tantum pharmaca ipſa reſpuit, &
contemnit, ſed etiam in edendo & bibendo, vel etiam in quieſ
cendo multos committit errores: ſolet ille tunc morte indubie *Obſtinati morte æterna cruciabuntur.*
futura, languentem deterrere, dicens ei, certo ſcio te tuis inordi
nationibus quam citiſsime vitam in mortem commutaturum,
quoniam ex tui pulſus diſpoſitione, vrinæ indicijs, & plurimis
alijs ſignis, id mihi quidem ſit exploratum atq; euidens: atq; ita
meam ab omni crimine libero animam, conſcientiamq; reddo *Applicatio ſimilitudinis.*
D ſecuram, dicens iterum quod niſi prȩſcriptis meis obedieris, fu-
turum plane ſit vt breui à vita ipſa excedas. Ita Chriſtus redem
ptor noſter tum iſtis Iudæis, tum etiam vnicuiq; noſtrum quoti-
die minatur, quod ſi pergimus contemnere eius mãdata, ſi eius
ſanctiſsimam legem deſpicimus, ſi conſilia reſpuimus, ſi pharma
ca ſalutaria hoc eſt ſacramenta negligimus, deſperatam plane
eſſe ſalutem noſtram intelligamus, in peccatis enim noſtris mo-
riemur.

Cauſa quare iſti tam peruerſa & abſurda iudicia proferunt, & *Autor.*
tam male de veritate ſentiunt, atq; vilipendunt tam horribiles
comminationes, inſinuatur à Chriſto dicente, vos de mũdo hoc
eſtis. Vnde colligitur adeo deditos eſſe illos mundanis rebus, &

*Affectus terrenorũ perdere facit appetitum cæleſtium.*

prorſus immerſos, vt appetitum & guſtum omnino corruptum ad res ſupernas haberent, Nos quoq; tales ſumus, qui ita defixi manemus & intricati ſecularibus, adeoq; terreni, imo in terram conuerſi ſumus, vt nil niſi terra & quæ terrena ſunt, noſtris cordibus imprimatur, & concipiatur, & nil in noſtris animis naſcatur & pullulet, quod totum mundanum non ſit.

*Simile.* *Mali ſibi placentia tantũ audire velũt*

Et certe ſi agricolis peritis credimus, ſicut inſitiones ipſæ non coniunguntur neq; vniuntur, niſi diligenter aduertatur vt nucleus cum nucleo, & os cum oſſe conſeratur: Sic amigdalus non conſeritur pyro, neq; perſica precox coniungi poteſt arbori mali, vel citri, quia tunc conſitio fit nuclei cum oſſe, ſed tamen facile conſeruatur **F** malus medica cum citrea, quia ſeruatur in ſemine eadem proportio: Sic etiam contingit in nobis, qui cum ſimus de mũdo: ſi quis nobis ſuperna conatur inſerere, perinde eſt ac ſi quis vellet inſerere & coniungere oſſa cum nucleis.

*Simile.* *Phil. 3.*

Præterea ſicut in Dei amicis & ſeruis, quorum conuerſatio vt dicit Apoſt. in cęlis eſt, nullus imprimere poteſt res mundanas, ita cõtrario modo in malis nemo quid cæleſte imprimere poteſt, quia ſunt diuerſæ inſitiones.

*Simile.* *Chry. in non abſ. ho. 31.* *Simile.*

Et quemadmodum in pectore ſerui Dei vel vnicum verbum adhæret ſtatim, pullulat; dilatatur & creſcit: ſic in animo impij res mundanæ pullulant, & vigent, quia ſunt eiuſdem plane inſi- **G** tionis: Vnde Chryſoſt. ait, ſi homini mundano in tanta malorum multitudine conſtituto, locutus fueris iuſtitię verbum, & verbum perdis, & ille non temperatur in concupiſcentia mundanarum rerum. Ecce ſi oſtendis leoni viridem herbam, aut campum bene florentem, non excitat eum in concupiſcentia, quia non habet hoc in natura vt herbas manducet: & contra ſi oſtendas boui carnes, non cõcupiſcit, quia non eſt bouis natura vt carnes mãducet.

*Similitudo.* *Simile.*

Sic & homini impio, & rebus mũdi huius dedito, ſi de bono cæleſti loquaris, non excitatur in concupiſcentia tanti boni, ſed quemadmodum ſi pluuia ſuper lapidem cadat, deſuper quidem **H** ſudat, ab intus autem ſiccus eſt, quia non deſcendit humor in eum, ſic & in tali homine quando loqueris verbum Dei, tantummodo ſonus verbi deſuper percutit aures eius carnales, in cor autem eius nil deſcendit.

*Chry. ho. 52. Ioan. to. 2.* *Cyril. in Ioan. lib. 5. c. 24.*

*Tu quis es?* O dementia maxima, poſt tãtum temporis ſpatium, tot miracula, tantam, tamque ſalutarem doctrinam, quis ſit interrogant, ait D. Ioannes Chryſoſtom, *Principium qui & loquor vobis.* Sum inquit, Principium omnium rerum, ait Cyrill. Ex quo omnia ſuum ſumpſerunt exordium, & per quod omnia conſtant. Principium per quod facta ſunt omnia, per quod Dominus



**A** nus creauit ſæcula, in quo Deus creauit cælum & terram: neceſſe eſt autem rerum omnium autorem Deum eſſe & conditorem, quare nuncupatione principiiſe Deum eſſe perſpicue deſignauit. Cum autem ſubnectit, qui & loquor vobis, ſe hominem pro nobis factum inſinuat, qui præſens verba quæ a patre æterno accepit, hominibus nuntiauit, patriſque ſui voluntatem explicauit: Verum quia neque his uerbis erant credituri, ſed in ſua permanſuri infidelitate, prædicit eis graue & timendum iudicium, ob peccatorum ſuorum multitudinem futurum. Multa inquit ſunt quæ de vobis diſcutere & examinare debeo, non quidem **B** hoc tempore, ſed cum cuique homini ſecundum ea quæ operatus fuerit fiet retributio. Cum enim accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo: & ſtatuam id potiſsimum contra faciem veſtram, & quod in me credere proteruia veſtra reſpuitis.

*Gen. 1.* *Cur ſe Chriſtus vocat principiũ.* *Pſal. 74.*

Dicitur etiam & Pater principium, & vno quidem modo, nomen principij, ait Diuus Thom: commune eſt patri & filio, in quantum ſcilicet ſunt vnum principium ſpiritus ſancti, per communem ſpirationem, & tres perſonæ ſimul ſunt principium omnis creaturæ per creationem, alio modo eſt principium pa- **C** ter, in quantum ſcilicet pater eſt principium Filij, per æternam generationem; non tamen plura dicimus principia, ſicut nec plures dicimus eſſe Deos. Vnde Regius propheta ait, Tecum principium in die virtutis tuæ. Hic autem dicit Dominus noſter ſe eſſe principium reſpectu totius creaturæ, nam quod eſt per eſſentiam tale: eſt principium & cauſa principalis eorum quæ ſunt per participationem: ipſe per eſſentiam vt dictum eſt, eſt eſſe ſuum, Sed quia Chriſtus Dominus noſter non ſolum habet in ſe diuinam naturam, ſed etiam humanam, ideo ſubnectit, qui **D** & loquor vobis.

*D. Thom.* *Pſal. 109.*

*Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum.* Videbat Chriſtus Dominus, ait Cyrill. cui omnia antequam eueniant, cognita ſunt, nonnullos in turba Iudæorum quam alloquebatur, eſſe, qui viſis hora mortis eius ſignis, & miraculis, eſſent in eum credituri, de quibus Lucas inquit, Et omnis turba eorum qui ſimul aderant ad ſpectaculum iſtud, & videbant quæ fiebant, percutientes pectora ſua reuertebantur: Aliquos etiam poſt reditum eius in cęlum ad Apoſt. prædicationem conuertendos, de quibus meminit in Act. Luc. quod his auditis quæ à Petro dicta ſunt cõpũcti ſunt corde dicẽtes, Quid faciemus viri fratres? Ideo futurã eorũ conuerſionẽ prędicit, & ſuæ mortis gen' explicat, quod in cruce pro mũdi ſalute moreretur: cum inquit, morte me

*Cyril. li. 5. in Ioan. c. 25.* *Luc. 23.* *Acto. 2.*

*Si veniã poterant conſequi qui Chriſtum crucifixerunt, ſi pœnitentiam egiſſent, cur nõ confidemus ſi id præſtiterimus?*

me affeceritis, tunc cognoſcetis meam diuinitatem, & in me cre- E detis Quod ſi crudeles manus Chriſto inferentes, veniæ locum & pœnitentiæ erant habituri, quis quantiſcunq; preſſus ſceleribus de miſericordia Dei deſperabit, aut ad Deum reuerti, vt remiſſionem peccatorum accipiat, trepidus recuſabit?

*Autor:* *In ignominia ſuam Chriſtus ãplius oſtẽdebat virtutem:*

Mirum plane negotium, atq; magna conſideratione dignum, quod Chriſtus affirmet hos homines in excellentiæ ipſius cognitionem, & notitiam eſſe venturos, & eo præſertim tempore, quo erat in ſumma abiectione futurus, nimirum quando erat in cruce leuandus, quem tamen tot tamq; præclaris ſermonibus atque miraculis, minime cognouiſſent. Veruntamen ſi diligenter aſpi- F cias, quo tempore ſuam magis oſtendit infirmitatem, inuenies ſuam amplius etiam oſtendiſſe veritatem: nam cum primum per ſuam natiuitatem hunc ingreſſus eſt mundum, cæleſtes nuntij & angeli magnificentiſsime eius gloriam ac diuinitatem declarauerunt: & abſconditus in præſepio, manifeſtatur a paſtoribus, indicatur ab ſtella, inuenitur a Magis & adoratur. Præſentato inſuper & in templo ſecundum aliorum infantium morem, ibi eius magnitudo patefacta eſt & publicata a ſancto Simeone & Anna propheteſſa: depoſitis veſtimentis Iordanem ingreſſus ad Ioan- G nis baptiſmum accipiendum, cum Ioannes ipſe iam baptizaret eundem, ex quo multi colligere poterant ipſum purum eſſe hominem ac peccatorem, non tantum oſtenditur non eſſe peccator, verum etiam filius Dei viui patenter oſtenſus eſt tum a ſpiritu ſancto ſuper eum in forma columbæ deſcendente, tum etiam ab æterno patre in voce de cælo delapſa, quæ aperte audita fuit, ipſum filium eſſe Dei conteſtans. Cum autem exaltatus in crucẽ fuit Dominus, ibi omnipotentiam ſuam æternus pater oſtendit, declarans filij ſui magnitudinem atq; ſublimitatem, tum magno quodam ob filij ſui mortem terremotu ſubſecuto, tum ſole ob- H ſcurato, & velo templi a ſummo vſq; deorſum ſciſſo, petris cõſciſsis, & deniq; multis mortuorum ſepulchris apertis, atq; plurimis mortuis ſurgẽtibus: illic ergo tunc eum cognouerunt, quia reuertebantur percutientes pectora ſua, & hoc eſt quod hodierno Euang. inſinuat & ſignificat Dominus dicens: cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum.

*Luc.2.* *Mat.2:* *Luc:2.* *In baptiſmo Chriſti docuit pater eum filium eſſe ſuum* *Mat:27.* *Luc.23.*

*Autor:* Magna quidem in hodierno Euang. nobis exhibetur occaſio differendi de duritia cordis, & obſtinatione in vitijs; quandoquidem iſti adeo obdurati erant, vt opus eſſet multis ac magnis æternæ mortis comminationibus ad eos emolliendos. Quemadmodum certe dura ſilex & immane ſaxum, quantacunque ſuperfuſa

*Simile.*

aqua



A aqua, nunquam molleſit, ſed ſemper in ſua duritie conſiſtit: Et ſicut ſabulum aqua potius cõſtringitur & obdureſcit, quam molleſiat: ita obſtinatorum animi, quantumcunq; eos cohorteris ad ea quæ honeſta ſunt & cum virtute coniuncta, nunquam tamen emolliuntur & inflectuntur: bonorum exhortationes mollefacere non ſufficiunt animos ſemel obſtinatos & induratos. Vnde præclara documenta ipſius Heli nunquam potuerunt filiorum animos immutare: nec etiam Samuelis hortatus profuerunt vnquam filijs ſuis. Præterea ſuauia & dulcia verba Ionathæ filij, & ſingularia Dauidis beneficia, nunquam profecerunt vt Saulis B cor obduratum molleſceret. Porro nec ſi flecere pacifica verba, atq; omni humanitate pleniſsima, nuntiorum ipſius Dauid, vt cor adamantinum ipſius Nabal flecteretur vnquam, neq; vllis vnquam potuit verbis Abner efficere vt Aſael mitigaretur, vt habetur 2. Reg. Nuntij quidem Ezechiæ diſcurrentes per terram Iuda & Iſrael, inſtruebant omnes, & hortabantur ad cultum diuinum, illorum tamen tanta erat obſtinatio cordis, atq; durities vt vix vnquam proficerent, vt habetur 2. para. Recordare etiam quam parum profuere admonitiones & ſigna exhibita Pharao- C ni ab ipſo Moyſe & Aaron, vt habetur in Exo. Et deniq; recordare, nunquam blandis illis & ſuauibus verbis, atq; monitionibus clementiſsimi Dei, fratricidam Cain commotum fuiſſe, & ad pœnitentiam adductum. Et certe ſicut ſalſum mare quamuis permulti aquæ dulcis fluuij ingrediantur ipſum, nunquam tamen ſuam perdit & commutat amaritudinem: ſic quoq; cor durum & obſtinatum, quantumuis dulciter & diuine in aurem quis inſtuat, nunquam tamen immutatur & melius redditur. Porro eſt quædam gemma, ſi phyſicis credamus, quæ tantæ eſt frigiditatis, vt ſi eam vel in ignem immiſeris, non tantum non com- D buratur, ſed etiam nil vnquam caloris concipiat, quin potius in ſua frigiditate perpetuo perſiſtat, Pari quidem ratione obſtinati homines, in diuino cultu adeo frigent & algent, vt nullis omnino ſermonibus, exhortationibuſq; diuinis, charitatis ignem cõcipiant, neq; magis cæleſtis doctrina in eis, quam ignis in gemma quidem illa frigidiſsima ſuapte natura, operetur, moliatur, atq; efficiat.

*Animi obdurati cõditiones:* *1. Re. 2. & 8.* *1. Re. 19: & 26.* *1. Re. 25.* *2. Reg. 2.* *2. Par. 30* *Exo 5. & 6.* *Gen. 4:* *Simile.* *Similitudo.* *Quibus rebus comparentur obſtinata corda.*

## FERIA II. POST DOMIN. II. QVADRAG.

## CONCIO SECVNDA.

*Duri-*

*Duritia cordis deteſtabilis.*

E

EGO *vado & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini*: Io. 8: Explicans hunc locum beatus Cyril. ait quod Chriſtus vtitur hac tam acerba reprehenſione, propter eorum duritiam & proteruiam, ſiquidem cum multas ſæpe adhibuiſſet correctiones, & non profuiſſent, voluit etiam hanc ſuperaddere. Vnde facile colligas quod moneat, etſi propter culpam tuam nolis ipſum audire, vt hoc pacto intelligas Deo non eſſe id aſcribẽdum quod tu nolis audire. Vnde F Amos dicebat, non faciet dominus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas: & tamen videbat Deus quod his prophetarum monitionibus Iudæi non vterentur, propter ſuam nequitiam. Vnde Dominus etiam ad Ezech. dicebat, non enim ad populos profundi ſermonis & ignotæ linguæ tu mitteris, & ſi ad eos mittereris, ipſi audirẽt te: domus autẽ Iſrael nolunt audire te, quia nolunt audire me: omnis quippe domus Iſrael attrita frõte eſt, & duro corde. Item ad Hiere. dixit Deus tolle volumẽ libri, & ſcribes in eo omnia verba quæ locutus ſum tibi aduerſum Iſrael, ſi forte audiet te domus Iuda, vniuerſa G mala quæ ego cogito facere. Reuertatur vnuſquiſque a via ſua peſsima, & propitius ero iniquitati eorum. Nec vero propter has monitiones ſe emendarunt, quin potius rex Ioachim animo obſtinato addidit iniquitatem ſuper iniquitatem, & librum cõbuſsit in quo hęc ſcripta erant, quem Baruch adferebat, ſuper prunas quibus ipſe cale fiebat, vt ibidẽ Hiere. ſcribit. Præterea & propheta cum eſſet in Babyloniæ captiuitate, miſit eis deuaſtationem euenturam, ſed propterea non emendarunt vitam ſuam: vnde & propheta præcepit Saraiæ dicens: cumq; compleueris legere librum iſtum, ligabis ad eum lapidem, & proijcies illum in H medium Euphratem, & dices: ſic ſubmergetur Babylon. Vtinam ſic non eueniat multis Chriſtianis, vt ſcilicet ad collum ligatum adferentes Euangelium, non ita ſubmergantur, ſiquidem nolunt ex aliorum calamitate ſuæ ſaluti conſulere. Sunt quidẽ inſtar ſalſi maris, in quod cum per ſex mille annos multa dulcia flumina influxerint, adhuc tamẽ in amaritudine ſua perſeuerat: ſic igitur iſti qui per tot annos ſacros cõcionatores audierunt, tamẽ obſtinati remanẽt, cũ tamẽ hoc noſtro tẽpore dici poſsit illud Iſa. Repleta eſt terra ſcientia Domini, ſicut aqua maris operientis.

An non maxima eſt proteruia noſtra, quam tot ſacræ conciones ſ mollefacere non poſſunt, & tantus Chriſti ſanguis pro nobis effuſus,

*D. Cyril.*
*Deus nos monet, etſi videat quod propter culpam noſtram non emendabimur.*
*Amos 3.*
*Ezec. 3.*
*Hie. 36.*
*Ad Deum conuertamur quãtũuis mali fuerim.*
*Hiere. 31.*
*Obſtinati quo redigantur.*
*Simile.*
*Iſa. 11.*



A effuſus, propter tantã contradictionem & reſiſtentiam noſtram? Bene dixit olim Iſa. ſcio quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & tranſgreſſorẽ ex vtero vocaui te. Eo ſane deuenit iam peccatorũ impudentia, vt cum peccatum ſit fœtidum & ignominioſum, atq; ſoleant ſe homines abſcondere vt illud perpetrent, iuxta illud quod dicitur apud Ioan. qui male agit, odit lucẽ, nihilominus tamẽ iam multi gloriantur & iactãt ſe de peccatis; iuxta illud Iſa. Peccatum ſuum quaſi Sodoma prędicauerunt, neq; abſconderunt: væ animæ eorum. Væ illis in quibus iam ſermo Dei auditus, nullum reportat fructum, nec ignis amoris diuini, B qui ſufficientiſsimus eſt ad comburendum & inflammandum, & tamen ipſi nec caleſiunt: In more quidem poſitum erat olim, imperatorum corpora comburere, & vt refert Sueto. Tran. inuentum fuit cor alicuius imperatoris, quod ignis non valuit penetrare: cumq; cauſam huius rei inueſtigarent, inuentum eſt cor plenum veneno. Tale igitur eſt obduratorum hominum cor, cũ nullo diuino igne, nec tot cõcionibus penetretur, ſed potius ipſi in peccatis ſuis moriantur.

Sane duritia cordis prouenit ex frequentationr peccati, inde C enim ex aſsidua frequentatione iam callum contrahit peccator, & denique cum magna facilitate & pronitate peccat, cum peccati pondus ipſum impellat, ſicut aquæ fluxus in profundum aliquem demittit: Hoc ſignificauit Zacharias dicens, in iniquitate plumbi talentum poſitum eſt. Et certe quamuis ex ſe tam horribile ſit peccatum, vt Iſaias dicat, formido & fouea, & laqueus ſuper te qui habitator es terræ, nihilominus tamen ex aſſiduo vſu peccator metum omnem abijcit, & ita quæ committit peccator ſunt horrenda, ponderoſa, terrena, & moleſta: & D tamen ex aſsiduo vſu facilia redduntur, nec ſolum inde naſcitur facilitas quædam, ſed aliud peius, videlicet deteſtabilis obſtinatio: quam ſignificare volens Dauid dicebat, in circuitu impij ambulant. Nam ſicut iumentum in circuitu ambulans ſæpiſsime eadem calcat, ſic peccator idem peccatum per multos dies, imo & annos iterare ſolet. Hinc Hiere. ait, Quam vilis facta es, iterans vias tuas. Cæterum Deus non ſolet hominem deſerere, niſi prius ab ipſo deſeratur. Deſeri autem à Deo, eſt ſumma miſeria: Non igitur peccatis nos tradamus, ne ex aſsiduo vſu tandem in obſtinationem deueniamus, & a Deo derelinquamur, Vnde Dauid dicebat, Ne proijcias me à facie tua. Sic igitur derelicti iam videbantur iſti iudæi, cum Chriſtus ipſis diceret, & in peccato veſtro moriemini,

*Magna durities noſtra.*
*Iſa. 48.*
*Iſa. 3.*
*Iſa. 3.*
*Exemp.*
*Suet. Trã.*
*Quã ferrea ſint multorum corda.*
*Similitudo.*
*Zachar. 2*
*Iſa. 24.*
*Peruerſus vſus quantũ noceat.*
*Pſal. 11.*
*Simile.*
*Hiere. 2.*
*Quod deſerat nos deſerat, ſumma eſt miſeria.*
*Pſal. 50.*

Porro

*Aug. de vi. Chri, c. 3. & 4.* Porro D. Auguſt. Adrianus, & Caietanus, & alij dicunt quod E
*Adrian. de pœnit.* homines poſſunt in hac vita ad eum ſtatum peruenire, quod ſuper eos peccatis repletos, ſemper ira Dei erit propter illorum culpam. De quibus videtur Pau. dixiſſe, vt impleant peccata ſua ſemper, peruenit enim ira Dei ſuper illos vſq; in finem. ô quantam curare deberemus ne in tantã deueniremus miſeriam. Quid
*Caiet. in ta. 8.* obſecro ſcimus an hoc poſtremum quod committemus, erit vl-
*1. Theſ. 2.* timum peccatum ad menſuram adimplẽdam? Malorum quidem
*Pro. 1.* conditio eſt, vt ſępe rogitari ſe ſinant, cum tamen pro eorum commodo vocentur, iuxta illud, Proſperitas ſtultorum perdet illos. Neq; volunt reſpondere, quamuis tribulationibus vocen- F
tur. Hinc Hiere. ait, Percuſsiſti eos, nec doluerunt, indurauerunt
*Her. 3.* facies ſuas ſuper petram, & noluerunt reuerti. Atq; hæc quidem eſt maxima hominis miſeria in præſenti vita: & ita queritur Deus
*Iſa. 1.* per Iſa. dicens, Super quo percutiam vos vltra, addentes præuaricationem, id eſt, ad quid percutiam vos vltra? ita remanete. Sane omnibus beneficijs à Deo collatis, non tamen mali molleſcũt.
*Iob. 41.* Vnde Iob ait, Cor eius indurabitur tanquam lapis, & ſtringetur quaſi malleatoris incus: hæc ſiquidem præ tot ictibus non modo non molleſcit, ſed durior redditur

*Lex Dei eſt via in cælum, & ideo eam ſequamur.* G

*Alu. in Mat.* Ecce ego vado & quæretis me. Quomodo ipſi poterant Chriſtum inuenire, cum non tenerent viam rectam & accommodatam? Etenim via per quam nos vadimus ad cælum, eſt obſeruatio mã-
*Deut. 5.* datorum, à qua declinando erramus: & ob hoc dicitur in Deute. quod non declinemus ad dexteram, neq; ad ſiniſtram ab ipſa lege, & quia iſta obſeruatio præceptorum eſt aliquantulum difficilis, dicitur via dura, ſiue ſtricta & arcta. Vnde Chriſtus ait apud
*Mat. 7.* Matth. Arcta eſt via quæ ducit ad vitam. Et regius vates ait, H
*Pſal. 16.* Propter verba labiorum tuorũ, cuſtodiui vias duras. Tamen Iudæi nolebant per hanc viam ſequi Chriſtum, & ita non poterant ad beatitudinem peruenire: Sic ergo caueamus nos, ne hoc ipſum de nobis dici poſsit. Sane vt ab his caueamus, exuere debemus veterem hominem, & pœnitentiam agere pro commiſſis peccatis, atq; vitam in poſterum emendare; quæ cum nobis difficilia videantur, hinc fit vt non viriliter contra huiuſmodi difficultates pugnemus: & ita nobis poteſt dici, quæretis me, & non inuenietis.
*Deponamus veterem hominem, vt Chriſtũ ſequamur.*

Quî obſecro fieri poteſt vt Chriſtum ſequantur, qui mundi viam



A viam ſequuntur, cum tam diuerſa ſint huiuſmodi inſtituta? Quis quæſo ſeruire poterit duobus dominis, contraria præcipientibus? contrariæ enim ſunt leges mundi huius, & leges Dei inter ſe, carnis & ſpiritus, terrenarum rerum: & cæleſtium bonorum. Vnde Apoſtolus ait, Quæ participatio iuſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas lucis ad tenebras? Quæ autem conuentio Chriſti ad Belial? Quomodo igitur fieri poteſt, vt tales ſequendo mundanas leges, ad cælum cum Chriſto Domino tendamus? Nôn poteſtis ait Apoſto. Menſæ dæmoniorum participes eſſe, & menſæ Domini. Vnde quemadmodum impoſsibile eſt altero
B quidẽ oculo terram, altero vero cælum ſimul aſpicere, ita etiam fieri non poteſt vt Deum ſimul mũdiq; bona diligas. De Samaritanis ait ſcriptura rem admiratione, riſuq; dignisſimam, quod ſcilicet Samaritani Deum colebant, & vna deis ſuis ſeruiebant, iuxta conſuetudinem gentium: Hoc idem plurimi facere volunt, qui Deum colere ſimulantes, huiuſmodi idola relinquere nolunt: Iſtis loquitur Iſaias dicens, Pallium breue eſt, vtrumque operire non poteſt. Quaſi dicat, non eſt tantus redituum tuorum prouentus, vt tantam familiam alere poſsis, tantoq; luxui
C ſufficere.

*Amare Chriſtum & mundũ incõpoſsibilia ſunt, nec bene conueniunt & in vna ſede morantur.*
*2. Co. 6.*
*Si mundũ ſequamur ad Chriſtũ nõ imus.*
*1. Cor. 10.*
*Simile.*
*4. R. 17.*
*Iſa. 28.*

Philiſthæi in templo cuiuſdam idoli quod dicebatur Dagon, arcam fœderis ab Iſraelitis captam collocarunt, ſurgenteſque primo mane die craſtino inuenerunt idolum ante arcam deiectum, & licet ſæpe niterentur idolum illud cum arca coniungere, nunquam tamen potuerunt. Hoc autem ſignificat: quod Dominus nullo modo velit idem templum & altare cum dæmone habere: non vult Deus eſſe, vbi vitiorum idola ſunt, quæ tu veneraris. Non fuit datum populo Iſrael, vt habetur in Exod. cæleſte manna, donec conſumpta eſt farina, quam ab Aegypto ſe-
D cum portauerant. Nec tu etiam poteris diuina felicitate frui, donec omnino omnis mundi amor in te fuerit conſumptus, & à te penitus receſſerit. Quemadmodum enim manna & farina Aegyptiaca non ſimul comeduntur, ſic tu his duabus voluptatibus & ſaporibus, Dei & mundi, frui non poteris. In hoc autem perſpicue videbis, quam vilis, nulliuſq; pretij ſit conſolatio humana, ſiquidem diuinam impedit Et ſicut ſtomachus illius qui aduerſa laborat valetudine, ſi malis humoribus oppreſſus ſit, cibi ſuauitatem non ſentit: ſic illi qui alliorum, cucumerumque Aegypti voluptatibus capiuntur, cæleſtis cibi dulcedinem percipere non poſſunt. Et quanquam multi ſint, qui vtramq; conſolationem, Dei ſcilicet & mundi, habere velint: hos tamen allo

*Nõ poſſumus mundo & Deo ſeruire.*
*1. Re. 5.*
*Deus & dæmõ non poſſunt in eodem tẽplo manere.*
*Exo. 16.*
*Simile.*
*Similitudo.*

*Sopho. 1.* quitur Sopho. ex parte Dei dicens: diſperdam qui iurant in Melchom, & iurant in Domino. Per idolum & Deum iurabant, vtrique ſeruire conabantur. De his etiam condolet Eccle. dicens, E

*Eccle. 2.* Væ duplici corde, & peccatori terram ingredienti duabus vijs. Quid igitur itineris facere poteris, cum duabus vijs ingrediaris?

*3. Re. 18.* Nos quidem claudicamus, more illorum quibus Elias dixit, vſquequo claudicatis in duas partes? Si Dominus eſt Deus, ſequimini eum. Si autem Baal, ſequimini eum: impoſsibile quidem eſt, ambobus ſimul ſeruire. Sane cum pharao permitteret, vt habetur in Exod.

*Exo. 8.* Hebræis, vt Domino victimas immolarent, & ei ſacrificia offerrent, reſpondit ſanctus Moyſes, non poteſt ita fieri, abominationes enim Aegyptiorum immolabimus Deo noſtro? F

*Ioan. 2.* *Simile.* Cum ingrederetur Ieſus in templum, eiecit ementes & vendentes, quia non poſſumus ſeruire Deo & mammonæ: nam neque ignis & aqua ſimul & eodem in loco eſſe poſſunt. Cõſiderans porro D. Auguſt.

*D. Aug. li. ſol. c. 22. to. 9.* diuerſitatem harum viarum, & quomodo inter ſe pugnent, dicebat. tu conſolatio ſempiterna, quæ ſolis illis te tribuis, qui conſolationem huius mundi pro ſua perpetua conſolatione contemnunt.

*Conſolationes mũdanæ & diuinæ ſimul eſſe non poſſunt.* Nam qui hic conſolãtur, indigni tua conſolatione habentur: nemo enim poteſt vtroque ſeculo conſolari, ſed vnum neceſſe eſt perdat, qui alterum voluerit poſsidere. G Atque ita cum hæc cogito, & ſedulo perpendo: humanas fugio conſolationes, vt tuas obtinere poſsim. Obſecro te Domine vt cæteræ conſolationes amaræ mihi reddantur, & tuæ tantum dulces. Non erat intolerabilis Laurentio ignis, propter te, & tuas internas conſolationes:

*Acto. 7.* non lapidatio Stephano, nec cæteris diſcipulis reliqua tormentorum genera. ibant enim

*Acto. 5.* gaudentes à conſpectu concilij, quoniam digni habiti ſunt pro nomine Ieſu contumeliam pati.

*Diuinæ cõſolationes inæſtimabilis pretij.* Nil ergo dulcius eſſe poteſt diuinis conſolationibus, quæ amariſsima quæq; tormenta dulcorare ſolent. H Quod ſi hæc nos conſideraremus, per viam Chriſti incederemus, qui ita nos ſolatur, nõ per viam infelicẽ peccatorum.

*Leges falſorum deorum quam ſint ſanguinolentæ.* Multum quidem confert vt Chriſtum ſequamur & eius legem non autem dæmonis legem, cõſiderare vtriuſq; conditiones. Cõferte quæſo fratres legem Chriſti cum ſanguinolentis falſorum Deorum legibus: illi præcipiebant cultoribus ſuis, vt filios luſtrarent per ignem: eoſq; in ſolemnibus ſacrificijs infanda crudelitate trucidarẽt: quod ſcelus propheta deſignauit cum ait, immolauerunt filios ſuos & filias ſuas dæmonijs, & effuderunt ſanguinem innocentem.

*Hiere. 12.* *Iſa. 65.* Item in Iſa. dicit Dominus, immolant paruulos ſubter eminentes petras, quæ non mandaui, nec aſcendit in cor





A cor meum. Quo verbo innuere Dominus voluit, quam longe ab immenſa illa ſua charitate, humani generis altrice, fuerit tam crudelia præcepta hominibus dare, cum eius ſummum & ſingulare præceptum, ſit vt nos inuicem diligamus.

*Lex Dei quam ſit ſuauis.* *Ioan. 8.* Vnde facile appareret ſanguinolenta illa idolorum ſacrificia, ab illo inſtituta eſſe, qui homicida erat ab initio:

*Mundani propter mũdũ magis laborant quã propter Deum.* Sed hic fratres, non parua lamentandi materia ſeſe nobis offert, cum animaduerto quanto maiora iſti propter ſanguinarios illos & commentitios Deos, quam nos propter verum noſtrum & amantiſsimum faciamus, qui per diuerſam quam ipſe iuit, viam ambulamus.

B

### *Conuerſio frigida & ſerotina quam parui videatur momenti.*

*Offeram' Deo florẽ ætatis: Simile.* ET *in peccato veſtro moriemini.* Sunt aliqui qui ita Deum frigide quærunt, vt non ſolum eum non inueniant, ſed etiam in ipeccato ſuo moriantur. Siquidem vitę ſuæ florem dæmoni tradentes, fæces vitæ, & tamen frigide, Deo offerunt. Qui vtique ſimiles ſunt illi qui cum illuſtrem aliquem virum inuitare vellet, ei offerret corroſa oſſa, & fructuum cortices, ac panem per varios C domus angulos diſiectũ.

*Aliqui in extremã vſque decrepitã ætatem conuerſionem differunt.* Et certe vna inter cæteras cauſas quod tam frigide mali ad Dominum conuertantur, eſt quod ſcilicet inuite quodammodo verbum Dei audire videantur, & ſolummodo propter curioſitatem quandam & nouitatem, ſicut qui muſicam audit, non quod eius compoſitionem penetret.

*Ezech. 33.* Quod certe querebatur Dominus Deus apud Ezechiel. dicens; & tu fili hominis, filij populi tui veniunt, ad audiendos ſermones tuos & non faciunt eos, quia in canticum oris ſui vertunt illos, & auaritia ſequitur cor eorum, & eſt iſtis quaſi carmen muſicum, D quod ſuaui dulciq; ſono canitur.

*Animi obdurati conditiones.* Accedunt quidem peccatores ad audiendas conciones, & tales reuertuntur, quales venerunt, quod ſi aliquo modo verbis concionatoris mouentur, tamen differunt conuerſionẽ de die in diem, ita vt illis quadret quod ait

*Iſa. 28.* Iſa. Manda, remanda, expecta, reexpecta: modicũ ibi, modicũ ibi.

*Peruerſi auditores de concionatore ſolent murmurare.* Quaſi dicat, ſi audiũt quod cõcionator ex Dei nomine aliquid ipſis mãdet, recedũt murmurantes & dicẽtes ſe iam defeſſos quod tam ſæpe audiant, Manda, remanda. Item ſi dicat concionator quod ſint præmia à Deo parata, & quod ipſa patienter expectare debent, egrediuntur murmurantes, quod concionator ſæpe dicat, expecta, reexpecta. Quod ſi audiant à concionatore, vitæ tempus breue eſſe, & quod idcirco animentur ad maximos la-

*Iſa.28.* bores ſuſtinendos, abeunt murmuratores quod concionator ſæ E
*Mali Dei* pe dicat, modicum ibi, modicum ibi. Sane optime de his Iſa. va-
*timorem* ticinatus eſt, dicens: Percuſsimus fœdus cum morte, & cum in-
*abiecerunt* ferno fecimus pactum, neq; mortem, neq; iudicium timemus,
neq; infernum, mandet Deus, & remandet, nos enim viuemus vt
libet. An non tibi videtur quod iſti peruerſi homines in peccato
ſuo morientur?

Sane vir timoratus non debet tantum dicere vt vulgares om-
nes dicunt, ſe moriturum eſſe: ſed iam morior, iam mihi videor
in mortis agone conſtitutus. Vide obſecro miſerabilis peccator
*Eccle. 9:* quid Eccleſiaſt. dicat, neſcit homo finem ſuum, ſed ſicut piſces ca
*Parati ſi-* piuntur hamo: ſic homines in tempore malo. Quam multi ſunt F
*mus ad* bone Deus, qui tanquam bruta animalia, imparati ad mortem
*mortem.* accedunt, & ita ſæpe in peccatis ſuis moriuntur. Quod ſane figu
*Exo.12.* ratum habemus in Exo. vbi dicitur, factum eſt in noctis medio
percuſsit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti, Item
*Malos im-* Surrexitq; pharao nocte, & omnes ſerui eius, cunctiq; Aegyptij,
*paratos ap-* & ortus eſt clamor magnus in Aegypto. Vide quomodo impa-
*prehendit* rati apprehenſi ſunt: Sic igitur malis contingit. Verum interim
*mors.* obſerua quod dicat textus quod Aegyptij clamores edebant,
non autem dicit quod Deo ſupplicarent: Sic igitur ſæpe malos G
inuadit mors, vt non recordentur à Deo veniam delictorum
ſuorum implorare, ſed tantummodo gemunt propter mortem
& hoc merito permittit Deus propter eorum nefanda ſcelera.
*Iudith 15.* Porro de conſiliarijs Holophernis narrat ſcriptura, quod cum
magis conſilio indigebant, & inuicem conſultare debebant,
tunc fugit mens & conſilium eorum: ſic ergo multi in morte,
cum magis ſalutaribus egerent monitis, tunc mentem habent
a Deo alienatam, & in peccato ſuo moriuntur. Quod ſane me-
*Rom.1.* rito illis accidit, quandoquidem vt ait Apoſtol. ſicut non pro-
bauerunt Deum habere in notitia, tradidit illos Deus in repro- H
bum ſenſum.

*Conuerſio-* Væ illis qui dedita opera ad extremũ vſq; vitę ſpatium con-
*nem non* uerſionem differunt: nullus quidẽ eo vſq; conuerſionem differre
*differam⁹* debet, quin potius ſemper in mente & in oculis Dei iudicium ge
*Iob.9.* ſtet, ſicut Iob faciebat, cum diceret: ſi repente interroget, quis
reſpondebit ei? Quid ergo malus reſpondere poterit cum in ip-
*Oſeæ.8.* ſo peccato deprehẽdetur? Bene ſane de talibus dixit Oſeas ve tũ
ſeminabunt, & turbinem metent. Stultitia eſt maxima, quod ex
iſtiment mali ſe in morte metere triticum, cum tantum in vita
ſua ventum ſeminauerint. Et certe in Rege Antiocho aper-
tiſsime



A tiſsime videmus quam ſit periculoſum ad extremum vſq; anhe-
litum velle conuerſionem ſuam differre: Quam multos videmus *2. Ma.9.*
bone Deus, qui in morte conſtituti tunc multis verbis cum Deo
agunt, & multas emittunt promiſsiones, & vota, qui tamen in vi *Multi fal-*
ta Deum audire neglexerunt, & iam videntur incipere degu- *luntur vo-*
ſtare inferni pænas. ô ſi vere ſaltem tunc conuerterentur, ſed ta- *lentes om-*
men multi ficta quædam emittunt ſuſpiria. ô miſerabiles eos qui *nino ad ex-*
totam vitam in vitijs conſumpſerunt, & voluerũt ad extremum *tremũ vſ-*
quidem vitæ ſpatium conuerſionem ſuam differre, & tunc quæ- *que an̄ eli-*
runt remedia, cum hinc inde multa ipſos vrgent incommoda: *tum cõuer-*
B Quemadmodum ſane ſi quis te ſemiſomnem maximis clamori- *ſionem dif-*
bus excitet, propter vrgentem aliquam neceſsitatem, vix potes *ferre.*
præ tremore te veſtibus induere: ſic profecto in morte tantis vn *Simile.*
diq; vallaberis anguſtijs, vt vix ſis apud te: Et quemadmodum *Similitu-*
miles ille maxime confunditur, qui clangente claſsicum tuba, ſe *do.*
inermem & imparatum inuenit: ſic etiam cum quis hora mortis
ſe varijs irretitum videt peccatis, maxime conturbatur, præſer- *Mors cũ*
tim cum vires & ſenſus ipſum deficiant, & mens quodammodo *imparatos*
hebetetur, cum ſana tunc mente eſſe maxime conueniat, ad ea *inuenit,*
C præſertim præſtanda quæ ad ſalutem animæ pertinẽt. Orate in- *quantũ eos*
quit Chriſtus, ne fuga veſtra fiat in hyeme: Et certe ſicut hyems *conturbet.*
præſertim ſi pluuias ſecum adferat, incommoda eſt ad fugam, ſic *Mat. 24.*
vtiq; mortis hora maxime infeſtatur homo vndiq; & conturba- *Simile.*
tur, & præſertim ſi ad illud vſq; tempus conuerſionem ſuam di-
ſtulerit, cum iam medici propter vicinam mortem, de ægri ſalu- *Conuerſio-*
te conſultant, & omnes domeſtici magnos præ triſtitia edunt cla *nem non*
mores, atq; pharmaca omnia nil proſunt. Tunc ne tibi opportu- *differam⁹*
num videtur tempus ad pœnitentiam agendam, cum iam iam in *ad extre-*
ſtat mors, & acutiſsima vrget febris? an non tunc metuendum *mam vitã.*
D eſt ne in peccato moriaris?

Cęterum ne ſequamur peruerſam voluntatem noſtram, ſed
Chriſti: ſolent quippe homines libenter voluntatem ſuam ſecta-
ri, & perditionis viam: quibus loquitur Dominus per Iſaiam di- *Iſa.65.*
cens, Expandi manus meas tota die ad populum incredulum,
qui graditur in via non bona. Hoc igitur modo ad infernum
tendimus, quod ſolum appetitum noſtrum ſectemur effrœna-
tum. Sumus quidem inſtar infantium, qui ſi cultellum petierint, *Simile.*
non eſt qui eos de ſua ſententia deducat, etſi aliam prætioſiorem *Appetitũ*
tradideris rem, nec quieſcunt donec eam acceperint, & tamen *effrænem*
ſtatim in os conijciunt. Væ igitur illis qui poſt ſuos effrœnes ten *non ſequa-*
dunt appetitus, ſequamur igitur ſenem illum Mathathiam di- *mur.*

 centem:

centem: etſi omnes gentes regi Antiocho obediunt, vt diſcedant E
1. *Mac.* 2. vnuſquiſque à ſeruitute legis, ego & filij mei: & fratres mei; obediemus legi patrum noſtrorum.

## APPENDIX.

*Luc.* 7. *Ioan.* 2. *Recreationes interdum periculoſæ.* *Eccle.* 7. *Quæram' Doum vbi poſsimus eum inuenire.* *Iudic.* 4.

EGO *Vado.* Ad recreationes non ibat Chriſtus niſi rogatus, vnde rogabat Ieſum quidam phariſæus, &c. Item ad nuptias fuit vocatus, ad paſsionem vero ſponte vadit, & ſe offert, quia ipſe voluit, vnde ait, ego vado. Significat quidem quanto ſecurius F ad hæc tendamus. Ecleſiaſt: 7. melius eſt ire in domum luctus, quam in domum conuiuij: & propterea vltro accedit Dominus ad labores.

*Quæretis me.* Aliqui Deum quærunt, & inueniunt & in gratia moriuntur; alij quærunt, ſed non inueniunt, cum non ſit vbi eum quærunt, videlicet in delicijs voluptatibuſq; huius ſeculi & ita miſeri moriuntur in peccato, tanquam dormientes præ lacte vt ſiſara.

*Vos de mundo hoc eſtis*, Quid quæſo aliud mundus eſt, quam ſepultura mortuorum, carcer viuorum, fautor malorum, officina vitiorum, neglectus virtutum, perſecutio bonorum, carnificina iuſtorum, mutabilior luna, & nil habens ſecuritatis, & quo nullum G eſt mare, aut rota, volubilius?

*Iudic.* 4. *Mundani ſtatim ex ſua locutione noti* *Murmurantium conditiones.* *Pſal.* 17. *Simile:* *Num,* 16.

*Vos de mundo hoc eſtis.* Non loquitur de bonis, de quibus iam dixit, ſi de mundo fuiſſetis, mundus quod ſuum erat diligeret, ſed quia de mundo non eſtis &c. cognoſcitur quidem aliquis qualis ſit, ex eius locutione, nam qui de terra eſt, de terra loquitur. Locutio mundi eſt murmuratio, blaſphemia, mendacium, ſeditio & alia huiuſmodi. Porro murmurator eſt inſtar muſcæ, quæ ſi habeas prætioſas gemmas in manibus, non tamen ibi reſident, H ſed in aliqua puſtula, ſi forte eam habueris; ſic ipſi defectus explorant, non virtutes. Pſalm. decimo ſeptimo. Sepulchrum patens eſt guttur eorum; nam certe ſepulchrum clauſum etſi multa habeat cadauera, non tamen male olet, cum ſit clauſum; ſed tamen patens ſepulchrum, fœtidum eſt, & male olet. Sic vtique multi ſunt homines, qui etſi multos norint proximi ſui defectus, non tamen eos diuulgant: murmuratores vero ſtatim eos diuulgant. Sane in lege immundum cenſebatur vas ſine operculo. Num: 16.

*Vos de mundo hoc eſtis* Loquitur ſecundum communem loquendi vſum, etenim cum videmus aliquem non curare hæc mundana,



A ná, dicimus eum non eſſe de hoc mundo: & certe colloquia Chriſti non erant mundana, ſed cæleſtia. Mundus diuitias quærit, & tamen Chriſtus ait, Beati pauperes ſpiritu. mundus quærit vindictam, & tamen Chriſtus ait, Beati mites, nec eſt Chriſtus de hoc mundo, quoniam eum delectationibus, aut voluptatibus non aluit mundus, ſed in præſepio natus eſt, quia non erat ei locus in diuerſorio: item vſque adeo pauper erat vt diceret, vulpes foueas habẽt, &c. Et mortuus eſt in Cruce. Item nõ erat de mundo, quia ipſi mundus non obediebat: Sane domino alicuius domus, tota familia obedire ſolet, eumq; ſummo in honore habemus, tota familia obedire ſolet,

*Similitudo.* *Mat.* 5. *Luc.* 2. *Mat.* 8: *Similitudo.* *Mundani nolũt Deo obedire.*

B re, ita dicimus ſtatim illum eſſe dominum eius domus, ſic igitur clementiſsime Chriſte apud mundanos videris quod non ſis Dominus, cum tibi nolint obedire, nec ea quæ eis conſtituiſti adimpleant mandata.

## FERIA II. POST DOMIN. II. QVADRAG.

## CONCIO TERTIA.

*Mortis conſideratio quantum conducat.*

C

EGO *vado & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini:* Io. 8. Diuus Thomas & alij complures Theologi, interpretantur hæc verba de morte Chriſti, quam Chriſtus recolere mente & ſermone ſolebat, vt daret nobis exemplum ita faciendi, vt ita huiuſmodi frequentata mortis memoria, vitam emendaremus: ſicut videmus quod Chriſtus quanto magis ad mortem appropinquabat, tanto magis miraculis coruſcabat: & ita nos virtutibus excellere debe-
D mus, quanto morti viciniores reddimur. Hoc quidem ſanctus Iob inſinuauit dicens, Quaſi effodientes theſaurum, gaudentq; vehementer cum inuenerint ſepulchrum. Sane qui theſaurum quærit, quãto plus incipit eum retegere & reuelare, tãto auidius effodere ſolet: Sic igitur qui ſe ad ſenectam tendere iam videt, cum iam pariter etiam cæleſtes theſauros & præmia procul quodammodo olfaciat, debet ſeſe diligenter in optimæ vitæ cultura exercere, ſic enim decet viros bonos, & virtutis ſtudioſos, nam perditi homines cum ita facere etiam deberent, tamen contra faciunt, & quanto ſeniores fiunt, tanto negligentius viuunt, cum ſibi ſemper videantur diutius victuri. Sed cur quæſo non reſpicis ô peccator, cum videas te tam vicinum eſſe morti? Vides ſane te

*D. Thom. in Ioan.* 8. *lect.* 4. *Quãto magis appropinquam' morti, tanto magis virtutib' nos exercere debemus:* *Iob* 3. *Senes ad brauium viriliter contendãt*

varijs vallatum inimicis, quin & oculi ipſi tecum pugnant, au- E
*Frequens* ditus tibi refragatur, lingua contradicit, guſtus aduerſatur, ma-
*mortis cõ* nus offendunt, pedes ad malum velociter currunt, cor tuum te
*ſideratio* excarnificat, tanquam fornax quędam ſcelerum omnium. Et pro
*multa a* pterea vt ab huiuſmodi tormentis libereris, frequens tibi mor-
*nobis re-* tis meditatio in mentem ſubeat, ad quam tam accelerato curſu in
*pellit ma* dies appropinquas. Atque hoc quidem modo membra corpo-
*la.* ris tui non armabuntur contra te. Vnde Apoſtol. ait, ne exhi-
*Rom. 6.* beatis membra veſtra, arma iniquitatis peccati. Hoc eſt ſequen-
do eorum prauas inclinationes & propenſiones. Et certe ab his
domeſticis inimicis ſibi metuebat ſanctus Dauid cum diceret, F
*Pſal. 18.* Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero & emunda-
bor a delicto maximo.

*Simile.* Sane ouis proprietas & conditio eſt, vt quanto magis noctem
impendentem videt, tanto magis comedat: ſic ergo ſeruus Dei
quanto magis mortem appropinquare videt, tanto magis ſe
*Eccle. 18.* virtutibus implere, & ornare debet, Vnde eccleſiaſt. ait, cum con-
ſummauerit homo, tunc incipiet. Certe inter motum natura-
lem & violentum, hoc eſt diſcrimen, vt experientia ipſa loqui-
*Ariſt. 1. de* tur, & Ariſtoteles nos docet, vt ſcilicet motus naturalis quo ma
*cæ. tex. 88* gis progreditur, tanto velocior ſit, contra vero motus violen-
*& 89.* tus, tardior. Sunt ergo iſti ſerui Dei inſtar motus naturalis, G
cum quotidie ad virtutem vrgeant, contra vero impij & perdi-
ti homines, ſunt inſtar motus violenti, qui ſemper remiſſe agunt
*Sap. 2.* ſi quod bonum faciunt. Vnde Sapien. 2. dicunt: Exiguum & cum
tædio eſt tempus vitæ noſtræ. Sane malus ſemper impræmedi-
tatus viuit, & tanquam pendens de tenuiſsimo capillo, vt laba-
*Iſa. 30.* tur in inferni barathrum, iuxta illud Iſa. Præparata eſt ab heri
Tophet, à Rege præparata, profunda & dilatata, nutrimenta
eius ignis & ligna multa, flatus Domini ſicut torrens ſulphuris
ſuccendens eam. Ad hunc miſerabilem locum, videlicet infer- H
num, ingrediuntur mali per portas peccatorum quæ hic com-
*Mat. 16.* miſerunt. Vnde Chriſtus dixit apud Matth. & portæ inferi non
præualebunt aduerſus eam: non habet certe infernus portas li-
*Secus por* gneas aut ferreas, ſed peccatorum portas: vnde ſignificat quod
*tas infer-* peccata & iniquitates non præualebunt aduerſus Eccleſiam. Si igi
*ni eſt, qui* tur eſſe in peccato, eſt ſecus portas inferni eſſe, adeo vt de tenuiſ
*manet in* ſimo tantum filo pendeas, & facile ſtatim mori poſsis vel à tor-
*pecca.* mento aliquo manuario, vel ab infauſta aura, vel à pertenui fe-
bricula, vel ab alijs huiuſmodi morbis: quænam eſt hæc tam falſa
ſecuritas tua? ſane vita tua de tenui filo pendet, & iuſtitia apud
Deum



A Deum ſemper contra te clamat, quomodo igitur vir miſerabi-
lis ita rides, & ludis, comedis & bibis otioſe, quaſi hæc fabulæ
quædam eſſent, & mera ſomnia? Quin & diuinas inſpirationes & *Iuſtitia a-*
ſacras conciones ſpernis, & peccata peccatis accumulas, ſemper *pud Deũ*
Dei iram contra te prouocando, a cuius nutu vita tua tota de- *contra pec*
pendet. Timuit Ethnicus ille Pilatus quod audiret Chriſtum di- *catores cla*
centem, propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet, *mat.*
& media quærebat quibus poſſet Chriſtum illęſum dimittere, *Ioan. 18.*
quãuis Chriſtus diceret quod ille qui tradiderat eum, maius pec *Ioan. 19.*
B catum haberet, & quamuis id recuſaſſet facere propter coniugẽ
dicentem ſibi, nil tibi & iuſto *illi*, multa enim paſſa ſum hodie per
viſum propter eum, tamen cum Chriſtus ipſi ſignificaret quod
peccatum haberet, vehementer timuit, & Chriſtum dimittere vo *Matt. 27*
lebat: & tu Chriſtiane qui tantam habes notitiam fœditatis & ma *Peccatum*
litiæ peccati, in ipſo totis præcordijs ſtertis & iaces peccato? *valde ti-*
Sane conſideratione illa quod in puluerem conuertẽdi ſimus *mẽdũ eſt.*
in morte, dæmonis dolos retegemus, ſicut Daniel aſperſo cinere *Dan. vlt.*
comperit fraudes ſacerdotum belis. Et certe idolum hoc belis,
eſt venter noſter, de quo Pau. quorum inquit Deus venter eſt: fal *Phil. 3.*
C ſi ſacerdotes huius idoli ſolicitantes vt ipſi multi cibi propinen-
tur, ſunt dæmones ſuadentes vt ventrem plus nimio exature-
mus: porro hæ dæmonis fallaciæ conſideratione mortis retegun *Mortis cõ*
tur, & conſiderando quod venter ipſe futurus ſit vermium eſca, *ſideratio-*
& propterea non ſit tantis demulcendus delicijs. Cumq; mors iã *ne, multæ*
pulſet fores, & tam breuis ſit vita noſtra, magna quidem diligen *dæmonis*
tia ſupplere debemus in virtute, breue temporis ſpatium quod *fallaciæ re*
iam reliquum eſt. Nam angeli ipſi breuiſsimo quodam ſpatio, ma *teguntur.*
gnos meritorum reportarunt progreſſus: illa enim morula, in- *Simile.*
finita tempora eis ob oculos propoſita & repræſentata fuerunt,
D quibus ſe Dei. Opt. Max. ſeruitio & obſequio deuouerunt, in illa
fide & amore feruido, ſi eos ſine repentina cõfirmatione reliquiſ
ſet, & ita tantum obtulerunt, quantum facere & abſoluere cu-
pierunt, & illi deſiderio meritum correſpondit. Contrario ſane *Angeli bo*
modo malis angelis euenit, ſiquidem tantam pœnam meruere, *ni & mali*
quantum mali patrare deſiderauerunt. Nos igitur bonos ange- *quã diffe*
los imitemur, & opere ac deſiderio varios modos exquiramus, *rẽter ſe*
quibus deo ſeruiamus, & tota hac breuiſsima vita, multa merita *habuerint*
apud diuinum conſpectum lucrabimur.

Qui in procul diſtantes regiones nauigare debet, & nondum
parauit ſuos neceſſarios commeatus, ſemper cogitat modo ne, *Simile.*
an paulo poſt nauis ipſa ex portu ſoluat, & valde etiam dolet
quod

*Anguſtia maxima viri imparati in morte.*

*Similia.*

quod paratus adhuc non ſit: qui vero paratus eſt, iam iter appetit E & nauigationem. Sic igitur qui ex hoc mundo ſe iam diſceſſurũ videt, & nihilominus ſe imparatum nouit, valde conturbatur: iuſtus vero cupit valde diſſolui potius quam viuere ſicut videmus Chriſtum dicere, ego vado, & ſæpe mentionem mortis facere. Et certe ſicut agricola ſedulus, cui a domino hæreditas aliqua commendatur, plurimum gaudet de fertilitate arborum, quas ſuo labore plantauit cupitque ante domini conſpectum eas apparere, vt videat quam feliciter colonus tempus impenderit, & eius labores cumulate compenſet. F Item inuictus miles poſtquam pro domino ſuo viriliter in bello decertauit, vt ita viſis tot vulneribus pro ipſo exceptis, ea remuneretur. Sic vtique colonus & miles Dei deſiderat ante diuinum conſpectum apparere, vt cum viriliter decertarit, & vicerit dæmonem, mundum & carnem, præmia ampliſsima reportet: non autem id vitioſus homo & impius appetit, ſed vellet hic in perpetuum vitam degere.

*Magna lætitia erit illius in morte, qui ſe bene præparatũ inueniet.*

G

### *Peruerſæ cogitationes quantum incommodent.*

*Malorum impiæ cogitationes*

*Simile.*

*Similitu.*

*Aquilæ ingenium.*

N*Vnquid interficiet ſemetipſum?* Nonne vides quam impias & blaſphemas cogitationes iſti habeant, adeo vt cogitarent quod ſe Chriſtus interfecturus eſſet? ſane peruerſæ cogitationes vſque adeo nocent, niſi eas primo quoque tempore radicitus ab anima conuellamus, vt plane vniuerſa opera noſtra & facta contaminare ſoleant atque peruertere. Quemadmodum enim vermiculus plantæ radicem occulte, clanculumque corrodens, arefacit totam arborem: ad eundem modum peruerſa aliqua cogitatio menti occulte inhærens, omnia ſolet opera noſtra per- H uertere & deteriora reddere & propterea more aquilæ nos geramus, quæ vt ſcribunt naturales philoſophi, vt deprehendat quinam ſint veri & genuini liberi ſui ſiue fætus, eoſdem rutilanti ſoli exponere ſolet, & quos nouerit confixa oculorum acie ac minus tremula, ſolem ipſum contueri, ſtatim tanquam ſuos cõplectitur & fouet, cæteris ceu adulterinis & ſuppoſititijs reiectis: ad eundem modum in cogitationibus nos gerere pareſt, vt eas ſcilicet quæ recta ſolem ipſum iuſtitiæ Chriſtum contuebuntur, ineamus & reipſa exequamur: quæ vero contra Chriſtum fuerint & contra eiuſdem mandata, contra rationem & legem naturalem, eas quam celerrime præſcindamus, amputemus,



*Cogitationes quomodo examinanda.*

*Simile.*

*Chry. in 1. Theſ. 3. ho. 4. to. 4.*

*Matt. 5.*

*Hiere. 4.*

*Sene. lib. 14. epiſ. epiſ. 93.*

*Sene. l. 12. epi. epi. 84.*

A temus, & deleamus. Et quemadmodum qui fluxum aliquem alicuius aquæ diuertere ſtudet, efficereque ne fluat & procurrat per locum ſibi minus conuenientem, is diligentiſsime curat vt aditum alium labẽti aquæ det, nam aliter diutius cohibere fluxum non poſſet: ita profecto quicumque noxias ſtudet declinare cogitationes, is operæ pretium eſt mentem ipſam ad cogitandum promptiſsimam & expeditam, alio diuertat, nempe ad cogitandum ſancte & pure, ne aliter ex prauo cogitationum fluxu, opera noſtra omnia contaminentur. Ex corde tanquam ex B quodam fonte. ait Chry. manant bona vel mala deſideria, & adeo Chriſtus cordi ipſi medendum eſſe iudicat tanquam fonti, cum dicit per Matt. beati mundo corde: quaſi diceret, ſi mundum cor, & cętera ſalua erunt. Item per Hieremi: ait, laua Hieruſalem a malicia cor tuum. Talis eſſe debet cogitatio noſtra, taliſque animus, qualem Deum ipſum requirere intelligimus, ait Seneca, requirit is autem cogitationes noſtras omnes puras et defæcatas ab omni fæce prauitatis. Cæterum quid ſtultius, quam munere rationis nobis cælitus conceſſo, in perniciem noſtram abuti? Et alibi dicit idem Sene: C Valde nobis curæ eſſe debet vt cogitationes noſtræ rectæ ſint, & nequaquam in ſiniſtram inflexæ partem. Sic viuendum nobis eſt, imo & cogitandum quidem, tanquam ſi omnium oculis expoſitę eſſent cogitationes noſtrę, nam cum Deo quidem pateant, maxima cautio nobis adhibenda eſt, vt illæ ſint puræ, ſint ſane, ſobrię ac ſanctæ.

*Cogitationes puras & integras conſeruemus, cũ eas deus conſpiciat.*

*Simile.*

*Prou. 23.*

*Tres ſinus cordis.*

*Simil:*

*Linguam moderemur.*

*Eſt* quidem Deus amiciſsimus munditiæ & puritatis cordis, & bonarum cogitationum quæ ibidem generantur, & bonarũ locutionum, quę inde proferuntur. Sicut enim aquilę, accipitres, & alia id genus animalia, cor ipſum præſertim auium ap- D petunt: *ita Chriſtus* id quod potiſsimum in nobis amat & deſiderat, eſt cor ipſum. Vnde per Sap. inquit, fili præbe mihi cor tuum. Vnde et cor hominis habet tres ſinus ſiue receptacula, vt ſignificetur eſſe receptaculum cor ipſum totius ſanctiſsimæ Trinitatis. Verum vt fiat dignum Dei habitaculum debet cor ipſum mundari ab omni mala et vana cogitatione debemus etiam linguam noſtram fręnare non proferendo blaſphemias, ſicut iſti Iudęi hodie faciunt. Vt enim bona moneta vel adulterina, ſono ipſo deprehenditur et internoſcitur: ita qualis quiſque ſit, lingua ipſa manifeſtare ſolet. Videntur ſibi nonnulli, quod quandoquidem ſanguinem non eliciunt ab hominibus, propterea eos non lædant quidem, certe homines & mortales

neq;

ñeq; vulnerent, & id circo temere ſæpe non dubitant, quidquid venerit in buccam, quod aiunt, de proximis ſuis, effutire, & pro- E palare. Verum longe aliter ſenſit ſapiens, cum dicat, flagelli plaga liuorem facit, plaga autem linguæ comminuet oſſa. Item multi ceciderunt in ore gladij, ſed non ſic quam interierunt per linguam ſuam. Gladius quidem ſolet animam a corpore ſeparare, verum lingua Deum ipſum ſeparat ab anima: gladi⁹ per aliquod tempus ſeparat animam a corpore, verum lingua in perpetuum ſæpe Deum expellit. Itaq; quam citiſsime & feſtinanter expellamus noxias cogitationes. Et enim quomodo ſi aliquis prunas ap- F prehenderit, ſi cito eas proiecerit, nil ei nocebũt: ſi vero diutius tenere voluit, ſine vulnere abire non poterit: ſic qui in corde ſuo diutius remanere ſiuerit noxias cogitationes, ab eis vulnerabitur. Ne quæſo permittamus, ait Aug. malas in nobis cogitationes, nec tanquam minima negligamus: quia qui minima ſpernit, paulatim defluit. Non aſpernemur morſum ſerpentis, ne venenum eius aſpergatur in corda noſtra. Abſcindamus virgulta ſpinarum de agro cordis noſtri, ne defigant in nobis altas radices. Cor noſtrum ager eſt domini Ieſu Chriſti, excolamus eũ cæleſtibus diſciplinis, & non ſinamus in agro tanti imperatoris ſeminari zizania, ſed cunctis floribus virtutum eum decoremus, quia his G delectatur.

*Eccl. 28.*

*Multa incommoda adportat lingua.*

*Simile.*

*Aug. li. de ſalu. docu. ca. 34.*

*In corde ſanctas cogitationes ſeminem'*

Si cordi noſtro ſalutariter proſpicimus, facile tum verba, tũ etiam opera recte dirigemus. Et enim quemadmodum qui fluuij aridum alueum reddere cupiant, nil agũt ſi pergũt exciccare partem illam quam aridam volunt, cũ noui ſubinde fluctus ſuperueniant, & exiccatum locum ſtatim impleat, atſi ſurſum aſcẽderint, & ſuperiores partes exhauſerint, aut fontem auerterint vel obſtruxerint, tunc aqua ſponte deficiente, aluei ſolum aridum relinquetur: ita formæ cupiditatum effectrices facile exhaurientur, ſi ſenſus ex quibus illæ tanquam ex fontibus in animum influunt H ſic obſtruuntur, vt illas extrinſecus ſuppeditare amplius nequeãt. Item quidam alius antiquus doctor, ita ait, magna quidem cura & ſedulitate circuncidere debemus a noſtris mentibus quamcũq; maculã & labem: ſi quidem quemadmodum virgo quotidie mane cum ſurgit, nil aliud curat niſi vt ornet ſe, ſponſo ſuo placitura, & ſpeculo explorat diligenter ne qua macula reſideat in vultu ſuo, qua ſponſus offendatur: ſic magna quotidie cura & diligentia, ſancti cogitationes, ſermones, actioneſq; ſuas explorant nunquid in illis ſit quod cæleſti ſponſo diſpliceat. Attende quomodo ſi aliquis in veſtimentis noſtris phlegma vel ſputa proij- ciat, ita

*Simile.*

*Vide Nilũ in Aſcetico.*

*Principijs obſtãdum malorum.*

*Iſayas ab ord. 19.*

*Simile.*

*Conſcientiam ſæpe diſcutiamus.*

*Simile.*



A ciat, ita nobis horrorem faciunt, vt nec oculis aſpicere, nec ſum
mis ſaltem digitis velimus attingere: etſi nobis ſputa quæ ſine
peccato proijciuntur, horrorem faciunt in veſtibus noſtris, pu-
tas cogitationes malas & peruerſas quas diabolus ingerit, quã ẽ
horrorem faciunt Deo in animis noſtris? Dicit præterea grauis
quidam doctor, & ſputa ſic perhorreſcimus quæ vtique inuiti
accipimus, quanto magis cogitationes peſsimas, quas cum no-
ſtra voluntate in corde noſtro moras habere permittimus, opus
eſt vt cum Dei adiutorio celerius reſpuamus? Dic mihi quæſo, ſi
te in conuentu populi, aliqua famoſa meretrix expanſis mani-
B bus amplecti aut oſculari conetur, vtrum hoc patienter aut liben
ter accipias? nonne magis eam manibus repellis & reijcis, timẽs
ne forte quicumq; viderint, ex conſuetudine hoc eam feciſſe di-
iudicent? Certum eſt enim quod non ſolum qui honeſti vel ca-
ſti ſunt, hoc à ſe fieri non permittunt, ſed etiam illi qui in ſecre-
tis luxuriæ ſeruiunt, meretricum amplexus in conuentu homi-
num perhorreſcunt, plus timentes opprobria hominum in pu-
blico, quam Dei præſentiam in occulto. Si ergo propter iudicia
hominum nullus eſt qui velit publice a meretricibus oſculari:
C quare in ſecreto conſcientiæ noſtræ immundiſsimas cogitatio-
nes non ſolum frequenter ſuſcipere, ſed vel paruas moras habe-
re permittimus? Quomodo ergo in loco fætoribus pleno diu ſta
re nolumus corpora noſtra, ſic cogitationes impias & ſordidas,
ne ad momentum quidem moram habere permittamus in ani-
mabus, vel in ſenſibus noſtris. Quæ cum ita ſint, non ſine grandi
verecundia & poſſumus & debemus nos ipſos reprehendere, qui
cum in arca vbi ſunt veſtimenta noſtra, qualemcumq; ſcint illam
ignis nolumus intrare, per iniquas tamen cogitationes intus in
arca conſcientię noſtrę non ſolum intrare permittimus, ſed etiã
falſis ſuſpicionibus ad maius incẽdiũ procuramus, ita plus ama-
D mus veſtem noſtram, quam animam noſtram.

*Ceſa. Ar li. 3. de fugiẽ cogita. turpibus.*

*Simile.*

*Cũ fugiamus conſpectũ hominũ in rebus fætidis, mult. magis propter Deũ ab his abſtinere debemus.*

*Similitu.*

*Simile.*

*Cogitationes noxias expellamus.*

*Mundani quam ſint cæci.*

VOS *de mundo hoc eſtis, ego non ſum de mundo.* Iſti vſq; adeo terreſtres erant, vt tam in verbis, quam in operibus & cogitationibus ſuis, cæci eſſent, adeo vt propter ſcelera ſua a deo derelicti eſſent, & mundo prorſus inſeruirent. Sane Deus illuminat eos qui mundum contemnunt, & tanquam animalia illa apud Ezechi. plenos oculis reddit. Mali quidem propter ſcelera ſua merentur vt ſint cæci, et vt de ipſis dicatur illud Deut. percutiat te Dominus cæ-

*Malos interdũ deſerit Deus propter eorum duritiam.*

*Ezech. 1.*

*Deut. 28.*

nus cæcitate. Deus peccatorem nō excæcat, ſed exæcari permit- E
tit propter eius ſcelera, & merito quidem: nā Deus ipſi oculos
*2. Cor. 4.* dederat mentis vt bonū videret, & tamen ipſe eos ad malum con
uertit, atq; ideo iuſte excæcari permittitur. Vnde Apoſ. ait, De⁹
*Similitu.* excæcauit mētes infideliū. Poſſunt etiam hæc verba ita explicari,
De⁹ huius ſeculi i. deſt dęmō, excęcat mūdanos, ſicut ſolēt excęca
ri vrſi cādētibus laminis: ſic ipſe ſplēdore harū rerū mūdanarum,
oculos malorū perſtringit, & eos ad has res mūdanas conuertere
*Qui diui na guſtat mūdana ſpernit.* facit. Qui cæleſtia guſtare incipit, facile ſane mūdana ſpernit, vn-
de quod quis ſe totū tradat reb⁹ mūdanis, indiciū eſt quidē quod F
cęleſtes res nō guſtet. O quātā inueniremus cōſolationem, ſi hęc
mūdana cōtēneremus! dicebat quidē Pharao Moyſi vt ſacrifica-
*Exod. 8.* ret populus in Aegypto; cui tamē reſpōdit Moyſes, abominatio-
nes Aegyptiorū immolabimus Deo noſtro? Quod ſi mactaueri-
*Si volumus huic ſeculo conformari, a deo expellimur.* mus ea quæ colūt Aegyptij, corā eis, lapidibus nos obruent. Sane
mactare debebāt quę Aegyptij colebant, & ita ipſis diſplicerēt:
Sic iuſtus ſi ſeculo ſe cōformet, diſplicebit Deo, & contra ſi Deo
placet, mūdo diſplicebit. Vtrūq; autē ſimul pręſtare nō poteſt: nā
palliū breue eſt, ait Iſa. Vtrūq; operire non poteſt. Quare mun- G
dum & omnia mundana ſpernamus, ſi quidem vana ſunt, iuxta
*Iſa. 28.* illud Iſa. leuate in cęlum oculos veſtros, & videte ſub terra deor-
*Iſa. 51.* ſum, quia cæli ſicut fumus liqueſcent, & terra ſicut veſtimentum
atteretur, & habitatores eius ſicut hęc interibunt: quaſi diceret,
quod in creaturis non confidamus.

*Hiere. 31.* Rebus mundanis ne tradamus nos, nec vitijs & concupiſcen-
tijs, ſed cōſiliū Hie. ſequamur cū ait, ſtatue tibi ſpeculā, pone tibi
*Simile.* amaritudines, dirige cor tuū in viā rectā in qua ambulaſti. Si igi-
tur in hāc ſpeculā cōſcēderis, omnia hæc tibi mūdana vileſcent,
ſicut ſi quis videat ex editiſsimo loco alias res, ipſi ſane perexi-
guæ vidētur. Iniquus ſane retributor eſt mundus, cui tu tantope H
*Gene. 31.* re ſeruis. Volebat quidem Iacob ſocerum ſuum Labā dimitte-
re quod pro tantis laboribus, eum inique compenſaret, daretq;
ei liam pro Rachele, & ſępe alijs modis ipſum deciperet, cum ta-
*Mundus iniquus retributor.* men ipſe fideliter ſeruiret, & tamē vix tandem id perficit: ſic nos
ſępe dicimus quod mūdum deſerere velimus, & tamen id nun-
quam præſtamus, cum tamen audiamus Oſeam dicentem non eſt
*Oſea 4.* veritas non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra: quin
potius in rebus mundanis hęremus, & res diuinas vt canis Ni-
*Eccle. 21.* lum attingimus, vnde Eccl. ait, in ore fatuorum, cor illorum
eſt, quaſi diceret ſtatim effundunt quid intus habeant ſicut iſti Iu
dæi ſtatim venenum cordis ſui effundebant. Ignominioſum pla-
ne



A ne nobis eſt quod tam diligenter prædium, vel vineam, vel crume
nam cuſtodiamus, & tamen cor ipſum ita habemus in propatu- *Diſsimile*
lo, vt ſtatim omni peruerſæ cogitationi exponatur tanquam pu-
blicum aliquod hoſpitium, & a nobis ſine cuſtodia derelinqua-
tur. Sane inter illa quæ dicit Salomon Deum odiſſe, vnum il-
lud eſt videlicet cor machinans cogitationes peſsimas. Quid au *Prouer. 6.*
tem peius poterant iſti machinari, quam quod apud ſe cogita-
rent, nunquid interficeret ſemetipſum Chriſtus? Satis erant de
mundo & mundani, qui tam impie & ſacrilege cogitarent.

B Quis quæſo ſibi firmitatem pollicetur in mundo perituro? ait
Seneca. Quis eſt adeo demens vt velit inuenire conſtantiam in *Sene. l. de*
parte eius, cuius totū exiſtit inconſtās, ruinæq; proximum? Cæte *cōſol. ad po*
rum maximum ſolatium eſt cogitare id ſibi accidiſſe, quod ante *lybiū c. 21*
ſe paſsi ſunt omnes, omneſq; paſſuri.

Sane is cui a rege caſtellum aliquod commiſſum eſt, vigilantiſsi *Similitu.*
mus eſt ad præcauēdas hoſtiū inſidias, ſecumq; diu, multūq; cogi
tat quid nā hoſtis machinetur, quid moliatur, quid etiā ſecū ra- *Dæmon*
tiocinari poſsit: ita plane faciēdū nobis eſt, vt ex tēplo notas ha- *multis nos*
beamus & præcogitatas omnes dęmonis inſidias atq; aſtutias, tū *machinis*
C præterea ita in rebus mūdanis verſemur, atq; diuitias & opes tra *impugnat*
ctemus, vt corde eis non adhæreamus. Vnde propheta dicebat,
diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere. Et Apoſto. inquit, reli- *Pſal. 61.*
quum eſt vt qui habent vxores, tanquam non habentes ſint: qui *1. Cor. 7.*
flent, tanquam non flentes; qui gaudent, tanquam nō gaudentes;
qui emunt, tanquā non poſsidētes: & qui vtuntur hoc mūdo tan- *Hæc tēporalia paruipendamus.*
quā nō vtantur, præterit enim figura huius mundi. Cogita ergo
quod quando dæmon bona tua inuadit & diſsipat, nō id tantum
agit, ſed multo magis vt animum tuum & conſciētiam inquietā
& turbulētā reddat. Tu igitur tanquā alter Iob fortiſsimus eſto, *Iob. 1.*
D & præpara animā tuā diligēter ad pugnā, cōtra dæmonē, mundū
& carnē. Sicut enim præclariſsimus dux ſolet ibi maiores adhibe *Simile.*
re vires, vbi videt partem ipſam debiliorē & infirmiorē: ſic etiā
tu facere debes, vt ſcilicet cōſciētiā tuā tāquā fortiſsimū quoddā
propugnaculum diligentiſsime cuſtodias. Vide enim quid dicat *Pſal. 142*
Propheta, in via hac qua ambulabam, abſconderunt ſuperbi
laqueum mihi: ſuperborum autem nomine dęmones intelli-
git, qui per ſuperbiam corruerunt. Hi ergo tanta arte laqueos,
ſuos abſcondunt, vt eorum nomine idem propheta dicat: narra *Pſal. 64.*
uerunt vt abſconderent laqueos, dixerunt, quis videbit eos?
Væ his qui inter tot laqueos & pericula verſantur, niſi aſsi-
due apud ſe voluerint & verſauerint meditationes ſanctas ita
tamen

tamen vt eas opere exequantur, vt enim aqua igni admota, ad E
*Simile.* natiuam protinus frigiditatem redit, ſi inde educatur: ſic nos pla
ne niſi igne charitatis, & ſanctis meditationibus aſsidue accen-
*Conſidera* damur, fiet profecto vt in peſtifera quadam tepiditate, vel etiam
*tiones ſan* frigiditate permaneamus, & in laqueos dæmonis, & mundi qui
*ctas medi* dem, & carnis incurramus. Vt enim cibo, animantis vita cõſerua-
*temur.* tur, quo deficiente deficit: ſic pia & ſancta meditatio, ſpiritualem
*Simile.* animæ vitam illibatam conſeruat, qua deficiente, periculum eſt
ne vita ipſa deficiat. Quod periculum regius vates ſe aliquando
*Pſal. 102.* ſenſiſſe teſtatur, cum ait, aruit cor meum, quia oblitus ſum come F
dere panem meum. Conſtat enim nequaquam illum hoc in loco
de corporeo pane locutum fuiſſe. Quo argumento facile eſt in-
*Conſidera* telligere in quanto ſalutis diſcrimine verſentur hi qui in terra
*tionibus* obliuionis vitam agunt, hoc eſt qui nullam diuinarum rerum me
*ſanctis ali* moriam retinent, qui neq; incertã mortis conditionem, neq; fu
*tur & ſu-* turum iudicium, neq; gehennæ ſupplicia, neq; cæleſtis vitæ gau-
*ſtentatur* dia vllo vnquam tempore ad vitam reuocant: nec cogitatione
*vita ſpiri* quidem attingere volunt quæ Dei filius pro illorum ſalute, in
*tualis.* corpore ſuo pati dignatus eſt, ſed potius omnem curam collocãt
in rebus caducis & mundanis. Hoc certe non hominum, ſed fera
rum eſt, ac ne ferarum quidem, quæ altoribus & nutritoribus ſuis G
gratę ſunt.

## *APPENDIX.*

EGO *vado.* O felicem illum qui cum hilaritate ad mortem tẽ-
dit & paratus eſt cum iucunditate hinc emigrare, cum a deo
vocabitur: & illum infelicem, qui per vim quaſi ad mortem rapi
*Pſal. 141* tur. Vnde Pſalmis. aiebat, educ de carcere animam meam. No-
*Rom. 7.* ſtra quidem ſenſualitas nos illectat & retinet. Vnde Rom. 7. vi-
deo aliam legem in membris meis, repugnantẽ legi mentis meæ. H
Item infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hu
*Virtutis* ius? gratia Dei per Ieſum Chriſtum. Magnus etiam eſt carcer, cõ
*& vitij* tradictio ipſa virtutis & vitij, gulæ & ieiunij, pręſumptionis &
*pugnãtia.* humilitatis, iræ & patientię, at vero illud nos maxime ſolari de-
bet, quod in morte iſtæ omnes contradictiones ſint diſſoluendæ.
*Iob. 38.* De mari quidem dicit Deus apud Iob, circundedi illud terminis
*Nolimus* meis, & dixi, vſq; huc venies, & hic confringes tumentes fluctus
*radices in* tuos: ſic igitur his tandem finem adferet Deus; nolimus igitur in
*hoc mũdo* hoc mundo radices propagare, vt poſsimus tandem dicere, ego
*ꝓpagare.* vado.



A *Ego vado, & quæretis me.* Quæramus modo Deum & eius vias ſe
quamur, atq; hoc pacto ipſum inueniemus: ne amittamus tãtam *Prouer. I.*
opportunitatem & occaſionẽ. Audiamus quid dicatur Pro. I. in *Modo quæ*
uocabunt me, & non exaudiam, mane conſurgent, & non inue- *ramus*
nient me, eo quod exoſam habuerint diſciplinam: vbi ſignificatur *deũ dũ tẽ*
quanta cum difficultate & reſiſtentia Dei voces audiat impius, *pus datur*
& propter ſuam duritiam non exaudiatur.
*In peccato veſtro moriemini.* Hæc maxima miſeria inter omnes *Præclare*
quæ poſſunt homini contingere, eſt: ſiquidem ſtatus noſter tunc *viuamus,*
determinatur in morte, cum bene vel male morimur. Quamobrẽ *ſi bene mo*
B ſedulo nitamur, vt præclare vitam traducamus, ſi volumus bene *ri cupim.*
ac feliciter mori.

# FERIA. II. POST II. DOMINI. QVADRAG.

## CONCIO QVARTA.

*Fides operibus aſſocietur.*

EGO *vado, & quæretis me, & in peccato veſtro moriemini.*
C Ioan. 8. inter alia quæ Chriſtus in hoc Euang. dicit Iu
dæis illud vnum fuit, videlicet, niſi credideritis, quia *Multis*
ego ſum, moriemini in peccato veſtro. Vnde ſatis con *obligamur*
ſtat quam modicam, vel potius nullam haberent fidẽ, *nominibus*
& propterea non mirum eſt, ſi in tantã deueniſſent demẽtiam, vt *qui Chri-*
impios proferrent ſermones. At vero de nobis longe mirabi- *ſti fidẽ pro*
lius eſt quod ita paſsim tot peccata committamus, quos Deus *fitemur.*
fidei munere & luce donauit, & qui paſsim nos iactamus quod
pro fide moriemur. Quid quæſo tibi proderit fides o peccator,
D qui Dei tui legem ſeruare non vis, nec fidem aſſociare vis ſan-
ctis & pijs operibus? Columnæ quidem illæ ignis & nubis dirige *Exod. 13.*
bant populum ad terram promiſsionis, at vero vt eam obtine-
rent, viribus opus erat & armis, vt intelligamus quod operibus
nobis opus eſt, ſi volumus in cælum ingredi. Fides quidem quã
hic tenere debemus, initium quoddam eſt & inchoatio æternæ
illius vitę, vt dicunt ſancti doctores. Vnde Apoſ. dicit, quod iu- *Rom. I.*
ſtus ex fide viuit. Sunt quidem aliqui, quibus iam videtur quod
ſalui ſint, quod fidem tantum habeant: at vero regius vates ait,
quod innocens manibus, & mundo corde, qui non accepit in va
no animam ſuam, ingredietur in cælum. Vide quęſo quo- *Pſal. 14.*
modo eum obliget ſanctis operibus præſtandis. Item Apoſ. ait,

 obſecro

obſecro vos fratres per miſericordiam Dei, vt exhibeatis corpora veſtra, hoſtiam viuentem, ſanctam, deo placentem. Et rurſus poſt multa alia inquit, odientes malum, adhærentes bono. Vnde ſatis conſtat, quod bonis operibus opus ſit, vt in cælum ingrediamur.

*Rom. 12.*

*Aliqui tã tũ dicunt verbo ꝙ credũt & tamẽ operibus idnõ oſtendunt*

Multi quidem ſunt qui dicunt ſe firmiter in Deum credere, & tamen operibus contra dicunt, nec diuinam maieſtatem reuerentur vt par eſt, nec ante mentis oculos ſibi proponunt eius mirabilia. Nam certe ſi eam reuererentur, & eius mirabilia contẽplarentur, ſtatim ſeſe ipſis offerret tãta varietas creaturarũ, quas Deus produxit, in quibus eius omnipotentiã maxime ſuſpicerent & admirarẽtur. Refert ſane Cicero, quod tyrannus quidã ſiculus Hieron, interrogauit Simonidem quẽdam inter Græcos ſapientiſſimũ, quid nã eſſet Deus: a quo petiuit ſibi Simonides triduum ad reſpondendũ: quo exacto, rurſus ſibi triginta dies poſtulauit, finito autẽ hoc tẽpore, iterum ſexaginta ſibi concedi requiſiuit, atq; ita indies procraſtinabat. Iratus autem Hieron dixit quorſum ipſum irrideret, & tali arte deluderet? Cui philoſohus, non ego inquit id facio vt tibi illudam, ſed quod tam infinitam eſſe videam ad reſpondẽdum propoſitam materiam, vt quid dicam ignorem, & vel ſi Neſtoreos vixero annos. Huc etiam alluſiſſe videtur Pythagor. dicens, quod de Deo loqui ſine Deo non poſſet: innuens in hoc, de re tam eximia, abſq; peculiari ſuo auxilio & numine, agi non poſſe.

*Cice. 1. de na. deo.*
*Simoni.*
*Pythag.*

*Damaſ. l. 1. de Ortho. fi. c. 9*
*Diony. li. 3. de cæle. Hierar.*
*Similia.*

Porro in ſole tanquam in ſplendida aliqua creatura vt dicũt Damaſc. & Diony. maxime relucet diuina maieſtas: etenim ſol luce ſua omnia perluſtrat & viſitat: itẽ æternitas Dei ibi relucet, cum per tot ſecula illuminet orbem, & non imminuatur, ſed in ſuo vigore permaneat. Et ſicut ſol generat ex ſe radium, ita pater generat filium: & ſicut ſol producendo radium, non eſt prior radio, ſi ita pater producendo filium, non eſt prior filio. Et ſicut ſol ſemper generat radium, ſemperq; radius eſt genitus, ſimiliter filius à patre eſt genitus, filium ſemper pater generat. Et ſicut ſol nunquam à radio ſeparatur, ſic nec a patre filius: & ſicut a ſole & radio producitur calor: ſic à patre & filio procedit ſpirit⁹ ſanct⁹. Cęterum impoſſibile eſt ait Diony. lucere nobis hunc diuinum radium, niſi fides nos erudiat, & protegat velo ſuo. De quo velo loquens Pau. ait, nunc videmus per ſpeculum & in ænigmate. Nã ſicut cum caligant oculi noſtri, conſpicilijs quibuſdam vti ſolemus, vt videamus, & præſertim ſi aliquid lecturi ſimus: ſic vtique ſacræ literæ admirabilibus plenæ ſunt myſterijs, ac propterea

*D. Dyon.*
*1. Cor. 13.*



A rea cum oculi noſtri caligent, fidei conſpicilijs nobis opus eſt. Sunt porro aliqua conſpicilia, quæ res aliter quam ſint, faciunt apparere, qualibus conſpicilijs vtuntur hæretici, & propterea tantas blaſphemias proferunt contra fidem. At vero nos conſpicilijs fidei vtentes, non ita res videmus, ſed vt certiſſime ſe habent: & propterea hoc pacto diuinas litteras legere debemus, & non errabimus ſicut hi Phariſęi, quos hodie Chriſtus reprehendit, ſed potius in diuinæ maieſtatis & omnipotentię contemplatione laudabiliter occupabimur.

*Simile.*
*Ad diuinas literas vti debemus fidei conſpicilijs.*

B Videtur quibuſdam ſeuerum nimis eſſe, quod ita abſque rationibus, rebus fidei aſſentiamur: quibus reſpondemus quod magis aſſentiri debemus Deo reuelanti, quam huiuſmundi naturalibus rationibus. Si enim quibuſdam hominibus magnæ in primis autoritatis, ad ſimplex eorum verbum ſtatim aſſentimur, cur non potius ſtatim Dei verbo obediemus? Vide obſecro quantum in ſcholis fiat gẽtilis Ariſto. autoritas in rebus naturalibus, vt in maximas anguſtias cenſeatur is deueniſſe, qui eam negauerit: quanto ergo pluris diuina autoritas facienda eſt? Atq; hoc quidem argumento vſus videtur Ioã. in prima Canoni. cum ait,
C ſi teſtimonium hominum accipimus, teſtimonium Dei maius eſt. Si Pythagorici diſcipuli ſtatim acquieſcebant, cum ſibi diceretur in diſputationibus, ipſe, ſcilicet Pythagoras, dixit, quanto magis nos Chriſti diſcipuli, acquieſcere debemus quod Eccleſia nobis dicat, has veritates eſſe a deo reuelatas? prius ergo credere debemus, quam intelligere, iuxta illud Iſa. niſi credideritis, non intelligetis: hac igitur ſancta ſimplicitate ad res fidei accedere debemus, ſicut diſcipuli Pythagoræ primis ſeptem annis credere debebant, non inquirendo rationes & modos cur hæc ita ſe haberent. Et certe lumine etiam naturali intelligimus eſſe Deũ, quin & Pythagoras in hoc videtur Ariſtoteli & Platoni pręferendus,
D quod diceret vnum eſſe Deum dumtaxat: & propterea fuit in exilium miſſus, ſicut D. Hier. ſcribit ad Paulinum. Et D. Auguſt. ait lib. 8. de ciui. Dei, quod Socrates fuerit accuſatus, quod aſſereret vnum dumtaxat eſſe Deum, bonum & verum, & capite fuit punitus. Idem etiã ferunt de Anaxagora.

*Quæ ſunt fidei, reuelata ſunt a deo, & propterea maxime credibilia*
*1. Ioan. 5.*
*Pythag.*
*Iſa. 7.*
*Exẽplũ Pythag.*
*Hiero. ad Pauli.*
*Aug. li. 8. de ciu. dei*
*Socratis.*
*Anaxag.*

Cæterum prius in hac vita credere debemus, vt poſſimus in alia videre: ſi quidem fides, vt ait Apo. eſt ſubſtantia ſperãdarũ rerũ. Vnde vbi nos legimus in Iſa. ſi nõ credideritis, non permanebitis, legũt 70. Si non credideritis, non intelligetis], & ita legit Augu. ſane cũ Iacob ſeruiuit pro Rachel ſeptem annis, & poſtea data ſibi fuit Lia, cum ipſe Iacob maxime propterea ſucceſe-

*Hebr. 11.*
*Iſa. 7.*
*70. inter.*

cenſeret, dixit ei Laban: non eſt conſuetudo in loco noſtro, vt
minores ante tradamus ad nuptias. Porro alteram iſtarum, vide
licet liam dicit ſcriptura fuiſſe lippis oculis, alteram vero pul-
cherrimam, fuit tamen lia fęcunda, & hæc potius ſterilis videba
tur. Sic igitur duas filias habet Deus, nempe militantem Eccle-
ſiã, & triũphantẽ, hæc quidem figuratur per Rachelẽ, quæ eſt pul
cherrima, cum videat Deũ facie ad faciẽ, eſt tamen ſterilis, cũ ibi
non ſit merendi ſtatus: per liam vero lippis oculis præditam, in
telligitur hæc militans Eccleſia, quæ non videt, ſed credit, eſt
tamen fęcunda, cum in ea mereri poſſimus. Prius ergo debemus
liam vxorem ducere, id eſt hic prius credere debemus, & per fi-
dem & bona opera viuere, vt tandem Rachele potiamur, id eſt
beatitudine ſempiterna.

*D. Augu. figu. Gen. 29. Eccleſia militãs & triumphans:*

*Per fidem hac cæleſtia cõtemplamur.*

*Crux Chriſti maxima digna eſt reuerentia.*

*Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoſcetis quia ego ſum,* Idẽ
ſane medium, quo vſi ſunt Iudæi ad extirpandam Chriſti
memoriam de cordibus hominum, accepit Deus ad perpe
tuandam in ſecula ſeculorum ſui memoriam in hominibus. Iu-
dęi quidem dicebant, vt refert Hier. mittamus lignum in panẽ
eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non
memoretur amplius. Sane Chriſti panis eſt doctrina, qua homi-
nes cibauit: mittamus inquiunt, lignum crucis in eius doctrinã,
eũ crucifigamus, vt eius doctrina vna cũ memoria pereat. Sed ta-
mẽ cõtrario modo euenit, nã ſua morte, multo magis doctrinã
roborauit, & magis homines ad ſe allexit, quod videtur ſignificaſ
ſe Chriſtus cũ ait in hodierno euange. cũ exaltaueritis filium ho-
minis &c. Et quod alibi ait, cum exaltatus fuero a terra, omnia
traham ad me ipſum. Tũ etiã cum dicitur, mittamus lignum in
panẽ eius, in Chriſtũ poſſumus intelligere, qui eſt panis viuus, id
eſt crucifigamus Chriſtũ. Cũ igitur tãtũ nobis bonum ex Chriſti
cruce prouenerit, merito eam venerari debemus, cum per hanc
aperti ſint nobis cęli, & victus fuerit dæmon. Cumq; hebræi intã
ta veneratione haberent gladium Goliath propterea quod eius
beneficio tam præclarum & memorabile facinus patratum fuit
multo ſane iuſtius eſt, vt ſanctiſſimam Crucem veneremur, cum
per eã redempti ſimus, & in Dei cognitionem deuenerimus.

*Vide quomodo mũdanorum machinas diſturbet Deus.*

*Hiere. 11.*

*Chriſtus morte ſua doctrinã cõfirmauit*

*Ioann. 12.*

*Ioann. 6.*

*1. Reg. 17*

*Crux Chriſti quanta veneratione colẽda.*

Porro quod Chriſtus dicat, cũ exaltaueritis filium hominis, ni-
hil aliud ſibi vult quam dicere, cum me cruci affixeritis. Et certe
antiquitus etiam Crux in maxima veneratione habita eſt.
Arabes



Arabes enim qui maximi erant Aſtrologi: inter alias figuras, ma
A xime venerabantur Crucis figuram, vt ſcribit Marci. Fiſcin. Tum
præterea hæc figura magna in veneratione habita eſt ab antiquis
Aegyptijs, ſi quidem ex longa experientia compererant, ea quæ
ab hac figura deſignabantur, ita reuera accidere: vnde & in pe-
ctore ſerapidis idoli ſui, hoc ſignum collocabant, vt ſimul cum
Deo ſuo adoraretur, ita narrat Ruffinus, vt ſcribit Petrus Ere-
mita. Quod fuit tãquam figura quædam magnæ reuerẽtiæ, Chri
ſti cruci exhibendæ. Cæterum obſeruandum eſt quod cantat Ec-
cleſia ex Dauide regnauit a ligno Deus, & tamen Pſal. 92. ſolum
B ait Dauid dominus regnauit, exultet terra. Vnde Hug. Cartu. &
alij legunt, dominus regnauit a ligno; & ita dicit Tertul. Am-
broſi. in epiſ. 1. ad Corin. & Auguſt. ſuper Pſalm. 96. & Iuſti.
martyr in Dialo. contra Tripho. quod illud verbum a ligno,
expunxerint de ſacris Biblijs pertinaces Rabbini. Vnde Eccleſia
cantat, „impleta ſunt quæ concinit Dauid fidelis carmine, dicen-
do in nationibus, „regnauit a ligno Deus. Cruce igitur Iudæi
debellati ſunt, quam tamen ipſi ſibi acceperant ad delendam,
Chriſti memoriam, & penitus extinguendam. Annon vides no-
C uum prælij genus? non vides nouas & poſt hominum memoriã
inauditas machinas, quibus Deus pugnat? olim Debora & Ba-
rach canebant victoriam, quam reportauit Iael, cum tyran-
num illum ſiſaram clauo transfixit. Nouum etiam victoriæ
genus fuit, muros Hierico ad tubæ ſonum demoliri, qui ſtatim
corruerunt. Nouum etiam præliandi genus fuit, quod Moyſes
tanta, ſola virga patraret mirabilia, tum intra Aegyptum, tum
etiam, extra, terra, mariq;. Quod etiam Samſon ſola aſini
mandibula, tam innumerabiles Philiſtæos interficeret. Et quod
D Iudith ita de Holopherne triumpharet. Sed maximus vtique
omnium triumphus fuit, quod per lignum Crucis portas tarta
reas Chriſtus confregerit, mortem deuicerit, & dæmonem qui in
mundo regnabat, proſtrauerit, pendens in Cruce.

*Marſi. Fi. li. de tripli. vi.*

*Ruffinus.*

*Petrus Eremi. l. 2. Eccleſ. hiſ. & li. 8. de honeſta diſcip.*

*Hug. car.*

*Tertul. l. 3. aduerſus Mar.*

*Ambro.*

*Auguſt.*

*Iuſti. martyr.*

*Crucis armis debellantur Iudæi.*

*Iudicũ. 5.*

*Iudic. 4.*

*Ioſue. 6.*

*Exod. 7. &c.*

*Iudic. 15.*

*Iudith 13*

Porro refert Cypria. in ſer. de Reſur. & Epipha. lib. 2. hęre,
ca. vlti. & Aug. ſerm. 17. de immolatione Iſaac, & D. Hierony.
& Chry. hom. 83. in Ioan. 19. quod fuerit crux poſita ſupra ſe-
pulchrum Adam, & quod propterea ille dicatur Caluarię lo-
cus, quod ibi eſſet caput generis humani, vt vnde mors, orie-
batur, inde vita reſurgeret. Chriſtus autem ſacratiſſimo conta-
ctu ſuo maximam virtutem cruci dedit, adeo vt mirabilia mul-
ta ſancti doctores de ea prædicent. Vnde Cyrillus ait, eſt qui-
dem Crux ſanctiſſima, qua Angelus Domini ſignauit ſeruos

*Cyprian.*

*Epipha.*

*Auguſti.*

*Hierony.*

*Chry.*

*Cyril in Ioan. lib. 8. ca. 17.*

*Apo. 7.*



Dei

Dei in frontibus eorum, ne inferretur illis exilium aut pernicies. E
*3. Reg.* 17 Porro duo ligna colligens mulier ſareptana, prophetam Domi
*4. Reg. 6.* ni ſuſcipit, atque ſine olei, farinæque diminutione aliquandiu
vixit. Sic Cruce inſignita mens, cæleſti alimonia, & ſpiritus
ſancti gratia, affatim paſcitur. ferrum quidem fundo aquæ
immerſum, Eliſæus immiſſo ligno, ad ſupremam aquæ partem
*Geneſ.* 2. natans eduxit. Sic nos ad ima barathri depreſſos, Crux ſancta
ſubuehit ad aſtra. Hęc eſt lignum illud vitę, quod in medio pa-
*Geneſ.* 7. radiſi plantatum eſſe ſcriptura ſacra commemorat, quoniam ab
ipſa, viuifica nobis & vitalis medicina proceſsit. Hæc eſt arca F
*Gene.* 28. Noe, per quam ſaluamur a diluuio inundantis aquę vitiorum,
& incolumes ſeruamur. Hęc eſt ſcala Iacob à terra in cœlum
*Geneſ.* 22 porrecta, cui dominus innixus eſt, per quam nobis cęleſtia re-
gna conſcendere datur. Hęc deſignata fuit per ligna quæ hume-
*Exod.* 14 ris ſuis tulit Iſaac, cum immolandus erat in holocauſtum nam
Chriſti humeris crux baiulata, totius mundi in ſe tulit pretium.
*Exo.* 17, Hæc eſt virga illa Moſaica, quę mare rubrum percutiens, diuiſit
aquas, & traducto Dei populo, regem Aegypti cũ vniuerſo eius
*Num.* 20 exercitu ſubmerſit. Hęc eadem bis ſilicem percutiens, aquam
largo fluxu eduxit. Ipſa item lignum eſt, quod fluuio Marath G
*Exod.* 17. immerſum, amaritudinem aquę indulcedinem conuertit. Ip-
ſius figuram atq; formam, manibus extenſis referens Moyſes,
*Num.* 21 ſuperbum Amalech, pugnam cientem, atq; in populum Dei du-
ctantem exercitum, oratione ad Deum facta vicit, denique ipſa
lignum eſt, quo in deſerto ſuſpenſus ſerpens æneus, omnibus
ipſum conſpicientibus, ſanitatem à morſu ſerpentum reddidit.
Nam quiſquis oculos animi in Chriſtum Crucifixum conuerte-
*Hiero. li.* rit, ab omni vulnere peccati illico curabitur: Crux Chriſti, ait
*2. in epiſ.* Hieron: non ſolum nobis, ſed & angelis cunctis qui in cęlo ſunt
*ad Ephe.* virtutibus profuit, & aperuit ſacramentum quod ante neſcie- H
*ca. 3.* bant: Per medium quidem ſanctiſsimę Crucis, ait Damaſ: multa
*Damaſ. l.* nobis & præclara beneficia collata ſunt: mors etenim noſtra de
*4. Ortho.* ſtructa eſt, reſurrectio nobis collata eſt, infernus ipſe ſpoliatus,
*Fi. ca.* 12. aditus patuit ad regnum cęlorum, natura noſtra exaltata eſt: Tũ
etiam Chriſtum induimus: nam vt ait Pau: Quicumque in Chri
*Roma, 6.* ſto baptizati ſumus, in morte ipſius baptizati ſumus: Virtus qui-
dem Dei eſt verbum Crucis, & victoria contra mortem, per ip-
ſam nobis manifeſtata eſt:

*Doctrinam communem ſanctorum ſequamur.*

*A me ipſo facio nihil, ſed ſicut docuit me pater, hæc loquor:* Si Chriſtus
vſq;



A vſq; adeo ſe conformabat doctrinę patris, cum ipſe eſſet ęterna
ſapientia, cur nos pleni ignorantia, a ſanctorum communi doctri *Hæreſes*
na deuiabimus? Sane quod homines proprię ſententię adhęreãt, *multæ pul*
& nolint communem patrum doctrinam ſequi, inde fit, vt in tam *lula nt,*
craſſos prolabantur errores Beati, ait Dauid, qui ſcrutantur teſti *ideo quod*
monia eius, in toto corde exquirunt eum. Aliqui quidem acce- *non ſeque*
dunt petituri quid faciãt ad ſalutem conſequendam, & tamen ſę *rẽtur com*
pe magis id faciunt vt poſsint expiſcari curioſitatem aliquam. *muñẽ ſan*
Quibus certe nil melius reſponderi poteſt, quã quod dixit Chri- *ctorũ, pa-*
B ſtus, in lege quid ſcriptum eſt? Quomodo legis? Quid in ſancto *trum do-*
baptiſmate promiſiſti? Certe in difficultatibus nobis occurrenti *ctrinam.*
bus, ſtatim ad ſacram ſcripturam confugere debemus: nam vt ait *Pſal.* 118.
Apoſ. omnis ſcriptura diuinitus inſpirata, vtilis eſt ad docẽdum *Luc.* 10.
arguendum, ad corripiendum, ad erudiendum in iuſtitia, vt perfe *2. Tim.* 3.
ctus ſit homo Dei ad omne opus bonum inſtructus. Hinc etiam *2. Pet.* 1.
Petrus ait, non enim indoctas fabulas ſecuti, notam fecimus vo-
bis, domini noſtri Ieſu Chriſti virtutem & præſcientiam, ſed ſpe-
culatores facti illius magnitudinis &c. Porro quod homines non
accedant ad tam præclara fundamenta, videlicet ad ſacras lite-
C ras, & ſancta Concilia, atque doctores ſanctos, pullularunt tot er
rores & hæreſes in Eccleſia, & videmur iam perueniſſe ad illud tẽ
pus de quo Hie. ait ſecundum numerum ciuitatum tuarum, erant *Hiere.* 2.
dij tui Iuda. Sic enim videmus quod quæq; ciuitas hæreticorum
ſuam habeant ſectam, imo & fere vna quæq; domus. Quæ nam *Hæretici*
obſecro cauſa eſt tantæ ſtultitiæ? Sane ea eſt, quod verum polum *polũ fidei*
fidei amiſerint, & veras nauigandi regulas ſanctorum patrum, & *amiſerũt,*
ita toto errant cælo. Et quamuis omnes mali ſint in tenebris, ta- *& ideo in*
men hæretici præſertim, illi enim mali Chriſtiani remorſum ali- *tantas de*
quem habent conſcientiæ, hæretici vero palam errores ſuos pro *ueniũt in*
fitentur & docẽt, torquẽtq; ſacras literas ad ſuos deprauatos ſen *ſanias.*
D ſus. Porro quod quis nõ ſequatur Eccleſiæ ſenſum & ſanctorum *Hæretici*
doctorũ, inde fit hæreticus. Non enim primũ peccatũ quod tales cõ- *cõtorquẽt*
mittunt eſt ipſa hęreſis, ſed quodãmodo in pœnam videtur eis in *ſẽſum lit:*
fligi. Vnde Iſa: ait, repleta eſt terra eius argento & auro, & non *ſacrarũ:*
eſt finis theſaurorum eius: quaſi dicat, pleni ſunt vitijs & iniquita *Iſa.* 2.
tibus, & addit, & repleta eſt terra eius idolis quaſi dicat, & inde *Per vitia*
facti ſunt idolatrę. Cũ ergo mundus tantopere ſectetur vitia, & *paulatim*
carnis delectationes, inde fit vt multi in hęreſes labantur: Cõmo *veniũt ho*
da autem quę ex eo conſequuntur, quod quis à Chriſti doctrina *mines ad*
nec latum quidem vnguem diuertat, ſignificauit Apoſ. dicẽs, fa- *hæreſim.*
ctus eſt omnibus obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis ęternæ. *Hebr.* 5.

Quod dixerit Chriſtus, *ſicut docuit me pater, hæc loquor.* Significa E
*Veritas* re voluit puritatem ſuæ doctrinæ, & quam parum indigeret hu
*euangeli-* mano fuco. Sane multi vt multa ſepe perſuadeant mendacia,
*ca non in-* vtuntur fucata oratione & compta, ſicut deformis mulier fu-
*diget hu-* co vtitur vt pulchra appareat. Non ita vero ſanctum Euange-
*mano fuco* lium ſe habet, ſed ſimplicibus verbis & ſimplici veritate gau-
*Simile.* det. At vero aliquos videas hoc noſtro tempore concionato-
*Simile.* res, qui multo magis ſtudent fucatę & artificioſæ orationi,
*Hiere. 48* quam ſanctæ perſuaſioni: tales vtique ſimiles illis videntur
qui cum debeant vrbem aliquam expugnare, pro globis fer-
reis, flores immittunt atque intorquent. De quibus per F
Hierem. dicitur, date florem Moab, quia florens egredie-
tur. Quod perironiam dicitur. Et addit, Maledictus qui facit
opus Domini fraudulenter, & maledictus qui prohibet gla-
dium ſuum a ſanguine. Cæterum opus Domini per antonoma-
*1. Cor. 1.* ſiam eſt ſalus animarum. Noluit Chriſtus eligere ad prædi-
cationem Euangelij, eos qui affectatam haberent eloquen-
tiam, vt intelligeremus victoriam diuinę potentiæ potius
aſcribendam, quam humanæ eloquentiæ.

*1. Reg. 17* Nam vt intelligeretur quod Dauid in nomine potius Do-
mini viciſſet gigantem, noluit vt Saulis arma geſtaret, ne G
hæc victoria armis tribueretur terrenis; ſed acceſsit Dauid
infunda & lapidibus quaſi contra canem aliquem, qua dere
*Oſtendit* & gigas magnaſe ſenſit ignominia affectum. Non certe con-
*Deus po-* fidebat Dauid in mundanis armis, nec in ſuis viribus, ſed in
*tentiã ſuã* Domino Deo exercituum, ſicut & ipſe dixit ante ſingulare cer
*confundẽs* tamen. Sic ergo concionator in Domini virtute potius con-
*debilibus* fidere debet, quã in humana eloquentia: dicatque Domino, Tu
*fortia.* Domine, qui hominum corda in manu habes, linguam meam
*Prædica-* dirigito ad gloriam tuam, & horum conuerſionem, ſiquidem H
*tor quid* cauſa tua agitur: aliter enim in vanum laboraret conciona-
*debeat a* tor, & aerem verberaret. Vnde Apoſ. dicebat, ſic pugno non
*Domino* quaſi aerem verberans, ſic curro, non quaſi in incertum. Sa-
*poſtulare.* tis nouerat beatus Iob quantum diuina ope egeremus, cum di-
*1. Cor. 9.* cit, quis poteſt facere mundum, de immundo conceptum ſe mi-
*Iob. 14.* ne? Non ne tu domine? Volens quidem Deus terram expiare ab
iniquitatibus eius, ait, rupti ſunt omnes fontes abyſsi, & ca-
taractæ cæli apertæ ſunt: itaque cæleſtibus, terreſtribuſque
*Geneſ. 7.* aquis, facta eſt purificatio. Sic igitur ad purificandas animas,
cæleſti fauore opus eſt.

Quod



A Quod probe agnoſcens ſanctus vates, dicebat, ſpiritu principali
confirma me; ita enim docebo iniquos vias tuas, & impij ad te *Pſal. 50.*
conuertentur. In vanum ſane laborat agricola cum vult triticum *Simile.*
in area ventilare, niſi ventus adſit: ſic etiam cõcionator fruſtra ſe *Prædica-*
torquere videtur, niſi ventus adſit Spiritus ſancti, ſiquidem aliter *tor ſe Deo*
granum à palea diſcutere non poterit, id eſt peccatum à peccato *diligenter*
re, & idcirco à Deo humiliter ſibi auxilium implorare debet. Sa *cõmendet*
ne Apoſt. etſi tam eximius eſſet prædicator, ſe tamen precibus au *vt fructũ*
dientium commendabat, dicens, orantes omni tempore in ſpiri- *referat.*
tu pro me, vt detur mihi ſermo in apertione oris mei, cum fidu- *Ephe. 6.*
B cia notum facere myſterium Euangelij, ita vt in ipſo audeam, pro
vt oportet me loqui. Si igitur Paulus tã ſanctus & tam eximius
prædicator hoc præſtabat, multo ſane magis id tu pręſtare debes.

porro ſæpe fit vt concionator munus ſuum corrigendi adim-
plere recuſet, propterea quod exiſtimet iam fere neminem eſſe *Simile.*
qui velit ſibi veritatem dici. nam certe mel quamuis dulce, tamẽ *Iſa. 54.*
infirmorum vulnera mordicat: ſic mali infeſtantur veritatem au *Malorũ*
diendo, etſi natura ſua dulcis ſit veritas atq; ſuauis: De quibus *auditorũ*
Iſa: ait, filij mendaces, filij nolentes audire Dei legem, qui dicunt *cõditiones*
C videntibus, ideſt prædicatoribus, nolite videre: loquimini nobis
placentia. Sic ergo propterea aliqui concionatores adulantur ip-
ſis & veritatem annuntiare nolunt, de quibus conqueritur Deus *Hiere. 5.*
per Hiere. dicens, Stupor & mirabilia facta ſunt in terra: Pro-
phetæ prophetabant mendacium, & ſacerdotes applaudebant *Simile,*
manibus, & populus dilexit talia. Mali quidem audire nolunt *Auditores*
quod eos pungat, ſed tamen gaudent quod concionator cæte- *mali cupi*
ros reprehendat: omnia volunt plauſibilia audire. Si ſecularis au *unt aliorũ*
diat quod concionator reprehendat clericos, plurimum gaudet: *repreben-*
ſi diuites reprehendat, plurimum gaudet pauper: ſi pauperes, læ- *ſiones a cõ*
D tatur diues: ſi viduas, gaudet nupta: ſi ſeruos, lætantur domini. *cionatore*
Quare omnes reprehendat concionator, tam mira arte, vt om- *non ſuas.*
nes intelligant propter ſe ſingulos eam exhiberi reprehẽſionem;
& nullus ſcandalizetur.

## APPENDIX.

VOS *de mundo hoc eſtis.* ô nos infelices, qui cum Deus multa præ
clara in hoc mundo effecerit, vt ex harum rerum conſidera-
tione, ad Dei cognitionem aſſurgeremus: nos tamen ita creatu- *Rom. 1.*
ris adhæremus, vt earum creatorem obliuiſcamur. An non hæc
dementia eſſe videretur, quod amicus aliquis tanquam pignus

 quod-

*Simile.* *Mundani cæleſtia obliuiſcuntur.*

dam amoris, & in memoriam eius, mihi daret pretioſam gemmam, & ego tantopere gemmam ſuſpicerem, vt amici penitus obliuiſcerer? Sic vtiq; faciunt mundani; qui obliuiſcentes cæleſtia, tantum mundanis adhæreſcunt, & ideo his dicitur, vos de mundo hoc eſtis. E

*Plato.* *Propter tria deſeret aliquis ciuitatem iuxta Platonem.*

*Vos de mundo eſtis.* propter tria dicebat Plato, poſſe hominem ciuitatem ſuam relinquere: primo quidem ſi incõmodum quod naſcitur ex habitatione, maius eſt quam commodum: ſecundo, ſi mali plures ſint quam boni: tertio & vltimo, ſi princeps ſit tyrannus, & magnã minatur ruinam. Hæc ſane omnia reperiuntur in mundo, & ideo vt ait Iſa. recedite, recedite, ne participes ſitis. F

*Iſa. 51.* *Simile.* *Iſa. 60.*

*Ego non ſum de hoc mundo.* Boni quidem ſunt inſtar ſolis, nam etſi radij ſolis terram attingant, ipſe tamen in cælo manet. Sic Iſa. ait de bonis: Qui ſunt iſti qui vt nubes volant? Item dicunt ipſi quod conuerſatio eorũ in cælis eſt. Sunt etiam inſtar rotæ, quę tãtum in pũcto terram attingit, quantum ſatis eſt ad mobilitatem.

*Mat. 25.* *Iob. 21. & 22.*

*Tu quis es?* Poterat quidem eis reſpondere ſe id dicturum in vltimo iudicio, cum diceret, Ite maledicti, &c. quia eum modo ignorare volebant. Sic & nobis idipſum reſpondere poteſt, quoniam dum viuimus, eum cognoſcere nolumus, & tunc maximas ſentiemus moleſtias: Vide Iob 21. & 22. G

## FERIA III. POST II. DOMIN. QVADRAG. CONCIO PRIMA.

*Viros eccleſiaſticos honorem.*

SVPER *Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ.* Mat. 23. Voluiſſet quidem Chriſtus inuenire in ſcribis & phariſæis virtutes aliquas quas laudaret, & ex conſequenti commendaret etiam eorum doctrinã, vt omni veneratione coleretur in pretio. Verũ quia nullam omnino virtutem reperit in eis, ab omni bono prorſus alienis, id laudandum aſſumpſit, quod præſtantius inuenit, nempe prædicationem vt videlicet omnem adhiberent fidem his quæ ad prædicationem ſpectarent, & in memoriam reuocarent, ipſum Moyſem omni obſeruantia digniſsimum, cui iſti ſuccedebant. Vnde dicit, Super Cathedram Moyſi, &c. H

*Prædicatores venere mur qui ſunt loco Chriſti.*

*Sacerdos malus videtur ignominiã inferre digni tati ſuæ.*

Qui bene ſederit ſuper cathedram, honorẽ accipit ab illa, qui male ſederit, iniuriam facit cathedræ, ideoq; malus ſacerdos de ſacerdotio ſuo crimen acquirit: non dignitatem. In iudicio enim ſedens, ſiquidẽ bene & probe vixeris, & bene docueris, omnium iudex es, ſi autem bene docueris, & male & improbe vixeris, tui ſolius condemnator es: nam bene viuendo, & bene docendo populum





*Gre. in 1. Reg. li. 6. c. 2.*

A pulum inſtruis quomodo debeat viuere: bene autem docendo, & male viuendo, Deum inſtruis quomodo te debeat condemnare.

*Omnia quæcunque dixerint vobis facite.* Quaſi dicat, ait Gregor. quia mixta ſunt acta & verba reproborum, ſic vtendi ſunt vt in eis ſumatur quod viuificat, & vitetur quod necat.

*Aug. li. de paſto. c. 10 to. 9.*

*Secundum autem opera eorum nolite facere.* Nulla ratione ſequamur vel imitemur vitam peruerſam negligentis paſtoris, neq; nobis ſuadeamus, vt quando ille tãta operatur, nobis quoq; eadem perpetrare ſit licitum. Attendamus inquit Aug. quia Chriſtus non dixit, facite tuta conſcientia quod ipſi operabuntur, quoniam ipſi B rationem mihi reddẽt, atq; mala requiram ab ipſis, vos autem ſalui eritis ab his quæ ad ipſorum imitationem patrabitis flagitia, cum nulla vobis ſit culpa ſequentibus paſtoris veſtri veſtigia. Sed dixit expreſſe, ſecundum vero opera eorum nolite facere.

*Mat. 15.* *Aug. de ver. do. ſe. 48. to. 10.*

Deinceps videmus comminatum fuiſſe Chriſtũ tum cæco, tum cæci ducatum ſequenti: non enim ait, cadet cæcus in foueam, & non qui ſequitur eum. Sed quid? ambo in foueam cadũt. Et alibi ait idem Aug. iam nulla nobis reliqua eſt excuſatio vt dicamus, nonne ego vidi miniſtros Eccleſiæ & prædicatores atq; prælatos C talia facere? & propterea eorum veſtigia ſequor: quoniam pręſto adeſt reſponſio ex hodierno euangelio deſumpta, quæ ſic habet, Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, ſeruate & facite, ſecũdum vero opera eorum, &c.

*Greg. li. 6 Mo. c. 4.* *Turpe quidem eſt quod prædicat et nõ faciat quod prædicat.* *Ma. 5.*

Exponens D. Gregor. illa verba cap. 5, Iob, cuius meſſem famelicus comedet, dicit in hunc modum, Hic qui habens meſſem non comedit, ſed alius qui famelicus eſt edit, eſt ſtultus & negligens ſacerdos: doctor. & prædicator, qui doctrinam, eruditionem, & bona alia conſilia habet, ſed eſt diſſolutus, & ex his quæ nouit atque docet, ſibi non prôdeſt, & ita fame cruciatur, cum D domi eius multa redundent: commendat, ponderat, & exaggerat lingua, quod pedibus peſſundat & calcat. Vnde Dominus admonet famelicos, hoc eſt, ſtudioſos & auidos proficiendi in virtute, iuxta illud Matth. 5. Beati qui eſuriunt & ſitiunt iuſtitiam, vt ad talium meſſes accedant, & inde ſibi emolumentum referant, dicens: Omnia ergo quæcunque dixerint vobis, facite, ſecundum vero opera eorum nolite facere. Turpe ſane eſt, vt cum quis bona doceat, turpiter tamen operetur. Hinc Cleobulus philoſophus dicebat, libros ad tuam primum vtilitatem euolue. Et Cato dicebat, patere legem, quam ipſe tuleris. Et Diogenes ſolitus erat dicere, De quibus alios reprehendis, te ipſum in primis increpa.

*Cleobul.* *Cato.* *Diog. n.*

*Similitudo.*

*Omnia quæcunque dixerint vobis facite.* Stultitia quidem magna
eſſet eius qui fame conficeretur, ſi perdicem bene præparatam E
recuſaret idcirco ſolum quia in fictili quadra, & non argentea, ſi-
bi porrigeretur.

*2. Cor. 6.*

*Secundum vero opera eorum nolite facere.* Plurimum quidem pro-
deſt bonum exemplum maiorum. Vnde Apoſt, ait, in omnibus
exhibeamus nos ſicut Dei miniſtros, omnes quidem tam paupe-
res quam diuites, bonum exemplum dare debent, & ſibi inuicem
auxiliari. Quod quidem miro quodam artificio nobis commen-

*2. Cor. 8.*

*In diuitibus miſericordia, & in pauperibus patientia reperiri debet.*

dat Apoſt. cum ait diuitibus, Veſtra abundantia, illorum inopiam
ſuppleat, vt & eorum abundantia veſtræ inopiæ ſit ſupplemen-
tum, vt fiat æqualitas. In quibus quidem verbis docet Apoſtol. F
quod ſicut in diuitibus debet eſſe miſericordia & liberalitas erga
pauperes, ſic viciſsim in pauperib' reperiri debet patiẽtia & aliæ
virtutes. Nam certe ſæpe videas quod diuites abundent quidem
diuitijs, & tamen careant virtutibus: pauperes vero plerumq; cõ-
tra ſe habent. Præſupponit quidem Apoſt. vt pauperes ſint deuo-

*Pauci reperiuntur pauperes patiẽtes & humiles.*

ti, humiles, caſti, & virtutum deniq; ſtudioſi, vt ita commodius
orent pro diuitibus, & ipſis ſubueniant ſpiritualibus his diui-
tijs, ſicut contra diuites ſubueniunt pauperibus diuitijs, & ita fiet
æqualitas. Sed væ mundo, reperias enim in ipſo paucos admo- G
dum pauperes, his conditionibus præditos. non loquor de pau-

*Pauperes ſuis orationibus cõpẽſant eleemoſynas quas accipiunt.*

peribus religioſis, ipſi enim iam ſatisfaciunt ſuo muneri, & elee-
moſynis quas accipiunt: Ex his igitur colligas; quod non ſolum
qui in cathedra ſedent, bonum exemplum dare tenentur, ſed
etiam vſq; ad pauperes ipſos, omnes debent talentis ſibi diuini-
tus creditis bene vti.

*Num. 25.*

*Dedit hoc conſilium Balaã regi Balaac prauo.*

*Dicunt enim & non faciunt.* Quo pacto Deus puniat eos, qui ma-
lum præbent exemplum, tum eos qui veſtigia illorum ſequun-
tur, vide Num. 25: vbi legitur quod filij Iſrael poſitis in Sethim
caſtris, ibi morabantur, & acceſſere filiæ Moab, atq; ad idolorum H
ſacrificia eos inuitabant, qui acceſſerunt ad eas impudice, & ido-
la adorauerunt, atq; adeo quidẽ iſte ignis exarſit, vt quidam per-
fricta fronte, ante Moyſi & omnium conſpectum, non dubitarit
ad Madianitidam ingredi: quod cum uidiſſet Phinees, pugione ar-

*Apo. 2.*

*Occiderũt etiam Balaã vt habetur Ioſ. 13.*

repto ambos perfodit. Quare propter hæc ſcelera non tantum
præcepit Deus vt duces & principes ſuſpẽderentur, verumetiam
omnes qui in tale flagitium prolapſi ſunt, interempti fuerunt, &
occiſi ſunt viginti quatuor millia hominũ. Cæterũ & qui hoſtili
ac malo animo, hos deceperunt, non abierunt impuniti: nam &
quinque regibus qui erant inter ipſos, vſq; ad minimum infan-



A tem, omnes gladio perierunt, & ſimul omnes fœminæ & mulie-
res quę virum cognouerant, interfectæ ſunt, vrbes incendio con-
flagratæ, agri vaſtati, & deniq; de ipſis ampliſsima ſpolia Iſraeli-
tæ retulerunt. Multum quidem, ait Seneca, Reipub. nocet malũ
exemplum, nemo enim fere ita cadit, quin alium etiam ſecum
trahat: nemo ſibi tantum errat, quin alieni erroris cauſa & au-
ctor ſit, præcipitatq; nos traditus per manus error, & alienis pe-
rimus exemplis.

*Num. 25.* *Num. 31.* *Sen. li. de vi. ira. ad Gallio. c 1*

*Alligant autem onera grauia & importabilia ſuper humeros hominum,
digito autem ſuo nolunt ea mouere.* Duplicem hic nequitiam eorum
B oſtendit, ait Chry. tum quia ſine venia exquiſitiſsime multitudi-
nem viuere volunt, tum quia nimium ſibi ipſis indulgentes, ma-
gnam aſſumunt lętitiam, quorum oppoſita in optimo principe
requiruntur, vt ſcilicet aduerſus ſeipſum nulla vtatur venia, ſed
ſeuerum in ſe iudicem exhibeat, erga ſubiectos autem mitior, &
ad dandam pronior veniam ſit, quorum oppoſita iſti faciebant.
Tu autem expende, quomodo id etiam auget: non enim dicit,
non poſſunt, ſed nolunt: nec portare aut ferre, ſed digito moue-
re, hoc eſt, nec prope accedere, nec tangere volunt, ſed diligentes

*Chry. in Mat. ho. 73. to. 2.*

*Prælatus ſibi auſterus, & erga alios benigne agat.*

C ac robuſti in prohibitis ſunt. Et alibi dicit idem Chryſoſt. vbi pa-
ter familias eſt largus, diſpenſator non debet eſſe tenax: ſi Deus
benignus eſt, vtquid ſacerdos eius auſterus? vis apparere ſanctus?
circa tuam vitam eſto auſterus, circa alienam autem benignus:
audiant te homines quidem parua mandantem, & videant gran-
dia facientem. Talis eſt autem ſacerdos qui ſibi indulget, & ab
alijs grauia exigit, quemadmodum malus deſcriptor tributi in
ciuitate, qui ſe releuat, & onerat impotentes,

*Chry. in non abſ. ho 43. to. 2.*

*Simile.*

Operarios quidem vocat Chriſtus prædicatores verbi Dei, vt
ſcias quod non ſolum ore, ſed vita prædicare debes. Illi qui ædifi-
D cabant Hieruſalem vna manu tenebant gladium, altera verò ope-
rabantur. Dominus etiam dixit Iſa. Quaſi tuba exalta vocẽ tuã.
Sed cur non dixit, ſicut leo, vel ſicut tonitru, aut ſimile? quia ſci-
licet tuba ponitur in ore, & manibus tenetur, ſic prædicatio ore
fit & manibus ſuſtentatur, hoc eſt bonis operibus. Caue ne de te
dici poſsit, quod dixit olim Iſaac: Vox quidem vox Iacob, ma-
nus autem Eſau. In Exo. præcepit Dominus Moyſi, vt faceret la-
bium æneum, cum baſi ſua, vbi aduerte quam appoſite dicatur la-
bium & æneum, quia ſcilicet prædicatio reſonans eſt, & ſimul
iubet quod ſit cum baſi, hoc eſt cum vita ſancta, ſine qua labium
ipſum labitur & cadit. Cum facimus quæ prædicamus, labium
æneum ſumus, ſimul cum baſi quæ ſuſtentat doctrinam. Porro in

*Luc. 10.* *Nee. 4.* *Iſa. 58.* *Simile:* *Gen. 27.* *Exo. 30.*

*Eccle.34.* Eccle. habetur, vnus ædificans & vnus deſtruens, quid prodeſt il-
*Mat.21.* lis niſi labor? Et quod Chriſto hoc maxime diſpliceat, patet, quia E
Chriſtus maledixit ficulneam, quia non habebat fructus, ſed tan-
*Simile.* tum folia. Et quis præterea credat dicenti viam eſſe latronibus
plenam, & neminem poſſe tranſire abſque ſpoliatione & interi-
tu, ſi qui hæc monet, ſtatim hanc viam ingrediatur, & perſequa-
*Thre.4.* tur? Ideo Hier. ait, non crediderunt reges terræ, & vniuerſi habi-
tatores orbis: Quaſi diceret, cum maiores non crederent, nec
*Simile.* bene operarentur, inferiores etiam ipſos ſequebantur. Prius nu-
*Similitu-* trix cibum accipit, eumq; in ſubſtantiam conuertit, quam infan-
*do.* tem ſuum lactet, ignisq; prius in propinquum, quam in diſtans F
agit. Ita prædicator prius ſibi doctrinam accipere debet, priusq;
eum amor & domus Dei zelus debent accēdere & inflammare,
quam populum. Non præterea in verbis rhetoricis, aut oratio-
*1. Re. 17.* nis candore confidat. Dauid namq; non aureis armis, non lorica
*1. Cor. 2.* aut ſcuto ſplendentibus, gigantem deuicit, ſed funda & lapide
in nomine Domini confiſus. Vnde & Paul. non veni, inquit, ad
vos in ſublimitate ſermonis, ſed in ſpiritu Dei. Cæterum multi
aquam doctrinæ pedibus ſuis conculcant, ſcilicet malo exem-
*Ezec.34.* plo, ſicut dicit Dominus per Ezechi: cum ipſi limpidiſsimam a-
quam biberetis, reliquam pedibus veſtris turbaſtis, & oues meæ G
hæc quæ conculcata pedes veſtri turbauerant, hæc bibebant.
Limpidam quidem aquam bibunt, cum rectam doctrinam hau-
*Lutherus* riunt, ſed eam corrumpunt pedibus, ideſt male viuendo. Luthe-
*diſſolutus* rus cum ad imperatorem Carolum Quintū veniret, in plauſtro
*& propha-* deaurato venit, famulis ſtipatus, maximo comitatu, lyram, & di-
*nus.* uerſorum inſtrumentorum genera ſecum ferens: at Chriſtus ali-
ter prædicauit Euangelium.

*Glo. ordi.* *Alligant onera grauia.* Id faciunt confeſſarij, qui graues nimis im-
*in Mat.* ponunt & intolerabiles pœnitentias pœnitentibus, ait Gloſ. H
*23.* Quod plane videtur eſſe contra illud Matth. 11. Venite ad me om-
*Mat.11.* nes qui laboratis, & onerati eſtis, & ego reficiam vos: Non eſt
æquum, vt quando dominus eſt adeo miſericors & liberalis, ſer-
uus ipſe ſit durus, parcus, & auarus. *Omnia vero opera ſua faciunt vt
uideantur ab hominibus, dilatant enim philacteria ſua.* Tu autem conſi-
*Chry. in* dera, ait Chryſoſtom. ibi maxime illos inanis fomenta gloriæ
*Mat. ho.* quæſiuiſſe, cum vbiq; doctorem cæteris prǽſtare oporteat. Nam
*73. to. 2.* quemadmodum homo vbicunq; fuerit, cæteris animantibus prǽ-
*Simile.* ſtat, ita doctorem decet ſiue loquatur, ſiue ſileat, ſiue in conui-
uijs, ſiue alibi ſit, cæteris hominibus excellere: adeo vt in inceſſu,
& aſpectu, & habitu, omnibuſque ſimpliciter, alijs præſtantior
eſſe



A eſſe videatur. Væ nobis miſeris, ad quos phariſæorum peccata
tranſierunt. Dominus cum dediſſet mandata legis per Moyſem, *Hier. in*
ad extremum intulit; alligabis ea in manu tua, & erunt immota *Mat. 23.*
ante oculos tuos. Et eſt ſenſus, præcepta mea ſint in manu tua, id *li. 4. to. 9.*
eſt opere cōpleantur: ſint ante oculos tuos, ideſt die ac nocte me-
diteris in eis. Hoc phariſæi male interpretantes: ſcribebant in mē-
branis decalogum Moyſi, ideſt decem legis verba complicantes *Laudis*
ea, & ligantes in fronte, & quaſi coronam capiti facientes, vt ſem- *humanæ a-*
per ante oculos mouerētur. quod vſq; hodie Indi & Perſæ, & Ba- *uidi inquā-*
B bylonij faciunt: & qui hoc habuerit, quaſi religioſus in populis iu- *tam deue-*
dicatur. Iuſſerat quoq; aliud Moyſes, vt in quatuor angulis pallio- *niant de-*
rum, hyacinthinas fimbrias facerēt, ad dignoſcendum populum *mentiam.*
iſraelis, vt quomodo in corporibus circunciſio ſignū Iudaicæ gē- *Num. 15.*
tis daret, ita & veſtis haberet aliquā differētiam. Superſtitioſi ma- *Hypocri-*
giſtri captantes aurā popularē, atq; ex mulierculis ſectātes lucra, *tæ inquan-*
faciebant grandes fimbrias, & acutiſsimas in eis ſpinas ligabant, *tas deuene-*
vt videlicet ambulantes & ſedentes interdum pungerentur, & *ant miſe-*
quaſi hac admonitione retraherentur ad officia Domini & mi- *rias.*
niſteria ſeruitutis eius.

C Phariſæis erat in conſuetudine, vt ait Origen. ſcribere Dei præ- *Origen.*
cepta in longis ac pendentibus membranis, & membranas alias
imponebant in capite inſtar mitræ, alias vero pendētes affigebant
brachijs, & huiuſmodi appellabant phylacteria. Porro cum in *Legē Dei*
lege legiſſent vt deferrent fimbrias, ipſi eas ſibi ſatis longas ac *in corde*
dilatatas conſtituebant, non ſolum per quatuor angulos palliorū *ſcribamus*
vt lex præcipiebat, ſed etiam varijs additis. Serui dei adferre qui-
dem ſecum legem debent, ſed tamen ita vt eam opere com-
pleant, & in ea meditentur ſemper, Iuxta illud pſal, Sed in lege *Pſal. 1.*
eius meditabitur die ac nocte: quod cum phariſæi non facerent,
D idcirco Chriſtus hic eos increpat dicens, dilatant enim phylacte-
ria ſua, &c.

Non eſſet quidē à ratione alienum, ſed ei maxime conſonū, vt *Autor.*
qui toto animo deſiderat Dei legē implere, quāuis non vt Iudæi *Aliquid aſ-*
faciebant, exterius pungētes ſpinas portaret, haberet tamen ad *perum ad*
carnem cinctum aliquid aſperum & durum, vt illa carnis caſtiga- *carnem ge-*
tione ipſius rediret crebro & facile in memoriam lex Dei, & cuſto- *ſtare debe-*
dia mandatorū illius: & quia fieri poſſet, vt ex aſsiduo vſu minus *remus, vt*
nos illud pūgeret & excitaret, nō inutile eſſet ſæpe illud mutare *ita magis*
& conuenientia quæq; huic rei apta frequenter deligere, vt ita *Dei noſtri*
& caro ipſa refrenaretur & mortificaretur, atque ſubinde lex *recordare-*
Domini, & mandatorum eius cuſtodia, menti facilius repræſen- *mur.*
taretur.

*Pœniten-tia ne nos terreat, vita enim breuis eſt.*

taretur, Quod ſi hoc conſilium paulo aſperius videbitur, meminiſſe debes laborem eum breui finiendum, cum vita noſtra & per breuis ſit, & perincerta: præmium vero maximum illud quidem futurum eſſe. E

*Hiero. in Mat. 23. li. 4. to. 9.*

*Vos autem nolite vocari Rabbi, vnus eſt enim magiſter veſter, omnes autem vos fratres eſtis.* Nec magiſter, nec pater uocandus eſt alius, niſi Deus pater, & Dominus noſter Ieſus Chriſtus, ait Hiero. Pater quia ex ipſo ſunt omnia: magiſter, quia per ipſum omnia, vel quoniam per diſpenſationem carnis eius omnes reconciliati ſumus Deo.

*Quæſtio.* Quæritur quare aduerſum hoc præceptum, doctorem gentium Apoſtolus ſe eſſe dixerit? aut quomodo vulgato ſermone maxime in Palæſtina & Aegypti monaſterijs ſe inuicem patres vocent? F

*Reſponſio.* Quod ſic ſoluitur, aliud eſſe natura patrem vel magiſtrũ, aliud indulgentia. Nos ſi hominem patrem vocamus, honorem ætati deferimus, non autorem noſtræ oſtendimus vitæ: magiſter quoq dicitur ex conſortio veri magiſtri. Et ne infinita replicem quomodo vnus per naturam Deus, & vnus filius, non præiudicat

*Simile.* cæteris ne per adoptionem Dei vocentur & filij, ita vnus & pater & magiſter, non præiudicat alijs vt abuſiue appellentur patres & magiſtri.

*Chryſ. in Mat. 23. li. 4. to. 9.*

*Et patrem nolite vocare vobis ſuper terram.* Non vt neminem patrem vocent, ait Chryſoſt. Sed ne ignorent quem principaliter patrem vocari oporteat: Nam quemadmodum nemo principaliter magiſter eſt, ſic nec pater, præter illum qui tam magiſtrorum q̃uam patrum omnium cauſa eſt. G

*Patrem nolite vocare vobis ſuper terram, vnus eſt autem pater veſter.* Satis quidem ex his verbis conſtat, quanto nos Deus amore diligat, cum videatur zelo quodam, ſi ita loqui licet, vel zelotipia teneri, quod alium appellemus patrem.

*Diſſimile. Ingens Chriſti amor erga nos.*

Tãtus plane eſt amor Chriſti erga nos, vt nullus ſit vel maxima ſiti confectus, qui ita aquam expetat, vt Chriſtus ſalutem noſtram. Neq; eſt aliquis vel in maxima poſitus neceſſitate, qui tam diligenter remedium ſibi quærat, ac Chriſtus noſtra commoda procurat, adeo vt aliqui cẽ- H

*Ioan. 19.*

ſuerint per interrogationem proferenda eſſe verba illa quæ in cruce pendens dixit, conſummatũ eſt? Quaſi diceret, iam exantlaui & toleraui omnes labores, quos pro hominum amore perferre debebam? Superſunt adhuc alij quos tolerem? quamuis præcipuus quidem ſenſus, ſine interrogatione legẽdus eſt. Sic videmus quod labores omnes exiguos eſſe reputaret, præ amoris magnitudine, ſicut Iacob pro acquirenda pulcherrima Rachel, quã tantopere amabat. Non ita nos pro Chriſto labores volumus perferre

*Ioan. 16. Gen. 23.*



A ferre etiam exiguos, ſed ſtatim nobis defuncti videmur, aut exiſtimamus nos ſanctos eſſe: Hunc tantum Dei amorem admirans Euangeliſta ait, Sic Deus dilexit mundum, vt filium ſuum vnigenitum daret. Quaſi diceret, ita vere, fideliter, & ſine termino nos amauit, vt mirabile plane videatur, nam amor fuit infinitus, & donum infinitum: Quaſi diceret, non fuit contentus quod cælum propter hominem crearet, & terram quæ hominem ſuſtentaret, & angelos qui nobis deſeruirent, quin potius ſic dilexit, vt filium ſuum vnigenitum daret.

*Ioan. 3. Ingens Dei amor erga humanũ genus.*

Philoſophi olim fabulabantur, & præſertim platonici, tam ſeniorem quam iuniorem Deorum amorem eſſe. Quo loquendi B modo inſinuare volebant, omnia Dei opera tam noua quã vetera, amore fieri, & facta eſſe. Vnde Plato vocat amorem diuinum potens, ſingulare, & vnicum beneficium. Satis hoc nobis oſtẽdit Deus, cum nõ ſolum ad vſum noſtrum & habitationem mũdum fecerit, ſed etiam vnigenitũ filium nobis dederit. ô magnã & immenſam Dei bonitatem, quæ vt amore nos cõplecteretur, filium ſuum tradidit, & vt ſeruos redimeret. Plurimi quidem fecit Deus opus illud Abrahæ, quod ſcilicet propter Deum filio nõ parceret C ſed potius vellet eum interficere: & tu homũcio hoc tã ſingulare beneficium tã parui ducis? Nil aliud iam reſtare videbatur ad cumulum beneficiorum naturæ humanæ, quam quod Deus filium ſuum nobis daret; & quod homines ipſum tantum patrẽ appellarent. Vnde per Iſa. ait, Quid eſt quod debui vltra facere vineæ meæ & non feci ei? Et quamuis multis alijs modis amorem erga nos patefeciſſet, tamen de quibuſdam ex his videbantur exempla haberi ab hominibus: petiq; etiam poſſe. Nam aliqui ex Romanis pro patria ſua obierant, non igitur hoc ſolis hominibus tribuendum erat, & ita voluit Deus pro nobis animam ſuam po- D nere. Quod autem amorem patris erga nos habeat, hic plane eſt inenarrabilis Dei amor erga nos, & præſertim cum rebelles eſſemus filij. Hinc Apoſt. commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis, quoniam cum inimici eſſemus, pro nobis mortuus eſt. Poſtquam ſponſa laudauit ſponſum ſuum dicens, dilectus meus candidus & rubicundus, addit, talis eſt dilectus meus: & ipſe eſt amicus meus filiæ Hieruſalem, id eſt, tam magnus cum ſit, tam potens, tam mirificus, & ego paupercula, meam vilitatem & paupertatem non deſpicit, ſed ſingulari amore diligit. Quare ergo non quæram illum & pro illo moriar? Cum Hebræi ciuitatem quandam obſiderent, rex ſane eius in tanta anguſtia poſitus eſt, vt filium ſacrificaret dijs ante omnium conſpectum in ipſo

*Pla. in li. quẽ conui: Socratis inſcripſit. in oratione Ariſtophanica. Gen. 22.*

*Iſa. 53. Oſtendit Deus ineffa bilem amorem erga hominẽ*

*Roman. 5. Gen. 5.*

*4. Reg. 3.*

muro, & ſtatim exercitus id videns receſsit: dicebant enim intra (E) ſe, quid iſte faciet pro ſuorũ ſubditorũ commodo, qui ita filium ſacrificat? quaſi dicerent, omnia patietur, & morietur pro ſubditis. Si ergo Deus vitã ſuam pro homine dedit, quid quæſo homini quod iuſtũ ſit denegabit? Quid nõ dabit, qui filium ſuũ dedit? Sane in problẽmate illo, quidnã eſſet fortius, melius vltimus dixiſſe videretur quod amor eſſet fortior cæteris, cũ Deum eò adegerit, vt filium ſuum nobis daret. In Gen. quidẽ habetur quod angelus dixerit Iacob ipſi, ſi contra deum fortis fuiſti, quanto magis cõtra homines præualebis? hic quidem ſignificatur amor, qui tantum potuit, vt Deum è cælo ad nos euocarit, & ei vt homo (F) fieret perſuaſerit. Quare vult Deus vt hoc tantum beneficium agnoſcamus, & amorem amore cõpenſemus, ſiquidẽ aliud cõmodius nõ habemus medium. Quod cum tã facile & procliue factu ſit, non erit quod nos excuſemus in iudicio, ſi Deum non amauerimus. Sane ſerui Naaman dixerunt ipſi: pater, ſi rem grandem dixiſſet tibi propheta, certe facere debueras, quanto magis tam facilem rem? Qui cum tali ratione conuinceretur: Præſtitit. Quid igitur nos pro cælo obtinendo non faciemus, quantũuis arduum ſit, nedum hanc tam facilem rem?

*Qui maior eſt veſtrum, erit miniſter veſter, qui autem ſe exaltauerit hu-* (G) *miliabitur, & qui ſe humiliat, exaltabitur.* Satis quidem ex his verbis conſtat quantum Deo placeat humilitas, & quantum diſpliceat ambitio & ſuperbia, Porro duæ prophetiæ illæ erant de Baptiſta, videlicet, Ecce ego mitto angelum meum, &c. Item vox clamantis in deſerto: & tamen cum interrogatus fuiſſet Ioãnes quiſnam eſſet, reſpondit, Ego vox clamantis, &c. non autem dixit ſe eſſe angelum. Sic Chriſtus quamuis eſſet filius Dei, tamen paſsim ſe filium hominis vocabat. Cæterum etſi Ioannes ſe vocem diceret, tamen Chriſtus eum angelum appellabat: & pater æternus voca- (H) bat Chriſtum filium ſuum, vt conſtat in baptiſmo & transfiguratione. Vnde etſi Chriſtus diceret diſcipulis, cũ feceritis omnia quæ præcepta ſunt vobis, dicite ſerui inutiles ſumus, nihilominus tamen vocat ſeruos ſuos amicos, dicens: iam non dicam vos ſeruos, ſed amicos, Hinc ergo colligas quod qui ſe humiliat exaltabitur, & contra. Porro quod optimis non nitantur conſiderationibus, hinc fit quod omnes homines inſoleſcãt, Sane eques qui in regia aula non eſt verſatus, ſibi maximus eſſe videtur, at vero qui ſerui ſunt in aula regia, ſatis norunt quantum vnus eques alteri præſtet: ſic vtique qui cum Deo non tractat & eius curia, ſibi plurimum arrogat, at vero ſi intelligeret vt par eſt, facile

*Maximus Dei erga nos amor.* — *Rom.* 8. — 3. *Eſd.* 3. — *Amor omnia vincit* — *Gen.* 32. — *Deus propter nos homo factus eſt:* — *Amor amore penſatur.* — 4. *Reg.* 5. — *Omnia etiam duriſsima propter deum pati debemus.* — *Ambitio deteſtabile malum.* — *Mal.* 3. — *Iſa.* 40. — *Mat.* 11. — *Mat.* 13. — *Luc.* 17. — *Ioan.* 15. — *Luc.* 14. — *Simile.*



(A) cile comperiret ſe infinitis alijs eſſe longe inferiorem. Quod bene intelligens ſanctus Iob, dicebat, nunc autem oculus meus videt te, idcirco me reprehendo, & ago pœnitentiam in fauilla & cinere. Certe ſimulatque homo Deum cognoſcit, ſtatim victas dat manus, & intelligit omnia bona à Deo prouenire. Vnde Moyſes dicebat populo: ne dicas in corde tuo, propter iuſtitiam meam introduxit me Dominus vt terram hanc poſsiderem: Conſidera ergo ſcelera tua, & tibi nil arrogabis. Viri ſancti non gaudent alijs dominari, conſiderantes quod dicit ſanctus (B) Iob, Gigantes gemunt ſub aquis. Sancti qui fuere paſtores, erant hi gigantes, & aquæ ſunt populi, & quamuis tam ſancti & docti eſſent, tamen gemebant ſub onere, & tu miſerabilis vir cupis tantopere regere populum, & illi dominari, cum tamen ſis ignariſsimus & maximus peccator, cumque gemere deberes & flere, tamen rides & cachinnaris; ô quãtæ oriuntur ex ambitione contentiones & diſcordiæ, cum alius alij ſe præferri geſtit! Sane huius rei figuram habemus quidem in pueris illis Iacob & Eſau in vtero ipſo concertantibus. Cum vero iſta ex aſsidua negotiatione tandem obtineantur, hinc fit vt impleatur illud Eccle. (C) Vidi ſeruos in equis, & principes ambulantes ſuper terram quaſi ſeruos.

Magna quidem eſt humilitatis vis & energia, hæc enim fecit vt ex infimo gradu, ſcilicet gradu mulierum, inter homines, aſcenderet virgo etiam ſupra Cherubim & Seraphim, & magna quidem eſt ſuperbiæ & ambitionis miſeria, ſiquidem per hanc deſcendit angelus ex ſupremo angelornm gradu, ad infernum: Noli ergo etiam bona opera quæ facis, venditare, nam quamuis ea in occulto ſint, Deus tamen ea manifeſtabit, ſi opere pretium fuerit. Sane quamuis fructus à folijs tegantur in arbore, tamen (D) ſi ſuaues & odoriferi ſint, ipſi ſatis ſe produnt. An non tibi videtur quod occulte ſatis incederet ſanctiſsima virgo Maria ad viſitandam Eliſabeth? Et tamen vide quomodo ſtatim fuerit eius ſecretum manifeſtatum, dicente Eliſabeth, vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Vſq; adeo in ſublime erexit Dominus Virginem Mariam, quod ſe indignam reputaret, ſic enim cum talibus ſe gerere ſolet. Sic enim Saul ad regnum euexit, cum humilis eſſet, Vnde & propheta Samuel ipſi dixit, cum eſſes paruulus in oculis tuis, caput in tribubus Iſrael factus es. Vide etiam quam alte euexerit Petrum quia ip ſe ſe humiliauit dicens, Exi à me quia homo peccator ſum Domine. Bene igitur

*Iob.* 42. — *Iaco.* 2. — *Deute.* 9. — *Iob* 26. — *Multi prælaturas deſiderant, non intelligentes quãtum habeant onus adnexum* — *Gen.* 25. — *Eccle.* 10. — *Humilitatis vires.* — *Luc.* 10. — *Simile.* — *Mariæ humilitas quanta ſit.* — *Luc.* 1. — 1. *Re.* 15. — *Luc.* 5.

*Eccle.2.* ños monet Eccle. dicens, Quanto magnus es, humilia teipſum in omnibus, & coram Deo inuenies gratiam. Magna ergo eſt humilitatis virtus, cum etiam facinoroſis plurimum auxilietur, & *3. Re. 21.* patrocinetur, vt patuit in Achab. Si igitur criminoſos & facinoroſos homines ita illuſtrat, quid putas faciet cum iuſtis, pijs, & religioſis viris?

# FERIA III. POST II. DOMIN. QVADRAG:

## CONCIO SECVNDA

*Sacerdotes maxima reuerentia Proſequamur.* E

*Sacerdotes ſucceſſores Chriſti.*

*Sacerdotes legis gratiæ maiori reuerẽtia colendi quam veteris legis.*

SVPER *Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi.* Mat. 23. Sane officium quod olim obtinebant Scribę & Phariſæi, modo habent ſacerdotes: ſicut enim illi ſucceſſerant ipſi Moyſi in hoc munere, ita etiam ſacerdotes ſuccedunt Chriſto. Cum ergo æquum eſſet vt illi reuerenter propterea tractarentur, cum ſederent ſuper Cathedram Moyſi, ſic etiam iuſtum eſt, imo iuſtius, vt magna in reuerẽtia habeãtur ſacerdotes & prædicatores, cũ longe maior ſit Chriſtus, cui ſucceſſerunt, quã Moyſes: itẽ ſacramenta quæ tractãt ſunt longe præſtantiora. Magna quidem cura incumbere debemus, vt Eccleſiaſticos viros honoremus, & magna prudentia & cautela, eorum defectus corrigere debemus, ſi aliquando correctione opus fuerit, & præſertim ſi ſecreti ſint. Vnde Nicolaus Papa Ludouico imperatori ait, vere ſi proprijs oculis vidiſſem ſacerdotẽ Dei, aut aliquẽ eorũ qui monachali habitu amicti ſunt, peccantẽ, chlamidẽ meam ſpoliarem, & cooperirẽ eum, ne ab aliquo videretur. Magna ſane hæc eſt confuſio multorum noſtri temporis hominum, qui tam facile procaci lingua viros eccleſiaſticos laceſ- H ſunt, non ſine maxima animę ſuæ iactura, & ſtatus ſacerdotalis ignominia. Apoſt. quidem aperte probat multo maiorem reuerentiam noſtris ſacedotibus quam legis veteris adhibendã eſſe, dicens: Quod ſi miniſtratio mortis literis deformata in lapidibus fuit in gloria, ita vt nõ poſsẽt intẽdere filij Iſrael in faciem Moyſi propter gloriã vultus eius, quæ euacuatur, quomodo non magis miniſtratio ſpiritus erit in gloria? Cõmendat quidem nobis ſacerdotum reuerẽtiam Eccle. cũ ait, in tota anima time Dominum, & ſacerdotes illius ſanctifica, in omni virtute tua dilige eum qui te fecit, & miniſtros eius ne derelinquas. Si ergo reuerentia exhibenda

*Diſ. 92. c. in ſcripturis.*

*Honori ſacerdotum maxime conſulendum eſt.*

*2. Cor. 3.*

*Exo. 34.*

*Eccle. 7.*



A hibenda ſacerdotibus legis veteris commendatur, quanto magis commendabitur quæ exhibebitur ſacerdotibus nouæ legis?

Sane experientia ipſa loquitur, quod diſſoluti tantũ & perditi homines ſacerdotes parui faciant, & eorum defectus publicent, ſi quos olfecerint, Neq; vero ſacerdotem æſtimant propter eius diuinum officium, ſed ſæpius propter diuitias, nam pauperem ſacerdotem pro nihilo ducunt, etſi ſtudioſus ſit & pius. Vnde videas multos ſacerdotes id maxime curare, vt ſcilicet diuitias cõparent, quo poſsint ab hominibus honorari, ô infelicia tempora quæ ad tantam deuenerint miſeriam! Sane Pharao nolebat vt B ſacerdotes tributa ſoluerent, etſi multas haberet occaſiones imponendi ipſis tributa. Tum præterea Nabuchodonoſor intelligẽs quod Daniel eſſet Dei miniſter, eum ſummo honore proſequebatur, & adorabat, quamuis captiuum ſuum, præcepitque ipſi ſacrificium offerri. Porro de Alexan: Magno legimus quod cum iret ad expugnandum Hieruſalem, & ſacerdos ſummus, Põtificalibus ornatus ad eum proceſsiſſet, de equo deſcendit, & maximum honorẽ habuit ipſi ſacerdoti, nec voluit in aliquo vrbem ipſam moleſtare. qua de re vehementer omnes admirati ſunt. Cæ C terum in 8. Synodo generali dicitur, imperatores & principes, qui ſe pios Chriſtianos eſſe dicũt, Epiſcopos ſibi æquales eſſe cognoſcant, vt eos ſuorum defectuũ audeant reprehendere. & nullus Epiſcopus ſi quẽ in via principẽ offenderit, à mula deſcendat, neq; corã eo proſternatur, quod ſi quis huic decreto nõ obedierit per totũ annũ põtificio munere priuetur, & princeps qui tale agi conceſſerit, biduo excõmunicatus ſit. Vide igitur quãto melius hęc obſeruaret Ethnicus ille Alex. Mag. quã multi hoc noſtro tẽpore. Vide etiam quã reuerentiam haberet Dauid Sauli, D quod videret Chriſtũ eſſe Domini: an nõ igitur multo magis æſtimare debemus & reuereri Chriſtos Domini & vnctos noui teſtamenti ſacerdotes? porro in Conci. Nicæno, libellus quidam contra ſacerdotes, Conſtantino Magno imperatori fuit oblatus, quẽ vt optimus Imperator legit, dilacerauit & combuſſit, dicens, abſit quod iudicium faciam ſacerdotum Domini.

Sunt aliqui vſque adeo à ratione ipſa alieni, vt propterea quod interdum videant defectum aliquem alicuius eccleſiaſtici viri, ſtatim vniuerſos clericos condemnent, etſi monachus ſit, contẽnant omnes monachos eius ordinis, imo & omnium ordinum, & ſtatim de omnibus detrahũt, neſcientes diſcernere quod ſi vnus forte aliquando reperitur qui ipſos ſcandalizet, reperiuntur innumerabiles qui ipſos verbo & opere ędificant. Et præſtabilius

*Perditi homines paruifaciunt ſacerdotes.*

*Diuites plurimi ſiunt a mũdo.*

*Gen. 47.*

*Dan. 3.*

*Exem. A l. x. Ma.*

*8. Syno. Gener.*

*Quanta reuerentia debeatur Epiſcopis.*

*1. Re. 24.*

*Con. Ni.*

*De trahentes eccleſiaſticis quã peſsime agant.*

*Martia. imperator*

*Exemp: notabile. Conſtan. imperato. 11, q. 1. ſacerdotibus*

E

bilius vtiq; eſt omnes laudare, quamuis ſit aliquis malus, quam omnes vituperare propter vnum dumtaxat. Quod quidem apertiſsime ſuo exemplo ſingulari teſtatus eſt Imperator Martianus, qui aſsiſtēs in conc. Chalcedo. vbi erāt 636. Epiſcopi, dixit in ipſo Cōcilio, quod nemo exiſtimaret ipſum ibi interfuiſſe vt cōfirmaret quæ ſancirentur, quaſi ſua confirmatione indigerent, ſed vt in vniuerſo imperio ſuo ea executioni mandaret. Hoc ipſum etiam præſtitit Cōſtantinus imperator, vt conſtat 11: quæſt. 1: Sacerdotibus, qui & dixit quod imperatores Romani non debebant ſe intromittere in iudicandis Eccleſiaſticis. Quod ſi tam modeſte loquuntur imperatores, quomodo effrontes aliqui miniſtri, & ſæpe de minimis omnium, audent paſsim ignominia afficere Eccleſiaſticos viros?

F

*Simile: Concionatores ſunt plurimum honorandi*

Quod ſi ſacerdotes reuerēter tractandi ſunt, pariter etiam honorandi erūt ipſi concionatores, qui pacem etiam cōponunt inter Deum & homines. Et enim ſi rex vrbem aliquam tanquā ſibi rebellem publicaſſet, & magnū exercitum ad eam debellandam ſibi comparaſſet, cui exponeretur direptioni & incendio, & tamen cū hæc parata ita eſſent, nollet tamen cōtra eam venire, ſed potius mitteret legatos regis nomine, qui pacem annunciarent, ſi errorem ſuum vrbs agnoſceret, & veniam poſtularet, quanti quæſo æſtimandi eſſent, & quanti fierent tales legati? Sic ergo plurimi ſunt faciendi ſacri concionatores, qui non iam in cathedram Moyſi, ſed Ieſu Chriſti aſcēdunt, & pacem conciliant inter Deum & homines. Quod quidem teſtatur Apoſt. cum dicat, pro Chriſto legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos: obſecramus pro Chriſto reconciliamini Deo. ô felicem legationem! vbi aduerte quod non dicat rogamus, ſed obſecramus, quaſi diceret, tanquam pedibus veſtris prouoluti, & ſalutem veſtram maxime ſitientes, obſecramus vt reconciliemini Deo.

G

*2. Cor. 5. Concionatores quanto cū feruore cōcionatori ſint*

H

*Auditores quales eſſe debeant, & quomodo debeant audire Dei verbum.*

*Plurimū nobis confert Dei verbum audire. Etſi nobis docti videamur, tamen cōciones audiamus.*

O*Mnia quæcunque dixerint vobis facite*. Plurimum quidem conducere nobis debet Dei verbū, quando eius auditionem nobis Chriſtus tantopere commendat, etiamſi à phariſæis proferatur, qui dicebant, & non faciebant, quanto magis, ſi à pijs & Chriſtianis concionatoribus prædicatur Dei verbum? Sis quidem auditor quantūlibet doctus, nihilominus tamen aduerte quod viua vox habet neſcio quid latentis energiæ. Dauid ſapientiſsimus erat, & magnam Dei cognitionē attigerat, & diuinis reuelationibus do-



*1. Re. 12: Danie. 4. Viua vox multā habet energiam.*

A

nabatur, nihilominus hæc omnia nil ei profuerūt tanto tempore quo in peccato vixit, ſed tamē protinus vt ad eum venit Nathan propheta ad viuam vocem prædicantis conuerſus eſt. Similiter & Nabuchodonoſor contemplabatur illā arborem, quæ ſtatū ſuum deſignabat, nil tamē ipſe hac cogitatione mouebatur. Sed cū adiuncta fuit viſioni & contemplationi viua vox prophetæ Danielis, pœnitentiam egit. Doctus erat Paulus in lege, qui præclara didicerat ad pedes Gamalielis, ſed nil ei profuerāt: cum autem viuam vocem è cælo dicentem, Saule, Saule, quid me perſequeris? audiuit, ſtatim attonitus & ſtupefactus cecidit dicens: Domine quid me vis facere? Vide quomodo illum quem ſcripturæ lectio & libri non conuerterant, vox prædicātis conuertit. Sed aduerte quod quemadmodum parum prodeſt cibus ſi ſtatim ab ſtomacho reſpuatur, ſic parū Dei verbum proficit, ſi quamprimū auditū, ſtatim in obliuionem veniat. Et ſicut cibus qui naturali calore non decoquitur, non ſolum non prodeſt, ſed & multum incōmodat ipſi ſtomacho, & morbos generare ſolet: ita ſermo Dei auribus quidem exceptus, non tamen executioni mandatus, nocumento potius eſt, quam documento & vtilitati, iuxta quod Petrus ait, melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quam poſt agnitionem retroſum conuerti, ab eo quod illis traditum eſt ſancto mandato.

B

*Acto. 22. Acto. 9. Simile. Simile. Verbū dei executioni mandetur. 2. Petr. 2.*

C

*Aug. li. de cor. domi. & habetur 1. q. 1. c: Interrogo vos fratres. Vide Turrecre. ſu. hunc locū. Simile. Verbū dei plurimi faciamus quod e cælo deſcendit.*

Graue ſane delictū cōmittit, qui negligēter verbū Dei audit. Cęterum ne tibi videar fortaſſe ex meo tantum ſenſu diuini eloquij pondus ſuadere, cōmemorabo quid de hac re ſenſerit Auguſt. ait enim, interrogo vos fratres, vel ſorores, dicite mihi, quid plus videtur vobis, corpus Chriſti, an verbum Chriſti? Si vultis vere reſpondere, hoc dicere debetis, quod non ſit minus Dei verbum, quam Chriſti corpus. Et ideo quanta ſolicitudine obſeruamus, quando à nobis Chriſti corpus miniſtratur, vt nihil ex ipſo de manibus noſtris in terram cadat: tanta ſolicitudine obſeruemus ne verbum Domini quod nobis erogatur, dum aliud aut cogitamus, aut loquimur, de corde puro pereat. Quia non minus reus erit qui verbū Dei negligenter audierit, quā ille qui corpus Chriſti ſua negligētia in terrā cadere permiſerit: Vide ergo quā attente debeas Dei verbū audire. Quēadmodū aliquas res plurimi facere ſolemus nō ſolū propter earundē rerū præſtantiā, ſed etiā quod ex diſiunctiſsimis regionibus aduectæ ſint: ita plurimi facere doctrinam euangelicam debemus, tum propter eius præſtātiam & dignitatem, tum quod eam Chriſtus in orbem inuexerit ex remotiſsimis locis, nempe ex ſupero cælo in inferum ſolum.

D

Reprobi quidem adeo cæleſtis doctrinæ faſtidio laborant, vt frequenter ne aure quidem corporis verba Dei audire dignentur: Qod ſi aliquando audiant, nō in hoc audiunt vt meliores euadāt, ſeq; doctrinæ præceptis formādos præbeāt, ſed ad malos vſus qui nil ad hoc conducant. Quidam enim in hoc audiunt, vt quæ audierint, vel legent, ad alios perferant, ſeq; harum rerum prædicatione venditent. Hi vero gallinæ pullos educanti ſimiles eſſe videntur, quę quidquid ſibi inuenerit, pullos cōuocat vt edant, ipſa interim ieiuna remanet. Sunt vero alij qui ſolam voluptatem, ex ſententiarum acumine, aut verborum nitore, aut alia ſimili re, quę vel voluptatem, vel curioſitatem alat, captare ſolent, ipſi nil quod ad mores ſuos componendos pertineat, decerpentes. Hos autem Plutarc. ijs ſimiles eſſe ait, qui ex floribus ſolo odore & colore capiuntur, nec aliam ex eis vtilitatem percipiunt, cum tamen & apes dulciſsima inde mella ſuggant, & pharmacopolæ varia ex ipſis medicamenta, varijs profutura infirmitatibus conficiant. Hoc autem pij omnes facere conſueuerunt, qui ea mente concionatoris vocem, qua ægroti ſalutis cupidi, medici præcepta auſcultant. Hi enim non minus in exequendo quæ medicus præcepit, ſoliciti, quam in eo audiendo attenti ſunt. Ob hoc enim audiunt, non vt diſcant, ſed vt id quod audiunt exequantur. Hoc igitur modo audiunt quicunq; ad æternam ſalutem cooptati ſunt.

*Mali faſtidiūt dei verbum:* — *Simile.* — *Varij auditores verbi dei.* — *Plutar. ſimile.* — *Similitudo.* — *Verbū Dei qua intentione audiendum:* — E — F — G

Multas ſane proprietates habet ſermo ad eſcam: ſicut enim qui mittit in os ſuum fragmentum panis, aut qualemcunque cibum, primum dentibus eum molit, & ita dimittit eum in ſtomachum, ſic cum audimus verbum neceſſe eſt ipſum meditari in ore ſenſus, & quaſi quibuſdam dentibus, ideſt tractatibus molere, & videre quid eſt quod dicit, aut vnde dicit, aut propter quid dicit. Nam quemadmodum qualemcunq; cibum, niſi mandamus dentibus prius, non ſentimus saporē eius; ita & verbum quod audimus, niſi mādamus & ruminamus ipſum tractātes in nobis, non poſſumus intelligere virtutem verbi illius. Nam & manna quod edebatur in deſerto, figuram habebat verbi, ideo dicitur manhu quod interpretatur hebraice, quid eſt hoc? vt quotieſcunq; audimus verbū admoneat nos ipſum nomen reperire, quid eſt hoc quod audimus? cibus qui in ſtomacho eſt, ille confortat, & ſermo qui in memoria manet, ille confert. Vnde apud Iudæos illa animalia ſunt munda quæ reuocant cibum & ruminant. Sic homo ille eſt ſpiritualis & ſanctus, qui audiens verbum tractat, & cum illud bene intellexerit, memoriæ ſuæ mandat atque tra-

dit,

*Simile.* — *Chry. in non abſ. ho. 41.* — *Simile.* — *Exo. 16.* — *Manna figurabat Dei verbum.* — *Leui. 11.* — H



A dit, & iterum de memoria quaſi de vtero reuocat, & ruminat, & retractat: ille autem homo immundus eſt ante Deum, qui non recordatur aliquando, nec retractat quod audit.

Complures ex auditoribus perſimiles eſſe videntur auibus quę primo quidem intuitu terrentur & fugantur aſpectis terriculamentis quibuſdam in hortis aut aruis: verum aſsidua tandem frequentatione & vſu, tantum abeſt vt terreantur, quin potius terriculamentis ipſis etiam inſideant: ad eundem enim modum quidam ſunt qui ex longiſsimo vſu audiendi conciones, animo ſemper minus proficiendi & vitam emendandi, nullis quantiſcū-

B que comminationibus perterreantur, ac ne leuiter quidem afficiantur. Et quemadmodum qui putridis, inueteratiſq; vulnerib9 iam diu infecti ac prope conſumpti ſunt, ex longa illorum vulnerum ac plagarum moleſtia, ita callum obduxerunt, vt vix quidē ſentiant ferrum ipſum ſcindēs ſiue adhibitum cauterium: ita profecto multi ita in ſuis vitijs inueterati ſunt, vt admonitiones ac comminationes non perſentiant, neq; cauterio grauium reprehenſionum interius aliquo modo afficiantur, aut magis moueantur, vt inquit poęta, quam ſi dura ſilex, aut ſtet Marpeſia cautes.

*Verbū dei executioni mādemus* — *Simile.* — *Aliqui auditores multas quidē audiūt cōciones, ſed parū proficiunt.* — *Similitu.* — *Auditores exequātur quę audiunt.* — *Virgi.*

C

*Auditores faciant quæ audiunt a concionatoribus, non autem eorum mala opera ſi quæ ſint, imitentur.*

S*Ecundum opera eorum nolite facere.* Id eſt vos qui ſedetis in Eccleſia quaſi iudices ſacerdotum, & non auditores, aliena diſcutiētes, & propria non conſiderantes, ex vobis ipſis iudicate de ſacerdotibus. Sicut vos omnes auditis, & non omnes facitis quod auditis: ſic & ſacerdotes omnes docent, ſed non omnes faciūt quod

D docent: nam in hominibus dignitas quidem diuerſa eſt, omnium autem natura vna eſt, Si bene vixerint, eorum eſt lucrum, ſi bene docuerint, noſtrum. Accipite ergo quod veſtrum eſt, & nolite diſcutere quod alienum eſt. Frequenter enim & de homine malo bona doctrina procedit: Ecce enim & vilis terra pretioſum aurum producit. Nunquid propter terram vilem, pretioſum aurū contemnitur? non: ſed ſicut aurum eligitur, & terra relinquitur, ſic & vos doctrinam accipite, & mores relinquite. Nam vt apibus herbæ neceſſariæ non ſunt, ſed flores herbarum, flores enim illæ colligunt, herbas vero relinquunt: ſic & vos flores doctrinę colligite, & conuerſationem relinquite vt quaſi inutilis herba areſcat. Fidem prędicant, & infideliter agunt; pacem alijs dant,

& ſibi

*Chry. in nō abſ. ho. 40.* — *Simile.* — *Auditores proficiant in doctrina.* — *Simile.* — *Similitu.*

*Alij qui cõcionatores nõ faciunt quæ prædicant.* *Simile.* *Faciamus quæ dicunt concionatores & ſi nõ imitemur quæ faciũt ſi mala ſint.*

& ſibi non habent: veritatem laudant, & mendacia diligunt: aua- E ritiam caſtigant, & auaritiam exercent. Quia ergo ſcire bonum & malũ, in natura poſitũ eſt, facere autẽ in voluntate; ideo benedicere omniũ eſt, bene autem facere paucorum. Si quis iuxta biuiũ aliquod araret, vbi duo diuerſa itinera diuiduntur, & tu ignorãs vtrũ illorum itinerum eſſet tenendum, quo pergis, ab illo ſciſcitareris quæ tandem via ineunda eſſet, illeq; te verã edoceret viã, non diſcendens omnino à loco in quo erat, nunquid iure poſſes conqueri, quod tibi viam indicans, non eſſet te comitatus, ſed arans perſeueraret? aut forte renueres pergere per talem viã, quod F ille per eandem non incedat, ſed in eodem loco ſemper conſiſtat? Minime id quidem, eſſet enim perabſurdum, & hominis dementis, nolle illius optimo vti conſilio, ita plane infamis hominis eſt atq; delyri, vti nolle ſalutaribus conſilijs & documentis quæ nobis ſuggeruntur, quamuis exploratum nobis ſit, illum qui ea præbet, in peccatis volutari, cõtempto virtutis itinere quod ſua ſit.

*Similitu.* Si potionibus eges & pharmacis, ad quæ comparanda mittis adpharmacopolium puerum, qui refert quod pharmacopola cũ medicinam parabat, lautiſsimis quibuſdam cibis veſcebatur, vt G perdicibus, aut maris delicijs: num propterea ſalutarem medicinam, ſine erroris nota reſpueres, & propinatam a te repelleres? Sic plane grauiſsime errat, qui ſalutifera præcepta tradita etiam ab ijs qui ea non implent, deſpicatur propterea, reijcit atq; cõtemnit. *Simile.* Et quemadmodum cum ſententiam aliquam vtilem & præclaram alicuius autoris, ad noſtros vſus deriuamus, non ſolemus exquirere num autor ille ſaluus ſit & beatitudine fruatur, neq; an præclare & laudabiliter vixerit, ſed dumtaxat eam accõmodamus ſententiam inſtituto noſtro: nõ enim quærimus in placitis philoſophicis, num Plato & Socrates ſempiterna felicitate H fruantur: neque in legibus ipſis, num earum latores ſanctiſsime vixerint: neque in preſcriptis medicis, an Galenus & Hippocrates optimi fuerint, & veram Dei cognitionem habuerint: ſed tãtum horum preceptis ſi recta & ſalutaria nobis videantur, ad noſtram vtilitatem, commodumque vtimur. Ita plane facere debemus cum ſuperiores ipſi nobis aliquid imperant & præcipiunt non omnino curantes an ipſi faciant quod præcipiunt. Et quemadmodum decerpis ac legis roſam ipſam, dimiſſa omnino ſpina, & nucis nucleum edis, reiecto putamine: perſico veſceris, oſſe ipſo derelicto: quod pulchrum eſt eligis, turpi ac deformi contempto: dulcedinem guſtas, amaritudine intacta. Sic quo-

*Sententiã bonam ad noſtros vſus accipiamus etiã gentilis.* *Simile.*

que



A que ſi quis tibi predicat, ſi quis te admonet atque hortatur, elige quod ſuadet bonum, & fugito quod operatur malum.

*Similitu.* *Doctrinã ſalutarẽ accipiamus etiã a vitioſo doctore.*

Quemadmodum extremæ dementiæ eſt, nolle accipere aureã virgam ſiue pomum quod offertur, præſertim ſi vrgearis extrema inopia, quod cauſeris illud eſſe aurum ex abiecta, ſterilique terra erutum. Item ridiculum eſt recuſare pannum quo eges maxime ad te induendum, propterea quod videas eum educi & euolui ex vetere quadam & confracta tela qua obuoluebatur. Tum reſpuere lectiſsimum frumentum, quod ſuppeditetur tibi de horreis quibuſdam ſordidis atque dirutis. Ita pro- B fecto inopis mentis eſt, & ſtulti hominis, vti nolle ſalutari conſilio atque frugifero, quod eius autor illud ſibi neſciat aſſumere.

*Simile.* *Conſilia ſalutaria etiã a vitioſo accipiamus.*

Quemadmodum fatuus ille eſſet iudicandus, & Oreſte dementior, qui delaſſatus ex longo itinere, nocte iam humida cælo præcipitãte, hoſpitium ipſum quo neceſſario indiget, intrare nollet, niſi prius indicem tabellam quæ foris eſt, ingredi videret. Itẽ qui ſecuram viam tenere nollet, quam ſignum mõſtrat, niſi ipſum ſignum precederet atq; præcurreret. Tum præterea qui templum C non vellet quidem omnino intrare & ingredi, quod cymbalum ipſum a quo cietur & conuocatur, non ingrediatur. Haud aliter profecto toto errat cælo, vel potius perſtultus cenſendus eſt ille atq; delyrus, qui ſancta præcepta, monita & conſilia, deſpicit, parui pendit, & contemnit, quod illi quidem a quibus monetur, & præclare eruditur, ea non cuſtodiant atque obſeruent.

## APPENDIX.

*Simile.* *Similitu.* *Matt. 7.* *Exod. 18.*

D *Qvacunque dixerint vobis facite*: Nolite eorum opera conſiderare, ſed attendite quæ dicunt verba, etſi in lapideis tabulis ſcripta ſint, tamen ex deo ſunt. Item cum medicus tibi ſalutaria præſcribat pharmaca, parum referre videtur quod leproſus eſſet. Apes quidem ſpinam deſerit, , & florem carpit. Sed quæres, quomodo ergo ait Chriſtus, nunquid colligunt de ſpinis vuas? Reſpondeo quod in hoc Euange. Chriſtus loquitur de doctrina, illic vero de operibus. Sic Moyſes ſalutare conſilium ſoceri ſui accepit.

*Dicunt enim, & non faciunt*. Plurimũ quidẽ incõmodat prauũ exẽplũ virorũ eccleſiaſticorũ. Et certe ſicut fur lumen extinguit, vt poſsit furari. Sic demon conatur lucem extinguere eorum qui *3. Reg. 3.*

nobis

nobis prælucere debent. Item 3. Reg: 3. legimus de quadam mu- E liere infantem nutriente, quod eum ſuffocauerit, & ita partim dabat vitam, partim adimebat: ſic ergo videtur facere qui bene quidem docet, & male operatur, nam malo exemplo nocet.

*Exemplū viri Eccleſiaſtici quā nō poſſit nocere ſi prauum ſit.*

*Dicunt, & non faciunt.* Mirum certe eſt quod cum Deus nobis vnam dumtaxat dederit linguam, & manus duas, vt ſcilicet plus operaremur, quam loqueremur, nos tamen contra faciamus.

*Alligant onera grauia.* Qui alijs præcipit aliquid, ipſe etiam prior illud præſtare deberet. Cantı:2. vox turturis audita eſt &c. Item flores apparuerunt in terra noſtra: Ergo fuerunt opera & F voces. De Iulio quidem Cæſare & Alex. Mag. ferunt, quod multis quidem verbis milites ſuos animarent, ſed nihilominus ipſi ſemper in principijs ſe collocabant. Porro quod prelati non debeant præcipitare præcepta, docemur ex eo, quod poterat quidē Deus ſtatim Moyſi legem dare, ſed tamen voluit vt per 40. dies in monte detineretur. Quin & totam legem adduo redegit præcepta. Et lex naturalis in eo continetur, quod tibi vis, alteri facito; quod tibi non vis, alteri ne facito.

*Cant. 2.*
*Exēp, Iu. Caſa. & Al. Ma.*
*Exo. 24.*
*Matt. 22*
*Roma. 13.*

*Alligant onera grauia* Volunt alios eſſe modeſtos, & continentes, & tamen digito ſuo nolunt hæc tangere: Onerant alios va- G rijs præceptis, & nimis vrgent, ſicut Eſau nimium vrgebat gregem. Moyſes quidem pręcedebat populum, item & Ioſue, et ſacerdotes præcedebant cum arca, & tubę clāgebant. Porro tubæ ſunt anguſtæ ea parte qua pulſantur, & alia parte amplæ: in quo ſignificatur quod viri eccleſiaſtici ſtrictiorē vitam viuere debeant. Querebantur coram Roboam quod eos pater eius multis tributis oneraſſet, & ipſe reſpondit, quod multo magis eos oneraret: Sic etiam multi confeſſores nimium onerant pœnitentes interdum, cum tamen iſti conſiderare debeant quomodo dominus remiſit decem millia talenta. Et Apoſ. ait, ſi præoccupatus &c. H

*Exod. 33.*
*Exod. 19*
*Ioſue. 3.*
*Similitu.*
*Eccleſiaſtici quales eſſe debeāt*
*3. Reg. 11.*
*Matt. 18.*
*Gal. 6.*

*Dilatant phylactena.* Dni legē ſcriptam in membrana geſtabāt in capite cum tamen in corde ferre deberent, vide Deut 6. corticem enim tantum guttabant literę: in fimbrijs etiam excedebant Deut. 22. deniq; eorum vanitas interior, foras prodibat.

*Deut. 6. & 22.*

*Amant primos recubitus.* Eorum ambitionem reprehendit, non autem quod decentem tenerent locum, & ita commendat humilitatem in viris Eccleſiaſticis: & docet quod prælaturæ non obtineantur muneribus ſed meritis, contra fecit Iaſon, & Abimelech in præiudicium aliorū. Cur ſequimini dæmonem ambitioſum? ait Bern. nam Chriſtus ait, vidi ſatanam cadentem. Amiſit quod erat, cum appeteret quod non erat.

*Ambitio deteſtabilis.*
*2. Ma. 4.*
*Gene. 20.*
*D. Bern.*
*Luc. 10.*





# FERIA. III. POST II. DOMINI. QVADRA.

## CONCIO TERTIA.

*Electiones quales eſſe debeant.*

S*Vper Cathedram Moyſi &c.* Mat. 23. Satis quidem ex hodierno Euangelio, conſtat quam peſſime hebræi hos delegiſſent qui ſuper Cathedram Moyſi ſederent. Et certe electiones quales eſſe debeant, aperte oſtendit B D. Tho. 12. q. 13 Refert quidem Glo. quod cum vicinus eſſet morti Alexander, dicereturq; ei, quemnam eſſent electuri in regem, ait vt digniorem eligerent, tametſi filium iam haberet qui poſſet ſuccedere. Multos quidem videas, qui ſtatim in electionibus ſibi eligunt cognatum aliquem, vel amicum, nihil aliud conſiderantes. Non vacat ſane myſterio, quod Salomon in ædificatione templi, ex monte Libano ligna comportaret ad templi ædificationem, & non ex propria patria, vt inde intelligamus ſcilicet non cognatis, ſed bene meritis, eſſe res Eccleſiaſticas committendas. Item in lib. Num. legimus, quod is cuius floreret vir- C ga & fructus adferret, ſummus ſacerdos eſſet, & ita electus fuit ipſe Aaron. Vt inde intelligamus quod ille optimus ſit prælatus futurus, qui ſcientia & virtute floret. Inſuper ſummus ſacerdos in pectorali ſcriptum habebat, doctrina & veritas, vt inde intelligamus quod prælatus ſine his, ſit inſtar auis ſine plumis, & nauis ſine nauta, atq; horologij ſine ponderibus. Quamobrem in electionibus faciendis euitanda ſunt multa incommoda quæ ſolent euenire: ſi enim lapidem in ædificio non apponimus ſine perpendiculo, quanto magis niti debemus vt electiones ipſæ optimæ D ſint & exquiſitæ? Saul quidem quamuis initio ſe abſcondiſſet, ne rex fieret, nihilominus tamen poſtea adeo fuit inſolens, vt merito à domino repudiatus fuerit. Quid ergo ſperandum erit de viro indigno ad prælaturas euecto? Oza quidem mortuus eſt quod irreuerenter attingeret arcam. Item Deus iubebat vt in humeris hominum portaretur arca, ſic ergo digne accedendum eſt ad prælaturas, & homines debent eas humeris ſuſtinere, non autem qui more belluarum viuunt: alter enim qui tales eligūt, grauiſsimas ſuſtinebunt pœnas. Porro cauſa illa fuit vt multi tradunt, quod arca capta fuerit, quia ſcilicet ab ignaris & peruerſis quibuſdam ſacerdotibus geſtaretur, & qui neſciebant populum erudire. Debent ergo prelati Zelū habere legis Dei, ſicut legimus quod Phinees

*D. Tho. 12. q. 13. a. 2. & . 2. Sen. diſ. 25. a. 1. a. 2. Glo. ord. in 1. Mac. 1.*
*Figura. 3. Reg. 5.*
*Figu. ex Num. 17.*
*Prælatus qualis eſſe debeat.*
*Exod. 28.*
*Similia.*
*Simile.*
*1. Reg. 10*
*2. Reg. 6.*
*Nume. 7.*
*Electores male eligentes quomodo puniantur.*
*Glo. ordi.*
*Glo. Ly.*
*1. Reg. 4.*

nees fuérit maxime laudatus propter huiuſmodi Zelum: Vn- E
*Num.*21. de dictum eſt ei, ecce ego do ei pacem fæderis mei, & erit tam
ipſi quam ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum, quia zela
tus eſt pro deo ſuo, & expiauit ſcelus filiorum Iſrael. Quod autē
etiam propter cognationem vel amicitiam non ſint eligendi tan
2. *Par.* 2. tum prælati, ex eo poteſt conſtare, quod alienos potius quam pa
3. *Reg.* 5. triȩ eiuſdem, elegerit Salomō qui ligna cæderēt & multa ad tem
plū ptinētia fabricarēt. Sic ergo oportet vtiles eligere prælatos
1. *Cor.* 3. & idoneos ad populū erudiendū. Vnde Apoſ. ait, vt ſapiēs archite
*Exod.* 28. ctus fundamētū poſui, ſecūdū gratiā quæ data eſt mihi. In Exod. F
quidē præcepit Deus quæri ſapientes corde viros, & repletos ſpi
ritu prudentiæ, ad conſuendas veſtes Aaron: quanto igitur diligē
tius ſunt exquirendi ſapientes ad populū inſtruendū? Quod vt ſi-
gnificaretur, inter veſtes quidem & ornamenta ſacerdotis, in pri-
*Sacerdotes & prælati quales eſſe debeāt* mis poſitū eſt rationale, in quo iuſsit ſcribi hoc lemma, nempe do
ctrina & veritas, vt ſignificaret primū quidē & ante omnia, in ſa
cerdotis pectore, doctrinā & ſcientiā Dei eſſe perquirendā: De-
*Exo.* 28. betq; ſimul prælatus charitatē habere cū his ornamētis. O quā fe
lices illi ſunt iudicādi, qui prælatum habent ſciētē ſibi ipſi impe
rare, & ſuis cupiditatibus. Multi enim dānati ſunt, eo quod ſcien G
*Prælati ſibi ipſis primū imperent.* tia abuterentur, de quibus ait Hiere. Sapientes ſunt vt faciant
malum, bene autem facere neſcierunt. Sic etiam de tali ſcientia
ait Pau. quod inflet. Et quemadmodum male diſpoſitus ſtoma-
chus, facile oppilatur, ſic male affectus animus ſcientia inflatur:
*Hiere.* 4. & ſicut Tantalus in medijs aquis ſitiebat, ſic iſti in ſcientia cæci
1. *Cor.* 1. ſunt. Vnde talibus comminatur Deus dicens: ecce Dominus
*Simile.* auferet ab Hieruſalem & Iuda prudentem &c. De prauis etiam
paſtoribus, dicit Zacha. ſume tibi vaſa paſtoris ſtulti, hoc eſt in-
*Simile.* due perſonam paſtoris ſtulti, cum pera ſine pane & alijs huiuſmo
*Iſa.* 3. di abſurdis. Sed cur id? quia inquit, ego ſuſcitabo paſtorem in ter H
*Zacha.* 13. ra, qui derelicta non viſitabit, diſperſum non quæret, & contritū
non ſanabit, & carnes pinguium comedet. Et ſtatim exclamat, o
*Zacha.* 11 paſtor & idolum derelinquens gregem, dicitq; ſe auulſurū ei ocu
*Luc.* 12. lum, & dextrum brachium. Porro penuriam bonorum prælato
rum ſignificauit Chriſtus dicens, quiſputas eſt fidelis diſpenſa-
tor? Quaſi diceret, paucos admodum eſſe. Vnde Ietro dicebat
*Exod.* 18. ipſi Moyſi ſalutare profecto, atq; etiam longe multumq; præ-
*Iudices quales eſſe debeant.* clariſsimum cōſilium, nēpe, prouide autem de omni plebe viros
ſapientes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui ode-
rint auaritiam. Porro qui docent alios & non faciunt recta quȩ
docent, reprehenduntur ab Apoſ. dicente, qui alium doces, te
ipſum



A ipſum non doces? qui prædicas non furandum, furaris? dicat er- *Roma.* 2.
go vnuſquiſq; ſi quid boni habet, gratia Dei ſum id quod ſum. 1. *Cor.* 15.
Itē omnia poſſum in eo qui me confortat. Nā minima gratia, vt *D. Thom.*
ait D. Tho. poteſt concupiſcentiæ reſiſtere, & omne peccatum 3. p. q. 70
mortale quod cōmmittitur in tranſgreſsione mandatorum vita- a. 4. in
re Si igitur quis gratiam non habeat, tanquam cæcus paſsim cæſ cor. & 12.
pitabit. De talibus dicere videtur Hiere. Stultus factus eſt om- q. 111. a. 3
nis homo a ſcientia ſua. Quid quæſo miſer ſubditus dicet, cum in cor.
videt prælatum ſuum proprijs tantum commodis inſeruire, & *Hier.* 10
B reliqua quidem præter aurum, ab ipſo parui æſtimari? Non tan- *Scientia ſine virtute parū videtur prodeſſe.*
gitur cura ſubditorum, non reſpondet officio ſuo, ſed ſola dum
taxat pecunia mouetur. De quibus ait Apoſ: quod querunt quȩ
ſua ſunt. Conſidera obſecro quam ſolicitus fuit Eleazarus vt bo
num alijs exhiberet exemplum, ſed tamen iſti phariſæi tam pe-
ſtiferum exemplum dabant, vt Chriſtus debuerit monere popu- *Simile.*
lum ne ſecundum opera eorum faceret, neq; viuerent ſecun- *Phil.* 2.
dum eorum deprauatam vitam. 2. *Mac.* 6

*Exemplum bonum quantum conducat.*

C

D*icunt enim, & non faciunt.* Satis quidem hinc conſtat quam pra
uum exhiberent exemplum iſti Phariſæi. Sane vbique ſeruus *Exēplū bonum vbiq; dandum.*
Dei optimum præbere debet exemplum, & preſertim in con-
gregationibus & conuiuijs, vbi pleriq; relaxari ſolent. Attende
quid dicat Eccleſi: in plateis ſicut cinnamomum & balſamum *Eccle.* 24
aromatizans odorem dedi. Nullus ergo miretur ſi interdum
ſerui Dei inueniantur in huiuſmodi mundi concilijs, ſi quidem
ibi omnes præclaro exemplo ſuo diligenter inſtruunt: Sane quan
do Iudas iuit vt proderet Chriſtum, ſolus ire permiſſus eſt,
D ne qui dæmonem habebat, alios contaminaret, at vero quan-
do miſit ad ſoluendam aſinam, duos miſit, vt mutuo ſe iuua
rent in tam honeſto Chriſti obſequio, vt inde intelligamus *Ioan.* 13.
quomodo bono exemplo nos mutuo iuuare debeamus. Videas *Matt.* 21.
quidem aliquos quod nec verbum quidem proximo dignantur
dicere, & ita alios ſuo prauo exemplo ſcandalizant. Quo-
modo obſecro te, proximum, iuuabis, qui nec verbo quidem
vno eum dignaris? Dices tu, ego non odi eum, ſed tamen *Proximos ſalutemus*
ſcias quod alij exiſtimāt te eū odio habere. Vnde olim bonus ille
ſenex vt legitur in li. Mac. ne alios ſcandalizaret, noluit porcinas 2. *Ma.* 6.
edere carnes, ſed maluit potius mori. Nunc vero videas aliquos
quod

quod ſi reconciliari debeant cum aliquo, id ea conditione faciant E
ne in tali vel tali loco interueniat, ne tale vel tale quid piam præ
ſtet, & inde ſæpe multi ſcandalizantur. Quamobrem bonum om
nibus exhibeamus exemplum, ne videant nos alij virtutibus va-
cuos & inopes. Vnde pſal. ait, non erubeſcant in me, qui expectāt
te Domine. Quaſi dicat, ne ſim alijs ſcandalum, vt blaſphemetur
nomen tuum. Sed dicere valeam cum Apoſ. magnificabitur Chri
ſtus in corpore meo, ſiue per mortem, ſiue per vitam. Quamobrē
ſicut arbores priuſquam alijs fructus exhibeant, prius quidem
ſibi alimentum capiunt, & ad conuenientem tendunt altitudinē: F
ſic tu antequam te alijs magiſtrū exhibeas, prius debes te ipſum
diligenter informare. In lib. Reg. habetur quod ſolo pallij tactu,
Elias ad ſe attraxerit Eliſęum: ſic ergo pallio boni exempli debe
mus proximorum animas Chriſto lucri facere. Vnde Apoſ. ait, ne
mini dantes vllam offenſionem, vt non vituperetur miniſterium
noſtrum. Sane lacertæ poſtquam pectore repentes quaſi pictu-
ras aliquas humi expreſſerunt, eas poſtea cauda ipſa delent: ſic
etiam multi quod verbis conſtruunt, ſæpe malo exēplo deſtruūt.
Recordare obſecro quam fuerit nociuū famulo ſuo peſtiferum
Saulis exemplum, nam vidēs dominum ſuum ſe interfeciſſe, ipſe G
pariter ſe interfecit. Sic exercitus Herodis Chriſtum ſpreuit, quia
Herodes id fecit. Ex lib. quidem Sap. videtur colligi, quomodo
peruerſi homines ad idololatriam propter ipſorum culpam ſe ap
plicuerint. Nam ibi aliqui interpretes dicunt quod olim patres
cum aliquis eis filius moreretur, ſtatuam erigerent auream ſiue
argenteam, ſiue etiam lapideam, pro cuiuſq; facultate, & ſerui ei'
domus vbi erat ſtatua, ſolebant eam venerari, vt placerent Domi
nis ſuis, & cum eſſent puniendi, orabant vt propter interceſsio-
nem illius ſtatuæ ipſis parceretur. Et ita idololatria orta eſt, cum
viderent quod honos haberetur ſtatuæ. Vnde textus ait, acerbo H
luctu dolens pater rapti ſibi filij, fecit imaginem, & illum qui tū
quaſi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cæpit.
Sic Num. 26. legimus, factum eſt grande miraculum, vt Chore per
eunte, filij illius non morerentur. Caueamus igitur ne amore ni
mio rebus terrenis afficiamur, ne in ſimiles pertrahamur angu-
ſtias. Videas quidem aliquos qui exteriori exemplo non vidētur
Chriſtianos imitari, ſed gentiles aliquos, contra quam moneat
Apoſto. cum ait, induimini Dominum Ieſum Chriſtum. Itē Chri
ſtus ait, ſic luceat lux veſtra coram hominibus vt videant opera
&c. Item Gen. 18. dicitur, ſi inuenero in Sodomis quinquaginta
iuſtos, dimittam omnibus propter eos. Eſt ergo gratus valde
Deo

*Exemplū Reprehendūtur qui imuiias non condonant:*
*Bonum exēpli demus.*
Pſal. 86.
Phil. 1.
*Faciamus prius quæ alijs ſuademus.*
Similitu.
3. Re, 19.
2. Cor. 6.
Simile.
1. Re. vlt.
Luc. 23.
Sap. 14.
*Idololatria quomodo a prauis excogitata.*
*Qui minima negligit, paulatim defluit.*
Sap. 14.
Num. 26
*Patres exēplū bonum dent filijs.*
Rom. 13.
Matt. 5.
Gene. 18.



A Deo qui bonum exhibet exemplum, ſicut Deō diſplicet qui pra
uum dat exemplum. Vnde Dauid ait, veniat mors ſuper illos, &
deſcendant in infernum viuentes, quia nequitia in habitaculis
eorū, in medio eorū, ſicut patuit in Dathā & Abirō. Valde quidē
niti debent coniuges vt bonū exhibeāt exēplū & pacifice viuant.
Vnde Apoſ. ait, ſi quis frater vxorē habet infidelē &c. Item alibi
inquit, exhibeamus nos metipſos in omnibus ſicut Dei miniſtros
&c. Hoc eſt vt vndequaq; virtutū armis nos protegamus: Sane
qui vndiq; bene armatus non eſt, quacūq; ſe inermē oſtēderit, ſta
B tim perire poteſt. Sic etiā qui vndiq; virtute cinctus non eſt, faci
le perire poteſt: ſic perijt phariſæus per arrogantiam. Porro quā
tum conducat bonum exemplum, deſcribit Pau. dicens, bonū eſt
non manducare carnem, & non bibere vinum, neq; in quo frater
tuus offenditur aut ſcandalizatur. Idem etiam alibi ait fidelibus,
vt bonum exhibeant exemplum infidelibus, ne per eos nomen
Dei blaſphemetur. Nec enim tantum contenti eſſe debemus vt
mundam interius ſeruemus conſcientiam, ſed etiam exterius de
bemus bonum omnibus exhibere exemplum. Vnde Apoſ. ait,
modeſtia veſtra nota ſit omnibus hominibus. Et alibi inquit,
C prouidentes bona non ſolum coram Deo &c. Et rurſus alibi,
ab omni ſpecie, inquit, mali abſtinete vos, vt anima & corpus
ſine querela in aduentu Domini noſtri. Præcipiebat quidem
Deus hebræis vt non ſolum circunciderentur, ſed etiam exterius
certa quædam ſigna adferrent, quæ eſſent tanquam ſignum
quoddam & indicium quod legem ſeruarent. Sic etiam Chriſtus
ait, ſic luceat lux veſtra &c. Et certe ſicut vitium ſe oſtendit
ſtatim vbi ſit, quemadmodum ait Chriſtus, ex abundantia cor
dis os loquitur, ita & virtus ſtatim ſeſe oſtendit ſi alicubi ſit.
D Vt inde intelligas quam pauci ſint hoc tempore virtutis ſtudio
ſi, quandoquidem tam minimam videmus eius oſtenſionē in ho
minibus. Non ſolum contentus fuit Chriſtus vt ſanctiſsima ma-
ter interius quidem ſancta eſſet, ſed etiam voluit vt exterius
deſponſaretur ipſi Ioſeph propter hominum iudicia. Sane hoc
præſertim tempore præclara virtutis opera manifeſtare debe-
mus, quando tam multi reperiuntur vitioſi: Vnde Pſalm. Tem
pus faciendi Domine, diſsipauerunt legem tuam: ideo inquit
dilexi legem tuam ſuper aurum & topazion. Vtinam nos ita
faceremus, vt ſcilicet cum videmus aliquem nomen Domini
blaſphemare, tunc nomen Domini laudaremus, cum præſertim
videamus quod quanto plura inundant vitia, tanto magis
Bbb Eccle-

*Bonū exēplum demus.*
Pſal. 54.
Num. 16.
*Coniuges bonū exhibeāt exēplum.*
1. Cor. 7.
2. Cor. 6.
Simile.
Luc. 18.
Rom. 14.
1. Timo. 6
Phil. 4.
Rom. 12.
1. Theſ. 5.
Deut. 22.
Matt. 5.
Luc. 6.
*Virtutum opera exerceamus.*
Matt. 1.
*Mundus perditus.*
Pſal. 118.
*Laudem' nomē dn̄i cū audim' illud blaſphemari.*

Eccleſiam ipſam bono exẽplo noſtro ædificare debeamus. Quod ſi fecerimus, dici ſatis non poteſt, quam grati Deo ſimus futuri, & quanta etiam, quamq; ampliſsima ſimus a domino præmia reportaturi. Non id equidem conſiderabant ſcribæ & phariſæi cum tam prauum & peſtiferum exhiberent toti populo exemplum. Quamobrem toto pectore, totaq; diligentia in id incumbamus, vt bonum exemplum omnibus exhibeamus. In cuius rei figuram dicebat Deus, immolabitis Deo ſuper montem iſtum: Vt intelligamus quomodo omnibus aperte & non fucate, bonum exhibere debeamus exemplum, vt ita proximi ædificentur, & Deus laudetur, non autem vt gloriam propriam quæramus. Modo autem contra à pleriſq; fieri videmus, vt ſcilicet mala ipſa & ſcelera in publico fiant. Vnde Oſe. ait, ſuper capita montium ſacrificabant, & ideo fornicabuntur filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt. Reprehendenda igitur ſunt peccata publica, tum quia iſti tales mali videntur magis per contemptum peccare, item propter peruerſum exemplum quod dant. Vnde Paul. ait, peccantem coram omnibus argue: quaſi diceret non ſunt vtiq; diſsimulanda peccata publica, & reddit cauſam propterquam punire debeant, vt ſcilicet cæteri timorem habeant.

*Præmiabitur Deus bonũ exẽplũ noſtrũ* — *Exod. 3.* — *Oſea. 4.* — *D. Tho. 3. p. q. 84. a. 6. ad 1.* — *1. Tim. 5.*

## APPENDIX.

ET *patrem nolite vocare vobis ſuper terram*: Non quidem hoc ſibi vult Dominus vt ſcilicet non appellemus patrem eum qui nos genuit, vel eum qui nos inſtruxit, ſed erudit nos quanto diligentius debeamus ad cæleſtem patrem accedere, & quaſi zelum quendam habere videtur, quod ſcilicet alios potius quam ſe, patres appellemus: Nec etiam Dominus iubet vt non appellemus patres ipſos concionatores ſiue confeſſores, & prælatos, ſed hoc ſibi vult, vt ſcilicet ita id fiat, vt videlicet non videamur contentionem excitare inter ipſos parentes. Vnde Apoſ. ait, cum ſit inter vos zelus & contentio, ſcilicet ſuper patribus & magiſtris, nonne carnales eſtis? Et aduerte quod ſicut Chriſtus commendat vt ſubditi reuerentiam exhibeant prælatis ſuis: ſic etiam commendat prælatis vt humane tractent ſubditos ſuos, cum dicat, omnes enim vos fratres eſtis.

*Parentes & magiſtros reuerenter tractemus.* — *Parẽtibus obtemperemus.* — *1. Cor. 3.* — *Ephe. 6.*

FER.



# FERIA. III. POST II. DOMINI. QVADRA.

## CONCIO QVARTA.

*Prædicatores faciant quæ prædicant bona.*

SVPER *cathedram Moyſi.* Mat. 23. Sane inter alios horum defectus, iſte etiã reperiebatur, quod ſcilicet non facerent, quæ alijs prædicabãt. Curare igitur debet concionator, ne ſibi dici poſsit, vox quidẽ Iacob, manus autẽ Eſau. [B] Sed dicat potius cum Apoſ. ſi qua virtus, ſi qua laus diſciplinæ, hæc cogitate quæ & didiciſtis & accepiſtis, & audiſtis, & vidiſtis in me. Hæc agite, & Deus pacis erit vobiſcum. Non ſolum vero concionator bonis operibus prædicat, ſed etiã quicunq; alius hoc modo prædicare poteſt. Et ſicut qui pulſandi artem docet, non poterit commode diſcipulum erudire, niſi manus ſuas applicet muſico inſtrumento: ſic etiam vt bene alios erudias, tu prius bene operare. Vnde Apoſ. ait, nõ enim audeo eorũ aliquid loqui, quæ per me non effecit Chriſtus. [C] Debet ergo concionator bonis operibus comprobare quæ prædicat. Hinc Apoſ. ait, vobis autẽ dico gentibus, gaudiũ quidẽ, ego ſum gẽtiũ Apoſtolus, miniſteriũ meum honorabo &c. In Leui. quidem præcipiebatur, agrũ tuũ nõ ſeres diuerſo ſemine: non ergo debẽt miſceri mala opera cum bona doctrina. Neq; eſſe debemus ſicut aſina Balaam, quæ verba quidem habebat in ore, ſed non in corde. Interrogatus quidẽ aliquãdo Demoſthenes, cui primas tribueret? actioni inquit: cui ſecundas? etiã Actioni. & ſemper ita reſpõdit, vt ait Vale. Ma. vt inde intelligamus quod nos etiã hoc pacto dicere poſſumus nẽpe plurimũ intereſſe vt concionator agat quæ [D] prædicat. Vnde Sap. de his qui aliter faciũt, ait: abſcõdit piger manũ ſuã ſub aſcella, neq; ad os ſuũ applicat eam. Vt inde intelligamus eſſe aliquos qui nõ applicãt manũ ad ea quæ dicũt facienda. Tales vtiq; ſunt inſtar illius leonis quẽ Samſon interfecit, qui fauũ tantũ mellis habebat in ore, cũ tamen conſumptus ipſe eſſet: Et ſicut anguilla toto quidẽ corpore blanda eſt, ſed tamẽ acutos habet dẽtes; ſic iſti cum os habeãt ad reprehendendum alios, ipſi interim delicatam viuunt vitam. Contra quos ait Apoſ. qui alios doces, te ipſum non doces? Mater quidẽ quæ cibũ mãdit quẽ det puero, ipſi tantum prodeſt, at vero ſi comedat ſimul cũ puero nõ ipſi tãtũ prodeſt, ſed vtriq;. Quãobrẽ cõcionator ea præſtet quæ alios docet faciẽda, cũ præſertim ſit operarius in vinea Domini.

*Gene. 27.* — *Phil. 4.* — *Simile.* — *Rom. 15.* — *Faciamus bona quæ alijs prædicamus.* — *Rom. 11.* — *Leui. 19.* — *Num. 23.* — *Demoſt.* — *Val. Ma. de dic. & fac. Phi.* — *Pro. 19.* — *operemur bona quæ prædicamus.* — *Iudic. 14.* — *Simile.* — *Roma. 2.* — *Similitudo.*

 Qualis

Qualis autem eſſe debeat prædicatoris vita, aperte ſane ex eo cōſtat, [*Num. 17.* *Figura.*] quod virga Aaron & floruit & fructum emiſit. [E] Sed quæres cur potius amigdalas protulerit quā poma? Ad quod dicendū eſt quod ſicut hic fructus aſperitatē quidē exterius habet, cū tamē interius ſuauiſsimus ſit: ſic etiā virtus quæ exterius aſpera videtur, interius tamen ſuauiſsima eſt. Adde quod debeat prælatus frangere tāquā amigdalas, difficultates quas inuenerit, & eas explicare [*Simile.*] populo, vt ſuauiſsimum percipiat fructū. In cuius etiā rei figurā, iniecto ſale in aquā, eā dulcē reddidit Eliſæus, vt inde intelligam', [*4. Reg. 4.*] quod prædicator, adhibito labore, debeat dulcedinē doctrinæ populo exhibere, & vitia ſterilia reddere, ſicut ſal reddit terrā ſterilē: [*Matt. 15.*] nā vt ait Chriſtus, de corde exeūt cogitationes malæ &c. [F] Item ſal, cui cōparatur prędicatores, niſi ſe cōſumat & exinaniat, nō [*Similitu.*] poteſt bene cōdire cibos: ſic cōcionator niſi ſe pœnitentiæ tradat [*Prædicator præclare operet.*] & mortificationi, parū proficiet. Diſcāt igitur cōcionatores animum auocare à rebus terrenis & mundanis, neq; vitiorum maculis & luto eundem inficere, ne aliter ſimiles ſint ſordido ſpeculo, [*Simile.*] cuius intuitu cum cęteri mundentur, illud interim ſordidum relinquitur. Vel etiā ſimiles ſint cytharę, vel lyrę, [*Simile.*] quę cum cęteris delectationē ſuauiſsimam influat, ipſa interim nil tale perſentit, nullāq; ſibi oblectationē parit: ita enim concionator vitioſus [G] [*D. Augu. lib. 4. de doc. Chri. c. 27. to. 3.*] cum cęteros inſtruat, ipſe tamen in ſordibus iacet. Vnde Auguſt. ait, multi ſunt qui ſuis conſilijs & ſermonibus proſunt quidem alijs multū, quāuis ipſi quę dicūt nō operētur, ſed longe amplius prodeſſent, ſi quę alijs cōſulūt & prædicāt, ipſi prius reprę ſtarent. [*1. Time. 4.*] Hoc enim eſt de quo diſcipulū ſuū Timotheū Apoſ. admonebat dicēs: [*Simile.*] nemo adoleſcētiā tuā contēnat, ſed exēplū eſto fidelibus in verbo, in cōuerſatione &c. [*Prædicator bonum det exemplum.*] Nā certe ſicut nulla materies tā facilis ad inardeſcēdū eſt, quę niſi admoto igne, ignē concipiat: ita nullus fere auditor eſt ita docilis & propenſus ad pænitentiam & virtutem, qui eā cōcipiat, niſi concionator ipſe exemplum ad- [H] moueat & exhibeat probitatis & virtutis. [*Sancti bono exemplo ſuo docebant.*] Cuius rei defectu tam parui hodie fiunt fructus, cū olim ſancti illi tā multos colligerēt. Hi autē omnes ſancti nō tā id faciebant in ſublimitate ſermonis, nec in quęſtionib' difficilibus explicādis, aut multa materia adferēda, quę nūc fortaſſe copioſior adfert q̃ ꝙ relucerēt in illis radij [*Sene. lib. 3. epi. 20. & lib. 7. epi. 53. & lib. 10. epi. 76.*] ſāctitatis q̃ ita penetrabāt audiētiū animos, vt multa hominū millia ſtatim vnica tātū cōcione cōuerterēt, cooperāte diuino numine a quo miſsi fuerāt. Hęc inquit Sen. Sit propoſiti noſtri ſumma quod ſentimus loquamur, quod loquimur ſentiamus, cōcordet ſermo cum vita. Ille promiſſum ſuum impleuit, qui & cum videas illum



[A] illum, & cum audias, idem eſt. [*Euſ. Emi. in do. 3. Ad.*] Aliæ artes ad ingenium totæ pertinent, hic animi negotiū agitur. Non quærit æger medicum eloquentem, ſed ſanantē: ſed ſi vtrūq; habet hoc tale eſt, quale ſi peritus gubernator, etiā formoſus ſit. Vnde non immerito quidā ait, vt refert Euſe. Emi. ſi vis me flere, dolendum eſt prius tibi ipſi.

*Hypocritæ conditiones:*

[B] *Omnia opera ſua faciunt vt videantur ab hominibus.* Hanc mercedē quærunt hypocritę. Et certe mirū eſt quod cū nitamur bonis operibus ad cælum tēdere, [*Simile.*] Hypocritæ tamen bonis operibus tēdant in infernum: & inde ægrotent, vnde alij ſanantur. [*Augu. ad fra. in ere.*] Eſt quidem hypocrita, vt ait Auguſt. inſtar phænicis, quæ quidem auis odorifera colligit ligna vt ſe comburat, & ſuis met alis ignem accēdit. [*Similitu.*] Porro triplicem hanc in hominibus inuenimus fatuitatē, nempe quorundam qui Deū eſſe negant, [*Pſal. 13.*] de quibus Pſal. dixit inſipiens in corde ſuo &c. Secunda eſt eorū qui credunt quidē eſſe Deum, ſed tamē vt debēt, eū non colunt. [*2. Pet. 2.*] Vnde Petrus ait, melius erat eis non agnoſcere veritatem, quam poſt agnitam, retrorſum conuerti. [C] [*Hypocrytarū fatuitas.*] Tertia eſt fatuitas hypocritarum, qui cū ſciant Deū eſſe optimū retributorē bonorū operū, ea tamē propter mundū faciūt. Porro duplices ſunt hypocritæ, quidā enim exterius apparent boni & tamen interius pleni ſunt vitijs, [*Simile.*] & hi quidem ſimiles eſſe videntur territamētis illis auiū, [*Peruerſitas hypocritarum.*] quæ in agris ponuntur, quæq; interius plena ſunt paleis, cū exterius homines appareant. Alij vero ſunt, qui verbis tenus tantū dulcedinē aliquam præferunt, cum tamen interius inuidia & malitia cæci ſint, [*Ioann. 19.*] quales erant Pharisæi. [*Hypocritæ duplices.*] Vnde cæco dicebant, da gloriā Deo, & tamen nituntur obſcu- [D] rare miraculum. Sic rex Achaz cui dixerat Iſaias vt peteret ſibi ſignum, [*Iſa. 7.*] fingebat ſe nolle tentare Deum, vnde dicebat, non petam, & non tentabo Dominum. [*Deute. 6.*] Quaſi diceret, nolo contrauenire his quæ in Deut. ſcribuntur, [*Simile.*] non tentabis Dominum Deum tuum. Vide quam peruerſi ſint iſti hypocritæ, qui ſub ſpecie quadam bonitatis, omnia peruertunt. [*Similitu.*] Sane qui per hypocriſim pœnitentiam agunt, ſunt inſtar earum mulierum, quæ vt pulchræ appareāt, ſibi ſupercilia conuellunt, non ſine intimo quodam dolore, vt inde intelligas quam varios modos exquirat dæmon vt homines in infernum pertrahat. Eſt quidem hypocrita inſtar pictoris, qui imaginem aliquam non tam propter deuotionem mire depingit, quam vt eam carius vendere poſsit. Sichimitæ ſane ſe circunciſioni ſubmiſerunt non propter deuotionem, ſed vt

vt ditiores redderentur, ſed vide quo tandem redacti fuerint. E
Non debemus ergo bona opera præſtare propter commoda
*Gene.34.* terrena, ſed cum recta intentione illa faciamus. Vnde Chriſtus
ait, attendite ne iuſtitiam veſtram faciatis coram hominibus,
*Bona opera recta intentione præſtemus* vt videamini ab eis. Sunt inſtar ſaltatorum hypocritæ, qui ſe
ipſos affligunt vt ſpectatoribus placeant: item inſtar tormento-
rum aliquorum bellicorum in ruinoſis arcibus, quæ exterius ti-
morem incutere videntur, ſi tamen propius accedas, ea inuenies
*Matt. 6.* inermia & exarmata, ſic etiam hypocritæ videntur magnam
*Simile.* præſeferre pœnitentiam, cum tamen interius inanes ſint, atq; F
*Simile.* ita non poſſunt cæli arcem capere, propter arrogantiam ſuam.
*Opera recta intentione facienda.* Vnde Oſe. ait, & reſpondebit arrogantia Iſrael in facie ſua. Vi-
ta quidem hypocritarum, Ezechiæ culpa figuratur, qui poſtquã
vna prece, & ſub vnius noctis ſpatio, centum octoginta quinq;
millia hoſtium, angelo feriente proſtrauit, poſtquam occaſui
*Oſeæ.5.* proximum ad altiora cæli ſpatia ſolem reduxit, poſtquam vitam
*4. Re.19.* appropinquante iam termino coarctatam in tempora longiora
protelauit, babylonici regis nuntijs, bona omnia quæ poſſide-
*4. Re.20* bat, oſtendit. Sed prophetæ voce protinus audiuit, ecce dies
venient, & auferentur omnia quæ in domo tua ſunt, in babylo- G
*Bona opera abſcondenda.* nem, non relinquetur quidquam dicit Dominus. Sic nimirum
hypocritę poſt quam magnis virtutibus fortaſſe excreuerunt,
quia cauere malignorum ſpirituum inſidias negligunt, & celari
in eiſdem virtutibus nolunt, bona ſua oſtendendo, hoſtium ea
*Pſal. 77.* faciunt, & procedentes, ſubito amittunt, quidquid diutius ſtu-
dentes operantur. Hinc per Pſal. dicitur, tradidit in captiuita-
*Simile.* tem virtutes eorum, & pulchritudinem eorum in manus ini-
mici. Quemadmodum in ipſis pharmacopolijs ſępiſſime in-
uenias ampullas aliquas, ſiue etiam capſulas, inſignibus lem-
*Hypocritæ fallaces* matis ornatas, in quibus habetur, capſulis illis contineri pre- H
tioſiſſima medicamenta: cum tamen res contineantur ſæpe ve-
nenoſæ, aut ſaltem ſint vacuæ: ita hypocritæ exterius præſeferũt
ſanctitatem maximam, cum tamen interius & vacui ſint virtu
*Chryſ. in nõ abſ. ho. 19. tom. 2.* tibus, & pleniſſimi omnibus omnium fraudum generibus.
Nulla autem res, ait Chry. ſic exterminat bonum, quemadmo
dum ſimulatum bonum. Nam manifeſtum malum, quaſi ma-
lum fugitur & cauetur: malum autem ſub ſpecie boni celatum,
dum non cognoſcitur nec cauetur, ſed quaſi bonum ſuſcipitur,
& ideo coniunctum bonum exterminat. Sic ſerui diaboli tunc peſ
ſime Chriſtianitatem corrumpunt, quando ſe ſimulant Chriſtia-
nos de quib⁹ admonet diſcipulos ſuos Chriſtus & nos omnes per
ipſos



A ipſos dicens: attendite à falſis prophetis: neq; dixit aſpicite,
ſed attendite: aſpicere enim eſt ſimpliciter videre, attendere au *Matt. 7.*
tem eſt caute conſiderare: vbi enim certa res eſt & indubitabi- *Fallacia hypocritarum.*
lis, aſpicitur, vbi autem incerta & dubitabilis, attenditur.

*Ambitioſi deteſtabiles.*

A*Mant autem primos recubitus*. In ſuperbia quidem ædificiũ ſuũ *Ambitioſi conditiones.*
conſtruunt: non autẽ ita faciunt ſerui Dei, ſed oculis Domini
in humilitate placent. Vnde Dauid ait, imperfectum meum vide
B rũt oculi tui, Huic ergo potius placere curemus quã hominibus, *Pſal. 138.*
qui nouit optime præmiari bona opera noſtra; Porro explicans
beatus Auguſt. verba illa Pſal. & in cathedra peſtilentiæ non ſe- *D. Aug.*
dit, inquit quod ambitioſi ſedeant in tali cathedra, à quibus tan *Pſalm. 1.*
quam à peſte fugere debemus propter prauam eorum vitam, ac *Ambitio hominum quo creuiſſet.*
deprauatos mores, adeo vt vix iam inuenires quo titulo ſcri-
bendum eſſet multis eorum, niſi Catholicus rex ſua lege de his
ſtatuiſſet, vt intelligas quomodo ambitioſi homines, etiam in
lineis atris & atramento illitis, gloriam mundanam quærerent,
C cum tamen dicamus Deo, tu ſolus ſanctus, tu ſolus Dominus *Ambitio multorum intolerabilis.*
&c. Quos tamen etiam titulos ipſi volunt vſurpare. Sunt plane
ambitioſi inſtar leporum, qui quidem per accliuia velociter cur
runt, ſed non perinde per decliuia, quandoquidem habent lon-
gos pedes, & breues manus. Sunt quidem pedes affectus terre- *Simile.*
ni, quos cum longos habeamus, propterea tam velociter curri- *Ad honores mũdanos quam velociter multi currant.*
mus ad honores mundanos, manus vero id eſt opera noſtra bre
uia ſunt, & idcirco nolumus vel tantillum ab honore noſtro de
flectere, ſed diligimus ſicut iſti phariſæi, & affectamus vocari
Rabbi. Multos quidem excæcat ambitio & dominandi libido. Vi
de enim quæ fecerit Iul. Cęſar vt dominari poſſet, ſicut ſcribit
D Lucanus. Vide etiam quæ fecerit Alexan. vt habetur 1. Ma. De- *Iul. Cæſ.*
niq; ambitio phariſæorũ in cauſa fuit, vt Chriſtus crucifigeretur. *Lucã.*
Sane ſi inuenerimus amicũ aliquem gladio confoſſum in via, ſi *Phar. li. 1.*
gladiũ ipſum reperimus, ſolemus ſtatim eum confringere, quam *1. Ma. 1.*
uis ipſi culpa non ſit imputanda, & tamen cum aperte noueri- *Simile.*
mus propter ambitionem Phariſaicam Chriſtum fuiſſe cõfoſſum *Ambitio deteſtabilis.*
& crucifixum, non tamẽ ambitionẽ fugimus & deteſtamur. Mali
quidem & ambitioſi occaſiones captant quibus poſſint cæteris
dominari, & inter cęteros pręcellere, & tamen ſępe illis longe *Indic. 1.*
ſecus euenit quam opinarentur: Præceperat quidem Deus *Occaſiones noxias declinemus.*
Hebræis, vt habetur in lib. Iudic. ne Iebuſęos in terra pro-
miſsionis relinquerent, & tamen ipſi quidem hebręi propter
Bbb 4 ſuam

ſuam ambitionem, & vt haberent quibus mandarent, permiſe-
runt vt aliqui inter eos viuerent, atq; idcirco iſti fuerunt ipſis
occaſio ruinæ & idololatriæ, de quo tamen iam pręmoniti fue-
*Deut.* 17. rant à deo, vt habetur in Deut. Sane qua parte exiſtimant ambi-
*Leui.* 10. tioſi ſe aliquid poſſe proficere, ex ea quidem parte ſe ipſos peri-
munt. Vnde in Leui. Habetur quod cum arripuiſſent Nadab &
Abiud, filij Aaron, thuribula ſua, cęperunt ante Dei conſpe-
ctum thurificare, quæ omnia cum ex ambitione fierent, egreſ-
ſus eſt ignis de ſanctuario, & combuſſit eos, cum tamen illi
3. *Reg.* 12. exiſtimarent magnum inde ſibi honorem prouenturum. Item F
in lib. Reg. habetur quod Hieroboam vitulos quoſdam effecit,
vt eos adorarent, & ita ipſe conſeruari poſſet in regno: id tamen
fuit eius ruina, atque deſtructio poſteritatis ſuę. Volunt qui-
*Ariſt.* 3. dem ambitioſi ad altos honorum gradus aſcendere, abſque vl-
*Ethi.* lis meritis, honor vero vt ait Ariſ: eſt præmium virtutis: vnde
malus ſibi honorem indebitum vſurpat. Narrat quidem D:
*D: Aug. l.* Auguſtin. quod Romani duo haberent templa vicina interſe,
4. *ci. Dei.* alterum quidem erat templum virtuti dedicatum, alterum ve-
ro Deo honoris, & primo quidem tranſibant per templum
virtutis, priuſquam ad templum honoris peruenirent: vt in- G
*D. Auguſ.* de intelligamus quod ſi volumus digne honores reportare, de-
bemus quidem virtutis ſtudioſi eſſe. Vnde Auguſtin. ait, ſupe-
*D. Tho:* 22 rior locus, ſine quo communitas regi non poteſt, etſi admi-
*q:* 185. *a.* 1 niſtretur vt decet, indecenter tamen appetitur. Et S. Thom: Sa-
tis periculoſum eſſe actum inquit, Epiſcopatum deſiderare, eo
*Luc.* 22. quod ei annexa eſt dignitas. Mirum ſane fuit quod cum alia vi-
tia non perinde in Apoſtolis eſſent, ambitio tamen in ipſis re-
2. *Cor.* 12. periretur: vt inde intelligamus quantum nobis ab ea cauen-
dum ſit, quę etiam abſtinentes & pœnitentes inuaderet: Vnde
Apoſ. dicebat, ne multitudo reuelationum extollat me &c. H
*Hipo.* De hominibus quidem qui integra vtuntur valetudine & ta-
*Ambitioſi* men ſunt præpingues, dicit Hipocrates quod expoſiti ſint
*in quanto* valde infirmitatibus, atque adeo mortis periculo. Sic etiam
*periculo* qui hic virtutibus adornati ſunt, periclitantur valde ſi ſu-
*verſentur.* perbia & ambitione ſe induant, atque id circo caute viuen-
dum eſt. Plurimum vero nocet in aliquo populo, etiam vnicus
*Simile.* ambitioſus Plin. ait quod nihil ſit pernicioſius in aliquo aluea-
*Plini.* rio, quam quod aranea vnica, ſuam ibi telam texat: ſic etiam
*Simi i u.* nil eſt pernicioſius in aliqua communitate, viro ambitioſo,
*Pſalm.* 4. qui omnia conturbat: Vnde Pſal. ait, filij hominũ vſq. quo graui
corde? Vt quid diligitis vanitatem, & quæritis mendacium: Vbi
Hier:



A Hie. legit, filij inclyti mei, vſquequo ignominioſe diligitis vani-
tatem? quaſi diceret, ignominioſum plane eſt quod tam excel-
lentes viri ſe demittant ad tam vilia.

## *APPENDIX.*

O*Mnia opera ſua faciunt vt videantur ab hominibus.* Ignominioſum
quidem eſt, pręclara pręſtare opera vt hominibus placeamus. *Simile.*
Quid enim quæſo diceremus de mercatore qui locupletiſsimas
exponeret merces vænum in pago aliquo, vbi nullus poſſet vel *Vile eſt bo-*
B minima quæq; mercari, an non hunc ſtultum iudicaremus? ſic vti *na præſta-*
que tu ſtultior es iudicandus, qui cum opera præſtes digna æter *re opera,*
na vita, illa tamen propter homines dumtaxat facias, & vt videa *vt placeas*
ris ab eis: ſiquidem vides quod nullus hominum poſsit talia ope *tantum ho-*
ra digne compenſare: Vnde etiam Ariſt. honorem ipſum virtuti *minibus.*
deferendum cenſebat, & intelligere videbatur quod in hac vita *Ariſto. in*
non eſſent ſatis digna præmia quibus compenſari poſſet. Quam *Pro.*
obrem in bonis operibus noſtris non terrena præmia affectemus
ſed potius cæleſtia ſtipendia expectemus.

C

## FERIA IIII. POST II. DOMIN. QVADRAG:

## CONCIO PRIMA.

ASCENDENS *Ieſus Hieroſolymam, aſſumpſit duode-* *Chry. in*
*cim diſcipulos ſuos: &c.* Mat. 20. Mat. 10. Luc. 18. Omnis *nõ abſ. ho.*
gloria Dei & omnis ſalus hominum, in Chriſti morte *36. to. 2.*
poſita eſt: nulla enim eſt res quæ amplius ad ſalutem
D hominum pertineat, ait Chry. quam mors ipſius, nec
eſt aliquid aliud propter quod magis Deo gratias agere debea-
mus, quam propter mortem ipſius. Ideo cum turba plurima fide-
lium, eum ſequeretur in via, duodecim Apoſtolos ſolos tulit ſe-
cum in ſecreto, & illis tantummodo mortis ſuæ annunciauit my *Simile.*
ſterium, quia ſemper pretioſior theſaurus in melioribus vaſis in- *Doctrina*
cluditur: multi quidem viri erant cum eo, ſed propter modicam *tradenda*
fidem infirmi erant: multæ mulieres, quæ etſi fide fortes, tamen *eſt pro ca-*
in ſexu infirmæ. Si audiſſent quia ideo Chriſtus aſcendebat Hie- *ptu audiẽ-*
roſolymam vt interficeretur, & viri forſitan turbarẽtur propter *tium.*
infirmitatẽ fidei, & mulieres ob mollitiem ſuæ naturæ, quæ cito
lachrymas excitare ſolent. *Ecce* conteſtãtis eſt ſermo, vt memo- *Quæſtio.*
riam beneficentiæ huius in cordibus ſuis recondant. Sed quare

*Reſpon.* illis prædicit paſsionis ſuæ myſteriũ? Quia omnis aduerſitas quę E
*Præmiſſa te* ſubito euenit hominibus contra ſpem, nimium grauis eſt. Quam
*la minus* vero ante cognoſcimus, & præparamus nos contra eam, cum ſu
*feriunt.* peruenerit expectantibus nobis, & leuior inuenitur quã eſſet fu
tura ſi repẽtina veniſſet. Ideo ergo nũciat illis de ſua morte futu-
*Similitu-* ra, vt cum dies ille paſsionis aduenerit, nõ illos turbet cognoſcẽ-
*do.* tes quia omnino erant euẽtura. Si enim toties admoniti Apoſtoli
de morte eius futura, tamen quando cõprehenſus eſt, ſcãdalizati
ſunt omnes, & reliquerunt eũ, quanto magis ſcãdalizãdi fuerant ſi
*Iſaac ho* 1 præmoniti nõ fuiſſent? proſperũ iter nobis faciat Deus ſalutariũ
noſtrorum, ait grauis quidã autor, & nos quoq; aſcẽdimus Hie- F
*Simile.* roſolymã, Sicut aues priuſquã in altum volẽt, ſe prius demittere
*Similitu-* ſolent, ſic etiam nos prius nos humiliemus, vt hoc pacto altius aſ
*do.* cendamus, Arduum eſt quo aſcendere molimur, arctũ quo atten-
tamus penetrare, ideo expeditos & humiles nos eſſe cõuenit, in
*Simile.* altum enim repere onuſtũ, & per anguſta inflatũ introire, difficile
eſt. Porro nõ inflari hominẽ diuitijs, nec onerari cura ſeculi, diui
ni eſt miraculi, nõ humanæ virtutis. Iam imminẽte paſsione, ait
*Soarez in* alius autor, Dominus Hieroſolymã aſcẽdit, tantoq; feruore gra
*Mar. 10.* diebatur, vt diſcipulos omnes præcederet, vim amoris & patris
obedientiam in hoc ſuo progreſſu oſtẽdens. Tãto enim deſiderio G
redimẽdi nos accẽdebatur, tãtoq; feruore à diaboli tyrãnide mũ
dum eripiendi æſtuabat, vt omnes diſcipulos ambulãdo præce-
*Iſa. 8.* deret. Vnde Iſa. ait, voca nomen eius, accelera, ſpolia detrahe. Et
*Pſal. 18.* Pſal. ait, exultauit vt gigas ad currẽdã viam. Quare hic docemur
quanto cũ feruore nobis currẽdũ ſit ad perferẽdas paſsiones pro
Chriſto, quantãq; curã in iuuãdis fratribus adhibere debeam'. In
*Luc. 1.* ſuo etiam primordio legimus cum feſtinatione matrẽ virginem
in montana abijſſe ad Ioannem ſanctificandum, non dubitandum
eſt quin ille tum faceret matrem ad vnum ſanctificandũ feſtinare H
qui nũc pro omnibus paſſurus: diſcipulos ambulado pręcederet.
*D. Tho. in* *Duodecim diſcipulos.* Nondũ Iudas malũ conceperat, ait D. Tho.
*Mat.* & ideo Deus eũ à ſocietate nõ repulit. Põtifices quidẽ, ait grauis
*Lud. gra.* quidã autor, ne dignitatis locũ, quẽ in ea rep. obtinebãt, amitte-
*Ioan. 11.* rent, in mortẽ eius coniurarũt: illorũ enim verba ſunt, ſi dimitti-
mus eũ ſic, omnes credent in eum. &c. Hoc ergo metu impulſi, ã
immane facinus animo cõceperũt, ſicut & Aarõ ne ſummi pon-
*Caieta. in* tificatus officio pelleretur, aureũ vitulũ fabricatus eſt, quẽ perfi-
*Exo. 32.* da multitudo adorauit. Ea enim ambitionis eſt vis, vt nullũ faci-
*Exemplũ* nus pertimeſcat, quo ſummũ inter alios dignitatis gradũ adipiſ-
*prauum.* catur, vel ne amittat adeptũ, Noſtra fere ętate regis Tunicij alius
regnan-



A regnandi libidine incẽſus, patrẽ, cuius ſpectare celeriorem mor-
tem potuiſſet, candẽtis ferri lamina, ante ſenis oculos poſita, v-
troq; lumine orbauit, vt paternũ regnũ ſolus ante diẽ obtineret,
tantũ potuit regnãdi libido. Sed illud recẽs exemplũ, illud vero vt
vetuſtiſsimũ, ita maxime mirandũ, quod vt antiquitatũ annales
memorãt, Hirena Auguſta, Herodi filio oculos quoq; eruit, vt ty *Exemplũ*
rannide imperium occuparet. Quæ cũ ita ſint, quid mirũ ſi prin- *prduum.*
cipes ſacerdotũ, morti eũ traderẽt, ne ſacerdotij principatũ amit
terẽt? Oportet quidem, ait Iſaac, vt in ſingulis nobis filius homi- *Iſaac. ho. 1*
B nis crucifigatur. Ego enim cũ ſim perſonaliter homo vnus ex ani *Rom. 7.*
ma rationali & humana carne ſubſiſtẽs, tamẽ duos & duorũ filios
in me video, veterẽ & nouum, terrenũ & cæleſtẽ, hominis filium
& Dei filium: nã quod natũ eſt ex carne, caro eſt, & quod natum *Ioan. 3.*
eſt ex ſpiritu, ſpiritus eſt. Itaq; ad pacis viſionem properantibus,
quod ſignificat Hieruſalẽ, tradẽdus eſt filius hominis, homo exte
rior ab interiore, & non ſine aliqua ſeductione, gentibus alienis,
ideſt diſciplinis, & diſtrictionibus regularibus, abſtinẽtiæ, & vigi
lijs, paupertati, & ſilẽtio, laboribus & alieno imperio, vt ab his af
fligatur, donec funditus à proprio ſenſu, & veteris vitæ conſuetu
C dine moriatur, Porro ait alius autor, quia omnis altus locus ex- *Pala. in*
poſitus eſt mille periculis, ideo Hieroſolyma; quæ locus excelſus *Mat.*
eſt, mortẽ & pericula cõtinet, mortui ibi ſunt prophetę, morietur
& ibi ipſe prophetarũ Dominus. Cur igitur ambis tu locum ex-
celſum ſuperbe? Traditus autẽ fuit Chriſtus a tribus, inquit Inno:
nẽpe à Iudæis, à Iuda, & Deo. Vnde Apo. ait, proprio filio ſuo nõ *Inno. 3. de*
pepercit, ſed pro nobis omnibus tradidit illũ. Itẽ de Iuda dicitur *myſt. miſſ.*
quod quærebat opportunitatem vt eum traderet. Item de Iudæis *lib. 3. c. 3.*
dicitur, gens tua & pontifices tui tradiderunt te mihi. Sed Deus *Rom. 8.*
tradit eũ gratia, quia dilexit nos: Iudas ex auaritia, quia conſtitue *Mat. 26.*
D runt ei triginta argenteos: Iudæi ex inuidia, ſciebat enim Pilatus *Ian. 18.*
quod ex inuidia tradidiſſent eum, Deus ergo tradidit eum ex *Ioan. 3.*
dono, Iudas pro munere, Iudæus in ſacrificium. Ad hoc porro *Mat. 26.*
deſignandum ſacerdos facit tres cruces ſuper oblatam & cali- *Mat. 26.*
cem, dum dicit, hæc dona, hæc munera, hæc ſancta ſacrificia illi- *Hoff. in*
bata. Tradetur gentibus ad illudendum. Hoc in die ait autor qui *Mat. 10.*
dam, nobis dat exemplum Chriſtus, vt in inſtituendo proximo, *Simile.*
magis ei tradamus quæ neceſſaria ſunt, quam quæ iucunda & ſua *Salutaria*
uia. Nam & hoc ipſum etiam periti medici faciunt, qui ægrotis *proximo*
præſcribunt medicamina ſaluberrima quidem, ſed à quibus om- *ſuadenda.*
nino abhorret ægrotorum animus:

*Tunc acceſſit ad eum mater filiorũ Zebedæi.* Iacobus & Ioãnes filij
Zebedæi

D.*Hiero.* *lib.*3. *in Mat.to.*9. Zebedæi,& mater eorum,inquit Hiero. Audientes Chriſtum poſt E
mortem tertia die reſurrecturum, crediderunt ipſum immediate
poſt reſurrectionem regnaturum in Hieruſalem temporaliter,&
ideo cupientes ei eſſe collaterales præ cæteris, quia ei erant co-
gnati,informauerunt matrem ſuam de petitione ſequenti,& hoc
eſt quod dicitur,Tunc,ideſt audita reſurrectione futura. Non tur
*Chry. in Mat. ho.* 66. *to.*2. betur quiſquam,ait Chry. Si adeo imperfectos dicimus Apoſto-
los fuiſſe,nondum gratia ſpiritus in corda ipſorum infuſa. Qua-
re ſi ſtudia virtutis ipſorum diſcere cupis, quales poſt datam gra
tiam ſpiritus fuerint,conſidera,& videbis omnem ab illis turba-
tionem animi fuiſſe ſuperatam. Hac enim de cauſa eorum modo
imperfectio reuelatur,vt aperte percipere poſsis,quales ſubinde F
per gratiam effecti fuerint. Quid vis? petitio enim illa, ait Diuus
*D.Tho.in Mat.* Tho. non erat admittenda, & qui hoc concedit, fatue concedit.
Legitur quidem de Herode, quod iſtud conceſsit filiæ Herodia-
*Mar.*6. dis,& non reuocauit: Salomon autem matri conceſsit, ſed quia
3.*Reg.*2. ſapiens fuit,incautũ promiſſum reuocauit: ideo Chriſtus ſapien-
*Mat.*12. tior his (ecce plus quam Salomon hic) noluit concedere niſi expe
riretur prius quod petebat,unde dixit, Quid vis?

*Lud. gra.* *Simile.* *Dic vt ſedeant hi duo filij mei.* Apparet quidem in his & ſimilibus
diſcipulorum lapſibus, quid natura, quid gratia in diſcipulorum G
animis effecerit. Quemadmodum enim filios Iſrael Dominus ſta
tim poſt egreſſum de Aegypto,in tantam ſtupiditatem & cæcita
*Exo.*32. tem ruere permiſit, vt fabricatum ante ſe vitulum non ſolum vt
Deum colerent, ſed etiam magnificentiſsima illa opera quæ Do
minus in Aegypto patrauerat, illi accepta ferrent, quo liquido
*Permittit Deus interdũ nos labi ad maius bonum.* appareret, beneficia rudiſsimo illi populo exhibita, non illorum
meritis, ſed diuinæ gratiæ tribuenda eſſe: ita nunc Dominus &
hunc & ſimiles diſcipulorum lapſus permiſit, partim vt quam in-
firma inſtrumenta is ad mũdi conuerſionem elegiſſet inſinuaret,
quo eius gloria eſſet illuſtrior, partim vt diuinę gratiæ vim & po H
tentiam oſtenderet, quæ horum hominum ruditatem & infirmi-
tatem, ſpiritu ſancto è cælis miſſo in admirabilem virtutem ſubi
*Simile.* to permutauerit. Sicut enim ex ignariſsimis ſapientiſsimos, ex
infantiſsimis eloquentiſsimos: ita ex imperfectis & infirmis, per-
*Conſideremus ruditatem noſtram.* fectiſsimos & fortiſsimos in momento reddidit. Quo factum eſt
vt præteritæ vitę recordatio, omnem illis gloriandi occaſionem
adimeret, futuræ vero, in vno Deo gloriandum eſſe, apertiſsime
demonſtraret. Animaduertite rurſum quæ ſibi ſomnia diſcipulo-
*Mat.*4. rum ſimplicitas propoſuerat. Paucis ante diebus & retia & piſ-
candi officium, quo vitam ſuſtentabãt, deſeruerant, & iam prin-
cipatus



A cipatus & primas ſedes in temporali regno ambiebant, & qui-
dem è Chriſto Domino nunquam recedentes, quidquid audie-
bant, quidquid bonus magiſter repetitis identidem vocibus in-
culcabat, ad humilitatem inuitabat, humilitatemq; ſemper eo- *Mat.*11.
rum animis infigebat. Schola enim Chriſti, ſchola humilitatis
erat, Chriſtiq; magiſterium, clariſsimum virtutis quidem huius
magiſterium erat. Et hi tamen qui in hac ſchola tandiu verſati
& in gratia conſtituti, & ad gloriam prædeſtinati, & filij Dei effe-
cti erant, nihilominus hanc mundani honoris cupiditatem in ani *Ambitio*
mo conditam geſtabant: nec vero cupiditatis huius germen duo *quam late*
B rum tantummodo diſcipulorum, qui affines Chriſto erant, ani- *pateat.*
mos occuparat, ſed cæterorum etiam, qui propterea indignati
ſunt aduerſus hos, quod ipſi ante alios, etiam ſibi dignitatem præ
ripere vellent, quam hi ſimili cupiditate, vel ſibi cupiebant: vel
certe alijs inuidebant.

*Dic vt ſedeant hi duo filij mei.* Hac ſuauiſsima eſca primos illos *Gen.*3.
generis humani quidem parẽtes antiquus ille ſerpens allicere cu
rauit, cum vero nos cupiditatis paternæ hæredes eſſe intellige-
ret, eadem arte deludere conatur. Scit namq; callidus ille hoſtis
C nullum animal tanta auiditate dulcem eſcam, quanta cor homi- *Simile.*
nis laudem & gloriam concupiſcere. Et animalia quidem cum fa *Multi cu*
mem expleuerint, cibum faſtidiunt, cor autem hominis vix vnquã *pidi lau-*
honoribus expletur, vix vnquam laude ſatiatur, ſed quo magis *dis.*
honoribus excellit, eo acrius ad illos augendos incitatur.

*Neſcitis quid petatis.* Si intelligeretis, ait Chry. ita petere debe- *Chry. in*
batis: quoniam in hoc mundo periculoſiſsimo viuimus quaſi in *non abſo.*
pelago, vbi ſemper eſt tempeſtas, aut ſi interdum non fuerit, ſem *ho.*35.*to.*2.
per tamen timor eſt tempeſtatis, & tentatio, vel tentationis ti- *Simile.*
D mor, ideo da nobis auxilium gratiæ tuæ vt non vincamur a ma- *Oratio*
lo, ſed vincamus malum. Petitis brauium ait alius autor, cum nõ *qualis eſſe*
dum cucurreritis? petitis coronam cum nondum pugnaueritis: *debeat.*
quærebant alijs honoratiores eſſe, quo quid inutilius, imo quid *Ferus in*
perniciosius? Quid hic faceret pius pater? lapidem daret? ſcorpio *Mat.*
nem daret? ſed hoc contra naturã eius erat, ideo ait, neſcitis quid *Luc.*11.
petatis, quibus verbis oſtendit paratum ſe præſtare, ſi quid condu *Proſperi-*
cibile poſtulaſſent. *Neſcitis quid petatis.* Quod proſperitas ſit lon- *tas peri-*
ge periculoſior quam aduerſitas, declarat Dauid dicens, cadent *culoſa.*
à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis. Multi ex magna *Pſal.* 90.
tibus Iſrael non credebant in Chriſtum, ne à ſuo ſtatu caderent. *Ioan.*12.
Adam in tanta proſperitate cecidit, & tamen Iob in aduerſitate *Gen.*3.
vicit. Dauid in aduerſis pro inimicis orabat, & in proſperis ami-
cos in-

Iob.2. cos interficiebat: Saul in paupertate humilis, in opulentia ſuper
1.Re.26. bus: Abimelech occidit per ambitionem 70. fratres. Item fratres E
2.Re.11. Dauid, dicebant ei; cur vellet paſtorile officium relinquere? *Neſ-*
1.Re.10. *citis quid petatis.* Quia fugitis aduerſitates, cum tamen Ioſeph cha
1.Re.22. rioris fratris ſacco ſcyphum indiderit, & eum in carcerem con-
Iudi.9. iecerit, ſed tamen poſtea portio quam dedit ei, quinque partibus
1.Re.17. ſuperabat aliorum portiones: ſic etiam fiet cum his qui hic aduer
Gen.44. ſitates patientur.
Gen.43. *Poteſtis bibere calicem.* Hic eſt calix Ioſeph inuentus in ſacco Ben
Gen.43. iamin dilecti ſui: eos enim Chriſtus ſolet afflictionibus afficere,
Gen.44. quos admirabili proſequitur amore *Poteſtis bibere calicem.* Perpen F
Chry. in dis ait Chry. quomodo ſtatim ab hac cupiditate ipſos remouit,
Mat. ho. contraria eis differens? Nam vos inquit de honoribus & coro-
66. to. 2. nis cogitatis: ego vero de lucta & ſudore, nõ præmiorũ hoc tem-
pus, nec gloria mea modo apparebit, ſed bella, & mortẽ præſens
Ferus in continet vita. Cæterũ non ait, poteſtis veſtrũ effundere ſanguinẽ?
Mat. Sed quonã pacto? poteſtis bibere calicẽ, quẽ ego bibiturus ſum?
vt cõmunione laborũ cũ ipſo: própriores redderẽtur. Habẽt & im
pij, ait alius autor, calicẽ ſuũ, patiuntur & ipſi, ſed ob malefacta:
Chriſti autẽ calix nõ eſt propter malefacta pati, ſed propter iuſti-
Pala. in tiam & veritatẽ. Differẽtia eſt inter calicẽ Chriſti & mundi, ait, G
Mat. alius autor, nã Chriſti calix principio amarus, in fine ſuauis: calix
vero mũdi principio ſuauis, nouiſsima vero eius vt abſynthium:
Gre. li. 3. *Calicem quidem meum bibetis.* Quid calicis nomẽ, ait Chry. niſi paſ
dia. c. 26. ſionis poculũ ſignat? Et cũ conſtet quia Iacobus in paſsione occu
Gre. in e- buit, Ioãnes vero in pace Eccleſiæ quieuit, incunctãter colligitur
uan. ho. 35 eſſe & ſine apta paſsione martyriũ, quãdo & ille calicẽ domini bi
bere dictus eſt, qui ex perſecutore mortuus nõ eſt. Idẽ etiam alibi
ait, ſi adiuuãte nos Domino, virtutẽ patientiæ ſeruare contendi-
mus, & in pace Eccleſiæ viuimus, martyrij palmã tenemus, duo H
Duplex quippe ſunt martyrij genera, vnum in mẽte, aliud in mẽte ſimul
martyriũ. & opere, itaq; eſſe martyres poſſumus, etiamſi nullo percutien
tium ferro trucidemur: mori quippe à perſequẽte, martyrium in
aperto opere eſt, ferre vero cõtumelias, odientẽ diligere, marty-
Ber. ſer. in rium eſt in occulta cogitatione. Vnde D. Ber. ait, habemus in B.
feſto inno Stephano, martyrij ſimul opus & volũtatẽ. Habemus ſolã volũta
cent. tẽ in Ioãne, ſolũ in Innocẽtibus opus. Biberũt omnes calicẽ ſaluta
ris, aut corpore et ſpiritu ſimul, aut ſpiritu ſolo, aut corpore ſolo.
Aug. in *Non eſt meum dare vobis.* Non eſt meum ait D. Aug. dare ſuper-
pſa. 126. bis, hoc enim adhuc erant, ſed ſi vultis accipere, nolite eſſe
to. 8. quod eſtis: Alijs paratum eſt, & vos alij eſtote, & vobis paratum
erit



erit. Quid eſt alij eſtote? prius humiliamini, qui iam vultis exalta
A ri. Quod autẽ paratũ eſt à patre eius, ait, alibi, & ab ipſo filio pa- Aug. li. 5.
ratum eſt, quia ipſe & pater vnũ ſunt. Iã enim oſtendimus in hac de Tri. c.
trinitate permultos diuinarũ locutionum modos etiam de ſingu 12. to. 3.
lis dici quod omniũ eſt, propter inſeparabilẽ operationẽ vnius,
eiuſdẽq; ſubſtãtiæ, ſicut & de ſpiritu ſancto dicit, cũ ego abiero, Ioan. 16.
mittã eum ad vos, nõ dixit mittemus, ſed ita quaſi tãtũ filius eum Ioan. 14.
miſſurus eſſet, & non pater, cum alio loco dicat, ſpiritus ſanctus
quem mittet pater in nomine meo, ille vos docebit omnia. *Sed*
B *quibus paratum eſt.* Scilicet victoribus & humilibus, ait Hug. Card. Hug. car.
iuxta illud Pſal. paraſti in dulcedine tua pauperi Deus. Non fuit in Mat.
Chriſti, ait Diony. Car. dare gloriam eis eo modo quo illam pe- Pſal. 67.
tebant, nempe ratione cõſanguinitatis, Cum dixiſſent poſſumus, Dion. car.
ait Origen, non ita reſpondit, calicem quidem meum bibere po- in Mat.
teſtis, ſed ad futuram eorum perfectionem reſpiciens, ait, calicẽ Origen.
quidem meum bibetis. in Mat.
*Et audientes decem indignati ſunt.* Sicut illi carnaliter petierunt, tract. 12.
ait Chry. ſic & iſti carnaliter contriſtati ſunt, nam ſicut illi ſi ſpi- Chry. in
ritualiter ſapuiſſent, non fuerant petituri vt eſſent ſuper omnes, non abſ. ho
C ſic & iſti ſi ſpiritualiter intellexiſſent, non fuerant contriſtandi 35. to. 2.
eſſe aliquos ante ſe. Nam deſiderium hoc ex iactantia naſcitur Simile.
cordis, qui autem humilis eſt corde, & indigniorem ſe alijs ar-
bitratur ſecundũ illud præceptum Apoſtolicũ, alter alterum æſti- Rom. 12.
mans ſuperiorẽ eſſe, nũquã deſideret ſuperior apparere. Primatus Phili. 2.
enim fugientẽ ſe deſiderat, deſiderantem ſe odit. Filij Iacob, ait Clau. gui.
alius autor, ægre ferebãt fratrẽ ſuum Ioſeph ſibi præferri; & in cę- in Mat.
na diſcipuli contẽdebant. Vide obſecro quanta ſit ambitionis pe Gen. 37.
ſtis, & quam altis radicibus ſerpat, & hominum corda occupet, Luc. 22.
quæ inter fratres æquales, eiuſdemq; vocationis, inter quos eſſe Lud. Gr.
D debebat ſumma concordia, excitat diſsidia & lites, ſatius fuiſſet, Quo tẽdat
ait alius autor, & Chriſtianę charitati magis cõſentaneum cõdiſ ambitio
cipulorũ ruditati & ignorãtiæ cõpati, quã aduerſus eos indignari. noſtra.
Hic tamẽ indignationis motus vt frequẽs apud omnes, ita maxi
me infeſtat eos, qui iuſtitiã ſectãtur, & à malis abſtinẽt, qui cũ tot
paſsim fieri indigna videant, indignationis vbiq; materiam inue-
niunt, & interdũ non modo in irã, ſed frequẽter etiam in occultã Sæpe in a
mentis ſuperbiã, & aliorũ contẽptum incitãtur, cũ ſe his crimini- lijs teme-
bus carere videãt, propter quæ aduerſus alioſ cõmouentur. Indi- re aliquid
gnationis porro cauſa fuiſſe videtur, vel quod horum dignitati iudicamus
ſubinuiderent, vel quod eundem dignitatis locum ſibi quiſq; ſi-
mili errore & cupiditate deceptus ambiret. Vnde apparet ipſos
quoq;

*Simile.* *Amorem quomodo antiqui depingerent.* *Pub. Mi.*

quoq; in eadem culpa fuiſſe, quam in alijs damnabant, ſeu aliorũ E
tamen culpam vidiſſe, ſuam vero amore ſui excæcatos non vidiſ
ſe. Cæcum autem carnis amorẽ eſſe, veteres hoc ſymbolo innue
bant, quod amorem non modo puerum, ſed etiam oculis captũ
pingere ſoliti erant, quo ſignificare volebant, nullum iudicio &
rationi locum eſſe, vbi vehemens aliquis amoris affectus, arcem
mentis occupaſſet. Vnde celebris illa Publ. Mi. ſententia mana-
uit, amare quidẽ & ſapere vix cuiquã conceditur. Vnde quidam
amantes, amentibus, vt nominum ſimilitudine, ita re ipſa affines
eſſe ait. Et ratio in promptu eſt: Cum enim nil humana voluntas F

*Amor interdum homines excæcat.* *3. Reg. 11.*

amare poſsit, niſi quod bonitatis aut pulchritudinis ſpeciem
referat, quiſquis iam amore incenſus eſt, pulchrum aut bonum
eſſe iudicat quidquid amat. Cum ergo nil homo ardẽtius, quam
ſeipſum diligat, nil mirum ſi cum aliorum quos non ita diligit,
crimina & videat, & horreat, ad ſua tamen amore ſui excæca-
tus, blande, leniterq; conniueat. Ecquid enim aliud ſapientiſsi-
mum Salomonem, niſi immoderatus fœminarum amor demen
tauit?

*Glo. ordi. in Mat.* *Glo. ordi. in Mat.*

*Scitis quia principes gentium dominantur eorum.* Ac ſi dicat, ait Glo.
vos more ſecularium petitis, per prælationem venire vultis ad re G
quiem, vel regni poſſeſsionem: humilis & mitis magiſter, nec im-
modicæ cupiditatis duos arguit, nec decem indignationis, & li-
uoris, ſed conuenienti exemplo docet eos, fruſtra immoderata
quæſiſſe, aut iſtos ſuperiorum deſiderio doluiſſe, cum ad ſumma
non potentia, ſed humilitate vẽniatur. Et quaſi dicat, vt ait Ly-
ra, maioritas in regno meo non eodem modo acquiritur, ſicut
in regno terreno, quia in regno terreno adquiritur per ambitio-
nem & Poteſtatem, ſed in regno meo contrario modo acquiri-
tur, nempe per humilitatem.

*Chry. in Mat. ho. 66. to. 2.* *Per humilitatem ad verum honorem ſit aſcenſus.*

*Et qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus.* Noli ergo ti- H
mere, ait Chry. quaſi honorem tuum humilitate amittens, nun-
quam enim poteris tantum humilitatis oſtendere, quantum pro
te Dominus oſtendit, cuius deſcenſus & alios erexit, & gloriam
eius manifeſtauit. Quare nullo pacto metuas quaſi tollatur ho-
nor tuus, ſi teipſum humiliaris, hinc potius vel ad cælos vſq; glo-
ria tua pertranſit, hinc amplior & præſtantior redditur, hinc re-
gni ianua tibi aperitur. Si enim voluerimus magni & mirabiles
videri, non modo tales non erimus, verumetiam cæteris omnibus
abiectiores futuri ſumus. Quare ſi magnus vis fieri, hæc ipſa cõ-
temne, & eris profecto magnus. Illud enim quod maximum pu-
tas, minimum omnium eſt. Hac ratione ſanctos viros maxime
admira-



*Serui Dei quo ſubli- miores, eo magis ſe humiliant* *Superbi quam ſint cœci.*

A admiramur, qui quo cæteris erant excellentiores, eo humilio-
res ſeipſos ducebant, qui ad hunc vſque diem in ſublimitate ſua
perſeuerant, cum nec mors quidem ipſa magnitudinem eorum
deprimere potuerit. Attende igitur & videbis, nihil humilitate
altius, nil arrogantia depreſsius. Nam arrogans quidem atque
ſuperbus maiorem ſe cæteris arbitratur, & neminem ſe eſſe di-
gnum affirmat, nec ita magno quiſquam poterit honore ip-
ſum afficere, quin cupiditate maiori agitatus, parum ſibi colla-
tum arbitretur, cumq; laudem ab hominibus quærat, ſpernit
eos atq; contemnit. Quę res adeo expers rationis eſt, vt ænigma
B ti ſimillima ſit: quos enim deſpicit, ab his hominibus gloriam qua

*Ambitioſi quam ſint honoris auidi.*

ſi debitam flagitat. Perſpicis quomodo qui ſe altius extollit, is
decidit, atq; humi affixus iacet? ſi ergo ita cæteros ſpernis, cur
adulationibus laudẽ ab illis aucuparis? cur tantã tecum turbam
hominum circumducis? Ergo à contrario, qualis ille ſublimis ſit
conſideremus, nam quantumcunq; honoris ſibi cõtuleris, maxi-
mum putat, conſtans igitur ſibi eſt, atq; ſibiipſi conueniens, nec
hoc modo, & modo illud ſequitur. Sed quos excelſos putat, ab
his etiamſi parum honoris nanciſcatur, ſummopere propter cel
C ſitudinem illorum honorari ſe putat. Inſolẽs autem puſillos eos
eſſe arbitratur qui eum honorant, ſed laudari ab illis, ſingularem
omnino rem arbitratur.

*Chry. in non abſo. ho. 35. to. 2.* *Conformemus vitã noſtrã vitæ Chriſti* *Orige. in Mat. tra. 12.* *Mat. 4.* *Ioan. 12.* *Au. in pſal. 31. to. 8.* *Mat. 3.*

*Sicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare:* Ad hoc enim
ad imaginem Chriſti facti ſumus, ait Chry. vt imitatores efficia
mur voluntatis eius & conuerſationis. In hoc ergo imago eius
vt quod ei bonum videtur, & apud nos ſit bonum, & quod ei
malum videtur, & apud nos ſit malum: Quicunq; autem, Domi-
no humilitati ſtudente, iactantiæ ſtudet, non eſt imago Chriſti, &
D qui Domino paupertatem amãte, diuitiarum amator eſt in hoc
ſeculo, repellit à ſe Chriſti ſimilitudinem. Non eſt verus diſcipu-
lus, qui non imitatur magiſtrum, nec eſt vera imago, quæ ſimi-
lis non eſt autori. Etſi angeli, inquit Origen. ei miniſtrauerunt,
& Martha etiam miniſtrauit ei, tamen non ideo venit miniſtra-
ri, ſed miniſtrare: & tantum creuit miniſtrans, vt animam ſuam
daret redemptionem pro multis. Magiſter quidem humilitatis
fuit Chriſtus, inquit Aug. neq; enim eam inuenere Platonici, non
Stoici, non deniq; reliqui philoſophi. Soluit ipſe debita noſtra,
cum tamen nil omnino deberet. Baptizatus eſt, cum nullum ha-
beret peccatum, & tandem tota eius vita nobis extitit excellen-
tiſsimum quoddam humilitatis exemplar. Idem etiam alibi ait:
videns Deus morbum noſtrum, infirmitatemq; & perditionem,

 ex ipſa

ex ipſa manare ſuperbia, cui innitebatur vt fundamento, voluit
*D. Aug.* adhibere remedium & medicinam huic malo, factus homo, ſeq;
*tra. 25. in* humiliando, vt ſic ſi homo ſuperbus antea erubeſcebat imitari
*Ioan. to. 9* humilem hominem, deinceps non erubeſceret imitari humilem
*Phili. 2.* Deum. Agnoſce igitur te homo, & æſtima tanquã hominẽ vilem
*Gre. li. 6.* & abiectum, & ita efficieris humilis. Explicans porro Gre. verba
*mora. c. 8.* Iob 5. qui ponit humiles in ſublimi, ait, In ſublimi humiles ponuntur, quia hi qui nunc pro Dei amore deſpecti ſunt, cum Deo iudices venient. Hi qui diuinis deſiderijs accenſi, proſpera fugiunt, aduerſa patiuntur, cruciatus perſequentium tolerant, ſeq; ipſos per lamenta caſtigant, tanto ſublimiorem tunc ſoſpitatem recipiunt, quanto nunc cunctis mundi gaudijs deuote moriuntur. Vult ergo Chriſtus Dominus noſter vt in hoc mundo humiliemur, vt ipſe nos poſsit in cælum leuare & ſublimare.

## FERIA IIII. POST II. DOMIN. QVADRAG.

## CONCIO SECVNDA.

*Cum bonis conſultemus.*

G

*Prudentes viros & probos cõſulamus.*

ASſumpſit Ieſus duodecim diſcipulos, Mat. 20. Voluit quidem Chriſtus communicare paſsionis ſuæ myſterium diſcipulis ſuis, & quodãmodo cum ipſis cõſultare, quamuis eorum cõſilio non indigeret, vt ſcilicet intelligeremus quomodo debeamus negotia noſtra cõmunicare & cõ-
*Pro. 3.* ſultare cũ viris probis & prudẽtibus, ne aliter ſuperbi videamur.
*Acto. 9.* Vnde Sap. ait, ne innitaris prudẽtiæ tuæ. Sic Chriſtus Paulum re-
*Bern.* miſit ad Ananiã, vt inde diſcamus inquit Ber. quomodo debea-
*Simile.* mus cũ probis & ſanctis viris cõſultare. Sic videmus quod à ſole H
*Dam. li. 2* lucem accipiat luna, quod ita ordinauit Deus vt ait Damaſ. quã-
*Conſilium* uis potuiſſet eã aliunde dare. Sic ergo nos ab alijs cõſilium peta-
*petamus* mus, cũ ſæpe fiat, vt ruſticus etiam vir aliquid nouerit, quod igno-
*ab alijs.* rat vir doctus. Sic Moyſi quamuis alioqui ſapienti, ſalutare dedit
*D. Tho.* conſilium Iethro, & tamẽ Moyſes excellẽs erat inter prophetas,
*22. q. 147.* vt notat D. Tho. Quod quidẽ cõſilium Iethro etiã hodie in mul-
*a. 4.* tis rebuſp. obſeruatur. Quamobrẽ humiliemus nos ante Deũ &
*Exo. 18.* homines, vt ſecreta nobis cæleſtia reuelentur. Nã Chriſtus ait, ab-
*Mat. 11.* ſcondiſti hæc à ſapientibus & prudẽtibus, & reuelaſti ea paruulis. Multos tamẽ videas qui non cõſultant cum viris doctis vt ſciant quid agere debeant, ſed potius vt videant num ſe cõforment ap-
petitui



A petitui ſuo & opinioni, vt ita diutius in ſuis vitijs permaneant &
malis cõtractibus. Quod ſi non reſpõderint pro eorũ palato, ſta- *Aliqui ini*
tim diuulgãt quod nõ ſint perinde docti ac ipſi opinabãtur, ſi ve- *quo animo*
ro ad libitũ ſatisfaciunt, prædicãt & celebrant eos per vniuerſam *conſultant*
regionẽ. Hos ergo permittit Deus vt in ſuis vitijs & cæcitate re- *Eos qui ve*
maneant, nam iuxta illud Sapien. per quæ peccat quis, per hæc & *ritatem re*
torquetur. Vnde & primus parẽs qui ſibi ſcientiam vſurpare vole- *ſpuũt quo*
bat, in ignorãtiam lapſus eſt, & homines reliqui vide quam ſint *modo pu-*
ignari: etenim cum agnus ſtatim inter varias etiam oues, matrem *niat Deus*
B ſuam agnoſcat, homo tamẽcum naſcitur, ſimiliter nõ facit. Quã- *Sap. 11.*
obrem humiliemus nos, & libenter bene conſulentes audiamus. *Gen. 4.*
Nam de Apoſt. legimus quod quãuis multos iam annos prædicaſ- *Diſsimile*
ſet, tamẽ reuerſus eſt ad Apoſtolos, vt conferret cũ ipſis euange- *Gal. 1. &*
lium quod prædicabat, ne forte in vacuum curreret; & tamen ait, *2.*
nihil mihi cõtulerunt. Si ergo Paulus ita ſe humiliabat & aliorũ *Conſilium*
conſilium exquirebat, quãto igitur magis debes tu aliorũ conſi- *aliorum*
lium diligẽter inquirere? Cõſule igitur viros probos & ſanctos, *exquira-*
nam vt ait Eccle, anima viri ſancti enũciat aliquãdo vera, quã ſe- *mus.*
ptem circũſpectores ſedẽtes in excelſo ad ſpeculandũ. De his au- *Eccle. 37.*
C tem qui ab aliquo impie cõſilium exquirũt, dicitur Ezech. 14. ho- *Serui Dei*
mo de domo Iſrael qui poſuerit immũditias in corde ſuo & vene- *ſalutaria*
rit ad prophetã interrogans per eum me, &c. Quod ſi omnes de- *dant conſi-*
bent ſalutria exquirere cõſilia, quãto magis id facere debẽt præ- *lia.*
lati? Vnde Sap. ait, qui ſapiens eſt, audit cõſilia. Et alibi ait, erit ſa- *Ezech. 14*
lus vbi multa conſilia. Et Ber. ait, omnia illi deſunt, qui ſibi nihil *Aliqui im-*
deeſſe putat. Nec dicas quod ira te impediat ne conſilium pe- *pie conſul-*
tas; ſiquidem iratus erat Aſſuerus, eo quod regina ipſi non ob- *tant.*
temperaſſet, & tamen conſilium exquiſiuit, vnde textus ait, ira- *Pro. 12.*
tus rex & nimio furore ſuccenſus, interrogauit ſapientes. Si *Pro. 24.*
D enim iratus ſana conſilia repellas, perinde eſt ac ſi dicas, nolo vt *Bern.*
me aliquis ducat, ſed volo in cæcitate mea ambulare. Debes igi- *Eſther. 2.*
tur cum viris prudentibus negotia tua cõmunicare, ne aliter de
te dicatur quod per Ezech. dicitur, quare mater tua leæna inter *Ezech. 19*
leones cubauit, in medio leunculorum enutriuit catulos ſuos? *Nolle con-*
Nã inquit, eduxit vnũ de leũculis ſuis, & leo factus eſt, & didicit *ſilium acci-*
capere prædã, hominemq; comedere. Longe aliter ergo dicebat *pere quã-*
Dauid, cum ait, ambulans in via immaculata, hic mihi miniſtra- *tũ noceat.*
bat. Sed tamen multi hodie coaceruant ſibi magiſtros prurientes *Pſal. 100.*
auribus. Olim quidẽ Saul cũ conſultaret de aſinis perditis cũ Sa- *2. Tim. 4.*
muele, benẽ ſecũ actũ eſt. Vide etiam quã bene actũ ſit cũ Naamã *1. Reg. 9.*
conſiliũ accipiente ancillæ, & famulorũ. Quis igitur adeo mentis *4. Reg. 5.*

 inops

inops erit, qui ſe cõſilio nõ egere dicat? præſertim cũ dicat Hiero. ſuper illa verba Pau. vt innoteſcat principatibus & poteſtatibus, ſtatuit inquit ipſoſmet angelos qui Dei perfruuntur aſpectu, vſque ad Apoſtolorum prædicationem, plurima Chriſti redemptoris noſtri ignoraſſe myſteria. Debemus præterea non ſolum prudentes homines quærere, cum quibus conſultemus, ſed etiam fideles: qui nequaquam ſecreta noſtra reuelãt, qui pauci admodũ ſunt. de lacu quodam refert Plin. quod lapides qui in ipſum cõijciuntur, fundũ non petant: ſic aliquos videas qui ſecreta ſibi cõmiſſa neſciant retinere in ſcrinio cordis ſui. Sunt etiã iſti inſtar vaſorũ vitreorũ, in quibus quæcũq; poſueris lucẽt. Cũ his qui paſſionibus laborãt noli perinde cõſultare, vnde Eccle. ait; noli cõſiliari cum ſocero tuo: quaſi dicat, ne fortaſſe nimis propendeat affectu in coniugem tuam. Hinc factum eſt vt Iacob cum ipſo Laban non conſultaret de profectione ſua: ſic tu non debes à mũdo conſilium capere, ſiquidem ſancta propoſita tua immutabit.

E

*D. Hie. in epiſt. ad Ephe. 3. Conſultores debent eſſe fideles. Plin. Simile. Simile. Eccle. 37. Gen. 31. Secreta, nõ cõmittẽda aliquibus.*

### *Paſſionis Chriſti aſſidua meditatio quantum conducat.*

*Quæſtio.*

T*radetur enim gentibus*. Quæres quænam ſit cauſa quod Eccleſia tam ſæpe nobis ante oculos proponat paſſionem Domini? Ad quod dicimus, oportune ſane Eccleſiam hoc ſacratiſſimo ieiuniorum & pœnitentiæ tempore, nobis paſſionis Dominicæ mẽtionẽ facere, vt hoc tanto exẽplo, nos ad pœnitẽtiæ labores inuitaret: dicũt enim elephantis, vt eſt in li. Mac. vuæ aut mori ſanguinem oſtẽdi, vt hoc ſanguineo colore inſpecto, acrius ad pugnam incitentur: ita plane ſanguis Chriſti oculis mentis noſtræ exhibitus, ad ſpiritualia cum antiquo hoſte certamina, acuere nos ſolet, ne eius iterum ſeruituti ſubijciamur, à qua nos ipſe miſericorditer liberauit. vt enim ignis flatu accenditur crebro, ita amor diuinus aſſidua meditatione in mentibus noſtris accenditur. Et ſicut ſol ſpeculum obiectum radijs ſuis illuſtrans, ex radiorum flexione ignem excitat, ſic radijs iudicij noſtri in ſpeculũ paſſionis Dominicæ intentis, ignis amoris diuini ingens in cordibus noſtris oritur: ideoque Chriſtus Redemptor noſter paſſim repetit paſſionis ſuæ memoriam diſcipulis ſuis. Sic & Paulus hortatur nos ad perpetuam memoriam paſſionis Domini, cum ad Hebræos ait, recogitate eum qui talem ſuſtinuit à peccatoribus contradictionem: Quid enim ait Bern. tam efficax ad purgãdam mentis aciem, quam vulnerũ Chriſti ſedula meditatio? Hinc colligere licet qua deuotione hiſce diebus incedere debeamus, in

G

*Reſpon. 1. Mac. 6. Simile. Sæpe paſſionem Domini meditemur. Simile. Similitudo. Heb. 12. Bernar.*

quibus



A quibus paſſionem Domini recolimus. Vulgo quidem dicitur res aduerſas amicos probare. Quiſquis ergo verus Dei amicus eſt, in promptu poſitam habet occaſionem, qua amicitiam ſuam doloris cõmunione declaret. Quod qui nõ facit, non video quo indicio charitatem ſuam erga illum oſtẽdat. Sane cũ caput dolore afficitur, reliqua quoq; mẽbra cõdolent, & fundamẽto domus cõuulſo, reliquas quoq; domus partes cõcuti neceſſe eſt. Qua ergo fronte, ipſa corporis Chriſti mẽbra, delicijs nunc ſoluẽtur? Si totius Eccleſiæ atq; Deo totius mũdi fundamenta hoc tempore nutãt, quomodo partes eius incõcuſſæ & immotæ maneant? Sane

B ſi toto animo Chriſtũ amaremus, eidem patienti cõpateremur. Cum tẽpus in pluuiam propendet, facile ſtatim ex quacunq; nubecula emittitur aqua: cum vero non ita eſt, etſi multæ exoriantur nubes, nunquam tamen nobis aquã fundunt. Certe ſi lapides ipſi triſtitiam præſeferre videbãtur in paſſione Domini, quanto magis homines eam præferre debent? Sed dicere poſſumus cum Hier. Contempſerunt te amatores tui. Vnde Dauid dicebat in perſona Chriſti, Ego autem ſum vermis, & non homo, non dixit ſe eſſe agnum, vel leonem, quę animalia rugitum & balatũ edunt,

C ſed ego ſum vermis, qui facile ſtatim ſine contradictione calcatur: ſic nos tanquam de vermis morte videmur mentionem facere paſſionis Chriſti, hoc eſt nequaquam condolentes & compatientes. Aperte quidem cognoſcitur iuſtitia Dei ex punitione angelorum malorum, ſed apertius videtur conſtare ex acerbiſſima paſſione Chriſti, nam certe magis tunc reluxit, quam ſi omnes homines damnati fuiſſent. Sane ſi peccator huiuſmodi factum conſideraret, & diligenter perpenderet, non auderet quidem poſthac peccatum aliquod perpetrare. Vnde Dauid dice-

D bat, quam magnificata ſunt opera tua Domine. Et poſtea ſubdit, Vir inſipiens non cognoſcit, & ſtultus non intelligit hæc. Sed quæres tu quid cauſæ ſit, quod tam raro conſideremus attente Paſſionem Chriſti? Ad quod reſponderi poteſt, quod ideo fit fortaſſe, quia tam frequenter audiamus: nam vt ait Seneca, Facilius mirari ſolemus, quæ raro nobis proponuntur, cum tamen potius deberemus varias eius circumſtantias explorare. Alia etiam eſt cauſa, quod ſcilicet parum attente paſſionem Domini conſideremus: Veruntamen conſideremus, vt ait Euſebius Emiſſ. quod aliquando huius noſtræ negligentiæ & ingratitudinis pœnas dabimus.

Sane optimum ad deteſtanda peccata noſtra medium, eſt aſſidua paſſionis Domini noſtri meditatio: ſiquidem ex tanto ſa-

*Hoc tẽpore pœnitẽtia maiorẽ deuotionẽ habere debemus. Simile. Compatiamur Chriſto patienti. Simile. Mat. 27. Hie. 4. Pſal. 21. Paſſionẽ Chriſti meditemur. Iuſtitia Dei in quibus operibus valde reluxerit. Pſal. 91. Quæſtio. Reſp. Seneca. Rationem ſtrictã deo reddituri ſumus. Euſ. Em.*

 crificio

crificio pro peccatis expiandis propoſito, facile intelligimus E quanta ſit ipſius peccati grauitas, cum ſcilicet voluerit Chriſtus pro liberatione noſtra mortem acerbiſsimam ſubire, & mori voluit vt peccatum non amplius viueret. Sane Samſon poſt tot opprobria perpeſſa à Philiſtæis, voluit tandem mori vt ſimul etiam malos interficeret, vnde ait, Moriatur anima mea cum Philiſtijm, vt inde etiam intelligamus quod Chriſtus mori voluerit, vt ſic etiam omnia peccata perimeret atq; deſtrueret. Sane ſi hæc nobiſcum diligenter meditaremur & attenta mente volueremus, facile intelligeremus non ſolum quantum debeamus peccata deteſtari, F verumetiam ea omnia euitare, quæ nos ad illa perpetranda poſſunt inducere. Multa porro fecerat Dominus ad omnipotentiam ſuam manifeſtandam, at vero quanto maiora ſunt, quæ is vt infinitam miſericordiam ſuam & charitatem in homines manifeſtaret, operatus eſt? Magnum profecto fuit quod ſol in cælo ſteterit immotus tempore Ioſue, atque quanto maius, quod ipſe ſol iuſtitiæ, è cælis in terram ſalutis noſtræ cauſa deſcenderit? Magnum quod per vndas maris rubri, iter populo ſuo Hebræo in terram promiſſam patefecit, at quanto maius, quod per pretioſi ſanguinis ſui vndam iter nobis in cælum aperuerit? G Magnum fuit quod tot plagis Aegyptios propter duritiam cordis Pharaonis affecerit, at quanto maius eſt, ipſum tot plagas in corpore ſuo ſanctiſsimo noſtri cauſa ſuſcepiſſe? Magnum quod percuſſo ſilice populo ſitienti in deſerto aquam præbuit, ſed multo maius, quod pretioſum latus ſuum aperiri lancea paſſus eſt, vnde nobis vitæ fontem propinaret. Magnum fuit hoſtium primogenitos propter liberandos adoptionis filios ad mortem tradidiſſe, at quanto maius & mirabilius, quod pater æternus amãtiſsimum filium occidi paſſus fuerit, vt indignos ſeruulos à diaboli poteſtate redimeret? H

*Paſsionis Chriſti cõſideratio quam ſit vtilis.*
*Peccatum quantum oderit Deus.*
*Figura ex Iudi. 16.*
*Peccatum quam ſit deteſtabile.*
*Ioſue 10.*
*Exo. 14.*
*Exo. 17.*
*Exo. 11.*
*Quanta mirabilia fecerit deꝰ propter homines.*

*Securitas non eſt in præſenti vita.*

D*Vodecim diſcipulos.* Vnde colligas quod in communicatione tanti ſecreti interuenerit etiam Iudas. Quis ergo vnquam exiſtimaſſet quod tam familiaris Chriſto, eſſet poſtea tam turpiter caſurus? vt inde ſane intelligamus quod non ſit ſecuritas in præſenti vita, cum præſertim videamus quod iſte Chriſti doctrina nutritus, ſeipſum teterrimis vitijs deformauerit, & laqueo ſuſpenderit, atque in infernum demerſerit: angelus item cecidit de cælo, & Adam de paradiſo excidit. Solus ergo Deus eſt firmus & ſecurus locus, ad quem confugiamus; Vnde canebat Regius Pſal. Eſto

*Hect. Pin. in Ezech. in ver. in terra chaldæorum. &c.*
*Mat. 27.*
*Iſa. 14.*



A Eſto mihi in locũm refugij, vt ſaluũ me faciãs. Nemo ergo ſe ſecurum hic exiſtimet, tanti laquei obiecti ſunt ante pedes animæ noſtræ, tam innumeri hoſtes obſeruant & cuſtodiunt iter noſtrum: tantæ foueę, & tanta prærupta, tantæ rerum difficultates, interiacent inter nos & finem noſtrum. Via ipſa quæ per ſe ardua & arcta eſt, tantis ſpiritualium latronum inſidijs obſidetur, tantos nos ſcopulos, tantoſque fluctus tranſire neceſſe eſt, & videre antequam anchoram optato in littore collocemus, & putamus nos eſſe ſecuros, & ſine vlla quotidiana cura, & ſine quo-
B tidiano timore & tremore diem noſtrum trãſigere debere? Quis tranſiens ſuper alicuius profunda fluminis, per alicuius arctiſsimi pontis anguſtias, etiamſi maiorem partem inoffenſo pede tranſmiſerit, iam periculum euaſiſſe ſe credat, cum in vltimi pontis ſpatio ſi paululum titubauerit, caſum quem in medio timebat, incurrat? ſic & nos, etſi magna pars vitæ huius proſpere videatur eſſe tranſacta, non ideo fiduciam præſumamus, cum adhuc periculum pars extrema nobis minetur.

*Gen. 3.*
*Pſal. 93.*
*Euſe. emi. ho. 5. ad mona.*
*Pericula magna in hac vita.*
*Simile.*
*Caute viuamus.*
*Nũquam debemus eſſe negligentes*

Quis queſo in certamine poſitus & acie, ante finẽ certaminis, aut ante victoriã certaminis, arma deponat? Scut mercatores in
C terra viuentes etſi ventum propitium & mare tranquillum nacti ſint, necdum ad portum peruenerint, metuunt, ne quomodo repente contrario vento excitato, fluctibus nauis periclitetur; ſic & Chriſtiani licet habeant in ſe flantem proſperum ventum ſancti ſpiritus, adhuc tamen formidãnt ne ventus contrarię poteſtatis inſurgat, qui flet & tẽpeſtatem fluctuſq; moueat in animis eorũ. Sane quamdiu in hac vita viuimus, verſamur in via, iuxta illud, o vos omnes qui tranſitis per viam, &c. Et illud pſal. In via hac qua ambulabã, abſconderunt ſuperbi laqueũ mihi. Item, Beati immaculati in via. Cum ergo dicitur neminẽ in via ſalutaueritis, perin-
D de eſt ac ſi diceretur quod neminẽ quãdiu viuit, certũ & indubitatum eſſe putemus ſalutis ſuæ, ita vt & hoc certiſsime polliceamur. Quod ſi de alijs polliceri nõ poſſumus, neq; etiã nobis hoc tribuere certo de ſalute noſtra debemus, præſertim cũ tanta nobis proponantur pericula, adeo vt non minoribus tempeſtatibus vita noſtra quã ipſe oceanus agitari videatur. Quod intelligens Apoſt. dicebat, qui ſe exiſtimat ſtare, videat ne cadat. Noli ergo te ſalutare in via, hoc eſt, noli tibi falſa quadam ſecuritate adblandiri, ſiquidẽ cum aliquẽ ſalutamus, ſolemus ab eo remouere omnem timorẽ & metum quẽ poſſet habere ex noſtro occurſu atq; præſentia. Vnde ſap. beatꝰ vir qui ſẽper eſt pauidꝰ. Et Apoſt. dicebat, caſtigo corpus meũ, & in ſeruitutẽ redigo. Nulli ſunt montes

*Simile.*
*Machar. ho. 43.*
*Securitas non eſt in hac vita.*
*Thre. 1.*
*Pſal. 141.*
*Pſal. 118.*
*Luc. 10.*
*Caute ſemper ambulemus.*
*1. Cor. 10.*
*Luc. 10.*
*Pro. 24.*
*1. Cor. 9.*
*Simile.*

*Variæ artes dæmonis.*

*Mali quã tum decipiantur. Chry.*

*Semper de ſalute noſtra ſolliciti ſimus. Ioſue. 14.*

*Sæpe noſtra culpa promiſſa diuina amittimus.*

*Falſam ſibi ſecuritatem pollicentur mali.*

*Nõ debemus vnquã Deũ offendere.*

in mũdo tam aſperi, quiq; tãta accliuia & decliuia habeant loca, atq; hæc præſens vita noſtra, quam hic degimus; neq; venatores reperiuntur tam aſſueti, quiq; tã varias artes & noua aucupij genera inueniant, atq; ſolet dæmõ ipſe inuenire & machinari in perniciem noſtrã. Si ergo in tãtis difficultatibus verſamur, non habemus quod in via nos ſalutare poſsimus, & ſalutẽ nobis certam polliceri: Neq; debemus eorũ ſalutationẽ imitari, qui cũ lethalib⁹ infecti ſint peccatis, nihilominus tamẽ ita ſe ſalutãt, ac ſi tam fœdiſsimis maculis nõ eſſent onerati, vel ſi reuelationẽ aliquam ſalutis ſuę haberẽt. Hoc autẽ fit vt ait Chry. non quia peccata non mordeãt, ſed quia inſenſibilis videtur anima quæ peccata accumulat. Et certe quamuis bene operareris, ſemper tamen ſolicitus eſſe deberes ñe ex hoc ſtatu caderes. Vide enim quomodo Caleb ſibi ſemper metueret cum diceret ad Ioſue, da mihi montem iſtum quem pollicitus eſt Dominus, ſi forte Dominus mecum, & potuero delere eos. Nõ dubitabat quidem quod Deus ſtaret ſuis promiſsis, ſed ait, ſi forte, dubitãs & pertimſcens ne forte ipſe ſuis demeritis efficeret vt Dominus id quod ei promiſerat, non adimpleret. Item Iacob pariter hoc pacto ſolicitus erat cum noſſet quod frater Eſau ſibi obuiam occurreret, atque ita multa ei obtulit etiam munera, & ſæpe ſe ante eum proſtrauit, metuebat enim ne forte Dominus propter demerita ipſiuſmet Iacob non adimpleret quod ei promiſerat, de adeunda patria: & tamen nos perinde in vtramque aurem dormimus, ac ſi ſalutis noſtræ iam ſecuriſsimi eſſemus. Quin etiam Iacob antequam videret fratrem ſuum Eſau, plurima iam ei munera obtulerat, vt eius quidem iracundiam placaret, & eius bilem moderaretur, ſic ergo nos totis noſtris viribus laborare debemus, vt Dominum non offendamus, ſed potius eum placemus, ne forte propter demerita noſtra, ipſius promiſſa in nobis non adimpleantur:

E F G H

## APPENDIX.

*Luc. 22.* *Iſa. 30.*

ECCE *Aſcendimus*, Vide quam libenter Chriſtus ſe pro nobis morti offerret, vnde & dicebat, deſiderio deſideraui hoc paſcha manducare vobiſcum. Hoc etiam deſiderium oſtendit cum dixit Iudæ, quod facis, fac citius. Vnde propheta ait, voca nomen eius accelera, feſtina, prædari, &c.

*Tunc acceſsit*. Quis vnquã id exiſtimaſſet quod tali tẽpore ita accederet hæc mulier petitura principatus, & præſertim nomine eorum



*Gloriam ſempiternam deſideremus.*

*Num. 11.*

*Pſal. 38.* *Iaco. 1.* *Luc. 22.*

*Plurimũ reformat hominem Dei gratia.*

*1. Cor. 13.* *Phil. 4.* *Exo. 32.*

A eorum qui in ſchola Chriſti in humilitate inſtructi fuerant? o vitium deteſtabile ambitionis, quod longe lateq; ſerpit! Appetitũ quidem glorię cæleſtis nanciſcendæ habere debemus, at vero nos pro iſto, potius terrenos ambimus honores & dignitates. Satis quidem ſanctus Moyſes intelligebat quantis laboribus plenæ eſſent dignitates, cum diceret: cur afflixiſti ſeruum tuum? quare nõ inuenio gratiã corã te, & cur impoſuiſti põdus vniuerſi populi huius ſuper me? Nec vero ſolum talibus dici poteſt, neſcitis quid petatis, videlicet ambitioſis, ſed etiã his qui ſe varijs implicant negotijs ſecularibus, non conſiderantes quid dicat Dauid, nempe quod in imagine pertranſit homo: Et quod tales comparabũtur viro conſideranti vultum natiuitatis ſuæ in ſpeculo, vt ait Iaco.

B

*Tunc acceſsit*. Tale quiddam videtur accidiſſe in vltima cæna diſcipulis: quare quamuis videamus nos frequentare ſacramenta, nõ debemus tamen propterea nos ſecuros arbitrari, ſiquidem etiã inter bona opera de ambitione tentamur. Hinc etiã conſtat quã parum poſsimus, niſi nos Dei gratia ſemper iuuet. Vnde Apoſ. id conſiderans dicebat, factus ſum velut æs ſonans &c. Et contra omnia inquit poſſum, in eo qui me confortat.

C

*Petẽs aliquid ab eo*. Volebat vt prius ſibi quod volebat promitteret, vt inde intelligas quomodo etiam ipſa ſubolfaceret quod iuſtam petitionem non proponebat. *Dic vt ſedeant*. Impertinens petitio, & præſertim cum Chriſtus de paſsione ſua tractaret, vt inde intelligas quomodo nobis incommoda noſtra petentibus, Chriſtus tamen commoda & ſalutem procuret. Sic cum populus vitulum adoraret, Deus ipſe legem ipſis in monte dictabat:

D

## FER. IIII. POST II. DOMINI. QVADRAGE. CONCIO TERTIA.

*Conſiderationes bonæ quam ſint ſalutares.*

*Abacuc. 3*

ASSumpſit *duodecim diſcipulos*: Matt. 20. Vide quomodo nos Chriſtus erudiat in hodierno Euang. vt ſanctas cõſiderationes & meditationes ineamus, cũ tractet cum diſcipulis de paſsione ſua. Siquidem in his rebus ſpiritualibus & cæleſtibus quotidie inueniuntur quæ poſſint conſiderari. Vnde Abacuc ait, conſideraui opera tua, & expaui. Sed cum nos huic rei operam non demus, inde fit vt frigide admodum res cæleſtes contemplemur. Dauid vero aliter ſentiebat cum diceret. Deus docuiſti me à iuuentute mea, & vſq; ad ſenectam & ſenium. Vnde etiam ait, Deus quis ſimilis tibi: Occupemus

mus nos igitur in ſanctis meditationibus, ſicut nos docet Chri- E
*Pſal.* 70. ſtus dicens, vigilate, & orate, vt non intretis intẽtationẽ: quaſi di
*Pſal.* 34. ceret, niſi id feceritis, cæciores efficiemini Samſone. Vnde enim
*Mar.* 14. exiſtimatis vos vitiorũ molã circũducere, niſi quod ſanctarũ co-
*Iudic.* 16. gitationũ capillos amputaſtis? Hinc etiã Hie. ait, deſolatione de-
*Hiere.* 12 ſolata eſt õnis terra, nõ eſt q recogitet corde: Vide qua verborũ em
*Cant.* 3. phaſi loquatᷣ dicẽdo, nõ eſt qui recogitet. Sane ſpõſa ſæpe mẽtio-
*Simile.* nẽ facit ſpõſi ſui, & eiꝰ pulchritudinẽ mẽte recolit: ſic ergo deuo
*Exod.* 30 ta anima debet ſemper de deo ſuo recordari & loqui. Vnde dixit
Deus ad Moyſen, ſume tibi aromata ęqualis ponderis, & cũ in te F
nuiſsimũ puluerẽ cõtuderis, pones ex eo in tabernaculo fæderis.
Aromata q dẽ intenuiſsimũ puluerẽ redacta, ſignificãt frequẽtes
& aſsiduas meditationes beneficiorũ Dei, quas habere debemus.
*Orige.* Vnde Orig. ait, ꝙ ſicut odorifera aromata vt bene redoleãt, ſunt
cõminuẽda, ita etiã Dei opera & beneficia nobis cõceſſa, ſunt ſi-
gillatim perquirẽda & cõſiderãda, vt hoc modo in Dei amorẽ in
*Simile.* flãmemur. Sane quæ dẽtibus cõminuimus & mãdimus, magis pro
*Prou.* 13. ſunt ſtomacho, quã ſi integra deglutiãtur. Vnde etiã Sap. ait, ſub
*Sanctas in* ſtãtia feſtinata minuetur, quæ autẽ paulatim creſcit, augebit. Sic
*eamus co-* ergo tu ſigillatim debes beneficia diuina ruminare atq; expẽdere. G
*gitationes* Et certe quãto frequẽtius aliquis cũ deo conuerſatur, & cæleſtia
*Simile.* cõſiderat beneficia, tãto etiã magis illuminatur, & ad alia accipiẽ
da diſponitur: Sicut cera tãto albior redditur quanto magis ſoli
*Eccl.* 2. exponitur. Vnde Eccleſi. ait, qui timẽt Deũ, apparabũt corda ſua,
*Pſal.* 118. & in cõſpectu eius animã ſuã ſanctificabũt. Item regius vates ait,
beati qui ſcrutãtur teſtimonia eius, in toto corde exquirũt eũ Fe
*Felici.* licianus quidẽ Epiſ. ait ꝙ quãuis prunæ ſi leuiter tãtũ tãgãtur nõ
*Epiſco.* cõburãt, ſi tamẽ manibus aliquãtulũ retineãt, nos exurent: ſic etiã
*Similitu.* res ſe habet in malis cogitationibus ſi diutiꝰ in mente retineãt.
Porro incẽdia animæ noſtrę inordinata ſolẽt extingui mortis cõ H
*Iob.* 13. ſideratione, tũ etiã cõſideratione iudicij & inferni. Vnde Iob ait
*Simile.* poſuiſti in neruo pedẽ meũ. Vt enim neruus ſiue cõpedes, ex duo
bꝰ fiũt lignis pedẽ cõſtringẽtibꝰ, ſic etiã nos debemus a peccatis re
*Luca. li.* 5 uocari cõſiderãtes dei iudiciũ, & inferni pœnas Scribit quidẽ Lu
*Phar.* canꝰ ꝙ cũ Iulius Cæſar aliquãdo nauigaret, & tẽpeſtas maxima
exorta eſſet, adeo vt nauis ductor prope diffideret, dixit ei Cæ-
ſar, bono eſto animo, quãdoquidẽ me in tua ſocietate habes, feli
ciſsimũ ſcilicet virũ. Si igitur vnius hominis proſperitas ita ipſũ
animabat, vt poſtea nequaquã timeret, quãto magis nos de diui-
no auxilio cõfidere & ſperare debemus, ſi ipſi toto animo ſeruia
mus? Vnde Dauid dicebat, ſi ambulauero in medio vmbræ mor-
tis,



A tis, non timebo mala, quoniã tu mecũ es. Feruntquod cũ aliquan
do philoſophus quidã in frequẽtiſsimo foro clamaret vt omnes
ad ſe accederent, ſapiẽtiã percepturi, & hoc nuntium ad principẽ
perueniſſet ſtatim grãdi miſſa pecunia miſit ad philoſophũ vt ei
pro eruditione aliquid perſolueret: dixit autẽ philoſophus nun-
tijs, dicite regi veſtro vt in omnibus quæ facturus eſt, ſemper co- *Conſidere*
gitet quid ſibi poſſit accidere. Cũq; nũtij quaſi philoſophũ riden *mus quod*
tes, ad regẽ rediјſſent, dixit rex eã ſententiã non ridendã ſed egre *agimus di*
gie ponderandã eſſe, & idcirco eam aureis litteris in ſuo pala- *ligenter*
B tio ſcribi iuſsit. Hinc ergo colligas quantũ conducat ſalutares in *prius.*
ire cogitationes atq; cõſilia. Nolebat quidẽ Deus vt illi ad pręliũ
apti cẽſerentur, qui ſe in aquã bibẽdi gratia præcipitarẽt, ſed qui
moderatã manu biberẽt. Nõ ergo nos his terrenis immergamus
ſed potius diligenter eorũ mobilitatẽ & inconſtantiã conſidere- *Iudic.* 7.
mus. Nam ſicut in aqua hirudines aliquæ reperiri ſolent, quæ no-
bis moleſtiſsimę eſſe poſſunt, ſic etiã ne nos terrena diſperdant,
ea priꝰ diligẽtiſsime meditemur. De Protogene ferũt, ꝙ ſola linea *Simile.*
delicatiſsima cõſpecta, ſtatim agnouit Appellis eã eſſe, & id circo *Proto.*
C dedit operã vt eũ diligẽter inquireret, & ei amicus fieret. Si er- *Appell.*
go ex eius opere cognoſcit artifex, cũ nos tot tantaq; Dei mira *Cæleſtia*
bilia opera videamus, cur nõ ad eũ toto animo diligendũ inflam *meditari*
mamur? Interrogatus quidẽ aliquãdo B. Antoniꝰ, vt refert Nice: *quam ſit*
quomodo poſſet abſq; libris in vaſta ſolitudine verſari, ſapiẽtiſsi *ſuaue.*
me reſpondit, creaturas ipſas vice libri ſibi deſeruire. Et certe ſi- *Nice. l.* 12
cut cõſpicilia nõ eo geſtãtur, vt in his ſolũ cõtẽplãdis verſemur, *hiſ. eccl. c.*
ſed potius vt per hæc cætera videamus, ita nos per creaturas tãq 43.
conſpicilia quædã, debemus in Dei cognitionẽ deuenire, & ita tã *Simile.*
dẽ voluntatẽ noſtrã diuino amore inflammare. Vt enim leo leonẽ *Conſidere*
& equus equũ generat, ſic etiam ſanctę cogitationes in anima no *mus mi-*
D ſtra dulcednẽ quandã & ſuauitatẽ generant ſpiritualẽ. Vnde prin *rabilia*
ceps Apoſtolorũ Petrus ait, vt per hoc efficiamini diuinæ con- *Dei opera*
ſortes naturæ, fugiẽtes eius quæ in mũdo eſt, concupiſcentiæ cor *Simile.*
ruptionem. Hinc etiã Chriſtus ait, qui ex deo eſt, verba Dei au- 2. *Pet.* 1.
dit, quia diuinæ gratiæ virtute, prõptior quiſq; redditur ad virtu *Ioan.* 8.
tẽ exercendã. Nã certe ſi diligenter hæc mundana conſiderarem',
nõ tã caro ea emeremus, & cũ tãto ſalutis animæ diſpẽdio. Si cũ *Similitu-*
vilia quæq; emimus, ea prius diligẽter exploramus & conſidera- *do.*
mus, cur nõ prius diligẽter ea meditabimur quæ ad animæ ſalu-
tẽ vel nocumẽtũ pertinẽt? Certe quãdo Tobias piſcem extraxit, *Tob.* 6.
dixit ei angelus, vt eum diligenter exenteraret, & ex interio-
ribus ſalutarem efficeret medicinam. Sic ergo nos Leuiathan
ſerpentem

ſerpentem noxium priuſquam nos ab eo vinci ſinamus, diligen-
*Pſal. 11.* ter exploremus, & eius inſidias accurate meditemur, atq; pec- E
*Iſa. 46.* cati amaritudinem probe noſcamus Sed tamen impij non ita ſe
*Gene. 8.* gerunt, ſed potius in circuitu peccatorum ambulant, vt ait regius
vates. Vnde Iſa. eos exhortans ait, redite præuaricatores ad cor:
Ipſi tamen eorum imitantes, ad priſtina ſemper redeunt vitia.

### *Circumſpecte viuamus.*

ET *filius hominis tradetur.* Hęc quidem præmonet Chriſtus vt pa
rati ſint & præmeditati cum hæc euenerint, ſic etiam nos aſsi
*Semper* due monet ne imparati ſimus, ſed potius omnes inſidias hoſtium F
*præmedi-* noſtrorum diligenter exploratas habeamus. Certe quanto ma-
*tati eſſe de* gis appropinquat dies iudcij & ſententię tanto magis reus ipſe
*bemus.* ſecum meditatur quæ ſibi euentura ſint. At vero nos contrario
*Simile.* modo facimus, vt ſcilicet imparati magis atque improuidi viua-
*Pro. 1.* mus. Bene igitur nobis quadrat quod ait ſap. Vſquequo paruuli
*Tempus* diligitis infantiam? nam certe videas quod in rebus puerilibus fru
*fruſtra nõ* ſtra tempus teramus, & carnis inſidias non videamus, cum tamẽ
*teramus.* dicat Aug. quod inter omnia Chriſtianorum certamina, duriora
*D. Augu.* ſunt prælia caſtitatis, vbi continua pugna, & rara victoria, & pro G
*Tentatio* pterea tam multi propter hoc vitium pereunt. Quare non expe
*carnis nos* ctemus vt ab hoc vitio reſipiſcamus, cum vix ei poterimus reſiſte
*valde in-* re, ſed potius primo quoq; tempore illud a nobis repellamus: Sa
*feſtat.* ne cum corallium in aqua adhuc mergitur, inutile eſt & decolor,
*Simile.* vt ex eo poſsit quidquam fabricari, at vero ſi inde extrahatur, va
rijs vſibus eſt aptiſsimum: ſic etiam cum quis deditus eſt delecta
tionibus carnalibus, inutilis eſt ad ſalutaria quæq; nõ ſolum præ
ſtãda, ſed etiam cogitanda; ſi vero delectationes carnales a ſe ab
*Ioſue. 1.* egerit, & deo & hominibus gratiſsimus eſt. Vnde cogitet ſibi di
*Fauet De⁹* ci, quod Ioſue olim dictum eſt, confortare, & eſto robuſtus, vt cu H
*in maiori-* ſtodias & facias omnem legem quam præcepi tibi. Audiatq; quid
*bus peri-* nos moneat Petrus dicens: fratres ſobrij eſtote & vigilate &c. Sa
*culis.* ne ſi ingrederentur nunc in theatrum multi ferociſsimi leones
*1. Pet. 5.* rugientes, plurimum timeremus & conturbaremur, & tamen mo
*Diſsimile* do cum tot dæmones rugiant & quærant vt nos deuorent, non
tamen anxij ſumus & ſoliciti, ſed in vtramq; dormimus aurem.
Satis quidem periculum in quo verſamur intelligitur in eo quod
*Apo. 12.* dicit Ioannes in Apoca. quod ſcilicet cum mulier parere vellet,
ecce draco magnus & ruffus habens capita ſeptem &c. expecta-
bat enim vt poſſet deuorare quod mulier peperiſſet, & cum non
poſſet,



poſſet, abijt facere prælium cum reliquis de ſemine eius, qui cu
A ſtodiunt mandata eius. Hic quidem draco eſt dæmon ipſe, qui cir *Dæmon*
cuit quærens quem deuoret. Cum ergo in tantis verſemur peri- *circuit quæ*
culis oportet quidem vt diligenter vigilemus: quando quidem *rens quem*
certe ex eo enim quod non vigilemus nec attenti ſimus, pro- *deuoret.*
uenit vt inconſtãtes ſimus & maxime terreamur cũ nobis acci- *Sẽper vi-*
dunt pericula, nec fructum demus in tempore ſuo, vt ait Dauid. *gilare de-*
In cuius rei figuram data fuit maledictio ipſi ficulneæ quę fructũ *bemus cõ-*
ſuo tempore non habebat: Sed quæres quorſum data fuerit ma *tra hoſtes*
ledictio ipſi ficulneæ, quæ requiſita eſt habere fructus, cum tem- *noſtros.*
pus fructuum non videbatur? Ad quod reſpondeo per eam ſigni *Pſal. 1.*
B ficari ipſum peccatorẽ, qui ſemper debet fructus edere bonorũ *Matt. 21.*
operum. Quare ſicut cum quis crimino ſus haberi non poteſt, eius *Quæſ.*
ſtatua cum ita iuſtitia exigit comburitur quamuis ſtatua ipſa ni- *Reſpo.*
hil mali mereatur, ita ficulneæ datur maledictio, quæ hominem *Similitu.*
ipſum peccatorem repræſentat, debemus ergo fructum dare in *Fructũ de*
tempore ſuo nempe patientiam cum ſe offert occaſio iraſcendi, *mus tẽpo-*
abſtinentiam cum venit occaſio intemperantiæ. Quod quidem *re ſuo.*
vt præſtare commode valeamus, debemus quidem per attente vi
gilare, & ſanctas inire conſiderationes. Sic enim nos Chriſtus mo
net dicens, vigilate & orate, vt non intretis in tentationem. Sed *Mar. 14.*
C qu orſum obſecro incõſiderate viuis, cum talem habeas hoſtem, *Magna ſe*
& tam aſtutum aduerſarium, nempe dæmonẽ ipſum.? Vide enim *cordia no-*
quomodo cum te videt ſaturum, tentat de luxuria: cum videt fa *ſtra.*
me licum, tentat de gula; ſi in laboribus poſitum, tentat de impa-
tientia: ſi in proſperitate, tentat de inani gloria: ſi in paupertate,
tentat de furto: ſi in diuitijs, tentat de auaritia, atque tanquã aſtu-
tus venator curat vt rete ſuum quod tibi intendit, in occulto de *Simile.*
liteat, palliando ſuas tentationes colore aliquo, ita vt videantur *Gre. Nyſ.*
æquitati conſentire. Dicit quidem Greg. Nyſ. quod ita in labo-
D ribus Iob erat præmeditatus & præparatus, vt nequaquã ipſum
conturbarent cum acciderent, ac propterea nihil vnquam tur-
pe commiſit, vel etiam dixit. Aduertit etiam hic doctor, quod
quamuis Deus reſtitueret in proſperitate ipſi Iob omnia dupli-
cata, non autem filios mortuos ipſi reſtituit, ne in hac vita tam *Vita hu-*
miſerabili iterum degerent, vt inde intelligas quã vigilãter in hac *mana pe-*
vita viuere debeamus, in qua tam multi tenduntur nobis laquei *ricul. ſa.*
& quam occulati eſſe debeamus, ſicut erant quatuor illa anima- *Apo. 4.*
lia de quibus dicitur quod plena eſſent oculis. Vnde Dauid dice- *Pſal. 118.*
bat a iudicijs tuis timui, & ideo inquit, feci iudicium & iuſtitiam:
Labores

*Labores pro Deo tolerati quomodo præmientur.* E

*Calamitates vtiles.* ET *tertia die reſurget.* Vide quomodo compenſentur & præmien
tur labores propter Deũ patienter tolerati. Quis ergo erit
poſthac qui labores patienter pati recuſet? Præſertim cum videa
*3. Re. 22.* mus fere fieri vt in proſperitatibus inſolentes reddamur, & ta-
men in laboribus plurimum proficiamus. Sane ſi rex Achab in
rebus bellicis fuiſſet occupatus, non perinde vineam Naboth
*Gene. 7.* concupiuiſſet, neque ei interitum attuliſſet. Aquæ quidem dilu
*Rom. 8.* uij leuauerunt arcam vſque ad ſupremos montes: ſic labores F
& calamitates ipſos bonos extollunt & magnificant. Vnde
Pau. ait, diligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum:
Sane terra illa promiſsionis fertilior erat quam eſſet Aegyptus,
vbi populus Dei habitabat, & tamẽ illic idololatræ erant, vt inde
*Deut. 11.* intelligatur quomodo Deus ſuis quos diligit ſoleat labores im-
mittere: Sic enim dicitur in Deut. terra ad quam ingredieris,
*Calamitates quãtũ conducãt.* non eſt ſicut terra Aegypti de qua exiſti, vbi iacto ſemine &c.
Vult ergo Deus vt ſui hic labores patiantur vt hoc modo ſe in
patientia exerceant, & tandem ampliſsima reportent præmia:
Nam ſicut tauri ipſi in viridi loco & peramæno paſcentes, ſo- G
*Simile.* lent valde laſciuire, ſic etiam fere fit vt homines in proſperi-
tate inſolentes reddantur, & propterea dantur ipſis labores
*Delectationes mũdanæ periculoſæ.* vt reſipiſcant, & Deum factorem ſuum agnoſcant, & ad ipſum
reuertantur: Interdum etiam per alios immittit Deus ſuis
labores, ſicut Eliæ per manum Iezabel, & Iacob per manum
Eſau, atque Dauidi per manum Saul, & ipſi Ioſeph per ma-
*Tribulationes vtiles.* nus fratrum ſuorum. Debemus ergo labores patienter tolera-
re, & ipſis non terreri. Vnde Chriſtus ait, ne terreamini ab his
qui occidunt corpus, & poſt hoc non habent amplius, quid fa-
*Luc. 12.* ciant: oſtendam autem vobis quem timeatis, timete eum qui H
*Deũ Timeamus.* poſtquam occiderit, habet poteſtatem mittere in gehennam.
Debemus ergo confidere quod Deus nos miſericorditer a la-
*Exod. 6.* boribus noſtris liberabit. Vnde dixit populo Iſraelitico cum
premeretur in Aegypto varijs calamitatibus, ego Dominus
qui educam vos de ergaſtulo Aegyptiorum, & eruam de ſerui
*Simile.* tute, ac redimam in brachio excelſo. Quare ſicut puer globu-
los ligneos in gyrum verſans, eoſdem flagello percutit, vt la-
tius & citius circumferantur: Sic etiam Deus ſolet nobis cala-
mitates immittere vt per has acceleremus & curramus ad do-
minum Deum noſtrum. Vnde Dauid ait, multiplicatæ ſunt in-
firmitates



A firmitates eorum, poſtea accelerauerunt. Multos porro videas ex
poſtulantes quodammodo quod varijs afficiantur laboribus, & *Pſal. 15.*
tamen non conſiderant, quod Deus ipſe eis etiam maiorem
det animum & vires ad eos tolerandos. Sane cũ quereretur Moy
ſes quod graue onus ſuſtineret in gubernatione populi, voluit
Deus vt a ſeptuaginta ſenioribus iuuaretur, Sed tamen dixit ei, *Num. 2.*
ego auferam de ſpiritu tuo, tradamq; eis. Item poſtmodum di- *Labores*
citur, auferenſque dominus de ſpiritu qui erat in Moyſe, de- *patienter*
dit ſeptuaginta viris. Quare cum videris te maximos ſuſtine- *propter*
B re labores, conſidera etiam quod detur tibi materia & ſeges *Deũ toleremus.*
amplius merendi. Multæ quidem ſunt inuentiones diuinæ vt
homines ad ſe attrahat & alliciat, vnde in Canticis ſponſa ſæpe *Cant. 4.*
appellatur columba vt ſignificetur eius ſimplicitas & patien- *& 5.*
tia. Nam columba patienter quidem ſuſtinet quod à mare *Columba*
ipſo roſtro pungatur, propterea quod exiſtimet ipſam ſibi *proprietates.*
infidelem fuiſſe. Sic ergo debet fidelis anima patienter ſu-
ſtinere calamitates ſibi ab ſponſo ſuo immiſſas, conſiderans *Patientes*
num forte fuerit ipſi ſponſo ſuo infidelis atque rebellis: ſi *ſimus in*
C quidem poſt huiuſmodi labores maxima quiete & dulcedine, *aduerſita-*
eam ſponſus afficiet & donabit. Quamobrem patienter cala- *tibus tole*
mitates nobis immiſſas ſuſtineamus, vt per has tandem ad *randis.*
ſedes ſempiternas veniamus ſimul cum his qui venerunt ex *Magnam*
magna tribulatione, & lauerunt ſtolas ſuas in ſanguine a- *dulcedinẽ*
gni. *dat quidẽ*

Sed quæres quid cauſæ ſit, quamobrem pleriſque impijs *Deus ſuis*
ſuccedant proſpera, cum tamen pijs & ſanctis, aduerſa fe- *poſt labo-*
re contingant? Sane hæc quæſtio difficilis olim veteris te- *res.*
ſtamenti patribus, & frequenter verſata fuit atque agita- *Apoc. 7.*
ta. Vnde Abacuch dicebat, vſquequo Domine clamabo, & *Cur malis*
D non exaudies? Quare reſpicis contemptores, & taces, con- *ſuccedant*
culcante impio iuſtiorem ſe? Item Iob ait, ecce clamabo vim *proſpera.*
patiens, & nemo audiet. Item Dauid ait, mei autem pene *Abacuc. 1.*
moti ſunt pedes, pene effuſi ſunt greſſus mei, quia zelaui ſu- *Iob. 19.*
per iniquos pacem peccatorum videns. Cæterum hæc a no- *Pſal. 72.*
bis vtcumque reddi poteſt huius rei cauſa: cum enim lex il- *Labores*
la cultoribus ſuis, corporis incolumitatem, opulentiam, cætera- *cur bonis*
que terrena bona promitteret, impijs autem & præuaricato- *contingãt*
ribus legis, peſtem & exitium minaretur, conſequens eſſe *Calamita*
videbatur, vt cum improbos viderent ſecunda fortuna vti, *tes vtiles.*
pios vero aduerſa iactari, vehementer hac rerum viciſsitudi-
ne commouerentur: At vbi nouæ quidem ipſius legis gratia
inuecta

inuecta eſt, vbi lator legis Chriſtus dominus in mundum veniens, E
in ſtabulo naſci, in cruce mori, & vitam inopem, humilem, & acer
bam eligere dignatus eſt, is plane hac noua & inuſitata laborum
electione, humiliq; perpeſsione, labores ipſos in corpore ſuo con
ſecrauit, nobilitauit, & ad ſummam dignitatis & gloriæ laudem
extulit. Sicut enim aqua eorum locorũ ſaporem refert per quos
labitur: ita cum fons vitæ Chriſtus tam multa corporis mala inſe
ſuſceperit, ſalutarem eis vim atq; ſummam dignitatem contulit;
Simili pene argumento magnus ille Seneca, diuitias & opulentiã
non eſſe inter bona numeranda confirmat, quod ea peſsimis in- F
terdum hominibus contingant, contra vero egeſtatem, labores
& calamitates, nullo modo eſſe inter mala collocanda, quod ea
Cato pertulerit. Quod ſi tanta apud hunc philoſophum, Catonis
autoritas fuit, vt quæ ille perpeſſus fuerit, in bonorum numero
ponenda eſſe cenſeat: quanto quæſo ſaluatoris noſtri dignitas &
autoritas, apud nos maior eſſe debet, vt quæ ille pertulerit & ele
gerit, in ſummo pretio habenda ſint? Hinc certe factum eſt, vt
tot deinde martyres exiſterent, qui immania tormentorum ge-
nera, adeo non horrerent, vt vehementer potius appeterent, &
alacri animo ſubirent. Non ita beatum dico Paulum quod in pa- G
radiſum raptus, verba audiuit ineffabilia, quam quod vincula ſu-
ſtinuit. Quod enim iſta reliquis ſint maiora, audi ipſum quomo-
do glorietur: non enim dicit, obſecro vos qui verba ineffabilia au
diui, ſed quid? obſecro inquit vos ego vinctus in domino. O bea-
ta vincula, o beatas manus, quas catena illa exornauit! Admira-
ris Paulum tum valde, quando nil illi, quæ manui adhæſerat vipe
ra, detrimenti adferebat? Nil mireris, catenam quippe illam vere
batur, imo & vniuerſum mare, illam venerabatur: vt inde intelli
gas quanta ſit vtilitas & quanta gloria laborum propter Chriſtũ H
perpeſſorum.

*Simile: Labores Chriſtus ſuaues reddidit.*
*Seneca. Chriſtus labores nobilitauit.*
*2. Cor. 12.*
*Ephe. 4.*
*Acto. 28.*

## FER. IIII. POST II: DOMINI: QVADRAGE.

## CONCIO QVARTA.

*Ambitio & arrogantia deteſtabilis.*

*Sæpe parẽtes filiorũ nimio amore excæcantur.*

ASſumpſit Ieſus duodecim diſcipulos &c. Tunc acceſsit ad eum mater filiorum Zebedæi.* Matt. 20. Vide quantam ambitio
nem iſti præ ſe ferrent, vt Chriſto talem petitionem
proponerent, matris voce. Dolendum ſane eſt quod tã
multi ambitioni ſint dediti, & quod tam longe, lateq;
ambitio



A ambitio ipſa ſerpat, adeo vt cætera ſpernant propter ſuam am-
bitionem De Romanis quidem ferunt quod cum audirẽt Chri
ſtum tot mirabilia patrare, eum in cathalogo ſuorũ deorũ aſcri
bere vellent, niſi poſtea intellexiſſent quod ſe regẽ Iudæorum
diceret ſine ipſorum Romanorum autoritate, vt inde intelligas
quanta eſſet eorũ ambitio, vt ipſi etiam dij ab ipſis eſſent conſti
tuendi, & aliter nõ recipiendi. Sicut etiã videas quod impij ſibi
deos quoſdã conſtituũt, nẽpe honores & diuitias huius ſeculi. Vn
de Augu. ait, hoc quiſq; deũ facit, quod ſupra Deũ diligit. Certe
quãuis ambitioſus ipſo ore dicere non audeat, quod honor ſit
B Deus eius, tamẽ ſibi honorẽ deo debitũ vſurpat, & vult tãquã de9
adorari: Vnde Ezech. ait de rege Tyri, eleuatũ eſt cor tuũ, & dixi-
ſti, Deus ego ſum. Et ſubdit id declarans, dediſti cor tuũ quaſi
cor Dei, id eſt ita egiſti, ac ſi eſſes Deus: Dic enim homo fatue,
cũ Deus ſit vltimus finis noſter, & tu omnia potius ad te referas
quã ad ipſum, nõne te Deũ prædicare videris? Nonne tacitus di-
cere videris, vt à regib9 & principibus adoreris? Imo nec hac qui
dẽ adoratione cõtẽtus eſſes. Caue igitur ne in ſimili ſuperbia per
eas: Sic enim legimus quod Abimelech tãtũ abeſt vt emẽdaretur
cũ ſe vulneratũ lethaliter videret, vt potius ad armigerũ ſuũ dice
C ret vt ipſum interficeret, ne diceretur à fęmina interfect9. Sic aua
rus hianti ore fere moritur, luxurioſus in delectatione carnali.
Tãta quidẽ eſt huius ſeculi ambitio, vt null9 fere iam ſua ſorte cõ
tẽt9 viuat, ſed opifex velit fieri mercator, & hic cupiat eſſe eques.
Vnde Iſa. ait, audiuimus ſuperbiã Moab, ſuperbus eſt valde, ſu-
perbia eius & arrogantia eius, pluſquã fortitudo eius. Et Hier. ait
plus fecit quã potuit, id circo periit. Quod ſi iſti ita grauiter re-
prehẽduntur quãto quæſo grauiore reprehenſione digni ſumus,
cũ videamus Chriſtũ dominũ ducẽ noſtrũ pro nobis pauperẽ & nu
dũ redditũ? Non ergo debemus in ornatu & alijs huiuſmodi, ex-
D cedere metas ſtatus noſtri, ſed audiamus quid dicat Apoſ. Vnus
quiſque in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. Certe id
circo omnes ſitiunt aurũ, quia nemo vult ſua ſorte cõtentus vi-
uere ſed eã potius quotidie cupit amplificare. Vnde Abacuc ait,
væ qui congregat auaritiam malam domui ſuæ, vt ſit in ex-
celſo nidus eius &c. Et addit, lapis de pariete clamabit, & lignum
quod inter iuncturas ædificiorum eſt, reſpondebit. Item vę inquit
qui ædificat ciuitatẽ in ſanguinibus. Volũt porro ambitioſi tege
re ſæpe ambitionẽ ſuã, ſic enim iſti diſsimulabãt diſcipuli, dicen-
tes: quis putas maior eſt in regno cælorũ? Vt inde poſſent poſtea
ad oſtẽdẽdũ quod deſiderabãt procedere. Sic Abſalon multorũ

*Romani cur nõ ſcriberẽt Chriſtũ in catalogo ſuorũ deorum.*
*D. Augu.*
*Ambitioſi quam ſint cæci.*
*Ezech. 28*
*Ambitioſus nũquã ſatiatur.*
*Iudic. 9.*
*Auari hiãti fere ore moriuntur*
*Magna huius ſeculi ambitio*
*Iſa. 16.*
*Hier. 44*
*Quiſq; nõ excedat ſtatũ ſuũ in veſtibus.*
*1. Cor. 7.*
*Abacuc. 2*
*Auari quantum noceant.*
*Matt. 18*
*Ambitioſi conditiones.*
*2. Reg. 15.*

 animos

animos ſolicitabat, dicēs quod vellet pacifice ipſos regere, quę ta
*Ambitio quā late pateat.* mē omnia deprauato animo dicebat. Mirū plane eſt ꝙ diſcipuli E
dñi qui in ſchola verſabātur tā humilis magiſtri, ad tātā deueni-
rēt ambitionē: ſi enim in curia Alexād. Māg. verſarētur aut Iulij
Cæſaris, nō eſſet mirū. Sed tamē inde intelligim⁹ quā late ſerpat
hoc vitiū, & quomodo tētare ſoleat omniū ſtatuū homines: Vnde
*Pſal. 38.* Dauid ait, verūtamē vniuerſa vanitas, omnis homo viuēs: Intelli
*Gene. 19.* gamus ergo ꝙ quādiu in mūdo verſamur, nequaq̄ nos ſecuros
eſſe arbitrari debemus. nam cum Loth extra Sodomā ſe ſecurū
arbitraretur, inebriatus eſt, & vide quæ alia fuerint ſubſecuta. F
*Non eſt ſecuritas in hoc fragili mundo.* Non debes ergo te ſecurū arbitrari quāuis deſertū petas, nā & fi-
liæ tuæ te ſequūtur, videlicet caro ipſa & ſenſualitas: Hinc Sap. ait
homo ſapiēs in omnibus metuit. Vnde ſicut in tabula illā nauigā
di deſcribūtur omnia maris loca periculoſa, ſic etiā in ſancto euā
*Eccleſ. 18* gelio nobis deſcribūtur calamitates mūdanæ quas vitare debea-
*Simile.* mus, & præſertim ambitio ipſa, quæ quidē eo redigit ambitioſū,
*Pericula varia in mundo.* vt facile ſe conformet etiā deprauatis moribus aliorū: Sic Abſa
lō publice ingreſſus eſt ad cōcubinas patris, vt in hoc placeret po
pulo. Quare ſicut venator vel auceps fiſtulā ſuā adaptare ſolet iux
*2. Reg. 16* ta cātū ipſarū auiū: ita etiā ambitioſus ſe cōformare ſolet cū mo G
*Simile.* ribus vitioſorū, vt etiā regna ſi poſſet, hac via tētare nō ceſſaret:

*Dæmon nititur nos excæcare.*

*Similitu.*

N*Eſcitis quid petatis.* Nititur quidē dæmō quātū poteſt, nos excę
care, neq; neceſſe iā habet vt tanquā aſtutus venator occul-
tet laqueos, ſatis enim ipſi ſpōte noſtra in eos incurrimus, cū ta-
mē bruta animalia laqueos venatoris quos vidēt, fugiāt: Sane ſa
crarū litterarū lectio nos plurimū iuuat ad dæmonis laqueos re-
*Gene. 19.* tegēdos, ne ſcilicet tanquā Labā, det nobis liam pro Rachele, & H
*Pſal. 118.* faciat vt æterna poſt ponamus tēporalibus. Vnde Dauid ait, lucer
na pedibus meis verbū tuū, & lumē ſemitis meis. Si quidē benefi
*Simile.* cio lucis verbi Dei aufertur nobis velamē ignorātiæ ꝙ habemus,
vt ita recta tēdamus in patriā, ſicut accipiter prædam inuadit, cū
*4. Reg. 25* ſibi velamē de capite aufertur. Sane 4. Reg. habetur quod poſtq̄
*Lectio diuinæ legis quātū conducat.* rex Ioſias librū legis legit, tantam habuit lucē, tantamq; deuotio
nē, vt ſimilis illi nō fuerit ante eū rex, qui reuerteretur ad Deū in
omni corde ſuo: ſic cōtra peruerſi libri ad malum prouocant. Vn
de Pau. ait, corrūpunt bonos mores colloquia praua. Sane ſi pro
*Simile.* uida mater viderit filiam ſuam cū praua aliqua muliere tractan-
tem, ſuſpicatur ne forte in errorē aliquem labatur: ſed quid dice-
remus



A remus ſi pater pecuniam etiam perſolueret, vt filia ſua a muliere
peſſima deprauaretur? Sic vtiq; tu maxima dignus es reprehen-
ſione, qui etiam multa adhibita pecunia tibi prauos libros com- *Act. 19.*
paras. Sane in Actis Apoſ. habetur quod omnes prauos libros po
nerēt ad pedes Apoſtolorum vt comburerentur, atq; inuenerūt
quod grandis pecunia pro eorū emptione perſoluta fuiſſet. Quā *Libri praui comburendi.*
obrem lectioni ſanorum librorum incumbamus, vt hoc modo te
nebras ignorantiæ a nobis propellamus, atq; ſanctis confabulatio
nibus vacemus, noſq; tradamus. Cęterum huiuſmodi quidem
B ignorantiam ſolet Deus in hominibus permittere propter ip- *Iſa. 19.*
ſorum culpam. Vnde Iſa. ait, ſtulti facti ſunt principes Thaneos,
dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis, vt quaſi in *Sopho. 1.*
ſenſati inciderēt. Et Sopho. ait, ambulabūt vt cæci, quoniam do-
mino peccauerunt: quod quidē indiciū quoddam eſt reprobatio-
nis. Multa porro ſigna præcedunt occiſionem alicuius damnati *Gal. 3.*
ad mortē ſed potiſſimū eſſe videtur, cū oculi eius claudūtur. O in
ſenſati Galatæ ait Apoſ. quis vos faſcinauit non obedire veritati?
Quaſi diceret, ꝙ tanquā paruuli nos deprauari permittimus. Nō *Facile in errorē præcipitamur*
C ergo ita nos geramus, neq; ſinamus nos faſcinari vel a muliere,
vel a cupiditate, vel a quocūq; alio, ſed potius plus credamus deo
quā noſtris paſsionibus, ne aliter de nobis dicatur illud Sa. eſt via *Pro. 14.*
quæ videtur homini iuſta, nouiſsima autē eius deducūt ad mortē. *Cle. li. 5. Recog.*
Sane inter alias miſerias ignari hominis, illa vna etiam eſt, quod
ſcilicet ſibi perſuadeat ꝙ in aliquo nō errat, ſed omnia probe in *Simile.*
telligit. Nihil grauius, quam ſi id quod ignorat quis ſcire ſe cre-
dat, & defendat verum quod falſum eſt; quod tale eſt quaſi ſi-
quis ebrius, ſobriū ſe putet, & agat quirē cuncta vt ebrius, ſobriū
ſe tamen & ipſe putet, & dici à cæteris velit. Ita ſunt ergo q. igno *Chry. ho. 76. in Matt.*
rantes quod verū eſt, ſpeciē tamen alicuius ſciētiæ, tenent, mala
D quaſi bona ferūt, atq; ad perniciē quaſi ad ſalutē feſtinant. Chryſ
quidem dicit quod præſtat proba ignoratione detineri, quam *Simile.*
falſæ opinioni mancipari: namqui neſcit, facile ratione ducitur.
Qui vero ſcire credit, cum neſciat, non poteſt facile verita-
tem ſuſcipere. Nam & in charta vbi nihil ſcriptum eſt, facile ſcri *Simile.*
bitur, in literis vero plena, non ſimiliter certe, neceſſe enim eſt
priora delere. Et terra facilius aratro proſcinditur quæ nil ha
bet, quam quæ vepribus referta. Nequaquam igitur cuncta
ſcire velimus, ſed patiamur etiam nonnulla ignorare, vt ſi *Simile.*
magiſtrum inuenerimus, duplicem ei laborem non præbea-
mus. Et ſicut morbus non celandus eſt, ſed in publicum effe-
rendus, quo ſanari poſsit, vt dixit philoſophus ille Heraclius *Heracli.*
Ddd 2 ſic

ſic inſcitiam tegere nõ debemus,ſed quãtũ poſſumus, curare & E
conniti, vt quæ ignoramus ſalutaria, diligẽtiſsime addiſcamus
vt ait Plut. Item Pli. ait, quod nullum eſt animal quod impenſius
amet ſuos fætus, quam aſinus: ſic indocti ſuã inſcitiam fere am-
plectuntur, & in ea ſibi placent. Porro de ipſa ſpirituali cæcita-
te loquens D. Aug: ita ait: cum magnum malum homines pu-
tent oculorum corporalium cæcitatem, quanto deterius ma-
lum putare debent quando eo perducuntur, vt non ſibi propo-
nant Deum in conſpectu eorum, ſed immunda ſibi proponãt ſem
per? Idem etiam alibi ait, totus mundus cæcus eſt, ideo venit do F
minus illuminator, quia diabolus fuerat excæcator: omnes cæcos
naſci fecit, qui primum hominem decepit. Currant ergo ad illu-
minatorem, & credãt &c. Omnes fere, inquit grauis autor, hono
ris materia quam in virtute ſitam eſſe affirmamus, neglecta, fal-
ſi honoris cupiditate flagramus, dum inania hæc fortunæ ludibria
omni ſtudio & auiditate captamus: quodq; dolendum valde eſt,
vſque adeo in hoc errore perſiſtimus, vt ſi Deus nobis optionẽ
daret, vtra bona mallemus, an ea quæ fallaci honori, an quæ ho-
nori vero materiam præbent, illa magis quam hæc eligeremus,
hoc eſt terrenas & interituras opes, ac ſeculi honores, magis G
quã pietatẽ & virtutẽ, quæ ſunt immortales opes. Quid igitur in
dignius, quid magis præpoſterum, quam vt homines mentis com
potes, gloriæ cupiditate incenſi, falſam & mendacẽ gloriã, veræ
glorię dignitati anteferant? Si nobis quiſquã referret, habitare
ſub ęquinoctiali linea barbaros & immanes quoſdam populos,
qui pluris adulterinas quaſdam gemmas, quam veras facerent
quis nõ illorũ amẽtiã derideret? At nos ipſos minime deridemus,
qui tantũ nobis religionis & prudẽtię nomine tribuimus, cum ta
mẽ in ſimilẽ barbariẽ atq; adeo perículoſiorẽ incidamus, quãdo H
falſam atq; fallacẽ gloriã, veræ & ſolidæ anteponimus, maioriq;
ſtudio & cõtẽtione mendaciũ quærimus quã veritatẽ, quãdo qui
dẽ nullũ terrę mariſq; laborẽ, nullũ vitæ periculũ, propter hęc fal
ſa & fallacia bona recuſamus, qui tamẽ propter virtutis & hone-
ſtatis amorẽ, vix loco moueri volumus: intellige ergo homo mi-
ſer, verũ honorẽ eſſe, qui virtuti & ſanctitati, & religioni tribui-
tur Hoc enim te in hoc ſeculo, & in futuro, & corã Deo & homi
nibus, clarũ in primis & valde illuſtrem reddet, cætera vero mun-
dana, nullo modo te vera laude & honore dignum efficiẽt: fieri
enim poteſt vt omnibus his externis fortunę muneribus ornatus,
mẽtẽ habeas omnibus flagitijs & ſceleribus inquinatã: Quã ergo tibi
gloriã opes illæ cõciliabũt, cũ hęc teterrima vitia omnibus verę
glorię

*Plu. in ſuis Mor.*
*Plin: li. 8 ca. 43.*
*Auguſt. in Pſalm. 9. tom. 8.*
*Aug. l. 50 hom. 43. tom. 10.*
*Lud. Gra.*
*Mundani plus amãt tẽporalia quã æterna.*
*Simile.*
*Gloriã falſã anteponimus veræ.*
*In quibus ſitus ſit verus honos.*



A gloriæ ornamentis ſpoliatũ ſũma te ignominia & dedecore affi-
ciant? hac enim de cauſa regius vates in hos mẽdacis gloriæ ama
tores inuehitur, cum ait: filij hominũ vſquequo graui corde? Vt
quid diligitis vanitatẽ & quæritis mendaciũ? Hoc intelligens ſan
ctus Moyſes dicebat: cur afflixiſti ſeruũ tuũ? quare nõ inuenio gra
tiã corãte, & cur impoſuiſti põdus vniuerſi populi huius ſuper
me? &c. Nos tamẽ cæci apperẽtes humanos honores, auido ani-
mo tãta põdera ſuſcipimus & ſuſtinemus tantaq; pericula, quan
ta in gubernatione ipſa ſolẽt occurrere: Vnde ſatis manifeſtum
eſt quod magis diligimus tenebras ambitionis, quã lucẽ quietis
B & tranquillitatis, vnde & merito nobis dici poteſt, ne ſcitis quid
petatis.

*Pſal. 4.*
*Num. 11.*
*Honores mundi cõtemnunt ſerui dei.*

*Alienos potius quam noſtros exploramus defectus.*

ET *audientes decem indignati ſunt de duobus fratribus.* Fere fit vt
alienos potius quam noſtros defectus conſideremus: ſi ergo
defectus erat in duobus diſcipulis quod appeterẽt honores mun
danos, pariter defectus erat in his decẽ, quod ita accurate alios no-
tarent, & cum his indignarentur. Atq; hanc etiam cæcitatem
C in Dauide licet contueri, qui ſtatim iudicauit in parabola ſibi
propoſita a Nathan, illum eſſe culpabilem, & tamen ſuum pecca
tum non agnoſcebat. Si diligenter conſideraremus viros ſanctos
& Dei ſeruos, ac præſertim diuinas perfectiones diligenter
conſideraremus, facile vtiq; intelligeremus quamuis in virtu-
te progreſſus multos feciſſemus, ſemper in nobis imperfectio-
nes aliquas reperiri, vt ita nos magis humiliaremus. Vnde Ec-
cleſi. ait, qui timent dominum, præparabunt corda ſua, & in
conſpectu illius ſanctificabunt animas ſuas. Sed tamen inconſide
rati homines potius oculos conijciunt in eos qui defectus mul
D tos habent, & ita præ illis ſe perfectiores iudicant, & fratres
ſuos infamant & ſuggillant. Longe tamen aliter faciebat Ioſeph
qui tantum dixit pincernæ Pharaonis, vt ſui meminiſſet ante
Pharaonem, non tamen narrauit iniquitatem fratrum ſuorum
contra ſe, neque impudentiam dominæ ſuæ, ſed tantum dixit,
furtim ſublatus ſum de terra Chanaam, & hic innocens in lacum
miſſus ſum. Sane ſanctus ille ſenex Tobias cum iniuriam ali-
quam ab aliquo acciperet, in ſuorum potius peccatorum emen
dationem eam infligi dicebat, ſicut patuit de illa perſecutione
regis Salmanaſar. Sic Eſther in perſecutione Aman, ſtatim in

*Vitioſi alienos defectus potius quam ſuos conſiderant.*
*2. Reg. 12*
*Eccle. 2.*
*Gene. 40*
*Defectus proximorũ non publicemus.*
*Tob. 3.*

 cilicio

cilicio ad Dominum acceſsit dicens, peccauimus, iuſtus es Domine &c: Sane ſi ita nos gereremus, nō indignaremur tantopere cōtra proximos noſtros. Non ſolemus quidem res proximi noſtri commode iudicare, neq; eius facta ſyncero oculo aſpicere, cum tamen olim præciperetur vt duplex haberetur pondus, quorum vnum in communi haberetur, alterum vero ſubtilius haberetur in templo: ſed cum modo homines vnico tantum pondere iudicij ſui & falſæ æſtimationis vtantur, hinc fit vt valde in cenſuris ſuis fallantur, cum præſertim ſi tales cenſuræ pondere templi diuini, & ante Dei oculos ſuo pondere menſurentur, longe aliter iudicentur. Certe ſuperbi & elati viri toti in hoc incumbunt, vt alienam vitam explorent, & proximorum etiam cogitationes rimari velint, & de his iudicium ferre. Contra vero humiles ſua tantum rimantur, non iudicantes aliena facta. Hoc quidem apte factū fuiſſe videmus a ſanctis Apoſtolis, cum enim Chriſtus dixiſſet Iudæ proditori, quod facturus es, fac citius, quamuis diſcipuli viderentur poſſe iudicium ferre, Iudam futurum eſſe qui Chriſtum traderet, cum etiam paulo ante dixiſſet quod vnus eorum ipſum traditurus eſſet, nihilominus tamen dicit ſcriptura quod quidam eorum putabant eo quod loculos haberet Iudas, quod dixiſſet ei dominus, eme ea quæ nobis opus ſunt ad diem feſtum, vel vt egenis aliquid daret. Vnde innocentes Apoſtoli cum eſſent, & ſancti, nihil mali de proditore cogitare ſunt auſi, & quod nefas à ſe alienum non ignorabant, hoc condiſcipulo aſcribere verebantur. Humilis namque, vt ait Lau. Iuſti: difficulter proximorum corda ſcrutatur, & conſcientiæ iudicium refugit alienæ, cum propriam iudicare, vix arbitretur poſſe ſufficere. Suo etenim ſentiens ſe grauari pondere, quomodo iudicio fatigabitur alieno? Res perdifficilis, dubia, & periculis plena eſt, occultorum rimari cauſas, & cordium ſcrutari ſecreta. Proinde humilis proprio priuatur iudicio, ne iudex fiat alienæ vitæ. Nouit quidem dixiſſe dominum, nemo ſcit quæ ſunt hominis, niſi ſpiritus hominis qui in illo eſt. Quod in ſe, & latet in altero, diuino totum committit examini, cui patent omnia tam viſibilia quam inuiſibilia.

*Eſth. 13.*
*Non iudicemus temere.*
*Leui. 5.*
*Periculoſum eſt alios temere iudicare:*
*Ioan. 13.*
*Ioann. 19.*
*Res in bonā partē interpretanda potius quā in malam.*
*Lau. Iuſ. lib. de tri. Chri. ago. ca. 5.*
*1. Cor. 1.*

E F G H

Quid quæſo laboris habet, inquit Chry. vt non iudices alium, nec peccata aliena diſcutias, neque condemnes proximum tuū? imo magis vero in diſcutiendo, & perquirendo aliena commiſſa, labor eſt ingens, & iudicare de alterius mente, ſumma eſt difficultas. Quis vero hoc audiens, credere aliquando poſsit, quod cum

*Chry. li. 1 de comp. cor. to. 5. prope mediū libri.*



A cum poſsimus ſine labore ſeruare mandatum, laborare tamen potius velimus, vt illud præuaricemur? At ſi per otium & negligentiā peccaremus, eſſet fortaſſe aliquid veniæ his quia laborare nequiuiſſent. Vbi vero laboratur vt peccetur, quanam veniâ hic dignus erit? Hoc quidem eſt contendere aduerſus eum qui præcepta dedit, & bellum legibus inferre, quia & reuera ipſe pronunciauit de præceptis ſuis, quod nihil in eis laborioſum ſit, & nihil oneroſum, dicens, iugum enim meum ſuaue eſt, & onus meum leue. Idem etiam alibi ait, quando quidem de alijs iudicamus, diligenter omnia perſcrutamur: quando vero de nobis ipſis ſententiam laturi ſumus, tenebris obducti, parum intelligimus: nam ſi tam acri cura, noſtra examinaremus, quanta aliena perueſtigamus, ſynceram vtiq; ſententiam ferremus. Vide igitur quantopere erremus, qui cum cauſam & negotium noſtrum poſsimus commodius diſcutere quam alienum, nihilominus tamen, in alieno potius diſcutiendo occupemur, quam in noſtro. Hinc Grego. ait, ſi diſtincte prius mala in nobis inſequimur, iuſtum quoque eſt, vt etiam contra aliena mala etiam vtiliter erigamur, & ea quæ prius in nobis punimus, etiam poſtmodum in alijs redarguendo ſuperemus. Sed hanc erectionem mali neſciunt, qui ſe relinquunt, & bonos impetunt, ſibi ſe intra conſcientiam ſuam mollitie blandæ adulationis inclinant, & contra aliorum vitam diſtrictione aſperitatis eriguntur. Sic ergo hodie hi decem diſcipuli indignantur contra duos, & tamen ipſi interius non explorant prius & diligenter inueſtigant, num forte conſimili morbo laborent, quo hi duo diſcipuli laborabant.

B C

*Peccatum maximū ſecum adfert laborem.*
*Matt. 11.*
*Chry. ho. 37. in Ma.*
*Noſtra facta potius quā aliena exploremus.*
*Gre. 14. Mo. ca. 15*
*Conſciētiā noſtrā prius diſcutiamus.*

D

## APPENDIX.

ECCE *aſcendimus*: Sane reuocat nobis paſsim Chriſtus in memoriam paſsionem ſuam, vt emolliantur praua & dura corda noſtra, atque ad Dominum reuertamur. Vnde Ioann. 12. ait, ſi exaltatus fuero a terra, omnia traham ad me ipſum. Certe de Gedeone legimus quod quia aliquando vicit Madianitas, dixit ei populus, dominare noſtri, tu & filij tui, & filij filiorum tuorum, quia liberaſti nos de manu Madian. Quanto igitur magis debemus gratitudinem animi noſtri erga Chriſtū oſtēdere, qui nos nō vt Gedeō ſine ſanguinis

*Paſsio Chriſti cur nobis ſæpe proponatur.*
*Ioan. 12.*
*Iudic. 8.*

effuſione ſed pretioſiſsimo ſanguine effuſo, de poteſtate dæmonis liberauit? Ita vt certe dicere poſsit, ſicut olim hebræis, vos ipſi videtis, quomodo portauerim vos ſuper alas aquilarum. E

*Exod. 14.*

*Dic vt ſedeant.* Mirum ſane eſt quod qui tãtum piſcationi hactenus intenderant, modo tantopere affectent dignitates & prælaturas. Sane vt inde intelligamus quam late ſerpat hoc vitium, tum etiam vt iudicia domini potius deuote admiremur, quam velimus ſcrutari. Sic etiam videmus factum fuiſſe, vt olim hebræi qui tantopere diuino cultui intendebant, poſtmodum idola adorarent. F

*Ambitio quã late ſerpat.*

*Neſcitis quid petatis:* Vide quantum diſpliceant deo petitiones iniuſtæ, ſicut contra quæ iuſtæ ſunt, valde ipſi placent. Sic enim Chananeæ quę iuſte petebat, facile conceſsit: & tamen huic mulieri & hiſdiſcipulis, quamuis cognatione coniunctis, noluit concedere quæ petebant.

*Matt. 15.*

*Poteſtis bibere calicem.* Sane ſi dæmon nobis diceret cum ad vitia inuitat, vtrum poſsimus eius calicem bibere, longe aliter nos gereremus: at vero nihil tale facit, neq; nos aliquid cogitamus, ſed ſtatim nos in mala præcipitamus. Non igitur id faciamus, neque dicamus ſtatim poſſumus, ſed potius diligenter meditemur quo tandem feramur. G

*Facile ſtatim labimur in mala.*

*Vos autem non ſic.* Quaſi dicat, prætentiones iſtæ potius barbarorum ſunt, quam Chriſtianorum, & meorum diſcipulorum. Sane cum volumus alicui bene nato viro aliquid turpe quod facit, aut facere intendit, diſſuadere, dicere ſolemus, quid quæſo amplius faceret, qui ex infima plebe genus ſuum duxit? Apoſ. quidem ſatis intelligebat quanta eſſent prælaturæ onera, cum diceret: cum liber eſſem ex omnibus, me ſeruum feci, vt plures lucri facerem. H

*Simile.* *1. Cor. 9.*

## FERIA. V. POST II. DOMINI. QVADRAG.

## CONCIO PRIMA.

HOMO *quidam erat diues, & induebatur purpura & byſſo.* Luc. 16. Narratio magis quã parabola videtur, ait Ambro. quando etiam nomen exprimitur. Neque vero omnis ſancta paupertas, aut diuitiæ criminoſæ, ſed vt luxuria infamat diuitias, ita paupertatem commendat ſanctitas. Porro diues iſte, ait Greg. non abſtuliſſe aliena reprehenditur, ſed propria non dediſſe, nec dicitur quia vi quemquam oppreſsit, ſed in acceptis rebus ſe extulit. Hinc ergo ſummopere

*D. Amb. lib. 8. in Luc. 16. Greg. in Euang. hom. 40.*



A ſummopere colligendum eſt, qua pœna mulctandus ſit qui aliena diripit, ſi inferni dãnatione percutitur, qui propria non largitur. Nemo ergo ſecurum ſe æſtimet dicens. Ecce aliena non rapio, ſed conceſsis licite rebus fruor, quia diues iſte non idcirco punitus eſt quoniam aliena abſtulit, ſed quia acceptis rebus ſemetipſum male dereliquit. Hoc quoque fuit quod hunc in inferno tradidit: quia in ſua felicitate timidus nõ fuit, quia accepta dona ad vſum arrogantiæ inflexit, quia viſcera pietatis ignorauit, quia peccata ſua redimere etiam cum ſibi abundaret pretium, noluit. Sunt nõ nulli qui cultum ſubtilium, pretioſarumq; veſtium, non putant, B eſſe peccatum: quod ſi culpa non eſſet, nequaquam ſermo Dei tam vigilanter exprimeret, quod diues qui torquebatur apud inferos, byſſo & purpura indutus fuiſſet. Quam culpam poſſumus etiam ex eo dignoſcere, quia ſi abiectio vilis indumẽti, virtus nõ eſſet, Euangeliſta de Ioanne vigilanter non diceret, erat indutus pilis camelorum. *Homo quidam.* Cum tam auari eſſent hi phariſæi, idcirco Chriſtus hanc eis hiſtoriam commemorat. Sic optimus concionator ſe debet accommodare ſecundum neceſsitatem ſuorum audientium, Optime vero huic diuiti quadrat quod C ait Iacob. Iudicium ſine miſericordia fiet illi, qui non fecerit miſericordiam.

*Eleemoſinis redimant diuites peccata ſua.* *Mat. 3. Mar. 1.* *Iacob. 2.*

*Induebatur purpura & byſſo.* Si id culpabile erat in diuite, quanto quæſo culpabilius erit in paupere, & tenuioris conditionis homine? Sopho. 1. Viſitabo ſuper principes, & ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina. Si principibus propter exceſſum in his fit cõminatio, quanto magis fiet ipſi mercatori aut opifici? *Induebatur purpura:* Conſidera obſecro quomodo Deus, quæ homines pretioſiora ducunt, ſub terram condiderit, vt aurum, argentum, & alia D id genus: cur ergo tu te vermiculum induis tam curioſe? Sane Deus in forma humana voluit homo factus apparere, non in angelica; vnde Pau. habitu, inquit, inuentus vt homo.

*Sopho. 1.* *Veſtitus ſint moderati.* *Phil. 2.*

*Epulabatur quotidie ſplendide.* Sane cum carnem tuam delicate, & tantis ciborum generibus paſcis, cõſiderare debes quod eam ſeruas & ſaginas, vt eſca ſit & cibus immũdis vermibus. Qua quidem in re, ei ſimilis es qui amicis ſuis volens parare conuiuium, multis retro diebus anſeres ſaginat, vt in diem conuiuij valde pingues ſint; ita nimirum tu qui tam delicate, tanta cura & ſolicitudine, carnem tuam paſcis, vermibus eam ſeruas, quaſi vel nobiles aliqui ſint viri, vel familiares tui. Pluſquam inſanus quidem es, ſi cum in hac vita in continuo ſis bello, & in medio inimicorum ambules, inimicis tuis arma tribuis, vt ab eis vincaris. Nonne vi-

*Temperãtia vitiis.* *Simile.* *Deliciæ mundanæ quo redigantur.* *Simile.*

ne vides quod carnem tuam ita paſcens, & ei multos cibos tra-
dens, tribuis illi vires & robur, quibus aduerſum te inſurgat,& E
*Iudith.*13. ipſa ſibi ſpiritum ſubijciat? His armis caro Holophernẽ trunca-
2. *Re*,13. uit,& Amnon filium Dauid interfecit. Tolle inimico arma ſi vis
1.*Pet*.5. eum vincere: ab abſtinente porro & ſobrio, procul fugit dæmon.
*Rom*.13. Vnde Petrus admonet dicens, ſobrij eſtote, &c. Et Pau. ait, non in
cõmeſſationibus &c. Nãq; nõ ſolũ varia vitia accẽdit ingluuies,
ſed omnium quoq; virtutũ ſtudia eneruat,& ad omnia ſpiritualia
exercitia, grauẽ & ineptũ hominem reddit. Ad quod probãdum
*D.Hie.* citat Hie. Galen. teſtẽ, dicens. Galen. vel doctiſsimi Galeni inter
*Gale.* pretes aiunt, eos quorũ vita & ars ſagina eſt, nec viuere poſſe diu F
nec ſanos eſſe, animaſq; ita nimio ſanguine & adipibus quaſi in-
uolutas luto, nihil tenue, nil cæleſte, ſed ſemper carnalia eructa-
re,& vẽtris ingluuiem cogitare. Gula & intemperantia adeo tur
piſsima ſunt, vt his dediti, inter bruta animalia cõmemorari poſ
*Salluſt.* ſe videãtur; vt dicit Salluſt. & refertur à Senec. nõ ad tollendam,
*Sene.li*.8. ſed iritandã famẽ & ſitim, tot condimẽta adinuẽta fuiſſe, vnde pal
*epi.ad Lu* lor & neruorũ vino madẽtium tremor, miſerabiliorq; quã ex fa-
*ci. epi*.61 me macies, inde incerti labentium pedes, inde multi morbi, mul
*Sen.li*.15. taq; vitia, quæ mala vna tẽperantia curat. Miraris tãtã morborũ
*epi*.96. varietatẽ? coquos numera & nõ miraberis. Deus bone quãtos ho G
*Sen.li*.21. mines vnus vẽter exercet, atq; fatigat! Vtrũ hic panis ſit ſecũda-
*epi*.120. rius, an lectiſsimus, inquit Sene. ad naturã nil pertinet, quę ventrẽ
non delectari vult, ſed impleri. Vtrũ hic potus ſit etiã multa arte
*li.22. epi*. refrigeratus, natura nõ videtur curare, ſed id tantũ quærit, vt ſitis
124. extinguatur. Malũ panẽ hunc eſſe inquis, bonũ quidẽ eum tibi fa
mes reddet. Quare famẽ expecta, neq; ante edas, quã ea imperet.
Sunt qui varias regiones peragrant, & maria tranant, vt pretio-
ſos atq; lautiſsimos quoſq; acquirant cibos Sed cur tãta ad eam
rem ſolicitudo adhibetur? Paſsim quidem accommodata alimen H
ta natura diſtribuit, & ad ſedandam famem aptiſsima.

*Gre in E-* *Et erat quidam mendicus nomine Lazarus.* Notandũ nobis eſt, ait
*uã. ho*.40 Greg. in ore veritatis de ſuperbo diuite, & humili paupere quan
tus ſit ordo narrationis. Ecce enim dicitur, homo quidã erat di-
ues, & protinꝰ ſubinfertur, erat quidã mẽdicus nomine Lazarus.
Certe in populo plus ſolent nomina diuitũ quam pauperũ ſciri.
Quid eſt ergo quod Deus de paupere & diuite verbũ faciens, no-
*Mat*.7. men pauperis dicit, & nomẽ diuitis nõ dicit, niſi quod Deus hu-
*Exo*.33. miles nouit, & ſuperbos ignorat? Vnde & quibuſdã de miraculo-
rum virtute ſuperbientibus, in fine dicturus eſt, neſcio vos vnde
ſitis: diſcedite omnes operarij iniquitatis. At cõtra Moyſi dicitur
nouit



A noui te ex nomine; Ait ergo de diuite, homo quidã: ait de paupe
re, mẽdicus nomine Lazarus. Ac ſi aperte dicat, pauperẽ humilẽ
ſcio, ſuperbũ diuitem neſcio, illum cognitũ per approbationẽ *Chryſol.*
habeo, hunc per iudiciũ reprobationis ignoro. *Vlceribus plenus.* At *ſer*.121.
diues ait Chryſol. varijs crapulatus ferculis, indigeſtionem ſuam *Auari quã*
ructabat, ne vocẽ pauperis taliter iacẽtis audiret. Itẽq; Deus quia *ſint duro*
obduratis cordibus, vnius oris nil erat vox clamãtis, ad capiendũ *corde.*
cor diuitis, totũ corpus pauperis vulneribus aperit, vt in admonẽ *Gre. in E*
do diuite tot eſſent pauperis ora quot vulnera. Sed diues inſatia *uã. ho*. 40
B bili corde & ſuperbo oculo, hæc omnia & audire & videre, & ſen
tire contẽnit. Habuiſſet forte aliquã excuſationẽ, ait Gre. ſi Laza-
rus vlceroſus ante eius ianuã nõ iacuiſſet, ſi eius inopia nõ eſſet
oculis importuna. Itẽ ſi longe eſſe diues ab oculis pauperis, mino
rem tolerãſſet in animo tẽtationẽ pauper. Sed dum egenũ & vlce
roſum ante ianuã diuitis poſuit, in vna, eademq; re, & ex viſione *Occaſiones*
pauperis, nõ miſerẽti diuiti cumulũ damnationis intulit, & rur- *dat Deus*
ſus ex viſione diuitis, tẽtatũ quotidie pauperẽ probauit. Quantas *tum vt di*
enim hunc tẽtationes ſuſtinuiſſe putas, cũ egeret pane, & nõ habe *ues eleemo*
ret ſanitatẽ, cerneretq; diuitẽ delicijs affluentẽ, & ſoſpitate fruen *ſinã faciat*
C tem? ſe vulneribus deprimi, illum vero purpura indui? pauperem *tũ vt pau*
à nemine viſitari, & diuitem à multis ſalutari? Nam quod nemo *per magis*
ei ad viſitandum adeſſet, teſtantur canes qui licenter eius vulnera *mereatur.*
lingebant. Exinde ergo omnipotens Deus duo iudicia exhibuit,
dum Lazarum pauperem ante ianuam diuitis iacere permiſit. *Cu*
*piens ſaturari de micis.* Diues pauperem, nec cadentibus de menſa *Chryſol.*
micis paſcit, ait Chryſol. & Lazarus pauper quia aliud non habe *ſer*.121.
bat, etiam de carnibus ſuis canibus humanus extitit. Miſer diues
ſi panem non dediſti, quare vel canes abigere noluiſti? ſed mitio-
res te canes tui, imo tu ſæuior canibus tuis: nam te ſæuiente, illi *Auari quã*
D parcunt, qui nõ ad morſum dentes ſed linguas ad obſequium ſic *ſint crude*
producunt, vt in modũ ſpongiæ nõ vexẽt vulnera, ſed detergant. *les.*
*Factum eſt autem vt moreretur mendicus.* Maxima eſt vtilitas huius
Euangel. quãdoquidem ex eo incutitur timor diuitibus auaris, &
conſolatio datur pauperibus patientibus. Cæterũ quis nõ decipe
retur, videns tã diuerſos exitus, & funerũ procurationes? Siquidẽ *Non eſt*
videas nũc quod interuos in funere diuitis multa reperiũtur funa *Deus per*
lia, itẽ lõga caterua lugubris, audies varia cymbala, varios ſacer- *ſonarum*
dotes & religioſos canẽtes, itẽ miſſas & reſpõſoria exquiſitiſsi- *acceptator*
mis numeris decãtata, ita vt videatur diues in cælum ſtatim in-
ferendus. At vero huic diuiti aliter contigit, nã ſepultus eſt in in-
ferno. Quis porro mundanus crediſſet, Lazarũ mendicũ in loco
infimo

infimo mortuum, pannis obſitum, tam ſine vllo comitatu, ſine fa
*Amb. li. 8.* cula, ſine luctu, in ſinum Abrahæ transferendum? ô felicia vlcera E
*in Luc.* ait Ambro. quę perpetuum excludunt dolorē! ô vberes micæ, quę
16. repellitis ieiunium ſempiternum, & quæ colligentem pauperem
æternis expletis alimentis!
*D. Tho. 4* *Vt portaretur ab angelis in ſinum Abrahæ*. Corpora etiam glorio
*ſen. d* 44. ſa, ait D. Tho. dicuntur ferri baiulis angelis, & etiam in nubibus,
*q. 2. a. 3.* non quaſi eis indigeant, ſed ad reuerentiam deſignandā quæ cor
*q. 1. ad. 1.* poribus glorioſis & ab angelis, & ab omnibus creaturis defertur.
4. *ſen. d.* Animæ hominum poſt mortem, ait D. Tho. alibi, ad quietem per
45. *q. 1. a. 2* uenire non poſſunt, niſi merito fidei, quia accedentem ad Deum
*in cor. &* oportet credere. Primum autem exemplum credendi homini F
*adi. &* 2. bus, in Abraham datur, qui primus ſe à cœtu infidelium ſegrega-
*&. 3. p. q.* uit, & ſpeciale ſignum fidei accepit, vt conſtat ex epiſt. ad Hæbr.
52. *a. 2. ad* & ex Gen. & ideo requies illa quæ hominibus poſt mortem da-
4. tur, ſinus Abrahæ dicitur, vt ait Aug. ſed animæ ſanctorum poſt
*Heb.* 11. mortem, non omni tempore eandem quietem habuerunt, quia
*Gen.* 17. poſt Chriſti aduentum, habent plenam quietem, diuina viſione
*Aug. de* perfruentes, ſed ante Chriſti aduentum ſeu paſsionem, habebant
*Gen. ad li.* quidem quietem per immunitatem pœnæ, ſed non habebāt quie
*c.* 34. tem deſiderij per conſecutionem finis, & ideo ſtatus ſanctorum G
*Quid ſit* ante Chriſti aduentum, poteſt conſiderari dupliciter nempe & ſe
*ſinus* A*bra* cundum id quod habebat de requie, & ſic dicitur ſinus Abrahæ:
*hæ et quid* vel poteſt conſiderari quantum ad id quod eis de requie deerat,
*limbus.* & ſic dicitur limbus. Hæc igitur loca fuerunt ante Chriſti aduen-
*Simile.* tum. Sicut requies ſanctorum patrum ante Chriſti aduentum di-
cebatur ſinus Abrahæ, ita & poſt, ſed diuerſimode, quia enim an
te Chriſti aduentum, ſanctorum requies habebat defectum re-
quiei adiunctum, dicebatur idem infernus, & ſinus Abrahæ, vnde
ibi non videbatur Deus. Sed quia poſt Chriſti aduentum ſancto-
S*inus* A- rum requies eſt completa, cum Deum videant, talis requies di- H
*brahæ quid* citur ſinus Abrahæ, & non infernus, & ad hunc ſinum Abrahæ
*nam ſit.* orat Eccleſia fideles perduci, cum dicit, in ſinu Abrahe patriar-
*D. Aug.* chæ tui iubeas collocari. Cæterum hic loquendi modus, quod
*lib. 9. cōf.* cælum dicatur ſinus Abrahæ, eſt D. Aug. lib. 9. conf. vbi dicit di-
*c. 3.* lectum ſuum Nebridium iam eſſe vita functum, & eius animam
Deo frui in ſinu Abrahæ.
*Vt portaretur ab angelis*. Vide quomodo portaretur à multis ange
lis, ad maiorē ſerui Dei honorem: ſed contra de diuite dicitur,
quod ſepultus fuerit in inferno. Sed dices tu, quomodo baiuli
eum ad infernum vſq; duxerunt? Ad quod dicimus quod vitia
ipſa



ipſa nempe gula, luxuria, ambitio, crudelitas, eum deduxerunt
A vſq; ad infernum, cum tales haberet confratres, & talium eſſet *vitia du-*
quaſi confraternitatum. Cur ergo auari diuites periculum non *cunt homi*
facitis in hoc diuite? Cur pauperibus non eſtis liberales? Sed con *nem ad in*
ſolentur pauperes, cum videant Lazarum mendicum in ſinum *fernum.*
Abrahę deportari. P*auperū*
*Mortuus eſt diues, & ſepultus eſt in inferno*. Modo inquit Chryſol. *cōpatiātur*
inhumani diuitis, & pauperis Lazari, ſtupendas vices in medium *diuites.*
producere geſtimus, quia diues qui participem pauperē in bonis *Chryſol.*
præſentibus audire contempſit, in futuris malis compatientem *ſer.* 66.
B pauperem non meruit inuenire: nec ardēs aquæ refrigerium per
cepit, æſtuanti pauperi fame, panis refrigerium qui negauit. Vn- G*re.* 3. *p.*
de Gre ait, admonendi ſunt tenaces, vt nouerint, quod hanc pri *paſto. ad*
mum iniuriam faciunt Deo, quia danti ſibi omnia, nullam miſe- *mo.* 22.
ricordiæ hoſtiam reddunt. Hinc etenim Pſal. ait, Non dabit Deo P*ſal.* 48.
placationem ſuam, nec pretium redemptionis animæ ſuæ. Pre-
tium namq; redemptionis dare, eſt opus bonum præuenienti nos
gratiæ reddere. Hinc Ioan. exclamat dicens, Iam enim ſecuris ad *Luc.* 3.
radicem arboris poſita eſt: omnis arbor quæ non facit fructum
C bonum excidetur, & in ignem mitetur. En igitur fratres, inquit *Chryſol.*
Chryſol. quam lamentanda rerum mutatio: pauperem portant *ſer.* 121.
angeli, diuitem deglutit infernus: en fratres mors pauperis, totā P*auperes*
vitam vicit diuitis. Pauperi deferendo ad ſepulturam, duo baiuli *hic cōtem*
deliguntur tanquam oneri proijciendo, & idcirco merito ange- *nuntur à*
lica mox ei deputantur officia. Diuitis quidem funus antecedit *diuitibus*
& ſequitur longa caterua veſte lugubri induta, & tamen ſepeli- *multis.*
tur in inferno, & accepit ante animæ, quā corporis ſepulturam
nec ante quieti corporis, quam pœnali traditus eſt ſepulchro, vt
D viuat pœnæ ſemper, cum ſit ſemel mortuus vitæ.
*Eleuans autem oculos ſuos cum eſſet in tormentis*. Sero diues ſurſum *Chryſol.*
leuat oculos, quos ſemper depreſsit in terram. Diues quos ocu- *ſer.* 124.
los leuas, ipſi ſunt accuſatores tui, non placant iudicem, ſed in- S*er.* 122.
flammant, non reportant veniam, ſed reatum. Quo reſpicis di- S*er.* 66.
ues, ibi eſt Lazarus, qui teſtis eſt crudelitatis tuæ, & ipſe ſurſum
eſt, quem deorſum videre deſpexiſti. Vnde de talibus dicit prophe P*ſal.* 16.
ta, oculos ſuos ſtatuerunt declinare in terram, *Cum eſſet in tormen* A*uaritia*
*tis*. Pungit pœna, quem non pœnitudo compunxit, & vexant tor *homines*
menta, quem Lazari vulnera non mouerunt: *Eleuans oculos*. Sane *excæcat.*
ſero eleuas oculos, olim iſtud olim, cum Lazarus ante ianuam P*ſal.* 12.
mendicabat: tunc dicere debebas cum propheta, illumina ocu-
los meos, ne vnquam obdormiam in morte.

Vidit

*Vidit Abraham a longe.* Vident mali gloriam beatorũ, ait D. Tho. vt ſicut propter perfectam ſanctorum beatitudinem, nihil erit in beatis quod non ſit gaudij materia, ita nil ſit in damnatis, quod non ſit eis materia & cauſa triſtitiæ, nec aliquid quod ad triſtitiã pertinere poſsit, deerit, vt ſit eorum miſeria conſummata. Idem etiam alibi ait, damnati in inferno exiſtentes, poſt diem iudicij memores erunt gloriæ ſanctorũ, quam ante iudicium & in iudicio viderunt, & ſic cognoſcent hos eſſe in maxima gloria, quãuis non videant ipſos beatos, nec eorũ gloriam, & ita inuidia torquebuntur. Et ſic afflictio quæ eſt in eis nunc ex tali viſione, tunc manebit viſione ſublata, de quo etiam magis dolebunt videntes ſe eſſe viſione ſanctorũ indignos iudicatos. *Vidit Abraham a longe.* Lõge illi erat Abraham, cui non fuerat proximus pauper, ait Chryſol. Abraham diues, ſed plus humanitate quam cenſu: tu diues inhumanitate tua maior tuis diuitijs extitiſti. Abraham ſibi peregrinus, ciuis hoſpitum fuit, tu palatia poſsidens, tectum pauperi nõ dediſti. Abrahã dum ſeruos ſuſcipit, Dominũ ſic recepit, & cunctis hominibus ponẽs panes, ipſum Dominum ſuam ſuſcepit ad menſam, tu dum ſingulari pauperi negas micas, ſtillam refrigerij perdidiſti. *Et ipſe clamans.* Sic clamat ibi ait Petr. Rauẽnas, qui hic clamãtes contẽpſit audire. Ibi caſſa vox eſt, iſtic inanis eſt clamor. Audi prophetã dicentẽ, In inferno autẽ quis confitebitur tibi? in inferno quis miſericordiæ locus? in tormentis quæ ſpes veniæ? & in hora ſentẽtiæ, tempus indulgẽtiæ quis quærit? *Pater Abrahã miſerere mei.* Crudelis fili quam miſericordiam petis? Sane ſi Lazarus ad tuam menſam veniſſet, tu ad iſtum diſcubitum non veniſſes. *Vt intingat extremum digiti ſui.* Qui claudit manum pauperi, extremi ſtipem digiti ſic depoſcit, & ſitit aquæ guttam, qui vini lacus ne guttam daret, incluſit. Qui diuitias ſuas non impartitur pauperi, ſic repellitur. *Vt refrigeret linguam.* Lingua plus ardet, quæ miſericordia vt fieret, iubere neglexit: in lingua etiam maius ſentit incendium, quæ maledixit pauperi, & derogando pauperi, pauperis blaſphemauit autorem.

D. Tho. 4 ſen. d. 50. q. 2. ar. 2. E
Simile.
Quo. 8. q. 7. a. 16. & 2.
F
Chryſol. ſer. 66.
Gen. 18.
Pet. Rau. ſer. 66. G
Crudelibus denegatur miſericordia
H

*Mitte Lazarum.* Adhuc tu in Lazarum ſic crudelis? *Mitte Lazarum.* Quo? ad infernum & profundiſsimum chaos, de ſolio ſublimi. Vt video, quod agis diues, non eſt nouelli doloris, ſed liuoris antiqui, & zelo magis inceditur quam gehenna. Eſt graue illis malum, eſt incendium non ferendum, quos aliquando habuere contemptui, videre felices. Adhuc diuitẽ malitia nõ deſerit, quem iam poſsidet pœna, qui non ſe ad Lazarum duci poſtulat, ſed ad ſe Lazarũ vult deduci. Quid eſt diues? ab æſtu byſſus nõ defendit?

Chryſol. ſer. 122.
Graues inferni cruciatus.

purpu-



A purpura non reſiſtit inferno? ſed deſeruerunt te iſta, & ipſe nunc nudus ſudas. *Intingat extremum digiti.* Quomodo audes ab eo petere, cui toties quæ petebat denegaſti? ſed dicis diues, ego etſi vinum negaui, aquã peto, quã communẽ cunctis animãtibus, autor ipſe omnium præſtitit, & natura. Puto diues quod & aquã pauperi tu denegaſti, cui ne ingrederetur ianuã tuam, ne ad tuũ puteum perueniret, canes quã plurimos obieciſti. ô quãta eſt ſubtilitas iudiciorum Dei! ait Gre. ô quã diſtricte agitur bonorũ actuum, malorumq; retributio! Certe ſuperius dictum fuit, quia in hac vita

B Lazarus cadẽtes micas de menſa diuitis quærebat, & nemo illi dabat. Nunc de ſuplicio diuitis dicitur, quia de extremo digito Lazari diſtillari aquã in ore ſuo cõcupiſcit. Hinc ergo fratres colligite, quanta ſit diſtrictio ſeueritatis Dei: diues enim iſte qui vulnerato pauperi, menſæ ſuæ vel minima dare noluit, in inferno poſitus vſq; ad minima quærenda peruenit, nam & guttam aquæ petiuit, qui micas panis negauit. Cæterum quia abundare in conuiuijs loquacitas ſolet, is qui male conuiuatus hic dicitur, apud infernum grauius in lingua ardere perhibetur, prima namq; male conuiuantibus famulatur culpa loquacitatis, poſt loquacitatem

C vero, ludendi etiam leuitas ſequitur. Vnde in Exod. dicitur, ſedit populus manducare, & ſurrexerunt ludere. Sed priuſquam ad luſum moueatur corpus, ad iocoſa & verba inania mouetur lingua. Quid ergo eſt quod innuitur quia in tormentis poſitus diues linguam ſuam refrigerari poſtulet, niſi quod is qui conuiuando magis de loquacitate peccauerat, per retributionis iuſtitiam in lingua atrocius ardebat? O felicem Lazarum, inquit Chryſolog. qui recepiſti pro doloribus requiem, pro opprobrijs gloriam, & pro contumelijs honorem, pro vulneribus præmia æterna, pro ſiti, refrigerij fontem, pro fame, cæleſtis menſæ delicias, & pro

D pœnis immortalitatem. Tu diues fulgens quõdam purpura; nunc tegere fimo: pro coccino veſtire flammis, pro molli diſcubitu, ſuſtine tormentorum dura, pro lautis ferculis, epulare pœnas: copias inopia compenſa, ebrietates ſiti digere, pro odoribus aſpergere fœtore, & cui aſtiterunt voluptatis obſequia, aſtent modo miniſteria pœnarum.

Auarorũ crudelitas
Gre. in Euã. ho. 4
Iuſta Dei iudicia.
Loquacitas excitatur in conuiuijs.
Exo. 32.
Chryſol. ſe. 66.
Maxima inferni ſupplicia.

*Recordare quia recepiſti bona in vita tua:* Indicatur hic ait Gregor. quod diues boni aliquid habuerit, ex quo in hac vita bona receperit: ruſumq; dum de Lazaro dicitur quia recepit mala, profecto monſtratur & Lazarus habuiſſe aliquod malum, quod purgaretur. Sed mala Lazari purgauit ignis inopiæ, & bona diuitis epulonis remunerauit felicitas tranſeuntis vitæ. Illum paupertas

Gre. in Euã. ho. 40
Bona remunerátur Deus.

afflixit

afflixit & terſit, iſtum abundantia remunerauit & repulit. Quicunq; ergo bona in hoc ſeculo habetis, cum vos bona egiſſe recolitis, valde de ipſis pertimeſcite, ne conceſſa vobis proſperitas, eorundem remuneratio ſit bonorum. Et cum quoslibet pauperes nonnulla reprehenſibilia perpetrare conſpicitis, nolite deſpicere, quia fortaſſe quos ſuperfluitas tenuiſsimæ prauitatis inquinat, caminus paupertatis purgat. De vobis omnino pertimeſcite, quia nonnulla etiam male acta, proſpera vita ſecuta eſt: de illis vero ſolicite penſate, quia eorum vitam etiam magiſtra paupertas cruciat, quouſq; ad vitæ rectitudinem perducat. Porro vt inquit Pe. Rauen. Si tantum diuitis huius iſtud eſt crimen, quia recepit bona, quātum quæſo erit reus qui inuadit indebita? Si tantum criminoſus qui ſua claudit, qui non largitur accepta, quam pœnalis eſt qui & ſuis incubat, & aliena peruadit? Fratres demus noſtra, ſi tamen noſtra, demus tamen quæ putamus noſtra, vitemus aliena, declinemus extranea. Certe ſi cui aliquid tulimus, tota celeritate reddamus, ne hic relinquentes omnia, illuc cenſu pauperes ad iſtum diuitem perducamur. *Inter nos & vos chaos magnum.* Inſipienter ergo diues putat, ait Chryſol. apud inferos mutari loca, quando hic agendo bene vel male: ſibi quiſq; determinatum acquirit locum. Stultus in vita diues, ſtultior inuenitur in pœna, ſed qui bonorum ſuorum tempus miſerandus agnoſcit, nunc experiatur tempus punitionis!

*Pauperes non temere iudicemus: Pe. Ra: ſer. 123! Benigne faciamus pauperib⁹ eleemoſinā Chryſol. ſer. 66.*

*Rogo te pater vt mittas eum.* Modo rogas? modo tibi tempus patiendi eſt, non rogandi. Patere ergo ſtare vices, iam depone dolos, ſcitur enim quia plus te felicitas Lazari, quam gehennæ torquet incendium: *Habeo quinque fratres &c.* Et putas quod quinque fratribus quidem tuis ſufficit Lazarus, qui tibi tantopere, tot vulneribus ſuis, toto clamans corpore, nil profecit? Diues quem inferni flamma cruciabat, ait Greg. quia ſemetipſum reparare operando non poſſe agnouerat, nequaquam iam ſibi, ſed relictis fratribus prodeſſe ſatagebat. Solet namq; mæſtum animum ſpes vel falſa fouere. Sed vt pœnam ſuam reprobi grauius ſentiant, ſpem de venia amittunt: Vnde flammis vltricibus traditus, non ſibi vt diximus, ſed opitulari fratribus concupiuit, quia nunquam ſe ignium carere tormentis, adiuncto deſperationis ſupplicio agnouit. Hinc Salomon ait, quodcunq; poteſt manus tua inſtanter operare, quia nec opus, nec ratio, nec ſcientia, nec ſapientia, erunt apud inferos quo tu properas. Vitia quidem ſpiritualia ait D. Tho. in damnatis conſumantur. Vnde apud Ezech. dicitur de impijs quod cum armis ſuis ad infernum deſcendunt, & ideo in eis perfe-

*Se. 123. Gre. li. 8. Mo. c. 12. Eccle: 9. D. Tho. quo. 8. q. 7. a. 17.*



A perfecta inuidia eſt, ad quā pertinet dolere de bonis alteri⁹, quod ipſe nō habeat inuidus, & ſic vellet omnes pati malum quod ipſe patitur; liberari enim à malo, quoddam bonum eſt. Sane quidem inuidia in aliquibus etiam in hac vita tantum inualeſcit, vt ſuis propinquiſsimis etiam inuideant de bonis quæ non habent ipſi: Vnde multo amplius dānati inuidia ſtimulante, vellent ſuos propinquos cū alijs omnibus eſſe dānatos, & dolebunt ſi ſciant aliquos eſſe ſaluatos. Sed tamē ſi non omnes debēt damnari, ſed aliqui ſaluari, magis vellent ſuos propinquos quam alios à damnatione liberari, quia in hoc etiam inuidia torquebuntur, ſi videant ſaluari alios, & ſuos damnari: & per hunc modum diues damnatus nolebat ſuorum damnationem. Vt ergo peccatores, inquit Gregor. in ſupplicio amplius puniantur, & eorum vident gloriam quos contempſerunt, & de illorum etiam pœna torquētur, quos inutiliter amauerunt. Item ante retributionem extremi iudicij, iniuſti in requie quoſdam iuſtos conſpiciunt, vt eos videntes in gaudio; non ſolum de ſuo ſupplicio, ſed etiam de illorum bono crucientur: Iuſti vero tormenta malorum intuentur, C vt hinc eorum gaudium creſcat, quia malum conſpiciunt quod miſericorditer euaſerunt, tantoq; magis redemptori ſuo gratias agunt, quanto vident in alijs quod ipſi perpeti, ſi eſſent relicti, potuerunt.

*Damnati maxima cruciantur inuidia. Gre. in Euā. ho. 40. Damnati magis torquentur gloria beatorum:*

*Habent Moyſen, & prophetas, audiant illos.* Hoc eſt, ait Chryſol. Si Moyſen qui regna Aegypti, elementis ſecum militantibus triuit, qui ſiccauit mare, qui durauit fluctus, qui lapides in fluenta conuertit, qui ſolem texit nube, qui noctem luce radiauit, qui cælum fecit pluere carnes, rorare panes, non ſolum non audierunt, ſed & occidere ſunt moliti: iſti pauperem Lazarum digna- D buntur audire, quem tot vulnera ſepiunt, quot Moyſen cinxere virtutes? Sine Lazarum, ait idem doctor alibi, tantos requieſcere poſt labores, & tu defle tuas quas merito tuo ſuſtines pœnas. Deus autem fratribus tuis & omnibus, non pro tuo conſilio, ſed pro ſuo munere iam proſpicit. Dedit per Moyſen legem, prophetiam largitus eſt per Eliam, audiant ergo illos, ne tuos ſentiant cruciatus.

*Chryſo: ſer. 66. Exo. 7. Exo. 14. Exo. 17. Exo. 13. Exo. 16: Ser. 123.*

*Non pater Abraham.* Vere non pater, quia non erat Abrahæ filius, ſed gehēnæ. *Sed ſi quis ex mortuis,* Hoc de corde dicit omnium, hoc de deſiderijs cunctorum petit mundanorum: omnes enim ſuſurrare conſueuerunt, ô ſi quis veniret à mortuis, & quid ibi agitur referret nobis! omnes crederemus ei.

*Ser. 66.*

*Si Moyſen & prophetas non audiunt, neque ſi quis ex mortuis ſurrexerit cre-*

*rit credẽt*. Vos fratres.ait Gre.& requiem Lazari,& pœnam diui-
tis cognoſcentes,ſolerter agite, culparum veſtrarum interceſſo- E
res quærite,atq; aduocatos vobis in die iudicij pauperes procu-
rate Multos etenim nunc Lazaros habetis , ante ianuas veſtras
iacent,atq; his indigent quæ vobis iam ſatiatis,quotidie de men
ſa cadunt, Ecce opportune ſe pauperes offerunt, rogant nos,qui
tunc pro nobis interceſſores venient. Certe nos omnino rogare
debuimus, ſed tamen rogamur. Videte ſi negare debemus quod
petimur , quando patroni ſunt qui petunt. Nolite ergo miſeri-
cordiæ tempora perdere , nolite accepta remedia diſsimulare.
Ante ſupplicium cogitate de ſupplicio. Cum quoſlibet in hoc F
mundo abiectos aſpicitis,etiamſi qua reprehenſibilia eorum eſſe
videantur, nolite deſpicere , quia fortaſſe quos morum infirmi-
tas vulnerat , medicina paupertatis curat. Pauper quidem cum
reprehenſibilis cernitur,moneri debet , & deſpici non debet. Si
vero reprehenſionis nil habet , venerari ſummopere ſicut inter-
ceſſor debet. In hac ergo vita ait Chry. nobis de neceſſarijs pro-
uideamus , & bonis operibus intendamus , quia in alia non erit
tempus operandi. Conſidera enim quid in illo die extremo dice-
tur imparatis,ite ad vendentes,iuerunt,& non inuenerunt,

*Gre.in: Euã. ho.40*

*Erga pauperes ſim⁹ liberales.*

*Pauperes nõ cõtemnamus.*

*Chry.in Ioan: ho. 83.to.3.*

G

## FERIA V: POST II. DOMIN. QVADRAG:

## CONCIO SECVNDA.

*Diuitiarum abuſus plurimum nocet.*

HOMO *Quidam erat diues*. Luc.16. Satis quidem ex ho
dierno Euan conſtat quãtum incõmodet diuitiarum
abuſus. Cõparat quidem Chriſtus diuitias ſpinis, Vt H
enim potes quidẽ ſupra manũ ſpinas multas habere,
quæ te nõ moleſtẽt ; ſic diuitiæ etiam multæ poſsideri
poſſunt,abſq; eo quod Deus offendatur. Et ſicut ſi quis manum
ſpinis plenã contraxerit,grauiter vulnerabitur:ſic qui auarus erit
erga pauperes male mulctabitur,unde & dicere ſolemus illum ha
bere manum cõpreſſam atq: contractam. Vnde fit vt huic accidat
quod accidere ſolet aui phœnici,videlicet vt poſtquam multa li
gna odorifera collegit , poſtea quidem accenſo igne ſe combu-
rat. Non ergo ſe ita geſſit mulier illa de qua ait Sap: Manũ ſuam
aperuit inopi. Videas certe aliquos qui non ſolum auari ſunt alijs
ſed etiam ſibi ipſis,adeo vt vix quidem comedere audeant. Vnde
Eccle.

*Simile.*

*Bonus pecuniarum vſus nõ obeſt ſed prodeſt.*

*Simile.*

*Pro.31.*



A Eccle.ait,eſt & aliud malum,quod vidi ſub ſole,& quidẽ frequẽs
apud homines, vir cui dedit Deus diuitias & ſubſtantiã , nec tri-
buit ei poteſtatem vt comedat ex eo, ſed homo extraneus vora-
bit illud. Vt inde intelligat auarus quomodo etiam in hac vita
puniri incipiat , vt ſcilicet neſciat vti tot partis diuitijs , & tanto
theſauro,quem ſibi tam anxie parauit: Magna certe eſt Dei beni
gnitas & miſericordia,quod alicui concedatur opportunitas be-
nigne agendi erga pauperes,cum conceduntur ipſi diuitiæ. Vnde
dæmon idcirco cum Dominus laudaret Iob, ait, nunquid fruſtra
B Iob timet Deum? nonne tu vallaſti eum,ac domum eius, vniuer-
ſamq; ſubſtantiam eius,per circuitum,& operibus manuum eius
benedixiſti,& poſſeſsio eius creuit in terra? Quaſi dicat , inſigne
quidem opus feciſti,ſiquidẽ cum ſit diues, multa bona opera præ
ſtare poterit:quare permitte tu vt poſsim paulatim eius ſubſtan
tiam dilapidare,& videbis vtrũ tũc perinde te laudet. O miſeriam
noſtram maximam,vt ſcilicet diuitiæ quæ nobis datæ ſunt ad præ
mia innumerabilia nobis comparanda,in malos vſus conuertan-
tur à nobis,& in vitiorum ſuſtentationẽ. An non fatuus ille eſſet
iudicandus qui ſolo vno aſtricto loco per quem depoſitis veſti-
C bus commode tranſire poſſet, ſibi poſſet vitam incolumem con-
ſeruare,aliter interficiendus,& tamen id facere recuſaret? Sic vti
que tu dementior es iudicandus , qui cum poſsis diuitias diſtri-
buendo pauperibus,& te exonerando,cælum intrare , id tamen
facere non vis. Hinc Eccle. monet nos dicens,ab inope ne auer-
tas oculos tuos. Itẽ quod Chriſtus malediceret infrugiferæ ficul-
neæ ſignificatur quod maledicendus ſit diues qui nõ facit eleemo
ſynam: ſiquidem pauper ſola folia & ea quidẽ aſpera,in eo inue-
nit. Curent ergo diuites vt diuitijs nõ perinde inhient, ſed eas po
tius contẽnãt. De Platone ferũt quod cũ locupletiſsimus eſſet,ni
D hilominus tamẽ vt melius poſſet philoſophari,ipſe cũ alijs in cõ
mune diuitias ſuas poſuerit. Itẽ Crates Thebanus opes ſuas in
mare proiecit dicẽs,melius eſſe vt ipſe opes perirẽt,quã ſi ipſe pe
riret. Diogenes etiã relictis opibus peregrinabatur,cũq; adhuc ſi
bi ſcutellam reſeruaſſet qua biberet , vidiſſetq; puerum manu
bibentẽ,etiam ſcutellã confregit, dicẽs quod natura ipſi iam pro
uidiſſet de vaſe. Hiero. etiã refert quod Socrates Thebanus opes
in mare proiecerit,vt liberius philoſopharetur,dicẽs quod nõ be
ne ſtarent opes cũ litterarũ ſtudijs. Quare diuitias potius cõtem
namus, quam eis adhæreamus. Vnde Cice. ait, pecuniæ fugienda
cupiditas eſt,nil eſt enim tam anguſti animi, quã amare diuitias,
nihil honeſtius quam ipſas contẽnere. Sed iam videas multos qui

*Eccle.6.*

*Auari in ſe etiam ſunt crudeles.*

*Diuitiarũ bonus vſus ſalutaris.*

*Iob.1.*

*Diuites debẽt agnoſcere magnũ Dei beneficiũ erga ipſos.*

*Diuitijs multi abutuntur.*

*Simile.*

*Diuites bona pauperib⁹ diſtribuant.*

*Eccle.4.*

*Mat.21.*

*Diuites auari crudeles erga pauperes.*

*Plato.*

*Cra. The.*

*Diogen.*

*D. Hiero. in epi. ad Pulcher.*

*Socr. The.*

*Cic.1.offi.*

 adorent

*Diuitias contemnamus.* *Danie. 3.* *1. Tim. 6.* *Gen. 13.* *Gen. 18.* *Multi pauperes ſuperbi.* *1. Ma. 4.* *Col. 2.* *Chry. ho. 9. in Matthæum.* *Auari diuites quo redigãtur.*

adorent ſtatuam illam auream Nabuchodonoſor, ſicut olim fere omnes præter tres pueros, illam adorabant. Hunc autem perditiſsimum amorem diuitiarum, appellat Paul. idolorum ſeruitutem. Sane Abrahã qui tam potens erat & locuples, vt reges etiam vinceret, diuitijs non inhærebat, ſed eas peregrinis diſtribuebat, atque adeo eorum pedes abluebat, & vitulum humeris deferebat ad eos paſcendos, tum etiam eius vxor de neceſſarijs alimentis miniſtrabat, & ea præparabat: nunc tamen videas quod tenuiſsimi etiam ſtatus coniuges, annulis & chirotecis manus habeant indutas. Sane Iudas Mac. optime ſuos erudiebat hæc mundana contemnere, cũ diceret, ne cõcupiſcatis ſpolia, quia bellum contra nos eſt, &c. Quaſi diceret, ſi his rebus occupemini, vtrũq; amitteris. Sic Apoſt. ait, ne tetigeritis, nec guſtaueritis, nec contrectaueritis, quæ ſunt omnia in interitum, &c. Nequaquã ergo hominũ accedamus ſentẽtiæ, qui de nobilitate & diuitijs gloriantur, ne in extremam tãdem inopiam decidamus, ſed illam potius ſpectemus opulentiam quæ conſiſtit in ſplendore virtutum, illam vero paupertatem refugiamus, quæ nos cõſtituit in ſqualore vitiorum. Per hanc iſte diues verſus in pauperem eſt, quia ne vnius quidẽ erat aquę guttę dominus, quã multis precibus ambiebat. E F

### *Veſtitus prophanos & immoderatos deuitemus.* G

*Gre. ho. 6.* *Mat. 11.* *1. Tim. 2.* *Sen. li. 14 epiſt. 91.* *Nimius veſtitus reprehenditur.*

I*Nduebatur purpura & byſſo.* Aperte ſane demonſtratur quod non cæleſti, ſed terreno regi militant hi, qui pro Deo perpeti aſpera fugiunt, & ſolis exterioribus dediti, præſentis vitæ mollitiem, in delectationẽ ſibi quærũt. Nemo ergo exiſtimet in luxu pretioſarũ veſtium peccatum deeſſe, quia ſi hæc culpa non eſſet, nullo modo Ioannẽ Dominus de veſtimẽti ſui aſperitate laudaſſet, ſi hæc culpa non eſſet, nequaquã Pau. per epiſtolã fæminas à pretioſarũ veſtium appetitu cõpeſceret dicens, nõ in veſte pretioſa, &c. Pẽſate ergo quæ culpa ſit, hoc etiã viros appetere, à quo curauit paſtor Eccleſiæ fęminas prohibere. Pudeat etiã te ô Chriſtiane legẽs Ethnicũ Sen. cõtra huiuſmodi ornatũ immoderatũ, ita dicẽtem, nunquid non pelles ferarũ & aliorum animalium à frigore ſatis, abundeq; defendere nos poſſunt? nõne auium plumæ in vſum veſtis conferũtur? nonne arborũ corticibus multæ gentes corpora tegunt? nõne magna Scytharũ pars vulpiũ tergis induitur & murium? non fuit tã inimica nobis natura, vt cum cæteris animalibus benigna hac in re extiterit, nobis nõ prouiderit, ſed tamen homines præ luxu nõ ſunt contẽti, vt naturæ tantũ ſatisfaciant. Ridiculum plane eſt inquit idem Senec. alibi, homines ſeſe de veſtibus H





*Iuſtin. li. 3* *Iuſt. li. 20* *Ezech. 26* *2. Reg. 18.* *Petra. in rem. fort.* *Ouid. li. 1. faſto.* *Narciſ. fabul.* *Simile.* *Gen. 34.* *Iudith 13.* *2. Reg. 11.* *Helena ruina Troiæ.* *Sue. Trã.* *Eutro.* *Hercules.*

A iactare, velleq; vt propter eas afficiantur honore. Siquidem nec bonum, nec malum vagina gladium facit: Scythæ quidem qui & Tartari dicuntur, veſtibus ex lana non vtuntur, ſed pellibus ferarum, cæterorumq; animalium veſtiuntur, & tamen vitam longiſsimam ducunt, vt ait Iuſtin. Nos vero delicatiſsimis vtimur veſtibus, & tamen vix viuere poſſumus. Sane inter alia quæ Pythagor. monebat, vt ſcribit idem Iuſtin hoc vnum erat, nempe vt vitarentur ſuperflui ſumptus, & exceſſus in ipſis veſtibus, nam vanitatem ſæpe dicebat, & dementiam quandam arguere. Multos quidem videas qui mulierum quaſi more ſe exornent & induant, non conſiderantes quanta inde eueniant incommoda. Sane rex Tyri pulchritudini ſuæ & ornatui confidens, propterea miſere perijt. Nonne pulcherrimus fuit Abſalon, & egregie comptus? & capilli eius ſubtiliter pexi, nonne maximo in pretio ab eodem habebantur? ipſe tamen de capillis ſuſpenſus eſt. Petrar. etiam inquit quod vix poterit inueniri aliquid quo quis magis ſuperbiat, quam pulchritudine corporali. Ouid. item inquit, præſumptionẽ eſſe pulchritudini in pleriſq; annexam. Hinc poetę etiam fabulati ſunt, Narciſſum perijſſe, quod pulchritudine ſua & egregia forma nimium caperetur. C Non ſolum autem pulchritudo corporea ſæpe ſolet incommoda afferre ei qui ipſa male vtitur, ſed etiam ſpectantibus eam inordinate. Vt enim fulmen quãuis primo intuitu & fulgore ipſo delectabile videatur, attamen vbi ferit, eſt maxime noxium, ita & pulchritudo in multis, licet primo aſpectu præſeferat quandam iucunditatem, & animi recreationem, quibuſdam tamen noxia eſt, qui ſcilicet ex ea ſibi incommodant atque nocent. Ex quo factum eſt vt princeps Sichem ea ratione fuerit interemptus cum alijs, nempe ex aſpe- D ctu formoſiſsimæ ipſius Dinæ. Et Holophernes etiam ſibi interitum, & exercitui ſuo exitium generauit ex cõſpectu ipſius pulcherrimæ Iudith. Item Dauid ex conſpectu Berſabee, & Amnon ex conſpectu ipſius Thamar. Si hiſtorijs etiam prophanis fidem tribuimus, nunquid pulchritudo & forma ipſius Helenæ, in cauſa nõ fuit vt Troia ſolo & humi exęquarerur & penitus à Græcis deleretur? Porro cum Cæſar Pompeium deuiciſſet, Galliam, Hiſpaniam, & complures alias nationes ſub imperium ſuum redegiſſet, tamen forma & pulchritudine Cleopatræ victus, vt refert Sueton. Tranq. & Eutrop. miſerrime occubuit. Hercules præterea poſtquam tot, tantaq; ſuperauit monſtrua, & varias victorias conſecutus eſt, vt referunt grauiſsimi quique autores. Omphalæ ipſi ſeruiuit, ab eaq; muliercula ſuperatus eſt, & ita

Dio. Sicu. *Hiera. po.* Ani. *Vite.* *Herodo.*

quidem ſuperatus, vt coegerit ipſum colu nere cum cæteris mulieribus, eiq; impoſuerit lintheum quoddam delicatiſsimum, & adempſerit pellem ferinam quam geſtabat. Idem fere contigit Iaſoni cum Medea, & Hyppolito cum Phedra. Quamobrem hæc & talia huiuſmodi incommoda ſibi ante oculos proponant, qui tantum corpori exornando indulgent, quiq; varijs veſtibus prophanis & pretioſis vnguentis ſe totos dedũt, & quaſi mancipio tradunt. Sane ex illo Matth. videtur colligi quod olim in domibus quidem regum iſti ornatus dumtaxat inuenirentur, cum dicitur, qui mollibus veſtiuntur, in domibus regum ſunt. Nunc vero videas quod etiam opifices & dediti artibus mechanicis, in E

*Multi inſano amore effrænati.*

*Mat. 11.*

his ſint prodigi. Vide obſecro quomodo regina Sabba in curia ſua, & omnes aulici eius, eſſe deberent moderati, cum ipſa tantopere admiraretur huiuſmodi ornatus in curia Salomonis. Quãto quæſo magis nunc admiraretur, ſi videret non quidem reginam aliquam Salomonis coniugem, ſed etiam vilem mulierem, & ex media plebe ſumptam, huiuſmodi ornatu nimio laſciuire? Refert quidem Sueto. Tran: quod dicere ſolitus eſſet Augu. Cæſar, quod nimius veſtium ornatus eſſet indicium quoddam & tãquam vexillum ſuperbiæ & arrogãtiæ: atq; nidus luxuriæ. Quamobrem erubeſcant Chriſtiani his rebus dediti, pudeatq; ipſos, G gentilis huius talem audire ſententiam. An tibi videtur obſecro decens eſſe, quod cum Dei filius homo factus pro ſalute noſtra, vilibus in præſepio induatur pannis, & poſtea etiam in reliqua vita non mutatis ſubinde, ſed eiſdem vtatur veſtibus, tu interim vermis abiectiſsime, varios exquiras ornatuum modos, quibus poſsis vile corpus & caducum tegere? Si habes brachium ſicut Deus, inquit Iob, & voce ſimili tonas, circunda tibi decorem, & in ſublime erigere, & eſto glorioſus, & ſpecioſis induere veſtibus. Nunc vero cum ſis tenuiſsimus & viliſsimus vermiculus, quorſum tam vario vteris apparatu? Hebræi quidem poſtquã in eam inſaniam atq; dementiam deuenerant, vt vitulum adorarent, dixit Deus Moyſi, vt pretioſis veſtibus quibus ſe induerant, exuerentur: ſiquidem prophani iſti ornatus potius iram Dei prouocant, quam ad pœnitentiam inuitẽt. Vnde vt nobis exemplum daret, voluit Dei filius in hac noſtra mortalitate & carne apparere, vt hac quidem ratione patris æterni placaret iram & indignationem contra genus humanum. Tu tamen varijs te & pretioſis veſtibus exornas, ac ſubinde tanta harum rerum varietate vteris, vt mutabilior ſis chamaleonte, atq; ita Dei potius iram contra te prouocas, & potius tuum effœminatum oſtendis animum,

*3. Re. 10.*

*Sue. Trã. Aug. Cæſar. ſentẽ.*

*Luc. 2.*

*Iob 40.*

*Veſtitus nimius indicium videtur ſuperbæ mẽtis.* H

*Exo. 33.*

*Simile.*

*Exceſſus in veſtibus diſplicet Deo.*

*Simile.*



A animum, quam virilem & bene compoſitum, Hinc Abacuc ait, Ecce iſte coopertus eſt auro, & argento, & omnis ſpiritus non eſt in viſceribus eius. Nam quanto tales habent maiora ornamen ta, tanto etiam minorem habent ſpiritum Dei, ſed potius ſpiritum habent idoli alicuius Veneris, vel Cupidinis, qui toti his rebus inhærent.

*Abacu. 2.*

*Simile.*

*Conuiuia immoderata fugiamus:*

B *EPulabatur quotidie ſplendide.* Magnam ſane hoc tempore in pleriſque conuiuijs videas immoderationem & intemperantiam, atque idcirco fugere debes talia conuiuia, & ea potiſsimum in quibus non videris reperiri timentes Deum: ſed potius vitioſos, deprauatos, & perditos homines. Mãdabat Deus Hebręis vt in ſuis cõuiuijs non obliuiſcerẽtur Leuitas, dicens: Comedes tu coram Domino Deo tuo, & epulaberis tu & domus tua, & Leuita qui intra portas tuas eſt, caue ne derelinquas eum: vt ſcilicet aliqua in menſa loqueretur de rebus diuinis, & tanquam fræ num imponeret multorum immoderationi & petulantiæ. Item

*Sobria ſint conuiuia noſtra.*

*Deute. 14.*

*In cõuiuijs nõ obliuiſcamur pauperes.*

*Deute. 16.*

C addit præterea, vt pupillos, peregrinos, & viduas ad conuiuia ſua vocarent, vt ita non ſolum de virtute in conuiuio tractaretur, ſed etiam pauperibus fierent eleemoſinæ, ſed nunc cum multi potius adulatores ad ſua conuiuia vocent, idcirco tam infelices ſortiuntur exitus. Non id quidem ſuadebat Dauid cum diceret, iuſti epulentur, & exultent in conſpectu Dei, & delectentur in lætitia. Sane quãdo Iethro inuiſit Moyſen, venerũt etiam Aaró & ſeniores Iſrael, vt ſimul manducarent, & comederent cum eo coram Domino. Vbi non intelligitur quod eſſent coram tabernaculo, ſed quod manducarent cũ reuerẽtia tanquam poſiti ante

*In conuiuijs Dei ſeruos habeamus & pauperes.*

*Pſal. 67.*

*Exo. 18.*

D conſpectũ Dei. Nunc vero videas quod ſi quis in multis conuiuijs cõpoſite & decenter maneat, & loquatur ad ædificationem proximorum pertinentia, ſtatim ab omnibus traducatur & ſubſannetur: ipſis conuiuiis videtur quod quodammodo in anguſtias maximas conijciantur, propterea quod non poſsint ante illum libere loqui, ridere, laſciuire, & cachinnari. Porro Aulus Gellius refert quod olim inter Romanos licitum non eſſet, conuiuia celebrare, niſi in præcipuis quibuſdam & ſolemnibus feſtis, atque hæc quidem conuiuia tunc ea lege etiam erant celebranda, vt ſumptus ipſi atque impenſæ in celebrando conuiuio faciendæ breuiſsima quadam pecuniæ ſumma & determinata, difiniren- tur; tum etiam ea lege vt non biberetur vinum peregrinũ quod

*Conuiuia multorum diſſoluta.*

*Aug. Gel. li. 2. c. 24.*

 aliunde

aliur de allatum eſſet , vt inde intelligas quomodo iſti quamuis
*Conuiuia* gentiles, multos excederent noſtri temporis Chriſtianos conui- E
*Romano-* uia immoderata & prodiga celebrantes. Illud etiam hoc tempo-
*rum mode* re videas, quod fere inuitentur ad conuiuia illi, qui parum indi-
*rata:* gent talibus conuiuijs , & qui etiam interdum mallent domi ſuæ
comedere, quam alienæ , cum tamen poſſent pauperes inuitare,
à quibus gratiam referrent. Sane Salomonis mater hoc cõſilium
*Pro.*37. dedit filio ſuo dicens, noli regibus dare vinum : item date ſice-
ram mærentibus, & vinum his qui amaro ſunt animo. Sicut vul-
*Simile.* go dicimus quod quæ pinguia ſunt non ſint porcina pinguedine
*Eccle.*19. perfundenda, Hinc Eccle ait, hoſpitabitur , & paſcet, & potabit
ingratos, & ad hæc, amara audiet: Hoc merẽtur qui talia faciunt F
conuiuia. Vnde & recedẽtes qui inuitati fuerant, dicunt, An non
videtis quam temere ſe nobis iſte oſtentauerit prodigum? Quaſi
*Conuiuia* non nouiſsemus nos inter nos? Adde etiam quod oriza illa ſape-
*indecẽtia* ret aduſtionem: tum etiam carnes illæ inſipidæ erant. Itaq; iuſte
*quomodo* quidem talia patiuntur qui in conuiuijs ſuis neglectis pauperi-
*traducan* bus & miſerabilibus perſonis , eos potius inuitant qui ipſos re-
*tur.* prehenſuri facile ſunt, & apud omnes infamaturi: & tamẽ ſi pau
S*imile.* peres inuitaſſent, eis omnia ſapidiſsima & grata fuiſſent. Sane in
*Iuſtin. li.* ter alia quæ monebat Pythagoras ipſos Crotoniatas, illud in pri G
20. mis erat, vt temperantiæ eſſent ſtudioſiſsimi : hanc enim paren-
tem quodammodo virtutum cæterarum eſſe dicebat, vt refert
I*uſtin. li.* Iuſtin, Idem etiam alibi ait, de Hannibale illo memoratur, quod
32. quo tempore in vniuerſam Italiam depugnabat , nunquam aſsi-
dens comederet, & quod in vino etiam parciſsimus eſſet, & con
I*ntempe-* tinentiſsimus, atq; minus curans cuiquam inferre iniuriam. Por-
*rantia plu* ro gulæ vitium in tentatione primum fere obtinet locum , nam
*rimum no* cum comedere & bibere ſint de neceſsitate naturæ , diabolus ibi
*cet.* laqueum tentationis abſcondit, vbi neceſsitatem eſſe nouit.

H

## *APPENDIX.*

ERAT *Diues*. Quaſi dicat iam non eſt diues: item labores tran
*Sap.*5. ſeunt pauperum, & ideo dicitur, erat mendicus. Vnde Sap. 5:
*Mat.* 19. Omnia tranſierunt tanquam vmbra. *Diues*. Non ſine cauſa dixit
*Eccle.*5. Chriſtus quod difficulter ſaluentur diuites, non quia non poſsint
*Simile.* ſaluari, ſed quia pleriq ipſis abutuntur diuitijs. Eccle, 5, Saturi-
M*at.*9. tas diuitis non ſinet eũ dormire. Vnde ſicut niſi ſtatim venenũ re
pellatur, interſicit hominem: ſic niſi diuitiæ pauperibus diſtribuã
tur, vitam perdunt animæ. Nam vbi eſt theſaurus , ibi eſt cor, vt
ait Chri-



A ait Chriſtus. Quare vt ait Pſal. diuitiæ ſi affluant, nolite cor ap- *Pſal.*61.
ponere. Item omnia arbitremur vt ſtercora vt ait Pau. Quare ſi *Phil.* 3.
cut ſtercus per agrum diſſeminatum, plurimũ prodeſt , ſic etiam *Simile.*
diuitiæ pauperibus diſtributę plurimũ conducunt. Olim quidem *Gene.*14.
Abraham non erat inſolens in ſuis diuitijs , ſicut multi ſunt ho- *Gene.* 15.
die quamuis 300. haberet famulos, ſed ſub quercu poſitus pere- *Diuitiæ*
grinos expectabat, vt eos hoſpitio exciperet. Nunc vero ſtatim *quomodo*
tenuioris etiam conditionis diuites inſoleſcunt. *expẽdẽdæ.*

*Induebatur purpura*. Cum pheretrum videmus in angulum ali-
quem reiectum & aranearum telis coopertum, dicimus id quidẽ
B ſalutis indicium eſſe. ſi vero illud videamus egregie mundatum *Veſtitus ni*
& ornatum, dicimus aliquem mortuum eſſe. Sic ergo cum ali- *mius qua-*
quem vides mortificatum & ſeculi ornatum deſpicientem , dici- *le ſit indi-*
mus illud eſſe indicium ſalutis ſuæ: ſi vero videmus quod ſe im- *cium.*
moderate ornet, potius id ruinæ ſignum eſſe teſtamur.

*Nemo illi dabat*. Cum paupercula nutrix filium nutriendum
ſuſcipit alicuius diuitis & illuſtris viri, præclare ab ipſo induitur S*imilitu.*
& varijs abundat epulis & pecunijs, vt melius ipſi infantulo con
ſulat, & eundem optime nutriat: ſic tu ergo intellige, quod ſi di-
uitias tibi Deus conceſsit, id quidem præſtitit, vt pauperes ſuos
C alas commode atq; ſuſtentes.

*Sepultus eſt in inferno*. Vide, pretioſi veſtitus in quantas angu-
ſtias hunc tuliſſent, item delicati cibi & potus, in quantam famẽ A*uari di-*
& ſitim deportaſſẽt adeo vt ſtatim anima ex corporis pretioſo *uites quo*
ſepulchro educta, inferni fætidam haberet ſepulturam. Hierem. *redigãtur*
22. ſepultura aſini ſepelietur. Vt enim iumentum excoriatur , & *Hiere.*22.
ita canibus poſtea exponitur: ſic auarus diues ſpoliatus diuitijs, S*imile.*
canibus tartareis traditur.

## FERIA. V. POST II. DOMINI. QVADRAG.

D

## CONCIO TERTIA.

### *Diuitum auarorum mores quales ſint.*

H*Omo quidam erat diues*. Luc. 16. Certe ideo perijt hic di-
ues, quoniam diuitijs ſibi diuinitus conceſsis vt poſ- *Diuitiarũ*
ſet æternam vitam conſequi, ſi eas pauperibus impar *abuſus quã*
tiret , abuſus eſt, & ſibi ipſi complacens, proximos aſ *tũ noceat.*
pernabatur. Vnde Abacuc ait , væ illi qui multiplicat *Abac.*2.
nõ ſua, & aggrauat contra ſe dẽſum lutum, Non igitur debes di- S*imile.*
uitijs

uitijs inhærere,aliter enim finem minus placidum habebis. Vt E
*Diuites auari in morte quales ſint.* enim fluuij iucunde quidem in mare tēdunt,at vero vbi illuc per
uenerunt,non dignoſcas nec diſcernas Berhim a Sicori:ſic etiam
auaris diuitibus qui eleemoſynas nonfaciunt,continget,vt ſcili
cet pereant omnes cogitationes eorum. Sane non abſre fugit
*Pſal.145.* Chriſtus non ſolū cū vellent eum lapidare ſed etiam cum vellent
*Simile.* eum regem facere,ſed vt doceret nos non minus à mundanis de-
*Auari multi plus diuitias quā honorē æſtimāt.* licijs & pompis eſſe fugiendum,quam à lapidibus.In multis qui-
dem videas quod auaritia ipſa & cupiditas diuitiarum, ſuperat
appetitum ambitionis & honoris.Vnde illi operarij qui in vinea F
patris familias laborarunt, pluris fecerunt, ſiue magis indigna-
ti ſunt, quod plus daretur his qui ſero venerint, quam quod
*Matt.26* prius daretur eis merces. Sic videas quod multi ne iacturam
faciant vel vnius dumtaxat argentei nummi, honorem ſuum pe
*Ezech.22* nitus prodigent: Vnde dicit Deus per Ezech. ecce comploſi ma-
nus meas ſuper auaritiā quam feciſti contracto pugno. Sic ergo
punietur diues contracto pugno,qui liberalis eſſe noluerit erga
*Eccleſ. 1.* pauperes. Et certe vel exemplo Salomonis debes diuitias contē-
nere,qui dixit, vanitas vanitatum,& omnia vanitas,cum tamen
haberet quinquaginta duo millia equorum in equili ſuo,& præ- G
*2. Pa. 9.* terea tam diues eſſet & potens,vt ex diſiunctiſſimisquibuſq; re-
*3.Reg. 4.* gionibus,eius fama commoti multi adeum accederēt.Auari qui
*Iſa. 59.* dem diuites potius araneæ telas texunt,vt ait Iſa.Vnde minatur
*Zach.14.* eis Zacha.dicēs;ecce dies domini veniunt dicit Dominus, & diui
dentur ſpolia tua in medio tui: Sicut enim in macello alius pellē
accipit arietis,alius caput,alius iecur,ſic etiam in morte auari di
*Securitas non eſt in mundo.* uitis, hæredes accipient diuitias,ſacerdotes corpus,dæmones ve
ro animā.Conſidera igitur quā varius fuerit ſucceſſus huius di-
uitis auari,& mendici Lazari, ſiquidem alius ad ſummā felicitatē
alius vero ad ſummā infelicitatē deuenit,vnde colligas quod labo H
res propter Chriſtum patiēter tolerati,in gaudiū poſtea ineffabi-
*Gene. 44* le conuertantur. In Gen.quidē habetur, quod pecuniā quā ſecū
tulerant filij Iacob ad triticum emēdū,poſtea redeuntes cū tritico
eandē pecuniā in ſaxis inuenerunt:ſic etiā labores & afflictiones
quas hic ſuſtinent ſerui Dei,in lætitiā ſempiternā cōuertētur. Vn
*Pſal. 128* de Pſal.labores manuum tuarum quia manducabis,beatus es,&
*Hiere.12* bene tibi erit.Ceterū qui huius vitæ labores ſuſtinere detrectat,
quomodo poterit tolerare labores alterius vitæ? Vnde Hiere.ait,
*Simile.* ſi cū pedibus currens laboraſti,quomodo poteris contendere cū
equis? Sane arbores quæ hyeme defronduerunt,in vere ipſo fron
dibus exornantur,ſic etiam pauperes qui in hoc mundo, labores
&



A & afflictiones patienter propter Deū ſuſtinuerunt,poſt modū ma
gnis decorabuntur præmijs.Vnde Apoſ.ait,mortui eſtis, & vita
veſtra abſcondita eſt cum Chriſto mali vero & auari, Diuites *Col. 3.*
qui hic verno ſuo tempore abuſi ſunt,poſtea grauiſſime punien-
tur,& ignominia afficientur:Vnde Mathathias dicebat, gloria *1.Ma. 2.*
eius ſtercus & vermis: Atq; hæc quidē viciſſitudo pauperis & di
uitis,ſignificatur Pro. 22.Vbi dicitur, diues & pauper obuiaue- *Prou. 22.*
runt ſibi,vtriuſq; operator eſt dominus, id eſt alteri in hac vita
temporalium bonorum abundantiam, & alteri laborum multi
B tudinem tribuit:ſed obuiauerunt ſibi,ſcilicet in morte, nā iuſtus
in æternā requiē,impius vero ex caduca voluptate in continuos
labores tranſit. Mundus quidem eos beatos exiſtimat qui diui- *Diuitiæ*
tes ſunt, & multas habent pecunias:quod ſi reuera ita eſſet, nil eſ *multos de*
ſet miſerabilius angelis,qui pecunias nō poſsident, vnde conſtat *cipiunt.*
quātopere fallatur mūdus.Porro diuites huius ſeculi, ſunt quidē
inſtar pauperculārū ſpōſarū,quibus aliæ veſtē vnā accōmodant,&
aliæ mulieres aliā,at vero ſimulatq; coniugiū perfectū eſt,ſtatim *Simile.*
ſingulæ mulieres repetūt quod ſuū erat,& tunc perinde ſpoliata
C relinquitur ſponſa atq; antea.Sic ergo diuites cū eſt peracta vitæ *Diuitiæ*
huius fabula,remanent nudi,& ſolo lintheo teguntur. Vnde di- *quaſi ve-*
cēt illud Sap:5. Quid profuit nobis diuitiarum iactantia? Satis *ſtes mutuo*
quidem diuitiarū vanitatē intelligebat Diog.Cy.vt refert Diog. *acceptæ.*
Laer.cū Alexād.Magno ſibi grādē pecuniæ ſummā offerenti, ait: *Sap. 5.*
tolle,tolle,nō ſunt hæc munera hominū,ſed iumētorū onera.Sa- *Diog. Cy*
ne nix ipſa quæ in cacumine mōtis ſita eſt,ſi a ſole feriatur, liq;fit *ni. Diog.*
& conuallia ipſa irrigat:ſic ergo diues debet pauperes eleemoſy *Laer. in*
nis irrigare,ſimulatq, eius animā ſol iuſtitiæ ferit & pulſat. Hinc *vi. phil.*
Ioā.ait,in hoc cognouimus charitatē Dei,quoniā ille animā ſuā *Simile.*
pro nobis poſuit &c. Sed quomodo diues auarus animā ſuā po *1.Ioan. 3.*
D net pro proximis ſuis,qui denegat ipſis eleemoſynā corporalem?
Vnde ſubdit, q habuerit ſubſtātiā huius mūdi,& viderit fratrem *Diuites*
ſuū neceſſe habere,& clauſerit viſcera ſua ab eo,quomodo chari *ſint beni-*
tas dei manet in eo? filioli nō diligamus verbo neq; ligua, ſed ope *gni erga*
& veritate. De crudelitate porro auarorū ait Eccle verti me ad *pauperes.*
alia,& vidi calūnias quę ſubſolegerūt,& lachrymas innocētiū, & *Eccle. 4.*
neminē cōſolatorē. Vnde pſal.cōtra eos inqt,cōſtitue ſup eū pec *Pſal. 108.*
catorē,& diabolus ſtet a dextris eius,cū iudicatur,exeat cōdēnatus & *Auaros di*
oratio eius fiat in peccatū:quod nō eſt recordatus facere miſericordiā. *uites quo-*
Sane Hie.tractās de deuaſtatione Hieruſalē tēpore Nabuchodo- *modo pu-*
noſor ait, melius fuit occiſis gladio,q̄ interfectis fame, hæc mors *niet Deus*
eſt pfecto miſerior.Sane Herodes ſtatim pueros innocētes ī cęlū *Thre. 4.*
miſit

miſit, at vero diues auarus, crudelius enecat pauperes; dum eis E
*Matt.* 2. non vult ſubuenire. Cur ergo non miſereris impie, proximorum
*Magna crudelitas non cõparti pauperib⁹* tuorum, quos tibi Deus commendauit, & de quibus tam ſæpe
mentionem facit? Sane in Deut. iubebat vt in ſeptennio debita
omnia condonarentur. In Leui. iubebat vt hæreditates in anno
Iubilæi ad priſtinos dominos redirent. Et rurſus in Deut. iubebat
*Deut.* 15. vt tempore vindemiæ & meſsis, aliquid remaneret pro pauperi-
*Leui.* 25. bus. Sed diuites auari non id præſtant, ſed potius vt ait Mich. vio
*Deut.* 24. lenter tollunt pelles pauperibus, & carnem eorum. Vnde Iſa. ait,
*Mich.* 3. vos depaſti eſtis vineam meam, & rapina pauperis in domo ve- F
*Iſa.* 3. ſtra. Item Eccleſi. inquit, venatio leonis, onager in eremo, ſic paſ
*Eccleſi.* 13. cua diuitum ſunt pauperes.

*Qui mundanis delicijs perfruuntur, quo redigantur.*

*Pſal.* 146 I*Nduebatur purpura & byſſo, & epulabatur quotidie ſplendide*. Sane de
*Sap.* 5. his qui delicijs mundanis indulgent, dici poteſt illud. Pſal. Perie
*Amos.* 4. runt omnes cogitationes eorum. de bonis vero ait Sap. cogita-
*Deliciæ mundanæ quantum noceant.* tio illorum apud altiſsimum, vt eos in æternum remuneret. Ma-
lis autem dicitur per Amos, audite verbũ domini vaccæ pingues G
quę eſtis in monte Samariæ, ecce dies venient ſuper vos, & leua-
bunt vos in contis, & reliquias veſtras in ollis feruentibus. Item
*Deut.* 32. in Deu. dicitur, vua eorum vua fellis, & botrus amariſsimus. &c.
*Ioel.* 1. Et Ioel ait, expergiſcimini, & flete, & vlulate omnes qui bibitis
vinũ in dulcedinem, quoniam perijt ab ore veſtro. His qui in hoc
*Pſal.* 128. mundo labores multos habent & afflictiones propter Deum to
leratas, bene erit, & tandem ſortes commutabunt. Vnde Pſal. ſi-
*Intẽperãtes quo redigantur.* cut tenebræ eius, ita & lumen eius: & cõtra poteſt de auaris dici
ſicut lumen eius, ita & tenebrę eius: quanto ergo abundarunt de H
lectationes huius ſeculi, tanto grauiores erunt labores. Incommo
da porro quæ ex intemperantia oriuntur, notauit Sap. cum ait:
*Pro.* 23. cui væ: cuius patri vę, cui rixæ, cui foueę, cui ſine cauſa vulnera,
*Intẽperãtia quãtũ noceat.* cui ſuffoſsio oculorum, nonne his qui morantur in vino, & ſtu-
dent calicibus epotandis? Ne intuearis vinum quando flaueſ-
cit, cum ſplendeſcit in vitro color eius, ingreditur blande, ſed
*Simile.* nouiſsime mordebit vt coluber, & ſicut regulus venena diffun-
det. Qui immoderate corpori indulgent, pręparãt maiorem eſcã
pro vermibus. Si ergo pudeſis quod alicuius ex optimatibus co-
*2. Reg.* 14 quus appelleris, multo ſane magis pudefieri debes, quod dicaris
coquus vermium. Sane talium vitioſorum hominum mors ſimi
lis erit eorum vitę. Inter omnia porro acute dicta illius Thecuitę
mulieris



A mulieris ad Dauidem, illud etiam fuit, cum ait: omnes morimur *Simile.*
& ſicut aquæ dilabimur. Vbi vides quod comparet nos aquæ: nã
ſicut aqua ſaporem accipit a terra per quam tranſit: ſic fere talis
cuiuſq; mors eſſe ſolet, qualis fuerit eius vita. Vnde Ioann. ait in
Apo. væ habitatoribus & morientibus in terra, hoc eſt: o miſeros
illos, quorum mors ſicut & vita, terrena eſt. De iuſtis tamen ait
Apoſ. noſtra conuerſatio in cælis eſt. Itẽ in Deut. dicitur q aſcen *Apo.* 8.
dit Moyſes in montẽ mortuuſq; eſt ibi, vt ſignificetur quod eſſet *Phil.* 3.
vir iuſtus. Dixit præterea Thecuitis, & ſicut aquæ dilabimur: nã *Deut. vl.*
quamuis fluuiorum aquæ dulces ſint, tamen fines habent ama- 2. *Re.* 14.
B ros. ſic mali etſi in hac vita iucunde viuere videantur, tamen fi-
nem habent amariſsimum, cũ aliter ſit de ipſis iuſtis. Vnde Eccl. *Eccle.* 41.
cũ ait, o mors quã amara eſt memoria tua, addit ſtatim viro ha-
benti pacẽ in ſubſtantijs ſuis. Cum percontaretur Plato a Socra- *Plato.*
te, quam regulam & viuendi normam ſeruaſſet, reſpondit, in iu- *Socrat.*
uentute recte viuere. in ſenectute vero bene mori laboraui, atq;
ita inquit, interiori cruciatu & dolore non afficior, neq; mori re *Mortẽ boni cũ hilaritate expectant.*
cuſo: nam cum vita honeſta fuerit, mortem cum hilaritate expe
cto. O quanta eſt hic gentilis confuſio multorum Chriſtianorum
qui ita viuunt, vt videatur iam iam ipſis imminere infeliciſsim⁹
C interitus.
In delicijs quidem mundanis periclitatur inquit D. Bona. ſpiritua
lis vita. Vnde Apoſ. ait, vidua quæ in delicijs viuit, mortua eſt. *D. Bon. in Luc.* 17.
Item Hier. ait, vſquequo delicijs diſſolueris filia vaga? Talis plane
qui ſe totũ delicijs ſecularibus tradit, ſimilis eſſe videtur infanti *1. Tim.* 5.
bus, qui cum blande & molliter a nutricibus educe*n*tur, maiore *Hier.* 31.
interdum amore eas proſequũtur, quam parentes a quibus pro- *Simile.*
geniti fuerunt, & quorum beneficio ab ipſis etiam nutricibus alũ *Deliciæ tẽporales faciũt vt obliuiſcamur æternas.*
tur. Nã ad hũc modũ ſenſibilia bona inſtar nutricis nobis exiſtunt
a quibus videlicet alimur & fouemur, & cum quibus familiarem
D conſuetudinem gerimus: Deus autẽ præcipuus pater eſt qui nos
condidit, cuiuſq; beneficio & prouidentia cuncta nobis ſenſibilia
deſeruiunt, & cui omnia accepta ferre debemus. Nos tamen in-
fantũ more nutrices parẽti præferimus, hoc eſt ſenſibilia bona *Deliciæ mundanæ periculoſæ.*
quibus nutrimur, conditori noſtro, per quem & viuimus, & in lu
cem editi ſumus. Hæc igitur cauſa eſt cur magis corporea bona
quam ſpiritualia, quæ vix agnoſcere volumus, diligamus. O nefa *Anto.*
rium ſcelus! O delectationes vanas & peſtiferas, quæ in tam ęter *Bros.* 1. *p.*
na tormenta commutantur, ait grauis quidam autor, iuxta illud *art.* 56.
Apo. cruciabitur igne & ſulphure, in conſpectu angelorum ſan- *Apo.* 10.
ctorum, & ante conſpectum agni & fumus tormentorum eorum
aſcen-

aſcendet in ſecula ſeculorum. Illic ſeparabitur & diſcutietur gra- E
*Hiere.23.* nũ a paleis, iuxta illud Hier: quid paleis ad triticũ? Et iuxta illud
Mat. cuius vẽtilabrũ in manu ſua, & ꝑmũdabit areã ſuã. Illic tũc
*Matt.3.* quiſq; colliget prout ſeminauerit, iuxta illud Apoſ. quæ ſeminat
*Gala. 6.* uerit homo, hæc et metet. Itẽ iuxta illud Apoſ: alibi, ꝙ parce ſemi
*2. Cor. 9.* nat, parce & metet. Et pſal. ait, eũtes ibãt & flebãt mittẽtes ſemi
*Pſal. 125.* na ſua, venientes autẽ &c. Nõ quærit vinea pinguẽ nimis tellurẽ
*Simile.* irriguam aut ſtercoratã, vt fructũ ſuũ optimũ producat, quin po
tius ſublatũ & editũ locũ deſiderat, vbi vndiq; etiã a vẽtis perfle
tur: ita quiſq; vt laudabiles edat actiones non debet plantatus eſ
ſe in delicijs mundanis, ſed tunc proficiet, cũ vtrinque varias pa- F
*Archi.* tietur afflictiones. Vnde Archi. Tarẽ. mala omnia tum publica-
*Taren.* tum priuata, ab immodico voluptatum amore proficiſci ait. De
*apud Cic.* ſerunt homines pleriq; & fugitant labores, ac propterea ſe to-
*in Cato.* tos permittunt temporarijs delicijs, vnde fit vt æternam per-
*maiore.* dant ſuauitatem. Vt enim guſtatus retunditur & ſtupidus reddi-
tur, ſi immaturos & acerbos ederit fructus, ita vt poſtmodũ vel
ſi ſuauiſsimos delibabit, vix ſuauitatem ipſam perſentiat: Et ſi-
*Simile.* cut cultellus ipſe vbi aciẽ hebetatã habuerit propter craſſum ali
quod obiectũ in quod vim ſuam exercuit, paulo poſt in delicatũ G
*Simile.* non poteſt ſine maxima difficultate agere: ita profecto qui ſe to
tos voluptatibus mundi tradunt, rerũ diuinarũ guſtũ & ſuauitatẽ
amittunt. Sed quid mirũ ſi non inueniat felicitatẽ, qui eam extra
*Simile.* fontem ſuũ quærit? nec enim terra niſi in infimo loco neq; ignis
*Simile.* niſi in ſupero, nec piſcis niſi in aqua, nec arbor niſi radicibus in
terra fixis requieſcit. Quid enim extra naturæ ſuæ deſtinatum
locum quietum eſſe poterit? Non ergo minus corda noſtra extra
Deum dolore atq; angore vacare poterunt: quam corporis hu-
mani membra, ſi à iuncturis ſuis auulſa, extra locum ſibi a natu-
ra deſtinatum violenter collocentur. Peruerſa quidem anima H
*Grego. in* ait Greg. rebus pręſentibus reſoluta, abſcondit ſibi mala ſequen
*euang. ho.* tia, quia præuidere futura refugit, quæ præſentem lætitiam per-
*39.* turbant, dumq; in pręſentis vitæ oblectationibus ſe deſerit,
quid aliud quam clauſis oculis ad ignem vadit? Vnde bene ſcri-
*Eccle. 11.* ptum eſt, in die bonorum ne immemor ſis malorum. Et Apoſ.
ait, qui gaudent, tanquam non gaudentes ſint, quia ſane quidem
*1. Cor. 7.* præſentis temporis, ita agenda lætitia eſt, vt nunquam amaritu-
do ſequentis iudicij recedat a memoria, quatenus dum mens pa
*Prou. 28.* uida, extremæ vltionis timore transfigitur, quantũ nunc præſens
lætitia, tantum poſt ira ſubſequens temperetur. Hinc namq; ſcri-
ptum eſt, beatus vir qui ſemper eſt pauidus: qui uero mentis eſt
duræ



A duræ corruet in malum. Talis fuit iſte diues, qui propter mentẽ
ſuam duram & crudelem erga pauperes, corruit in infernum:

*Pauperes non contemnamus.*

ERat *quidam mendicus nomine Lazarus, vlceribus plenus.* Non de
bes quidem pauperem contẽnere quamuis eũ plenũ vlceribus
videas; nã etſi nihil habeat magni qui ad te rẽfugit, ait Chry. ho- *Chry. in*
mo tamen eſt, qui eundẽ quẽ tu, terrarũ orbem habitat, iiſdem ſo *Mat. ho.*
lis radijs illuſtratur, immortalẽ ſicut tu habet animã, eundẽ ado- *36. to. 2.*
B rat conditorẽ, ad eandem myſteriorũ communicationem crebro
accedit, ad eoſdem vocatus eſt cælos, & quod negligendũ nõ eſt,
iuſte ideo petit, quia paupertate oppreſſus neceſſarijs eget viuen
di alimentis; tu vero eum negligentem appellas & ſecordẽ, atq; *Pauperes*
contumelioſe eundem à te repellis, nec tecum ipſe reputas quan *non vili*
ta etiam tu deſidia vitã trahas, & cum Deus multa tibi bona in *pendamus*
dies præbeat, tu tamen otioſus es & tamen tot delicta tibi non
obijcis, nõ inſidias, nõn periuria, non mendacia, non latrocinia,
non alia mille huiuſcemodi flagitia tua & ſcelera. Hæc autem *Alienos*
C dico non quia velim legem pro otioſis condere, ſed quia valde de *defectus*
ſidero bonis vos eſſe operibus occupatos: omnium enim fere *potius quã*
vitiorum, quaſi magiſtra quædam & origo, eſt otioſitas. Sed mul *noſtros ex*
ta inquies mẽdacia, multas fabulas pauperes fingũt: ego vero hac *ploramus.*
etiam de cauſa maiori miſericordia moueor, cum in eam neceſ
ſitatem incidiſſe homines videam, vt impudentiſsime mendacijs
viuere quaſi cogantur, quorum nos non modo non miſeret,
ſed verbis etiam aſperis eos laceramus, non accepiſtis dicentes,
ſemel iam atq; bis? Cur non tuo quoque ventri eandem legem
imponis? Cur ei non dicis, repletus heri, & nudius tertius
fuiſti, quid amplius quæris? Sed ventrem quidem tuum etiam *Simile.*
D vltra menſuram replendo disrumpis, a paupere autem modi- *Contume*
ca petente faciem auertis. Cuius vel hac de cauſa miſereri de- *lijs multis*
bes, quoniam quotidie audire non parua premitur neceſ- *afficiunt*
ſitate. Nam ſi nulla eſſet alia ratio quæ ad miſericordiam *aliqui pau*
flecteret, propterea tamen miſericors erga pauperes eſſe de- *peres.*
beres, quoniam neceſsitate coacti ad te veniunt. Quid igi-
tur criminaris? Quid tribulas calamitoſam & miſeram animam? *Simile.*
Refugit ille ad manus tuas ceu ad tranquillum portum, cur *Pauperes*
ergo tuorum fluctuum vim in illum incitas, & maioris hye- *benigne re*
mis ſibi reddis procellas? Cur miſeriæ ipſum condemnas? Cre- *cipiamus.*
dis quia ſi talia ſe putaſſet abs te recipere, veniſſet ad te? Quod
ſi talia ſe auditurum abs te putauit & tamen ipſe quidem
venit

venit, multo magis tamen eius miſerandũ eſt, quod non dubitet E accedere præneceſsitate vrgente, ad te, quem nouit nihilo mitiorẽ factũ, & nõ putare etiam ſatis eſſe ad excuſationem impudentiæ, ingentes famis vires, ſed obiecturum ei ſtatim impudentiam cum tamen tu maioribus in rebus impudentiſsimus ſæpe fueris: Nam ſi præbere non vis, cur cædis? Si non eſt tibi animus largiendi, quid contumeliaris? Sed nõ vult aliter abire, inquies. Veruntamen ſcito, quod non eſt homo, qui nõ inuitus, impudentię crimine velit cõfundi. Nã ſi etiam mille quiſpiam adferret rationes, F quibus oppoſitum probare contendat, nunquã tamẽ mihi perſuadere poterit, eũ qui victũ facile habeat, malle ſe ab alijs turpiter mẽdicare, quã ſuis honeſtiſsime veſci. Nemo ergo vos falſis rationibus decipiat. Si autem Pau. ſcripſit, ſi quis nõ vult operari, non manducet, non pauperibus id ait quos impotentia quidem premit, & extrema inopia, qui aliud refugiũ non habent quã vt mẽdicent, Adde quod & diuitibus etiam ait, bonum facientes, non deficiatis. Sicut & nos facere ſolemus, qui cum viderimus duos amicos, alterũ in alterũ acerbe inſurgere, ſeorſum alterum deducentes, vtrumq; admonendo culpamus. Similia etiam in magnis familijs crebro fiunt, nam ſæpe pater familias pædagogum ſeorG ſum increpat dicẽs, nimius & acerbus in adoleſcentem, atq; durus es, adoleſcentulum autem quaſi iure cæſum criminatur: Audiamus etiam dominum qui iubet, omni petenti ſibi dare. Item eſtote inquit, miſericordes, ſicut & pater veſter. Nihil enim certe vſq; ad ſimilitudinem Dei ſic effert & extollit, ſicut liberaliſsima largitas & beneficentia. Sed nil eſt impudentius paupere, ais; noli iudex eſſe iniuſtus, nec tamen etiam ſic lex diuina tibi cõmittit temeraria curioſitate aliena crimina rimari. Et ſi recte viuentes non patitur aliorum crimina indagare, quanto minus peccatoH rem patietur? Illud obſecro atq; obteſtor, ne contumelijs & criminibus, inopem turpiter cædas, remedio indiget qui te adijt, nõ vulneribus: ope miſericordiæ, non acuto gladio. Nam ſi quis lapide percuſſus, ceteris omnibus neglectis, ad genua tua ſanguinolẽtus refugerit, alio ne tu iterũ lapide caput eius pcutes, & vulneri vuln⁹ adderes? Nequaquã certe id faceres, ſed priori etiã vulneri mederi conareris: cur igitur in paupere oppoſitum facis? an ignoras quantum obeſſe amara poteſt ratio? Melius eſt ſermo pius quam datio. Si famulus tuus ad alium famulum ſimiliter tuum argentum repetiturus quod illi dederis, iuſſu tuo profectus ſit, nec inde ſolum inanis, verum etiam omni conuitio & contumelia pulſus redierit, dic quo ſupplicio famulum tuum punires, cũ teip-

*Pauperib⁹ nõ detrahamus.*

*2. Theſ. 3.*

*Simile.*

*Simile.*

*Luc. 6.*

*Non iudicemus temere.*

*Simile.*

*Simile.*

*Pauperes nõ contemnamus.*



A te ipſum ab eo contemptum atq; deſpectum cenſeres? pariter ergo de deo etiam cogita: ipſe enim eſt qui pauperes ad te mittit, nec quæ noſtra ſunt ſed quæ Dei ipſis damus, ſi quid cui dederimus: quod ſi non dederimus, verum etiam iniuria laceſsitos repulerimus, ipſe tecum animo volue quibus ſupplicijs rem dignam egerimus. Cæterum ſic eſt fortis ſanctiſsima paupertas, vt cum aliquando Alexander Scythas pauperrime viuentes miraretur, qui pellibus animalium tegebantur, & duriter viuebant, atq; ipſos interrogaret, quid potiſsimum in uita timerent, ipſi reſponderint ſe ſolam cæli ruinam timere.
B Adde quod paupertas, veritatem audacter manifeſtat, cum nihil ſit quod poſsit amittere: Quare pauperibus benefaciamus, & præſertim cum videamus mendicum Lazarum deportatum ab angelis in ſinum Abrahæ.

*Exemp.*

*Tẽperãtia plurimum prodeſt:*

*Pauperes complectamur.*

## *APPENDIX.*

HOMO *quidam erat diues.* Quis quæſo poteſt diuitijs inhærere, cum videat quod in maiori periculo poſſeſſorem deſerãt? Nõ vtiq; ille verus cenſetur amicus, qui in aduerſis te deſerit: ſic
C ergo auare diues intellige, quod cum a dæmonibus comprehenderis, te diuitiæ non iuuabunt. Vnde Eccleſ. ait, noli attendere ad poſſeſsiones iniquas, & ne dixeris, eſt mihi ſufficiens vita, nil enim proderit in tempore vindictæ.

*Induebatur purpura.* Debet quidẽ Dei ſeruus ſe abſtinere ab exceſsibus veſtiũ & ornatuũ. Vnde in Exo. legimus, quod quamuis Dei arca deaurata eſſet interius & exterius, nihilominus tamen tenui quodam panno tegebatur ſeu vilioris pretij: ſic ergo Dei ſeruus nõ debet ſibi placere in pretioſa veſte: Attende quid ſcribat Pau: De magnis illis Dei ſeruis, & ſanctis viris, circuierunt
D inquit in melotis & in pellibus caprinis: Sed mundanos videas hoc tẽpore prodigos circa varietatẽ veſtiũ, vt ita facile inde colligere poſsimus quale ſit interius animarum indumentum. Vnde Eccleſi. ait, amictus corporis ennnciat de illo:

*Factum eſt autem vt moreretur mendicus:* Quaſi dicat nõ repente, ſed tandem poſt multos perpeſſos labores. *Portaretur ab angelis.* O felicem mẽdicum, qui in hac vita tantũ ſibi cõpatiẽtes haberet canes; & tamen in morte portaretur ab angelis.

*Mortuus eſt autẽ diues,* quaſi dicat repẽte, & abſq; longa præcedẽte infirmitate. *Et ſepultus eſt in inferno.* Hanc tandem ſepulturam ex ſua voluptuoſa vita reportauit, & ex ſuis diuitijs:

*Diuitiæ fallaces.*

*Eccleſ. 5.*

*Exod. 26.*

*Exceſſus in veſtitu fugiamus*

*Heb. 11.*

*Eccleſ. 16*

*Pauperes nõ contemnendi.*

*Mors repentina auari diuitis.*

*Vidit Abraham a longe.* Sic Adam poſitus fuit in loco vnde vide-
*Gene. 3.* re poſſet paradiſum, ex quo depulſus fuerat propter culpam
ſuam. Hebræi quidem cum tamen ſpem haberent exeundi ex ca-
ptiuitate Babylonica, nihilominus tamen flebant propter dila-
*Pſal. 136.* tionem, dicentes: ſuper flumina Babylonis &c. Quanto igitur
triſtior eſſet iſte, cui nulla erat ſpes inde exeundi? *Pater Abra-*
*Talpæ ingeniũ & natura.* *ham.* O miſerum diuitem! Sero quidem clamas, nam clauſa
eſt ianua. De talpa quidem ferunt quod quamdiu viuit, clauſos
habeat oculos. & tamen poſt mortem ipſi aperiuntur, talis ergo
erat hic auarus diues.

## FERIA V: POST II. DOMINI. QVADRAGESI.

## CONCIO QVARTA.

*Mors bonorum & malorum quantum diſtent.*

*Varij ſucceſſus mortis.* HOMO *quidam erat diues:* Luc: 16. Vide quam varij
fuerint exitus diuitis & pauperis in hoc Euange. pau-
per lætus abijt ad ſinũ Abrahæ, diues vero triſtis ad in-
fernũ. Nam ſicut facinoroſus cum exit ex carcere, in
*Simile.* patibulum abripitur, ſic impius ad infernum ducitur
*Hier. 28.* cum hinc migrat! Vnde Hie. ait, catenas ligneas confregiſti, & fa
cies pro eis catenas ferreas quæ ſunt duriores. At vero iuſti di-
*Pſal. 115.* cunt cum Dauide, dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam
laudis. Quare bene viuẽdo nitamur vt tandem ſit pretioſa mors
*Gene. 40.* noſtra in cõſpectu dñi. In Gen. quidẽ habetur quod Ioſeph victo
rioſe egreſſus fuerit de carcere ad regnãdũ, & tamen vnus exiuit
*Eccleſ. 4.* ad ſuſpẽdiũ: Vnde id admirans Eccleſi. ait, de carcere, cateniſq;
interdũ quis egredietur ad regnũ? Sic ergo Lazarus etiam de car
cere corporis egreſſus eſt ad regnum. Vnde mortẽ bonorũ appel
*Pſal. 41.* lat Dauid trãſitũ, dicẽs: trãſibo ad locũ tabernaculi admirabilis,
*Ioan. 5.* vſq; ad domum Dei. Et Chriſtus ait, qui credit in me, tranſiet a
*Simile.* morte ad vitã. Cũ ergo mors ipſa ſit incerta, & quaſi periculo-
ſus quidã ſaltus, idcirco nitamur vt bonis operibus, felicem eũ
*Differẽtia inter eos qui nauigãt in hac vita.* obtinere mereamur. Nã quãuis in portu tandẽ & qui naufragiũ
faciunt & qui feliciter nauigant, ſoluãt, tamẽ aliqui in patriam
proſpere veniunt, alij vero in terrã inimicorũ perducũtur. Sic er
go boni in patriam felices peruenient, mali vero in terrã dæmo-
nũ deportantur. Vnde in morte iuſtorum dicit ſcriptura, congre
*Gene. 25.* gatus eſt Abrahã ad populum ſuũ. Itẽ de Iſaac dicitur, mortuus
eſt, &



Sic etiam de Iacob. Non autem ita
A eſt, & appoſitus populo ſuo. Curemus ergo vt bene viuamus, vt ita tãdẽ cũ *Gene. 35.*
dicitur de malis: Nõ ergo lachrymãda fuit mors ipſius *Gene. 49.*
bonis ſocietatẽ habeamus: cum tam felix eſſet, vt in ſocietate Abrahæ
Lazari & deplorãda, modicũ plora ſuper mortuum, quoniam *Eccle. 22.*
poneretur. Vnde Eccle. hinc abeunt. Vnde Michas di- *Iudic. 18.*
requieuit. Impij autem triſtes quid tibi eſt? Tu igitur *Anima ſine deo in quanta ſit triſtitia.*
cebat flens, ideos meos tuliſtis, & dicitis in ſempiternũ non
nitere ne Deum perdas in hac vita, vt poſtea in li. Sap. dirũpet illos in
fleas. Si quidẽ de morte impiorũ dicitur a fundamentis, & vſq; ad ſu-
B flatos ſine voce, & cõmouebit illos & memoria eorũ peribit, & *Sap. 4.*
perũ deſolabũtur, & erũt gementes, ſuorum timidi, & traducẽt illos
veniẽt in cogitatione peccatorũ Boni autem cupiũt hinc diſcedere, *Simile.*
ex aduerſo iniquitates ipſorũ: parata præmia. Sicut enim ſi aliquos
vt poſsint reportare ſibi in carcere detinentur, interroges *Mors terribilis malis.*
qui propter leuia quædam ſtatim reſpondebunt ſe quidem id cu-
vtrum velint inde exire, quod ad nullã ſuſtinendam ignomi
pere, quoniam bene norunt & capite dãnatos pariter roges,
niã exibunt: ſi vero crimunoſos cũ probe nouerint quod ad ſuſpẽ
reſpõdebũt ſe nolle inde exire,
C diũ ducũtur ſi inde exeant: ſic etiam iuſti deſiderant ex hoc cor-
poris ergaſtulo migrare, ſed non perinde impij. Et ſicut ſi duæ *Simile.*
mulieres maritos ſuos ex India locupletes redeuntes expecta-
rent, quarum vna impudentiſsime vixiſſet, & altera vero
honeſtiſsime, differenter quidem ſe haberent, nam honeſta
muliere cum magna lætitia virum ſuum excipiente, altera
tamen cum metu eundem reciperet: ſic ergo boni iucunde
hinc migrabunt, mali autem cum magna triſtitia: Iuſtus quidem *Simile.*
ſe habebit in morte ſicut ille qui poſt multos perpeſſos labores, *Mors iucunda bonis.*
& ſuperata pericula tãdẽ cũ maxima iucũditate ad patriam ſuam
D reuertitur, ibiq; coniugem videt, & charos propinquos atque
amicos, cũ quibus maximopere lætatur. Quod ſi huiuſmodi læti-
tia vix poteſt explicari, quãto minus explicari poterit gaudiũ il-
lud ineffabile quo perfruetur iuſtus ſimulatq; ſe à corporeis peri- *Luc. 2.*
culis viderit eſſe liberatũ? Hinc Simeõ dicebat, nũc dimittis ſeruũ
tuũ Domine. Item Dauid dicebat, quemadmodum deſiderat cer- *Pſal. 41.*
uus &c. Item Pau. cupio inquit, diſſolui, & eſſe cum Chriſto. *Phil. 3.*
Item infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis hu *Rom. 7.*
ius? Hinc etiã Eccl. ait, timenti dominũ bene erit, & in diebus cõ *Eccleſi. 1.*
ſolationis illius benedicetur. Vide igitur qualis fiet mutatio ſtatuũ
in alia vita, ſicut cõſtat ex hodierno Euãgelio, nã mũdus neſcit cui
q; dare locũ ſuũ. Quare quemadmodũ cũ aliquis in latrũculorũ

 ludo

*Simile. Mundus neſcit homines pro meritis diſponere. Simile. Mortẽ nõ timẽt iuſt. Mors terribilis malis. 1. Cor. 15. Simile. Ariſto. in problem. Cygnus cur canat in morte & Syrena lamẽtatur. Prou. 4.*

ludo parũ verſatus eſt, ſolet in debite regẽ vel reginã collocare, E
ille vero qui hoc videt ſtatim corrigit eũ, & ſingula bene diſponit
ſic etiam cum mundus hic neſciat pro meritis dare locum, nam
Neronem euehit ad imperatorium ſolium, & Petrum in carcerẽ
conijcit, id circo in alia vita vnicuiq; dabitur pro cuiuſq; meritis
conueniens locus. Deus bone quam multos videmus in morte
agonizantes, qui cum magno luctu & dolore hinc diſcedunt,
propterea ꝙ ſe valide dederint mũdanis delectationibus & deli-
cijs, cũ vellet viuere blande, & corpori indulgere. Sane cũ carnes
bene coctæ ſunt, abſq; difficultate ab oſſe ipſo diuelluntur. Sic etiã F
cũ homo abſq; timore ex hac vita diſcedit, & mortẽ non pauet,
indicium quidem optimum eſt quod is probe coctus ſit igne diui
ni amoris & charitatis: ſi vero paueat & contremiſcat, adhuc
immaturus eſt & indigeſtus. Ipſi igitur mali arma miniſtrãt mor
ti, & ita magis eam timere debent. Vnde Apoſt. ait, ſtimulus autẽ
mortis peccatum. Quare ſi vis eã nõ timere, aufer huiuſmodi ſti
mulos, ſicut faciũt boni. Hæc quidẽ eſt differentia inter Cygnum
& Syrenem, quod ille in morte dulciter canit, hæc vero lamenta
tur: ſi quidẽ generoſus ille ſanguis quem præſtat Cygnus id facit
confluens ad cor, ſicut contra in ſyrene, impurus ille ſanguis quẽ G
habet, eam triſtem reddit. Sic igitur vitia ipſa tanquam deprauatus ſanguis, peccatorem ipſum in morte conturbant, ſicut bona
opera exhilarant iuſtum. Vnde Sap. ait, in malitia ſua expellitur
impius, iuſtus autem ſperat in morte ſua.

### *Inferni tormenta terribilia.*

*Vide D. Thom. 4. Sen. diſ. 21. a. 2. Can. 2. Iob. 10. Greg. li. 9. Mo. ca. 47.*

CVM *eſſet in tormentis*. In hæc enim tormẽta cõiectus eſt, vt ibi
in ſempiternũ puniretur, qui tã crudeliter ſe geſſerat erga H
pauperes, neq; enim poterit ibi ſatisfacere pro his quæ cõ
miſit, cum charitatem & gratiam non habeat. Dicitur ergo ſta-
gnum ignis infernus ipſe quoniam pænæ ipſæ in ſempiternum
ibi manent & quieſcunt tanquam in ſtagno. Non ita autem ſe
habent pœnæ & labores huius vitæ, ſed aliquando terminan-
tur, vnde Can. 2 iã enim hyẽs tranſijt. Hic etiã labores aliqua per
miſcentur conſolatione, illic vero ſine conſolatione erunt. Por-
ro ſuper illa verba Iob, ibi nullus ordo, ſed ſempiternus hor-
ror inhabitat, ait Grego. Mirum vero eſt valde quod dicitur,
vbi nullus ordo: nec enim omnipotẽs Deus qui mala bene punit,
inordinata eſſe vllo modo vel tormẽta permittit, quia ipſa quoq;
ſupplicia,



A ſupplicia, quæ ex lance iuſtitiæ prodeũt inferri, ſine ordine nequa
quam poſſunt. Quomodo namq; in ſupplicijs ordo non erit, *Sap. 6.*
dum damnatum quemq; iuxta modum criminis, retributio ſe-
quitur vltionis? Hinc quippe ſcriptum eſt, potentes potenter *Apo. 18.*
tormenta patientur, & fortioribus fortior inſtat cruciatio. Hinc *Simile.*
etiam in Babylonis damnatione dicitur, quantum glorificauit ſe,
& in delicijs fuit, tantum date illi tormentum & luctum. Si igi- *Ioan. 14.*
tur iuxta modum culpæ pæna diſtinguitur, cõſtat nimirum quod
in ſupplicijs ordo ſeruatur. Sicut enim in domo patris manſio-
nes multæ ſunt, pro diuerſitate virtutis; ſic dãnatos diuerſo ſup
B plicio gehẽnæ ignibus ſubijcit diſparitas criminis, quæ videlicet
gehẽna quamuis cunctis vna ſit, non tamen cunctos vna, eadẽq;
qualitate ſuccendit. Quomodo ergo nullus ineſſe ordo ſuppli-
cijs dicitur, in quibus profecto quiſq; iuxta modum culpæ crucia *Auguſ. de*
tur? Cæterum ait Aug. quod iungentur etiã rapaces cũ rapacibus *ſan. ſer.*
adulteri cum adulteris, homicidæ cum homicidis, auari cũ aua- *36. to. 10.*
ris, falſi teſtes cũ falſis teſtibus, & ſingulis infligentur tormenta *Pſal. 68.*
pro qualitate meritorum. Vnde Pſal. appone iniquitatem eorum
&c. Quo igitur pacto paleæ ipſę ſe poterunt liberare, a tã voraciſ
ſima flãma? Vel ſi mõtes eſſent pyrenæi ipſi homines, nõ valerent *Simile.*
C tali flãmæ reſiſtere, etſi Nilo vterentur, vel alio copioſiori flumi-
ne, vel deniq; oceano longe lateq; patẽti. Cũ igitur miſellus ho- *Simile.*
mo ſe in eã flãmã coniectũ videbit, ꝙnam habebit refugiũ? Quid
aridũ fænũ, hoc eſt caro noſtra, tunc faciet in tãto incendio? ſed *Chry. in*
videtur vna dũtaxat eſſe pæna cõburi, ait Chry: cur ergo dicitur, *Mat. ho.*
cũ eſſet in tormentis? Sed ſi aliquis diligenter expendat, inquit, *24.*
duplex hoc inueniet eſſe ſuppliciũ. Qui enim in gehẽna vrit, etiã
cælorum regnũ prorſus amittit, quæ certe pęna maior eſt, quam
cruciatus ille flammarum. Noui autem quia plurimi pertimeſcãt *Pæna dãni*
gehẽnã, ego tamen illius glorię amiſsionem multo amarius, *quanta*
D quam ipſius gehennæ dico eſſe ſupplicium. Si vero id non poſ *ſit.*
ſum ſermone monſtrare, nihil eſt omnino mirandum: neq; enim
nouimus illorum beatitudinem pręmiorum, vt infelicitatem
quoq; de eorum amiſsione ſcire poſsimus. Sed iſtud vt ne patia
mur, faxis o vnigenite fili Dei, neque experiamur intolerabi- *Inferni*
le iſtud, horrendumque ſupplicium quam grande ſit. Intolera- *terribilis*
bilis quidem res eſt etiam gehenna: tamen ſi mille aliquis po- *pæna.*
nat gehennas, nil tale dicturus eſt, quale eſt a beatę illius glo-
rię honore repelli, exoſumque eſſe Chriſto, & audire ab illo,
non noui vos, atque argui quod eſurienti & ſitienti negaueri- *Matt. 25.*
mus cibum & potum. Eſt enim ſatius mille fulmina ſuſtinere

 quam

quã vultum illum manſuetudinis, pietatiſque plenũ, nos tamen auerſantem videre, & illos totius tranquillitatis oculos, nequaquam nos aſpicere ſuſtinentes: Vide porro quomodo huius diuitis & pauperis ſortes fuerint commutatæ, vt inde intelligas non eſſe fidendum mundo. Nam videbis Tyberium, Caligulam, domitianum, Neronem, qui cum tam impij eſſent & truculenti, adeo tamen a mundo exaltati ſunt, vt totius orbis imperium tenerent. Vnde Chriſtus vt nos doceat quam ſit breuis & inanis gloria huius mundi, ait quod talis gloria ſit ſicut fænum, quod hodie eſt, & cras inclibanum mittitur. Sic etiam Sap. ait in perſona damnatorum loquens, nos nati, continuo deſiuimus eſſe, O rem maxime horrendam, cum dicitur, cras inclibanum mittitur, ibi enim impius ita poſſidebitur ab igne, ſicut poſſidetur fænum cum in clibanum mittitur. Quid ergo faciet miſer q ita poſſidebitur ab igne, ſicut poſſidetur fænum cum in clibanũ mittitur? Penetrat quidem mors intima viſcera peccatoris. In tormentis quidem diues ardebat, ait Aug. & ſtillam aquæ de digito pauperis requirebat, nec ei ſubueniebatur. Vnde ait Abrahæ, pater Abraham mitte Lazarum ad fratres meos vt dicat illis quid hic agatur, ne & ipſi veniant in hunc locum tormentorum. O infelix quando viuebas, tunc erat tempus operandi, modo iam in nocte es, inqua nemo poſſit operari.

*Iudicium extremũ terribile.* — *Simile.* — *Matt. 6.* — *Sap. 5.* — *Aug. in Ioã. trac. 44. to. 9.* — *Ioan. 9.*

Magna quidem eſt dementia noſtra, quod nolimus in memoriã reuocare vitæ incertitudinẽ, & ſuppliciorum certitudinẽ, quæ ſupplicia impios manẽt. Age vero ſi ingẽs alicuius magnæ vrbis platea eſſet hominibus refertiſsima, & omnes diuino oraculo admoniti certo ſcirent magnã vim fulminũ ſuper omnes illos ruiturã, quibus tota illa hominũ turba, paucis ſolũ exceptis, fulminibus icta conflagraret, quis nõ expaueſceret? Quis nõ trepidaret, & ſeq; totũ eo tempore diuino numini ſupplicẽ exhiberet? quis deniq; in tãto omniũ tremore, cibũ, quis potũ, quis ſomnum capere quietus poſſet? Sed quid omnes dico? imo vero ſi vnus ſolum ex tanta illa multitudine, cæleſti igne cõflagrare deberet, omnes illi merito trepidarẽt, ſuã quiſq; ſortẽ formidãtes: Quid autẽ hoc repentinæ mortis periculum, cum æternæ mortis periculo comparatum, niſi ſomnus & vmbra eſt? Cũ ergo ſciamus infinitũ eſſe ſtultorũ numerum, ac proinde etiam innumerabiles eſſe qui hoc ſuperni iudicis fulmine feriendi ſint, nempe ite maledicti in ignẽ æternum, quomodo non hoc tantum ſalutis noſtræ periculum formidamus? Quomodo adeo ſecuri in vtramque aurem dormimus?

*Simile.* — *Multi timorẽ inferni videntur abieciſſe:* — *Infernum & eius tormẽta metuamus,* — *Matt. 25.*



A mimus? Quomodo voluptatibus noſtris obſequentes, damnationis noſtræ cauſas quotidie cumulamus? Quomodo deniq; in tanto rerũ diſcrimine cõſtituti, ſtertere, ridere, ludere, deliciari, ſine vllo doloris aut timoris ſenſu poſsumus? Vnde hic tantus ſtupor, tam obſcura caligo, tantuſq; ſalutis noſtrę neglectus, cũ viri etiã ſanctiſsimi, nil magis in hac vita, quam ancipitem hanc animarũ ſortẽ formidarẽt? vt autẽ commodius ante oculos tibi ſubijcias acerbiſsimas illas inferni pænas, recordare obſecro hiſtorię illius Sedechiæ regis Iudęę quem rex babylonis in captiuitatem arri-
B puit, & eius filios ante oculos interfecit, deinde etiam oculos ipſi eruit, & arctiſsime vinctum in babyloniã perduxit, vbi in ſumma quadam ac miſerabili ſeruitute vitã ſuã finiuit. De qua tamen miſeria & calamitate pręmonitus iam fuerat à Hie. Vt ſibi diligentiſsime pręcaueret, cui tamen credere noluit. Quid quęſo hac infelici tragædia funeſtius? Quantum putas animo dolorẽ perſentiret infeliciſsimus rex Sedechias cum videret ſe in tanta miſeria conſtitutum? Quos angores in anima ſua pateretur, cum ex tam ampla fortuna, inqua ſemper poſitus fuerat, in tã diram
C captiuitatem & ſeruitutem ſe coniectum videret? ſed iam ad nos ipſos veniamus fratres, quid enim hæc calamitas eſt, ſi cum ſempiterna calamitate & miſeria comparetur? Quantum enim inter tempus & æternitatem, tantum inter vtramque diſcrimen eſt: quanto autem maius eſt cęleſti ac ſempiterno regno, quam terreno & temporario priuari? Quanto acerbior captiuitas ſub principe diabolo, atrociſsimo generis humani hoſte, quam ſub immani Turcarum principe? Quanto grauius clauſtris gehennę, quam compedibus vinciri? Quanto miſerabilius inter dęmones, quam inter infimę ſortis captiuos diuerſari? Quanto infelicius eſt in denſiſsimis locis, quam in luce
D verſari? Quanto luctuoſius eſt in gehenna, quam in ſtabulo iumentorum commorari? Quanto acerbius inter igneos gehennę globos perpetuo volutari, quam humi cum cęteris captiuis habitare? Quanto igitur hæc calamitas, quam illa funeſtior? Si ergo illius prędictio & cogitatio, miſerum hunc regem adeo anxium & attonitum redderet, quonam modo qui ſine vllo Dei metu vitam agunt, quique ſecundum pręſentis vitę ſtatum ad hanc pœnarum ęternitatem damnati ſunt, adeo ſecure agunt? Quomodo hęc infeliciſsima ſors, quam non angelus, aut propheta, ſed ipſe angelorum & prophetarum Dominus ait futuram, nihil eos ſolicitat & pungit?

*Simile.* — *Hier. 36.* — *Damnati cũ erũt in inferno ſẽtiẽt cæcitatẽ ſuam.* — *Simile.* — *Simile.* — *Inferni terribilia tormenta.*

 O ferreas

O ferreas hominum mentes! O pectora cæca! O dementiam E
*Inferni tormenta quãta ſint* ſanguineis etiam lachrymis deplorandam! vbi quæſo ſenſus?
vbi ratio? vbi conſilium? vbi iudicium? vbi ſaltem naturalis
periculorum timor, qui tanto acrior eſt, quanto periculum
& imminens, & grauius, & certius eſt? Hæc quidem negligen
tia & incuria noſtra ex eo prouenit quod perſuadeat nobis dæ
mon, quod mors longe a nobis diſtet, quod nunc nobis nil ti-
mendum ſit. Qua in re pictorum artem imitatur, qui corpo-
*Simile.* ra quædam in tabulis ita depingunt, vt longiſsime diſtare vi
*Mors ſæpe nos repente inuadit.* deantur, quæ tamen in eadem tabula ſunt. Cuius fallaciæ do- F
lum illi quotidie experiuntur, qui cum vitam ſibi diutur-
nam pollicerentur, multaque in futurum tempus diſponerent,
hac falſa ſpe deluſi, inſperata morte de medio ſublati ſunt. Et
tamen talia videntes, non emendamur, & reſipiſcimus. Si ingreſ-
*Simile.* ſi in carcerem, ait Chry: & videntes alios pallidos, alios vero
*Chry. ho. 10. in 2. cor. & ad popu. ho. 46.* vinctos & eſurientes, alios etiam tenebris concluſos, con-
cutimur tantopere & perhorreſcimus, & omnia ne illuc in-
cidamus, facimus: quando addicti trahemur in gehennæ car-
ceres, quales futuri erimus? non enim vincula illa ex ferro,
ſed ex igne ſunt inextinguibili: Propterea dum tempus eſt, G
præoccupemus faciem Domini in confeſsione, vt minaces illas
*Pſal. 94.* virtutes effugiamus. Nonne videmus terrenos milites princi-
pibus ſeruientes, quomodo criminoſos trahunt, quomodo li-
*Simile:* gant, quomodo faces tormentis adhibent? ſed hęc omnia
riſus & ludicra, ad ſupplicia illa, nam & temporarię ſunt hę
*Iſa. vlti.* penę mundanę, illic vero neq; vermis moritur, neq; ignis extin-
guitur.

*Exemplum ſumamus ex alienis periculis.* H

FIli recordare quia recepiſti bona in vita tua. Longe quidem vtiliſsi-
*Caute viuamus.* mum nobis eſſet, vt ex alienis ſupplicijs periculum faceremus
ſed tamen nõ id facimus, quin potius latrones eos imitamur, qui
*Simile:* interim dum aliquis latro ſuſpenditur, ipſi crumeniſecę ſunt, &
*Hiere. 3.* homines argento emungunt. Vnde Hierem. 3. & vidit pręua-
*Deum timeamus.* ricatrix ſoror eius Iuda, quia pro eo quod mæchata eſ-
ſet aduerſatrix Iſrael, dimiſiſſem eam &c. Sane propterea
grauiter etiam reprehenſus eſt Balthaſar, quod noluiſſet ſu-
mere exemplum ex ſupplicijs patris ſui. Vnde dixit ei Da-
*Dani. 5.* niel, tu quoque Balthaſar filius eius, non humiliaſti quidem
cor



cor tuum, cum ſcires hæc omnia, ſed aduerſus dominatorem cæ
A li eleuatus es: Quare tu cum videris orphanos filios proximi tui *Ex alijs exemplũ ſumamus.*
relinqui, conſidera etiam quod tui orphani eſſe poſſunt: & cum
videris viduam coniugẽ proximi tui, conſidera quod etiam vxor
tua vidua fieri poteſt, Recole quomomodo hic diues in maxima *Securitate falſa decipimur.*
proſperitate antea verſaretur, & tamen infeliciſsimus redditus
eſt. Sane qui ex morbo conualeſcit, & harundine nititur, non au *Simile.*
det ipſi confidere, ne forte grauiter læderetur ſi frangeretur: ſic *Timorem Dei non abijciamus.*
tu exiſtimare debes quod ſanitas & proſperitas qua vteris, ſunt
veluti harundineus baculus, qui facile rumpi poteſt. Sane credi-
B bile eſt quod ſanctus Noe poſtquam tantum diluuium vidit, con
tinentiſsime ſe geſſerit, cum per trecentos annos poſt diluuium
vixerit, & alios non legamus eius filios, præter eos, qui ipſi erant *Gen. 9.*
ante diluuium.

## APPENDIX.

CVM Videret Chriſtus auditores ſuos deditos auaritiæ & de- *Simile.*
lectationibus huius ſeculi, idcirco hanc eis doctrinan prædi-
C cauit, dans tanquam bonus medicus accommodatum pharma-
cum. Sane præcipiebat Deus per Ezechie, vt qui ingrediebantur *Ezec. 46.*
in templum per portã meridianam, egrederentur per ſeptẽtrio-
nalem, & contra, vt inde intelligamus quod ſi in mundum ingre
dimur per portam delectationum, poſtea exire debeamus per
portam triſtitiæ & mœroris.

*Homo quidam.* Quorſum quæſo potentem virum & diuitem vo *Diuites mali parui fiunt apud Deũ.*
cas, hominem quendam? ſed apud Deum huiuſmodi diuitiæ non
æſtimantur. Porro tria ſunt bonorum genera, nempe bona quæ
appellantur fortunæ, qualia habebat diues iſte. alia vero ſunt bo
D na naturæ, vt ſanitas, ingenium, quæ pluris fiunt, adeo vt propter *Iob. 1.*
ſalutem, bona libenter expendat homo. Sic Iob plus ſenſit cum *Eccle. 30.*
in corpore percuſſus eſt, quam cum in diuitijs. Vnde Eccle. ait nõ *Quas conditiones ſeruare debeat diues*
eſt cenſus ſuper cenſum ſalutis. Alia ſunt ornamenta animæ, qua
les ſunt virtutes, quæ apud Deum plurimi fiunt. Porro qui bona
habet fortunę dicta, tria debet obſeruare, quod iuſte acquiſierit
diuitias, & quod eas pauperibus communicet, tum etiam ne in-
hæreat eis, Pſal. Diuitiæ ſi affluant, nolite cor apponere: Et ſicut *Pſal. 61.*
arca intus quidem deaurata erat, ſed tamen exterius vili panno *Pſal. 44.*
tegebatur, ſic Dei ſeruus non exterius ſe iactare & oſtentare de- *Heb. 11.*
bet, ſed potius interius humilis ſit. Pſal. Omnis gloria eius filiæ
regis ab intus: Item Heb. 11. Circuierunt in melotis. *Erat.* Vide

 quomo-

quomodo hæc mundana trãſeant, Pſal. in imagine tranſit homo.
*Pſal. 38.* Sic Salomon ait ſe fuiſſe regem in Hieruſalem. Aduerte etiam E
*Eccle. 1.* quomodo ſicut leo vt ferunt naturales, cum ante ipſum canis
*Leonis natura.* verberatur, tremit: ſic etiam Chriſtus vult vt timeamus propo-
ſita nobis parabola ſiue hiſtoria huius auari diuitis

*Epulabatur.* Reprehendit non moderatum cibum, ſed ſuper-
fluum & exceſſiuum, nã ſicut veſtes paulatim lacerantur, & ideo
ſunt reparandæ, ſic & corpus noſtrum quod quotidie dilabitur,
cibo eget vt reparetur, & tanquam Domus ruinoſa, eget repara-
*Iob. 10.* tione. Vnde Iob, pelle & carnibus veſtiſti me. *Quotidie.* Et ideo re
*Simile.* prehenſibilior erat. Sed quæres, cur tantas diuitias dediſſet Deus F
*Victus ſit* huic diuiti? Sane vt ipſum hac via ad ſe attraheret: ſicut ſolet ve-
*moderatus* nator accipitrem ad ſe euocare, oſtenſa eſca.

*Simile.* *Mortuus eſt diues.* Vide quomodo exprimat Euangeliſta varios
*Varij bono-* ſucceſſus horum, nam cum dicat de diuite quod mortuus eſt, de
*rũ & ma-* paupere tamen dicit, factum eſt dum moreretur. Sane cum graui-
*lorum ſuc-* da aliqua mulier in partu moritur, reliquæ mulieres grauidæ ti-
*ceſſus.* mere ſolent; ſic etiam æquum eſt vt ſi aliqui hic adſunt diuites qui
*Timeam⁹* huius mores imitentur, timeant & contremiſcant. *Vidit Abraham*
*Dei ſup-* *a longe.* Longe à peccatoribus ſalus; & tam procul ac longe erit ab-
*plicia.* hinc ſex mille annis quantummodo. G

*Pſal. 40.* *In lingua mea.* Quia plurimum peccauerat lingua, idcirco in lin-
*Lingua* gua punitur: difficile quidem domatur hoc membrum, vt ait Ia-
*multi ſæpe* co. Vnde propterea voluit Spiritus ſanctus in linguis igneis appa-
*Deum offẽ-* rere, vt intelligeremus, quod ſicut ignis potentius eſt elemẽtum,
*dunt.* ſic lingua maxime inter cætera membra ſuas exercet vires. Ad-
*Acto. 2.* uerte igitur quomodo ſub blanda purpura & byſſo huius diuitis,
lateret peruerſa lingua, & ferina quædam crudelitas, quæ tot be-
neficijs diuinis nunquam voluit emolliri.

## FERIA VI. POST II. DOMIN. QVADRAG. H

## CONCIO PRIMA:

HOMO *Quidam erat pater familias qui plantauit vineam,*
Mat. 21. Mar. 12. Luc. 12. Quã vineã plantauit ait Chry.
niſi quam de Aegypto tranſtulit? Quomodo plantauit
*Chry. in non. abſo. ho. 40. to. 2.* vineam illam? Quomodo vinitor ſtudioſus, qui primũ
omnes in circuitu infructuoſas ſyluas excidit, idcirco
ne forte arbores laſciuientes dum huc & illuc per longa ſpa-
*Simile.* tia ramos ſuos exporrigunt, adhuc tenerum præfocent malleo-
lum.



A lum. Sic Deus gentes ſine fructu iuſtitiæ conſtitutas occidit, &
ſic collocauit Iſrael, ne forte gentes indiſciplinatæ, dũ in longum
terminum ſuæ dominationis ſe extendunt, affligant populum
Dei nouitium. *Plantauit vineam.* In quacunq; anima ait Origenes, *Orige. in*
tanquã vinea verbum Dei plãtatum eſt. Sicut ergo in vineis eſt *Mat. ho.*
aliquod tempus quando principium fructus demonſtrent, & *19.*
aliud quando florent quæ ſunt demõſtrata, & aliud quando acer *Similitu-*
beſcunt fructus, & aliud quando uariant, & aliud quãdo mutant, *do.*
& aliud quando vindemiandi tempus eſt fructus perfectos & pa
B ratos ad præbendum vinum. Sic etiam in hominibus primum vi *Aetas ho-*
tæ tempus eſt infantia, & ex tunc vinea nil oſtendens, niſi tantum *minis ſimi*
habens in ſe vitalem virtutem: cum autem cæpit poſſe loqui, tẽ- *lis vineæ.*
pus eſt generationis: quantũ autem proficit anima pueri operata
tantũ & vinea quæ operatur in eo, id eſt verbũ Dei producit indi
cia botrionũ futurorũ, florentium quidẽ adhuc & odorẽ ſuauita
tis futuræ virtutis in primis dantium: Poſtea autẽ & acerbeſcũt,
quando malitia quidem eſt in iuuentute, non autẽ permanet, ſed
ſuperueniens eſt quaſi propter ætatẽ, ſed vt ita dicã, ſemper ad
virtutẽ pergens. Quã ſi quis mãducauerit, ſecundũ prophetã, ob- *Hie. 31.*
C ſtupeſcere faciet dẽtes: ſi autẽ ea nõ fuerit vſus, ſed ſemper quaſi
per aliquã viam adducat eã ad virtutẽ, ex parte incipit variare,
non autẽ & vuam habet perfectã. Eſt autẽ & poſt perfectũ ſtatus *Vinea ſi-*
aliquis ſtudioſus, quãdo vinea operata fructũ profert maturũ, & *milis ho-*
ſtudioſos botriones diuerſos ac perfectos, charitatis & gaudij, *mini.*
& pacis & lõganimitatis, cæterarũq; virtutũ quas Apoſt. refert, & *Gal. 5.*
multæ ſcripturæ, *Fodit in ea torcular.* Torcularis nomine decalogi *Mat. 5.*
legẽ quæ vtriq; populo tradita eſt, intelligimus, Quomodo enim *Simile.*
vuæ in torculari expreſſæ, vinũ cultoribus ſuis præbẽt, ita cupidi *Similitu-*
tates noſtræ diuinæ legis ſtudio, varijſq; laboribus cõpreſſæ, ſua- *do.*
D uiſsimum charitatis & iuſtitiæ vinum cæleſti Domino propinant.
Et ſicut frumenti grana in terram iacta ſi integra manẽt, nullum
adferunt fructum: ita ſi vuæ in torculari integræ & intactæ fue-
rint, vinum ex ſe præbere nequaquam poterunt. Terendæ ergo *Tribulati-*
& conculcandæ ſunt, vt ex eis vinum effluat. Quomodo ergo te- *ones nos in*
rendæ? Interroga beatos martyres, ipſi te exemplo docebũt, quo *cælum du-*
nam modo vuæ in torculari, quomodo frumentum ſub molari la *cunt.*
pide terantur. Interroga Ignatium, qui cum beſtiarum dentibus *Exemplũ*
comminueretur, ardore martyrij moriens, ait, frumentũ Chriſti *Ignatij.*
ſum, beſtiarum dentibus molor & ſubigor, vt panis mundus effi-
ciar. Quid quæſo patiẽtia etiam, niſi mẽtis martyriũ eſt? ſic enim *Greg. in*
D. Gre. ſine ferro, inquit, & flammis, martyres eſſe poſſumus, ſi *Dial.*
patien-

patientiam in animo veraciter conſeruemus. Idemq; rurſus ve- E
*Marty es* ram pœnitentiam genus quoddam martyrij eſſe docet his verbis
*quomodo* quamuis inquit, occaſio perſecutionis deſit, habet tamen pax
*eſſe poſsi-* noſtra martyrium ſuum: quia etſi carnis noſtræ colla martyrio
*mus.* non ſubijcimus, ſpirituali tamen gladio carnalia deſideria truci-
*Simile.* damus, Itaq; fratres ſi frumentum electum, ſi pretioſum vinum
eſſe concupiſcitis quod in cæleſti cellario condatur, vt frumẽtum
terendi, vt vuæ calcandi eſtis, hoc eſt caro cum vitijs & concu-
piſcentijs ſubigenda. Item ſicut in torculari per vim & compreſ
ſionem partis inferioris cum ſuperiori, vinum tandem optatum
*Simile.* exprimitur, ita plane per timorem & amorem Dei, exprimit ho
mo ipſe virtutis opus. *Et ædificauit turrim.* Sicut in turri conſiſten- F
*Chry. in* tes, ait Chry. duo bona conſequuntur, nempe quod hoſtes de
*non abſ.* turri præuidentur, & facile etiam inde conteruntur, Sic etiam ſer
*ho. 40.* ui Dei quaſi in turre poſiti, dæmones iam à longe conſpiciunt,
& ſpiritualibus bonorum operum ſagittis eos vulnerant. *Locauit*
*eam agricolis.* Coloni ſunt ſacerdotes, qui colentes populum qua-
*Simile.* ſi vineam, cum acutiſsimo ferro ſermonis faciunt eos bonos fru
ctus iuſtitiæ Domino exhibere. Sicut autem durã terram ferrum
emollit, ſic & verbum duritiam cordis relaxat. Et ſicut raſtro fer-
reo herbæ radicitus euelluntur à vinea, ſic & acri ſermone vitia G
de populo reſecantur,

*Et peregre profectus eſt.* Non loci mutatione, ait Hiero. Nam Deus
*D: Hie.* vnde abeſſe poteſt, quo complentur omnia? Item dicit per Hier,
*in Mat.* Ego Deus appropinquans, & non de longinquo. Sed abire vide-
*21. li. 3:* tur à vinea, vt vinitoribus liberum operãdi arbitrium relinquat,
*to. 9.* Item Ambro. ait, non quia à loco ad locum profectus eſt Domi
Hiere. 23. nus, qui vbicunq; ſemper præſens eſt, ſed quia eſt præſentior dili-
*Ambro. in* gentibus, negligentibus abeſt. Hoc verbo peregre proficiſcendi,
*Luc. 20.* ait grauis quidam autor, malorum omnium fontem quaſi digi-
*lib. 10:* to Dominus indicauit. Hinc autẽ eſt quod quamuis rebus omni H
*Lud. Gra.* bus præſens adſit, abeſſe tamen improbis quodammodo videa-
tur. Sic enim omnia videt, vt ipſe mortalium oculis videri mi-
nime poſsit. Poſuit enim, vt ait propheta, tenebras latibulũ ſuũ:
*Pſal. 17.* Quæ verba non modo incomprehenſibilem diuinitatis naturam
*Simile.* ſed prouidentiæ quoq; eius rationem declarant: quæ cum omnia
*Deus om-* videat, videri tamen ipſa in hac vita non poteſt. Vt enim qui in
*nibus præ-* obſcuro triclinio ſub meridiana luce deliteſcens, omnia quæ con
*ſens adeſt.* trapoſita ſunt videt, cum is tamen à nemine videatur: ita diuina
mens in hoc tenebrarum ſuarum latibulo incognita manens, om
nia proſpicit, omnia obſeruat, omnia gubernat, cum ipſa tamen
à nemi-



A à nemine videatur. Quod quidẽ ſponſa in Cant. ſignificauit cum
ait, en ipſe ſtat poſt parietem noſtrum, reſpiciens per feneſtras, *Can. 2.*
proſpiciens per cancellos. Vt enim qui hoc modo poſt vicinum
nobis parietem latent, & propinqui nobis ſunt, & ſilenter omnia
vident audiuntque, cum à nemine videantur: ita plane ſe erga
nos diuina prouidentia gerit, quæ abdita manens, omnia cõtem
platur. *Homo erat pater familias.* Sicut olim Nathan ipſum Daui- *2. Reg. 7.*
dem ſub quadam parabola ad cognitionem ſui erroris produce-
re curauit: Sic Chriſtus nititur cum Phariſæis. Pater autem voca-
tur, vt intelligamus quod amore potius debeamus duci ad bene
B operandum tanquam filij. In Leui. quidem præcipiebat Deus ne *Leui. 2.*
ſibi offerrentur virides ſpicæ quæ difficile reddunt granum, ſed *Amorem*
toſtæ igni, quæ facile granum excutiunt, vt inde intelligamus *Dei habea*
quod cum facilitate & amore debemus operari propter Deum. *mus.*
*Locauit agricolis.* Hi agricolæ cum nollent reddere fructus ipſi pa *Fides cum*
trifamilias idcirco pereunt: ſic ergo Chriſtiani ne pereant, debẽt *operibus*
fidem cum operibus coniungere. *Aedificauit turrim.* In turri debet *iungatur.*
eſſe conſtitutus prædicator, vt vigilet & omnes moneat, nempe *Prædica-*
pronis ad vindictam dicat, non occides: carnalibus, non mœcha- *tor omnes*
beris, & ſic clamet ſemper. *Et ſepem circundedit ei.* Parum prodeſt *moneat.*
C quod virtutes in nobis plantemus, niſi eas ſepe perſeuerantię cir *In virtute*
cundueamus, ſed ſtatim diabolo locum damus. Vide quomodo *perſeuere-*
ſe geſſerit cum filijs Iſrael, qui cum iam eſſent prope promiſ- *mus.*
ſionis terram, fecit tamen vt deficerent, atq; ita ideo grauiſsime *Num: 14*
puniti ſunt. Quare audiamus quid dicat Pſal. Montes in circuitu *Incredu-*
eius, ideſt cuſtodia decem mandatorum, & Dominus in circuitu *los quomo*
populi ſui, hoc eſt donum perſeuerantiæ ab eo implorare debe- *do puniat*
mus. niſi enim Dominus cuſtodierit ciuitatem, fruſtra vigilat qui *Deus.*
cuſtodit eam. Quare ad eum confugiamus, Ecce enim non dor- Pſal. 124.
D mitabit neq; dormiet qui cuſtodit Iſrael. Iſa. 58. & vocaberis ædi- *pſal. 126.*
ficator ſepium, auertens ſemitas iniquitatum. Pſal. 120.

*Cum autem tempus fructuum appropinquaſſet.* Patris familias ſolius Iſa. 58.
eſt cognoſcere vere, ait, Origen. quando vniuſcuiuſque hominis *Orige: in*
tempus appropinquat, vel quando adhuc lõge eſt fructuum tem- Mat, *ho. 9.*
pus. Et nos ſi abundanter conſideremus, comparationem facien-
tes temporum, ex quo ſumus vocati ad omne tẽpus fidei noſtræ
poterimus videre quomodo quidam cum deberent eſſe magiſtri
ſecundum tempus, iterum opus habent, vt ait Apoſt. doceri qua- *Heb. 5.*
lia ſunt elementa principij eloquiorum Dei. Porro vix vnquam
paterfamilias, aut grauis quidam autor, ad repoſcendos vineæ *Lud. gra.*
fructus reuerſurus eſſe credebatur, qua perſuaſione concepta,
agrico-

agricolæ in bona patrisfamilias inuaſerunt, eaq; pro ſua libidine
diripuerunt. Hæc perſuaſio fratres, non præfectos Eccleſiæ mo-
do, ſed cæteros etiam fideles ita peruertit, vt vtrinq; neglecti of
ficij præcipua fere occaſio ſit, quod ſcilicet peregre dominũ pro-
fectũ eſſe arbitrãtes, ſero illum ad colligẽdos vineæ fructus, hoc
eſt ad exigendam anteactæ vitæ rationem vẽturum credunt. Hęc
longa mora ſiquidem quam ipſi fingunt, magnopere improbo-
rum audaciam & licentiam auget. Satis enim ſibi ſpatij ſuppetere
credunt, vt & genio indulgere, & ventri ſeruire, & mundo obſe-
qui: & terrenis voluptatibus frui poſſint, ac tandẽ in fine vitæ ad
meliorem mentẽ redire, & tũc demũ ætate iam affecta viuere in-
cipere, cum deſinendũ eſt. Itaq; breuiſsimã hanc & momẽtaneam
vitam, dæmon illis fallaci perſuaſione longiſsimã facit, ideoq; ad
hæc omnia ſatis ſuperq; temporis ſupereſſe perſuadet. Quod qui
dem præſtigijgenus pictores frequẽter imitãtur, qui ita colores
& lineas picturis accõmodãt, vt quæ prope poſita ſunt, lõge diſſi
ta eſſe, deluſis arte oculis appareant. Ad hunc modũ magnus ille
mentiendi artifex, ſic mẽtis noſtræ oculis illudit, vt mortis diem,
qui vnicuiq; noſtrum pene in foribus eſt, longiſsimo ſpatio diſta
re perſuadeat. Qua quidẽ fallaci perſuaſione, dictu mirũ eſt, quã-
topere præſtigiator hic mẽtes hominum ad omnem viuendi licen
tiam & intemperantiam alliciat. Hac enim arte meretrix illa in
pro. væcordem iuuenem ad laſciuiam prouocat, cum ait, veni &
inebriemur vberibus, & fruamur cupitis amplexibus. Qua ſpe fre
ta hoc tãtum nefas à mẽ requiris? Subdit protinus, non eſt vir in
domo ſua, abijt via longiſsima, ſacculum pecuniæ tulit ſecum, in
die lunæ plenæ reuerſurus eſt. Hæc autẽ meretrix quænam eſt alia
quam caro noſtra, quæ ad voluptates omnes & libidines maxi-
me procliuis eſt? Cæterum aduerſus hanc pernicioſam dæmonis,
carniſq; fallaciam, non video quod commodius opponi poſſit
remedium, quã quod ſaluator in Euang. cõtra communem hanc
hoſtis antiqui fraudem adhibuit: quod ſi dixerit inquit, malus ille
ſeruus in corde ſuo, Moram facit Dominus meus, & cœperit per
cutere conſeruos, & comedere, & bibere cum ebrioſis, veniet do
minus ſerui illius in die quam neſcit, & hora quam ignorat, & di
uidet eum &c. Quare mortis incertam horam nobis ſemper an-
te oculos ponamus.

*Iudicium extremũ ſemper ante oculos habeamus*

*Obliuiſcũtur multi tempus rationis reddendæ.*

Simile.

*Mortem procul abeſſe nobis perſuadet dæmon.*

*Pro. 7.*

*Caro nobis inſidiatur.*

*Mat. 24.*

*Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius.* Cum potius parati eſſe debuiſſent
ad rationem domino reddendam, ſicut & nos parari eſſe debe-
mus, quo cautius & diligentius nobis ab omni delicto caueamus
intelligentes veram eſſe illam Ioannis Climaci ſententiam dicen-
tis, non eſt pie præſentem diem pertrãſire, niſi eam vltimam eſſe
A vitæ noſtræ exiſtimemus, ô felices quibus ita viuere ſimul & mo-
ri datum eſt! Qui ita viuit vere, nunquam à mortis conſpectu
oculos deflectit. Itemq; eo magis ſecuri ſunt quo in maiori me
tu verſantur: ſanctus enim hic timor, non timorem, ſed ſecurita-
tem parit. Quod ne cui mirũ videatur, alia quoq; in rebus etiam
externis inueniuntur, quæ cõtrarios naturæ ſuæ effectus pariunt:
calx enim aqua frigida aſperſa, non quidem frigere, ſed feruere
magis & calorem concipere ſolet. Dolor quoq; ille maximus,
B qui ex vera cordis contritione naſcitur, non vulgarem animi læ-
titiam parit, quod eo dolore pœnitens intelligit doloris cauſam,
videlicet peccata extingui. Ad hunc ergo modum qui in timore
Domini incolatus ſui tempore conuerſatur, ipſo ſuo timore &
ſolatium & ſecuritatem maiorem capit. Intelligit enim ſecurita-
te ſecuritatem tolli, timore vero ſecuritatem parari. Sic enim na
tura comparatum eſt, vt omnibus pene in rebus ille minus ſecu-
rus ſit, qui ſe putat eſſe ſecurum: Quod facile indicant habitato-
res Iabes, quos quoniam ſecure agebant, filij Dan repentino ad
uentu ſuo imparatos adorſi, prima belli impreſsione, ad interne
C cionem vſq; cæciderunt: Contra vero nulli ſecurius vitam de-
gunt, quam quos prouidus hic timor perpetuo angit.

*Cautè viuamus.*

*Lud. gra.*

*Ioan. Cli.*

*Mortẽ nobis ante oculos ſtatuamus.*

Simile.

*Timeamus Deum vt ſecure viuamus.*

*Iudic. 18.*

*Iterum miſit alios ſeruos.* Conſidera quæſo perattente, quanta He
bræis Deus beneficia contulit, munera muneribus, & beneficia
beneficijs congerendo, videlicet plantando illis vineam, nempe
ſynagogam, quam ſuis ſacerdotibus commẽdauit excolendam:
miſit etiam ipſis prophetas & ſeruos ſuos ſanctos, ipſi tamen vſ-
que adeo ingrati extitere, vt maximis beneficijs, maxima flagitia
& ſcelera retulerint. Vt hoc loco Mat. ſcribit, & Paul. ad Heb. 11.
Nouiſsime etiam Dei filium propter eorum ſalutem miſſum in-
D teremerunt. Cæterum nobis verendum eſt, ne ingrati magis iu-
dicemur, quibus iam non ſynagogam, ſed Eccleſiam plantauit,
ſanguine ſuo, atque ipſorum Apoſtolorum & martyrum ſan-
guine irrigatam, doctrinaq; cæleſti, longe lateq; protenſam, &
amplificatam: at nos pro tantis, tamque diuinis donis, crimina,
& peccata innumerabilia reddimus, nec conſideramus quam pe
ſtiferum & deteſtabile ſit ingratitudinis vitium. Vnde Sen. ait.
quod non videretur abſre, ſi leges ſancirentur contra ingratos,
non minus quam contra ſacrilegos, homicidas. & alios facinoro
ſos. Et mirum certe eſt quod hoc flagitium nuſquam non inue-
niatur, & tamen fere nullibi puniatur. Sed tamen cum difficilis
eſſet, huius rei æſtimatio, eã inquit ad vindices deos remiſimus,
Et certe

*Ingratitudo deteſtabilis peſtis Autor:*

*Simus ſemper grati.*

*Mat. 24.*

*Heb. 11.*

*Maiora beneficia nobis exhibita quã hebræis.*

*Sene. li. 3. de bene. c. 6. & 7.*

Et certe quemadmodum hedera ſuis tantum innixa perexiguis E
viribus, non poteſt quidem in ſublime conſcendere, arbori tamē
alicui adhærens, eius beneficio ſeſe erigit & attollit in altum, at
poſtea eandem arborē à qua adiuta fuerat, miſerabiliter deſtruit,
ita plane plures reperias ingratos homines, qui cum humiles &
*Ingrati* abiecti eſſent, neq; per ſe poſſent ad alta conſcendere, vbi tamen
*quomodo* ad ea conſcenderunt, illuſtrium innixi beneficijs & amicitiæ, eiſ-
*recalcitrēt* dem pro beneficijs maleficia rependant. Et propterea non eſt mi
randum ſi videamus ingratos multos, habere & ſortiri infeliciſſi
mos ſucceſſus. Vide enim ingratiſſimus Saul quo deuenerit pro-
*1. Reg. 31:* pter ſuam ingratitudinem, qui cum plurima à dauide accepiſſet
beneficia, eis tamen reſpondere nunquam voluit. Et tamen cum F
*1. Reg. 13.* iunior eſſet, bene moratus erat, adeo vt dicat de eo ſcriptura, fi-
lius vnius anni erat Saul cum regnare cœpiſſet.

Vide obſecro quantopere ſint odio ingrati ipſi Deo, ſiquidem
in nocte paſsionis in tam multis tormentis nunquam conqueſtus
*Ingrati* eſt, niſi cum ingratus ille dedit ipſi alapam, cui amputatam auri-
*quantum* culam reſtituerat. Quod ſi execrabilis eſt ingratitudo, quid dice-
*Deo diſpli* mus de ſcelere eorum, qui ex beneficijs diuinis, occaſionem ſu-
*ceant.* munt Deum offendendi? Sicut videmus olim feciſſe Hebræos cū
*Ioan. 18.* vitulum adorarunt, & tamē Deus dederat ipſis aurum vt poſſent G
*Simile:* prouidere neceſſitatibus ſuis. Hoc eſt etiam quod Deus per Eze
*Exo. 11:* chiel. mire oſtendit ſub quadam parabola virginis, cui multa con
*Exo. 32:* tulerat beneficia, atq; adeo ad regni ſolium eleuauerat, & ipſa in
*Ezec. 16.* grata erat & adultera, Sic ergo nos poſt multa accepta beneficia,
*Ingrati di* ingratiſsimi ſumus. In qua re videmur dæmonem imitari, qui
*uina bene-* cum ſumma in ſua creatione accepiſſet beneficia, tamen ingra-
*ficia obliui* tus erga Deum fuit, adeo vt diceret, aſcendam in cælum, & ſuper
*ſcuntur.* aſtra exaltabo ſolium meum, & ero ſimilis altiſsimo. Vnde de in-
*Iſa. 14.* gratis queritur Deus dicens, filios enutriui, ipſi autem ſpreue-
*Iſa. 1,* runt me. Sic Nathan ex parte Dei dixit Dauidi, ego vnxi te re- H
*2. Reg. 12:* gem ſuper Iſrael, &c. Quare ergo contempſiſti verbum Domini,
*Pſal. 40.* vt faceres malum in conſpectu meo? Hinc Pſal. ait, qui edebat pa
*Deut. 32.* nes meos, magnificauit ſuper me ſupplantationem. Deut. 32. In-
craſſatus eſt dilectus, & recalcitrauit. *Eiecerunt eum extra vineam.*
Vbi etiam nomine vineæ intelligitur Hieroſolyma, extra quam
eiectus fuit Chriſtus, & in monte Caluariæ crucifixus.

*Autor.* *Qui reddant ei fructum temporibus ſuis.* Repoſcit Deus fructum ab
vnoquoq: tempore ſuo: patientiam ſcilicet quo tempore offer-
tur egenus aliquis & mendicus: exigit caſtitatē & continentiam,
cum tentationes carnis nos ſolicitant. Petit humilitatem, cum
ſuper-



ſuperbiendi datur anſa. Denique id exquirit vt de vnoquoque
A dici poſsit, erit tanquam lignum quod plantatum eſt ſecus de-
curſus aquarum, quod fructum dabit in tempore ſuo. In tempo *Pſal. 1.*
re quidem ſuo fructum dedit Abraham, quando libenter ſacri- *Gen. 22.*
ficare volebat filium ſuum Iſaac Domino, quandoquidem tam
expedite ſe accinxit ad viam. Item Dauid dedit fructum in tem- *1. Re. 26.*
pore, cum poſſet ſæpiſsime vindictam ſumere de aduerſario Sau- *2. Re. 16.*
le, item de Semei, & tamen noluit. Porro Ioſeph etiam cum ten- *Gen. 40.*
taretur à domina ſua, & poſſet vlciſci fratres, ſiue punire, & ta-
men noluit his conſentire. Quamobrem hoc eſt dare fructum
B in tempore ſuo; ſcilicet efficere vt eniteant & ſplendeant virtu-
tes noſtræ, & bona opera, in atra & ſæua tentationum & occa-
ſionum tempeſtate.

*Lapidem quem reprobauerunt ædificantes.* Ad literam dicitur de
ædificatione templi, ait Lyra, qui quidem lapis pluries oblatus *Lyra in*
eſt in ædificatione, & quia non poterat, ſicut & cæteri lapides, cō *Mat.*
uenienter collocari, ea de cauſa pluries reiectus eſt quaſi repro-
batus ab ædificantibus. Vltimo autem poſitus eſt in conſumma-
tione anguli, vbi coniungebantur parietes, & ideo ſcribitur in
Pſal. A Domino factum eſt iſtud, quia illud non fuit à caſu, ſed *Ephe. 2.*
C ex diuina præordinatione, quia lapis iſte figurabat Chriſtum, qui
multoties & multipliciter reprobatus eſt à principibus ſacerdo-
tum, & tamen factus eſt in caput anguli, coniungens Iudæos &
Gentiles quaſi duos parietes in vnam Eccleſiam. Quod autem
Chriſtus dicatur lapis in ſcriptura, habetur Daniel. 2. Lapis qui *Danie. 2.*
percuſſerat ſtatuam, factus eſt mons magnus, & impleuit vni-
uerſam terram. Quod etiam ſit lapis angularis, habetur apud *Iſa. 28.*
Iſa, vbi dicitur, ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem
angularem.

D. *Ideo dico vobis quia auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur gen-
ti facienti fructus eius.* Hoc diuinæ cenſuræ iudicium fratres, ma- *Lu. Gra.*
ximum cordibus noſtris timoris aculeum infiget, ſi eius cau-
ſam paulo attentius, eamq; cum moribus & vita noſtra confe-
ramus, Si cauſam noſtram cum populi huius à Deo repudiati, *Grati er-*
cauſa conferamus, inueniemus plane nos quoque modo in pe- *ga Deum*
riculo non diſsimili verſari, ſimilemque timoris cauſam habe- *ſimus.*
re, imo vero tanto maiorem; quanto plura nos per Euangelium,
quam illi per legem, beneficia percepimus. Si enim pro benefi-
ciorum magnitudine ratio exigenda eſt, quis non videt quanto
maiora nobis beneficia & virtutis adiumenta ſub Euangelij gra-
tia, quam olim Iudæis ſub lege collata ſunt? Quæ cum ita ſint,
Ggg quis

quis non videt quanto maior nobis, ſi deſides & ingrati ſimus, quam Iudæis, timoris cauſa ſubſit, qui tanto maiora quam illi beneficia percepimus? Si igitur illi qui minoribus beneficijs abuſi ſunt, tam graues pœnas dederunt, quid nos timere par eſt, qui tanto maiora recepimus beneficia, ſi illis Iudæis nihil meliores fuerimus?

E

*D. Hier. in Mat. 21. li. 3. to. 9.*

*Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur:* Aliud eſt offendere Chriſtum per mala opera, ait D. Hierony. aliud negare: Qui peccator eſt, & tamen in illum credit, cadit quidem ſuper lapidem & confringitur, ſed non omnino conteritur, reſeruatur enim per pœnitentiam ad ſalutem. Super quem vero ille ceciderit, hoc eſt cui lapis iſte irruerit, & qui Chriſtum penitus negauerit, ſic conteret eum, vt nec teſta quidem remaneat, in qua hauriatur aquæ puſillum, Vnde Glo. incogn. ſuper Pſal. ait, Chriſti poteſtas ſe extendit ad duo maxima, ſcilicet ad præmiationem bonorum, & Punitionem malorum, iuxta illud, poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multorum. Ad iuſtitiam autem pertinet dare bonis præmium, & ſupplicium malis. Et quamuis in vtroq; ſimul concurrat Dei miſericordia & iuſtitia, tamen quia ſicut Dei miſericordia plus relucet in præmiatione bonorum, quam iuſtitia: ſic & iuſtitia plus relucet in punitione malorum quam miſericordia. Ideo ſingularem mentionem fecit de malorum punitione facta per iuſtitiam Dei, dicens per Pſalm. Et tanquam vas figuli confringes eos, ſcilicet malos. Et aduerte quod congrue mali per rectam Dei iuſtitiam puniti æternaliter tanquam vas figuli confringi dicuntur, quia quemadmodum vas figuli fractum, reparari amplius non poteſt vt vas auri vel argenti; ſic & damnati ita confringuntur, vt amplius per pœnitentiam reparari non poſsint, quia tempus pœnitentiæ fructuoſæ, eſt ſolum in præſenti vita. Porro qui cadunt ſuper hunc lapidem, ait Auguſtin. ſunt qui illum quidem offendunt, ſed per pœnitentiam redeunt, ideo non penitus intereunt, ſed tamen confringuntur, cum non recte ambulent. Super quos autem cadit, hi nunquam redeunt, quos in iudicio pœna ſempiterna conteret, vt ſint impij tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ, vt inquit Pſalm. Iuſto autem Dei iudicio id fiet, inquit Glo, incogn: vt tanquam à vento proijciantur, quandoquidem ſuæ vanitatis & inanitatis ventis, in omnia quidem ſcelera prolapſi ſunt atque flagitia.

*Glo. inco. in pſalm. ver. 16.*

*Luc. 2.*

*Miſericordia & iuſtitia in Deo.*

G

*Pſal. 2.*

*Simile.*

*Aug. li. q. euan. c. 3. & contra aduer. le. & pro. li. 2. c. 4. to. 6. & de ver. do. ho. 59. to. 10.*

H

*Vide Grc. li. 11. mo. c. 23. & 24. et glo. incog. in pſal.*

FERIA



A

## FERIA VI. POST II. DOMINI. QVADRAG.

## CONCIO SECVNDA,

*Grati ſimus Deo pro tot acceptis beneficijs.*

*Magna Dei prouidentia & liberalitas erga nos.*

HOMO *erat pater familias.* Mat. 21. Sane cum per vineam ſancti doctores intelligant Eccleſiam, & per ſepem, angelorum cuſtodiam, item per torcular, ipſa ſacramenta, item per turrim, liberum arbitrium: quis non aperte videat quam multis beneficijs diuinitus

B

collatis aſtricti ſimus, vt ſemper Deo grati ſimus? Adde quod quidem aliquando vt innuitur in hodierno Euangelio, Chriſtus tandem pro nobis mortuus fuit. Conſidera porro quantum placeat Deo vt ipſi grati ſimus: ſiquidē poſt tam illuſtre beneficium Hebræis præſtitum, cum ſcilicet interfecit omnia primogenita Aegyptiorum, præcepit Deus Hebræis, vt ſibi offerrent omnia primogenita. Quid ergo nos facere æquum eſt, pro tam maximis collatis nobis diuinitus beneficijs? Siquidē non inimicorum quidem noſtrorum, ſicut Aegyptiorū primogenitos interfecit, ſed quod longe maius eſt, ſuummet primogenitum filium, nobis

*Ineffabilis Chriſti erga nos amor.*

*Exo. 13.*

*Magna Dei in nos beneficia.*

C

dedit, vt pro nobis interficeretur. Vnde Pau. ait, pro omnibus eſt mortuus Chriſtus, vt qui viuunt inquit, iam non ſibi viuant, ſed ei qui pro ipſis mortuus eſt, nam charitas inquit Dei vrget nos. Quamobrem ſicut nutrices vt ſibi heros ſuos concilient & propitios reddant, ſolent ipſis filios adferre & oſtendere: Sic etiam nos debemus Chriſtum Dominum aduocatū apud patrem æternum pro nobis interponere: Cæterum voluit Deus vt Hebræi grati eſſent, vt ſemper in arca ſeruaretur virga Moyſi, & manna, vt ita miracula recolentes, nunquam à Domino recederent, ſic

*2. Cor. 5.*

*Plurimū nos ſuis beneficijs deuinxit de.*

*Simile.*

*Exo. 25.*

*Ioſue 2.*

D

etiam Raab in memoriam ſignum appoſuit in feneſtra per quam exploratores egreſsi fuerant, vt ita in prælio recordarentur ipſius. Quare intelligant omnes ingrati homines, quod ſicut ingratus pincerna poſtea territus eſt, cum vidit Ioſeph Dominum ſuum factum eſſe; ſic beneficiorum immemores terrebuntur cō ſpecto Chriſto in iudicio, à quo tanta beneficia acceperunt. Quare ſi volumus vt Deus noſtrorum bonorū recordetur, debemus etiam ipſi memores eſſe beneficiorum eius. Non debemus vti duplici menſura, nam vt ait Sap. Pondus & pondus, mēſura & menſura, vtrumq; abominabile eſt apud Deū. Sic ergo nos nō debemus diuerſa vti menſura, nēpe menſura obliuionis Dei beneficia

*Grati eſſe debemus.*

*Gen. 40.*

*Ingratorū confuſio.*

*Pro. 20.*

*Ne ſimus ingrati.*

 metien-

metientes, & tamen recordantes ſi aliquid boni propter Deum
*Can.1.* fecimus. Audiamus illud Can. Meliora ſunt vbera tua vino, fragrantia vnguentis optimis: vbi per vbera intelliguntur diuina beneficia nobis à Chriſto collata, quæ ſuauiſsima quidem ſunt, &
*Oſeæ.11.* *Amor dei ineffabilis erga nos.* nos ualde inuitant ad gratitudinem conſeruandam. Vnde Oſeæ 1. dicitur: In funiculis Adam traham eos in vinculis charitatis. Vbi aliqui legunt hominum loco Adam. Quaſi diceret, nolo quidem homines attrahere tanquam bruta, ſed tanquam ratione vtentes, videlicet charitate & beneficijs. Vnde videas quod multi dicant, me quidem amore, quo volent ducent, ſed non perinde minis & terrore. Sane Dauid poſtquam multa recenſuerat beneficia, ait: repleatur os meum laude. Item alibi inquit, cō-
*Pſal. 70.* *Pſal.117.* fitebor tibi, Deus meus es tu, & exaltabo te. Plurimum quidem
*Beneficia Dei ſæpe recordemur.* confert ad gratitudinem conſeruandam, memoria repetere aliqua Dei beneficia paſsim. Sic Moyſes cum in morte verſaretur, reducebat in memoriam ipſis Hebræis beneficia diuinitus collata, atq; reprehendit ingratitudinem populi. Multo igitur repre-
*Deute.29* henſibiliores erimus nos ſi ingrati fuerimus, qui longe maiora accepimus beneficia. Sane animalia quæ ruminabāt, in lege munda habebantur: ſic ergo nos paſsim debemus diuina beneficia
*Leui.11.* ruminare atq; recolere. Vnde factum eſt vt propterea tantæ vi-
*Iudi. 16.* res fuerint in capillis ipſius Samſonis poſitæ, in huius rei figu-
*Hier. in Iſa.3.ſup. ver. & erit pro criſpanti crine calui.* ram, vt ſcilicet intelligamus quantum vtilitatis adferat crebra recordatio beneficiorum Dei. Nam per capillos vt ait Hiero. intelliguntur cogitationes, vt ergo intelligeremus quam ſint vtiles ſanctæ cogitationes, idcirco in huius rei figurā, in capillis Sāſonis tanta virtus conſtituta eſt. Adeo quidem placet Deo gratitudo, vt propterea dicatur de ſponſa, oculi tui columbarum,
*Cant.1.* nam columba ad ſingula grana oculos ſurſum attollit: ſic ergo
*Columbæ ingenium et natura.* felix eſt anima, quæ ad ſingula beneficia memor, oculos ad cælum tollit, agens Deo gratias. Vnde Dauid ait, Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorum. Item laudans inquit, in-
*Pſal.17.* uocabo Dominum, & ab inimicis meis ſaluus ero. Quaſi dicat,
*Pſal.117.* plura diuinitus accipiam beneficia, Si gratias egero pro acceptis, & collatis mihi diuinitus beneficijs.

### *Negligentes valde ſumus in vita emendanda.*

*Incumbamus ſaluti noſtræ.* PLantauit vineam. Cum nos ipſi vinea ſimus, inde apertū eſt quātam diligētiam adhibere debeam⁹ vt prauos mores reſecemus & am-



A & amputemus. Et initio quidem medicinam infirmitati noſtræ
*Simile.* applicare debemus: nam plerumq; inutilis fit medicina: cum mor
*Simile.* bi ob diuturnitatem fiunt robuſtiores, videmus etiam arbores quæ nunc immenſis radicibus terræ adhærent, quo primum tempore plantatæ fuerint, virgas fuiſſe, quæ tunc leni manu auelli potuiſſent, nunc vero fortitudine magna & viribus opus eſſet.
*Simile.* Non vides flumina quo pacto fiant magna? nam vbi ortum ha-
*Vitia ſtatim extirpemus.* bent, exigui riuuli ſunt, ſed collectis per ſpatia aquis, multiplicantur, Quamobrem ſtatim noxias vineæ noſtræ herbas conuellamus, ne grauius poſtea nos lædant. Sane de Platone refert Plu.
*Plato.* B quod ſtatim in deprauata vita incumberet emendanda, ſi alicu-
*Plutar.* bi vitium aliquod pullulare intelligeret. Et vbi alios aliquid tur-
*Exempl.* pe deſignantes vidiſſet, ad ſe reuerſus, ſeq; totum circumſpi-
*Emendem⁹ ſtatim deprauatos mores* ciens aiebat, Num ego tale quid admiſi? ita quod alijs indignationis aut detractionis erat occaſio, illi virtutis & honeſtatis materiam præbebat: quanto igitur diligentius nos Chriſtiani id præſtare debemus qui fidei lumine illuminamur? Et certe mirum
*Diſsimile* valde eſt, quod ſi vrgente te ſiti in ſylua aliqua: cuperes ex in-
*Peccatum uelis & re miſs fugiamus.* uento potare fonte, videres tamen in eo animalia quædam ve- C nenoſa, malles tolerare potius ſitim, quam ex eo fonte bibere, idque ne mortis tibi cauſam dares; & tamen videas maxima peccata animę tuæ, interitū tibi adferre, & eligas potius in turpiſsimis vitijs vitam agere, quam ab eiſdem animum tuum auocare.
*Simile.* Fluuiorum aquæ dulces fere ſunt, in fine tamen rurſus, amariſſimæ reperiuntur, cum ingrediuntur ipſum mare. Ita vitia ipſa dulcedinem quandam præſeferre videntur, at finis eorum, interitus animarum noſtrarum, Vnde etiam Euripides ille dixit, Bre
*Euripi.* uis voluptatis delectatio, triſtitiam parit ſempiternā. Quare cogitare ſemper debes de fine ſine fine, vt viuas in æternum abſq;
*Amos 8.* D fine. Proponas tibi etiam ante oculos ſententiam illam Amos, Conuertam feſtiuitates veſtras in luctum, & omnia cantica veſtra in planctum. Propones tibi etiam, & diligenter conſiderabis
*1. Cor.7.* illud Apoſtol. Tempus breue eſt, qui gaudent, tanquam non gaudentes. Item memor eris gaudij ſempiterni, quo fruuntur in patria beati ipſi, qui gaudia hæc mundana contempſerunt. Nam certe propter ignorantiam veri illius gaudij, fit vt plerique in
*Similitudo.* cæcitate verſentur voluptatum mundanarum. Et ſicut cum generoſus accipiter tecto capite & oculis circumfertur, ſegnis omnino eſt, nec vllius prædæ capiendæ deſiderio concitatur: at cum capite, oculiſque retectis, ardeam in ſublime volantem ſuſpicit, protinus ardentiſsimo deſiderio flagrans, ipſa quibus tenetur

 vincu-

vincula, pene diſrumpit: ita cæleſtium gaudiorum ignari, ad ea minime aſpirant quæ nunquam in cogitationem reuocare volunt: qui vero hæc ipſa diuinarum ſcripturarum luce colluſtrati, mentis oculis attingunt, vix dici poteſt quo mentis ardore ad ea rapiantur. Et certe vel hac de cauſa etiam maxime vitia ipſa à nobis extirpare debemus, quoniam ipſa maxime nos inquietos reddunt.

*Cur multi ſuauitatẽ gloriæ non ſentiant.*

Multos quidem videas ad mundanos honores euectos, qui ſane multorum iudicio belliſsime triumphare videntur, ipſique ſibi placent in veſtibus fulgentibus ac pretioſis, cum tamen interius pleni ſint vitijs, & ſint valde inquieti. Quod quidem apertiſsime vel ex ipſo Achab conſtare poteſt, qui cum non poſſet vineam Naboth ſibi comparare, maxima afficiebatur triſtitia. Vide etiam quid acciderit regi Saul præ inuidia qua laborabat cõtra ipſum Dauidem: totus enim in mœrore verſabatur, etſi videretur exterius triumphare. Satis enim ipſemet dolorem ſuum manifeſtauit cum ipſis Ziphæis dicentibus ſibi vbinam lateret Dauid, ipſe reſpondit, Benedicti vos à Domino, quia doluiſtis vicem meam. Porro admiratione plane dignum eſt, quod nolis tu apud domum tuam habere aliquid malum, videlicet filium, filiam, coniugem, ſeruum, famulam, equum, aut alia huiuſmodi, & tamen velis libenter in vitiorum ſordibus volutari & iacere, tanquam ſus in immundo volutabro.. Quod ſi illa quidem quæ in domo habes, te alloqui & affari poſſent, vel auderẽt, plane tibi dicerent, ſicut tu vis nos bona eſſe & irreprehenſibilia: ita etiam pariter teipſum irreprehenſibilem ſeruare debes, atq; etiam à vitijs ipſis immunem.

*Vitia ſtatim extirpemus.*
*3. Re. 21.*
*Cõſcientia praua inquietos reddit homines.*
*1. Reg. 2.*
*Simile.*
*Ad perfectionem tẽdamus.*

G

Sane negligentia ipſa & tepiditas noſtra efficit, vt nos inordinato & turpi quodam amore amemus, & vitijs omnibus indulgeamus, neque ipſa extirpare, & a nobis pellere conemur. Vnde primus noſter parens non ait, abſcondi me quod te offendiſſem, ſed quod nudus eſſem. Vide quam cæcus eſſet, vt nuditatem ſuam intelligeret, & peccatum ſuum nõ penetraret, ſed exiſtimaret ſe alicubi poſſe abſcondere. Et hæc quidem cæcitas figurata videtur in cæcitate illa Iſaac, qui de venatione edebat filij ſui Eſau qui ipſum tantopere oderat. Ex hoc quidem cæco amore noſtro prouenit, vt tantum in his velimus Deo obſequi, quæ nobis iucunda & grata videntur, non autem perinde in his quæ difficultatem aliquam præſeferre videntur. Vnde Pro. 22. Dicit piger, leo eſt fortis, in medio platearum occidendus ſum, Quaſi dicat, difficilia ſunt opera bona, & propterea ſingula viden-

*Negligentes ſumus in virtutis ſtudio.*
*Gen. 3.*
*Peccatum quantum nos excæcet.*
*Gen. 26.*
*Pro. 22.*

H



A la videntur mihi ſinguli leones: & tamen in malis operibus con-
ficiendis, nullam ſibi videtur difficultatem experiri, ideoque
ad quoduis flagitium perpetrandum paratiſsimus ſemper exi-
ſtit. Iſa. 14. Ponam eam in poſſeſsionem ericij. Nam quemadmo-
dum ad exenterandum ericium, digiti ipſi vulnerari, & cruen-
tari videntur; ſic etiam conſcientia ipſa, valde quidem læditur
ac vulneratur in ipſis prauis operibus, & tamen perditi & de-
prauati homines non videntur huiuſmodi mortifera vulnera
perſentire, quin potius in huiuſmodi pernicioſis voluptatibus,
& delectationibus mundanis maxime complacent, atque indul-
gent. Vide obſecro quantos labores, quantoſque cruciatus ſu-
B ſtineat carnalis, & mũdanis voluptatibus deditus, quantos perfe-
rat auarus, quantos denique qui vindictam expetit. Si ergo vir
miſerabilis adeo vrges in huiuſmodi vitijs, cur non potius te vir-
tutis & bonorum operum ſtudio applicas? Nam certe ſi volue-
ris reſipiſcere, ſemper te Dominus tanquam vineam ſuam ele-
ctam iuuabit.

*Timidi ſumus in virtutis ſtudio.*
*Iſa. 14.*
*Difficultates in vitijs non videntur ſibi ſentire mali.*
*Extirpemus vitia*

*Patientiam teneamus in laboribus, vt proficiamus*

C ET *Fodit in ea torcular.* Aperte quidem videmus quod in torculari vua ipſa comprimitur & calcatur, & tamen hoc pacto ſalutare vinum exprimitur: ſicut etiam per trituram granum lectiſsimum excutitur à paleis. Vnde colligas quantus fructus redundet ex ipſis laboribus patienter toleratis. Vnde olim antiqui ſibi fingebant inter gentiles, deam quandam volupiam, quæ dicebatur dea voluptatum, tum etiam Angeronam, quæ dea angoris ſiue tribulationis vocabatur. Porro ſtatua Angeronæ tanquam præſul ſilentij os ſera obſignatum habebat, vt ait Plinius. Et hæc erat in templo Volupiæ, vt refert Macrob. Vt inde intel-
D ligeremus, quod ſi taceremus in laboribus, & eos patienter toleraremus, magnum inde fructum & magnam voluptatem reportaremus. Si igitur gentiles tantopere commendabant patientiam in laboribus, quanto igitur diuina fidei luce inſtructi, debemus magis nos patientia armare, & patienter labores ipſos ſuſtinere? cum præſertim videamus quomodo per hos patientiæ gradus beati in cælum peruenerint? Sane ſanctus propheta Dauid poſtquam multos labores recenſuit, tandem ait, Ego autem tanquam ſurdus non audiebã. Quaſi dicat, patienter ſuſtinebam, cum viderem tot inde fructus promanare. Merito inquit D. Auguſt. dicuntur labores tribulationes, propterea quod his quaſi triturenur.

*Labores bene tolerati quomodo nos in cælum ducant.*
*Simile.*
*Plin.*
*Macro.*
*Patientiã habeamus*
*Pſal. 37.*
*D. Aug.*

remur. Et Gregor. ait, ſic in tritura areæ grana ſub paleis pre- E
*D. Gre.* muntur. Item dicit Apoſtolus, gloriamur in tribulationibus,
*Rom.* 5. ſcientes quod tribulatio patientiam operatur; patientia autem
probationem, probatio vero ſpem, ſpes autem non confundit.
*Simile.* Vide igitur quomodo tribulatio ipſa ſit tanquam gradus, per
quem in cælum conſcendimus. Vnde ſicut aliquis in ſcalas ali-
quas conſcendit, vt inde proſpiciat agitationes taurorum, ne ali
ter ab ipſo tauro læderetur, quamuis ibi laborem aliquem ſu-
ſtineat. Sic etiam quamuis tribulatio moleſtiam aliquam nobis
*Tribulatio* prima fronte adferre videatur, nihilominus tamen eam liben-
*nes vtiles.* ter complectemur, vt inde tamen nobis cauere poſsimus ab in-
ſidijs ferociſsimi tauri, nempe aſtutiſsimi dæmonis, qui omnem F
mouet lapidem, totiſq; viribus conatur animas noſtras peſtiferis
telis offendere. Adde quod nobis Deus conſolationes multas det
in medijs tribulationibus, ſicut patuit in ſanctis martyribus, vt
in Beato Stephano, Beato Laurentio, & alijs infinitis. Tantum
poteſt patientia in laboribus, vt Dei miſericordiam nobis incli-
*Abacuc.* 2 net. Vnde Abacuc nos monet dicens, Si moram fecerit, expecta
*Patientiã* eum, quia veniens veniet, & non tardabit. Conſidera enim quan
*complecta-* tam adhibeas patientiam in negotijs tuis terrenis ſolicitandis,
*mur.* item vt poſsis alloqui cum principe aliquo, vel in longa nauiga- G
*Simile.* tione. Patientia vobis neceſſaria eſt, ait Apoſtol. vt voluntatem
*Heb.* 10. Dei facientes, reportetis repromiſsioné. Noli igitur diffidere, ſi-
*Patienter* quidem Dominus differt ad maiorem vtilitatem tuam. Si ergo
*ſuſtinea-* te videris a falſis quibuſdam teſtibus quidẽ oppreſſum, conſidera
*mus labo-* liberationem Suſannæ. Si gladium faucibus tuis imminentem,
*res.* contemplare patientiam Iſaac: ſi inter medios ignes, recordare
quomodo eripuerit Dominus tres illos pueros a flamma forna-
cis ardentis; Si inter leones, memento Danielis in lacu poſiti; Si
in carcere te videris, recordare patientię ipſius Ioſeph: ſi in ſter-
quilinio, fac memineris patientiæ ipſius ſanctiſsimi Iob. Vnde H
*Sap.* 3. Sapien. 3. dicitur, Iuſtorum animæ in manu Dei ſunt, &c. Multi
vident iuſtos in tribulatione poſitos, & tamen non vident con-
ſolationes diuinas quas interius habent. Vnde Dominus dixit
*Ezech.* 3. Ezechieli, vt adamantem & vt ſilicem dedi faciem tuam, ne ti-
meas eos. Cum ergo intelligimus quod Dominus ſoleat ſeruis
ſuis tribulationes & perſecutiones interdum immittere, eas pa-
*Ducis Ve-* tienter ſuſtineamus, & quaſi deſponſemus nos cum ipſis, ſicut
*netorum* ferunt de Venetorum duce, quod annulo quodam ſe ſoleat cum
*mos.* ipſo mari deſponſare. Sed tamen mundanis videtur quod po-
tius in eo ſita ſit magna ipſorum gloria & laus, vt ſcilicet nullos
labores



labores patiantur, atque id circo ſtatim ſi quis aliquam iniu-
A riam ipſis inflixerit, ſe conantur vlciſci, & approbantur ab alijs *Non de-*
mundanis quod vere homines ſint. Sed tamen non attendunt *bemus vin*
quid per prophetam dicat Chriſtus, ego autem ſum vermis, & *dictam ſu*
non homo. Quaſi dicat, non ſum homo qui gaudeam de vindicta *mere.*
vt homines mundani faciunt. Eſt quidẽ patientia maximum dei *Pſal.* 21.
donum, & id circo a nobis plurimi faciendum. Vnde Auguſt. nar *Patientia*
rat in martyrio ſanctorum martyrũ Geruaſij & Prothaſij quod *donũ Dei*
ipſis apparuerit Apoſ. & dixerit vere iſtos eſſe qui ipſius doctri- *D. Amb.*
nam ſunt ſecuti, quiq; pro Chriſto immania tormenta patiẽtiſsi *Labores*
B me tolerarunt, & tantum beneficium diuinitus conſecuti ſunt, vt *dat Deus*
propter Deum paterentur. Sic ergo tu patientia in laboribus te *ſeruis ſuis*
armare debes, & tantum donum a deo multis precibus impe-
trare. Vide quam patienter tulerit Zacharias, quod mutus reddi *Luc.* 2.
tus ſit, & tamen poſtea meruit dicere, benedictus dominus Deus *Ioan.* 21.
Iſrael. Patiẽter etiam ſuſtinuit Petrus quod ipſi diceret Chriſtus, *Mar.* 8.
vade retro Satana, & proinde poſtea meruit audire, paſce oues
meas. Res quidem mundanæ initio dulcedinem quandam præſe *Simile.*
ferre videntur, ſed tamen poſtea amaritudinem continent. at ve-
ro negotia cæleſtia initio quidem amaritudinem quandam habe
C re videntur & tamen poſtea maximam continent dulcedinem &
ſuauitatem.

## *APPENDIX.*

VIDE obſecro quam fuerint ingrati iſti agricolæ contra do *Ingratitu*
minum vineæ, quod ſane vitium teterrimum eſt. Vnde *Sen.* *do deteſta*
ait, cum ingratum dicis, omnia mala dicis. Eſt quidem vir in- *bilis.*
gratus inſtar maris, quod cum dulcem recipiat aquam, eam *Seneca.*
tamen reddat amaram. Sane arbores Sylueſtres cultura & *Simile.*
D irrigatione, fructum edunt & corriguntur, & tamen ingratus
pro benefactis reddit malefacta. Vide quomodo Nathan repre *2. Re.* 12.
henderit Dauidis ingratitudinem, cum ait in Dei nomine, ecce
ego vnxi te in regem, quare ergo contempſiſti verbum domi-
ni? Item Iſa. 1. dicitur cantabo dilecto meo canticum patrue- *Iſa.* 5.
lis mei. Et tandem ait, expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſ *Multa no*
cas. Multo igitur magis de nobis Deus conqueri poteſt, qui *bis diuini*
maiora diuinitus accepimus beneficia: Quamobrem caueamus *tus colla-*
ne propter ingratitudinem noſtram, Dei iram & indignationem *ta ſunt be*
referamus. *neficia.*

FER.

## FERIA VI. POST II. DOMIN. QVADRAG. E

## CONCIO TERTIA.

*Magna Dei prouidentia circa nos.*

HOMO *erat pater familias qui plantauit vineam.* Mat. 21.
*Grati eſſe debem⁹ pro tantis diuinitus acceptis beneficijs.* Admirabilis plane eſt Dei prouidentia circa nos: Nam ſicut ſol iſte quem oculis vſurpamus, nunquam illuminandi & calefaciendi officium intermittit, nocte vero & per ſtellas quas luce ſua illuſtrat & perfundit, F mundum illuminat: ita ſumma illa & infinita bonitas, quæ ſeſe in omnia diffundit, nunquam illuminandi & excitandi homines officium deſerit,
*Simile.* modo quidẽ per ſe internis motibus pulſans, modo vero per miniſtros ſuos, qui ſunt velut ſtellæ in firmamẽto Eccleſiæ poſiti, externis vocibus homines ad pietatẽ vocãtes.
*Gene. 2.* Idem etiã vbi hãc vniuerſi machinam cõdere cæpit, niſi abſoluto opere nõ quieuit. Quod ergo in creatione mũdi fecit, idẽ quoq; in eius
*Perſeueremus in bonis operibus.* inſtauratione modo facit, vt videlicet nũquã eius opera cõquieſcat, quo vſq; rei extremã manũ apponat, & donec opus hoc cõſũmatũ fuerit, quod in fine mundi futurum eſt cũ electorũ numerus G fuerit implet⁹; Quod ſi quis quærat cur tãta ſolicitudine vrgeat
*Quæſt.* hoc opus, cũ bonorũ noſtrorũ nõ egeat, hæc mihi præcipua cau-
*Reſp.* ſa videtur, quod is quidẽ ſolus huius operis dignitatẽ & neceſsitatẽ pleniſsime intelligat.
*Magnam Deus noſtri curam gerit.* Cũ enim ex eo hominũ vita æterna, & æterna itẽ mors dependeat, nemo autẽ duo hæc qualia ſint cõprehẽdat, niſi ille qui ſolus æternitatẽ cõplectitur, nil mirum, ſi amator hominũ Deus tãta cura prouideat, ne tãtũ illud bonũ amittamus
*Simile.* ne ve in tantũ malũ incidamus. Si iuxta viperã, periculi neſciũ paruulũ filiũ aſsidere cerneres, quo impetu occurreres? quibus vocibus & clamoribus cõpelleres vt ab eo loco fugeret, ne a vipera H illa aſsidẽti impeteret? Cũ ergo nos ſenſibus paruuli ſimus & huius tãti negotij põdus & periculũ ignoremus, nõ mirũ ſi pater ille cæleſtis qui exactiſsime omnia nouit, tãta cura nos ab hoc tam
*Ephe. 4.* ingẽti periculo reuocare contẽdat.
*Magna Dei circa hominem prouidentia.* Vide ergo quãtũ Deus hominis prouidentiã gerat, cui ſolẽ produxit antequã viſum homo haberet, aquam antequam ſitim homo haberet, antequam ſitiret, alimẽta antequã fame ſtimularetur, influẽtias cæleſtes antequã vitã homo haberet, terrã firmauit & ſtabiliuit, priuſquã homo in ea produceretur. Admirare diuinã prouidẽtiã interuẽdis virgini
*Iudic. 21.* bus illis in Iabes Galaad, viris illis nõ habẽtibus vxores ex tribu Beniamin, poſt tãtã illius ſtragem, ne tribus illa omnino deleretur.

Multi



A Multi porro falluntur exiſtimantes ſe per afflictiones, labores
*Lu. Gra.* & calamitates, non poſſe peruenire ad quietẽ, proſperitatẽ, & trã
*Quomodo nos gerere debeamus in calamitatibus.* quillitatẽ maximam. Quod ſæpe cõtingere ſolet ex eo quia inter miſerandas cæcitates quibus hic mũdus laborat, nõ poſtrema illa eſt, quod communes quæ in vita accidunt calamitates, non Deo mundum gubernanti, ſed vel naturæ, vel fortunæ, vel caſui, vel ipſis etiam ſyderibus tribuunt: Quæ quidem perſuaſio id efficit, vt mala noſtra immedicabilia ſint, quando caſtigationes do-minis, quæ morborum noſtrorum medicamẽta ſunt, nil apud nos
*Simile.* efficiãt. Quæ autem ſpes eſſe poterit de ægroti ſalute, graui mor
B bo laborantis, ſi nulla ex medicamentis adhibitis alleuationem faciant? Hoc autem eodem periculo nos conflictamur, qui tot calamitatum medicamentis à cæleſti medico immiſsis, nil de veteris vitæ malis emendamur. Quare non raro Dominus In pro
*Ezec. 24.* phetis grauiter queritur. Hinc enim per Ezechi. multo inquit labore ſudatum eſt, & nõ exiuit de ea nimia rubigo eius Et apud
*Hier. 2.* Hiere. Fruſtra ait percuſsi filios veſtros, diſciplinam non acce-
*Hier. 5.* perunt. Idemq; propheta ad dominum, percuſſiſti inquit eos, & non doluerunt. Cuius rei illud in cauſa eſt, quod communes vi
C tæ calamitates, non a deo ſcelera vindicante, ſed vel a fortuna,
*Aduerſitates quomodo nobis eueniant.* vel naturali rerũ humanarũ curſu prouenire iudicamus. Cũ ergo hæc mentis humanæ caligo tantum malũ generet, magnũ me vobis obſequiũ præſtiturũ arbitror fratres, ſi hanc pernicioſiſsimam opinionem ex vulgi temeritate conceptam, apertiſsimis ſanctarum ſcripturarum teſtimonijs conuulſero, & omnes mundi calamitates nõ à caſu & fortuna, ſed a diuina prouidẽtia, multorũ
*Iſa. 45.* ſcelera ad eorũ ſalutẽ vindicante, venire oſtendero. Nã Iſa. inquit ego dominus firmans cælum, & creans tenebras, faciẽs malum,
*Amos. 3.* & creans pacẽ, ego Dominus faciens omnia hæc: Et iterum apud
*Deut. 32.* D Amos, ſi erit malum in ciuitate, quod non fecerit Dominus. Itẽ in Can. Moyſi, ego inquit occidam, & ego viuere faciã, percutiã
*Matt. 10.* & ego ſanabo. Nec vero magna ſolum, ſed minima etiam a diuinæ prouidentiæ cura nullatenus excludenda eſſe, teſtatur ipſa veritas cum ait: nonne quinque paſſeres veneunt dipondio, & vnus ex illis non eſt in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis veſtri, omnes numerati ſunt. Quod ſi quis hanc tantam diuinæ prouidentiæ ſolicitudinem miratur,
*Plutar.* mirari deſinat, ſi Plutar. ethnici philoſophi, hac de re ſententiam
*Eurip.* legerit: Cum enim Euripides ſcripſiſſet, magna quidem à deo curari, ſed parua negligi, hunc verſum corrigendum eſſe Plut. ait, nilque eſſe ſiue paruum, ſiue magnum, a diuine equidem

proui

prouidentiæ ſolertia alienum. Neq; vero ea quæ caſu ab homini- E
bus fieri dicuntur, a diuina prouidentia, & gubernatione ſeclu-
*D. Aug.* duntur. Quam rem late D. Aug. in lib. de ci. Dei probat. Quid
*3. Reg. 22* enim caſu magis fieri potuit, quam quod in lib. Reg. his verbis
ſcriptum legimus? Quidam autem vir iecit ſagittam in incertũ
& ea percuſsit regem Iſrael inter pulmonem & ſtomachum:
Hoc ipſum autem quam magno Dei conſilio & prouidentia ge-
*Sopho. 1.* ſtum fuerit, in eodem contextu animaduertere poteris. Sopho.
ait, viſitabo ſuper viros defixos in fæcibus ſuis, qui dicunt in cor
*Iob 5.* dibus ſuis, non faciet bene dominus, & non faciet male. Et Iob, F
nil inquit in terra ſine cauſa fit, & de humo non egredietur do-
*Simile.* lor. Porro quemadmodum anima in humano corpore inuiſi-
bilis exiſtens, ex motu tamen corporis cognoſcitur: ſic quamuis
Deus humanis oculis videri non poſsit, ex prouidentia tamen
ipſa qua ſingula ordinat, ſuiſq; operibus aſpicitur & deprehendi
*Similitu.* tur. Et ſicut ſi quis nauem cernat ornamentis ſuis inſtructam, ma
*Magna* re ſulcare & in portum applicare, credit certe aliquem eſſe in ea
*Dei proui* gubernatorem a quo regatur: ſic certe nemo adeo abiecti animi
*dentia.* eſſe debet, quin credat Deum gubernatorem eſſe omnium, quam
uis carnalibus oculis eum non videat, cum ſit inuiſibilis. G

*Animæ ſaluti diligenter incumbamus.*

SI Deus tantam gerit ſalutis noſtræ curam & prouidentiam;
æquum plane eſt, vt nos etiam circa eam diligentes ſimus & vi
gilantes. Quanta tamen apud mortales de his quæ ad futurã vi-
tam pertinent, ignorantia & torpor vigeat, nullum valet indaga
*Lau. Iuſt.* re ingenium, nullaq; quantumcumq; prudentis, ſufficienter refe-
*de cõtẽp.* rare valet facundia, ait Lau. Iuſ. ſed nunquid ſilendum eſt? Pror- H
*mun. c. 16* ſus minime. Fandum vtiq; eſt, etſi non vt materiam decet, tamen
prout poteſt humani ingenij indocta ruſticitas, quę dum humili-
ter ac recta cordis intentione nititur explicare quod ſentit, ne-
*Simile.* quaquam laborum ſuorum congrua remuneratione carebit. Nã
*Matt. 10* ſi quis ſitienti aquæ frigidæ præbuerit potum, iuxta domini pol
*Marc. 9.* licitationem, mercedem non perdet: amittet ne qui ſapientiæ
*Simile.* ſalutaris aquam proximo ſuo minime miniſtrare neglexerit? Nã
*Negligen* ſicut plus eſt anima quam corpus, ita quod pro animarum ſalu-
*tes valde* te impenditur, apud altiſsimum maioris eſt meriti. Nonne ab om
*ſumus cir* ni lege charitatis alienus exiſtit, qui quempiam perire intelligẽs,
*ca animæ* exhortationis verbo cum valeat, illum ab interitu nequaquam
*ſalutem.* reuocare ſtuduerit? Adeo hoc tẽpore futuræ vitæ ſuccreuit igno-
rantia,



A rantia, vt in cordibus mortalium fere parietis more denſeſcat.
Quis oro eſt, qui præuidere dignetur, quæ ſeu bona, ſiue futura
ſint mala? Omnes pene præſentibus intenti ſunt bonis, voluntq;
temporali ditari ſubſtantia, honoribus ſublimari, exuberare deli
cijs, & carnis voluptatibus inebriari, quæſtum maximum arbitrã
tes tranſitoria poſſe felicitate florere. De quibus dicit Iob, du- *Iob. 21.*
cunt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Vti- *Deut. 32.*
nam ſaperent & intelligerent, ac nouiſsima prouiderent, nempe
ſupplicia illa vltima quæ ſunt reſeruata peccatoribus. Ipſa plane
ſunt quæ timere debent ſolertiq; cura cauere. Si enim tam ſolici
B te corporalis fugitur mors, vt nemo mori velit, quantum fugi de *Simile.*
bet æterna? Cæterum ſi momentanea rationabiliter ſunt euitan-
da tormenta quæ finem habent, quo animo, omni fine carentia?
Iſta procul dubio futurorum gerunt imaginem, nõ æqualitatem
cum finiti ad infinitum nulla ſit cõparatio. Ex iſtis eruditur quiſ- *Conſidere*
q; ſapiens, cũ quouis ſiue corporali ſiue ſpirituali dolore torque *mus futu-*
tur, vt cogitationem ſuam non tardet erigere ad illos cruciatus *ra ſuppli-*
qui in alia vita damnatis inferuntur, quos cum intolerabiles eſſe *cia.*
perpenderit, reſipiſcat ab iniquitatibus, ac ſibimet tranſactarum
culparum vltionem inſtituat, ſicq; facinora præterita diluat, vt
C de cætero vltra non peccet, alioqui deriſor, non pænitens videbi
tur. Aſſueſcant itaq; ſeculi amatores, eo diligentius futura proſ-
picere, quo ardentius præſentia quærunt, meminerintq; vtriuſq;
vitę gaudijs neminem frui poſſe. Agite igitur nunc diuites, ait Ia *Iacob. 1.*
co. plorate vlulantes in miſerijs veſtris quæ euenient vobis: diui-
tię veſtræ putrefactę ſunt, & veſtimenta veſtra a tineis comeſta
ſunt, aurum & argentum veſtrum æruginauit, & ærugo eorum
teſtimonium vobis erit, & manducabit carnes veſtras ſicut ignis:
theſaurizaſtis vobis iram in nouiſsimis diebus.
Prouidentiam quidem inquit Sene. gerere debemus, rerum no *Sen. li. 3.*
D bis commiſſarum, & quę euenire poſſunt mala multo ante pręui *epi. 24. &*
dere, tum corporalia, tũ ſpiritualia, & deniq; quęcumq; homini *lib. 8. epi.*
obtingere poſſunt, tãquã ex quadã ſpecula multo ante proſpiciẽ *60.*
da mente ſunt & pręcogitanda. Sapiens quidem, inquit alibi idẽ
Sene. callum in cogitatione obducit, futura pręuidendo mala, & *Lib. 10.*
quę inſipientes leuia faciunt, re ipſa tolerando, ſapiẽtes homines *epi. 77.*
eadem leuiſsima reddunt ſola cogitatione, antequam contingãt. *Sene. de*
Cęterum vox illa inſipientis videtur, non putaram: Sapiẽs enim *4 virtuti.*
ita animo excubat, vt ei nil inopinatum, nilq; improuiſum acci-
dere poſsit, atq; ita acrem in omnem partem oculorum aciem
intendit, vt quemcumq; caſum fortuna inuexerit, hunc apte &
quiete

quiete ferat. Idem etiam alibi ait, ſi prudens eſt animus tuus, tri- E bus temporibus diſpenſetur, præſentia ordina, futura præuide, præterita recordare! Item melius eſt ante tēpus occurrere, quam poſt vulnus datum remedium quærere. Tum ruina præcedentium docet poſteros. Duorum temporum dicebat Pythag. eſt tibi habenda ratio, mane, & veſpere, in altero gerenda, proſpice, in altero reſpice quæ geſsiſti. Porro vt ait Ambro. comparat etiam Chriſtus iuſtos ipſis ouibus, quoniam prouidentiam quandam quodammodo præſe ferre videntur oues, cum niuoſum quodā modo tempus ſentientes, plus edunt & herbam depaſcunt: ſic F ergo iuſti ſibi prouident de bonis operibus, priuſquam veniat nox in qua nemo poterit operari!

*D. Ambr. in Exa.*
*Prouidi ſimus inſtar ouis.*
*Ioan. 9.*

Porro patres familias etiam prouidi eſſe debent in his procurandis quæ ad familiæ ſuſtentationem pertinent, debentque liberis prouidere de honeſto aliquo ſtatu. Plurimumque confert vt in filiabus matrimonio copulandis, ſint ſoliciti, nempe vt virum aliquem bonum & virtutis ſtudioſum ipſis deligant. Vnde Apoſ. ait, qui cogitauit in corde ſuo ſeruare virginem ſuam bene facit, & qui non coniungit, melius facit. Verumtamen diligenter ſit ſolicitus vt videat & exquirat de voluntate puellæ G & ſuadeat ipſi pater, quod viderit magis conuenire. Vnde in Can. vbi nos legimus quid faciemus ſorori noſtræ, in die quando alloquenda eſt? in Hebræo habetur, quando de ea multum & ſępe loquendum eſt, vt inde intelligamus quam ſoliciti eſſe debeant parentes de filiabus. Themiſtocles quidem vt ſcribit Vale. Ma: & Cice. filiam habebat nubilem, quam cum duo ſibi in coniugem depoſcerent, nempe vnus diues ſed fatuus, & alter pauper, ſed prudens, ait: malo filiam meam locare viro indigenti pecunia, quam pecunię indigenti viro, præclare qui- H dem dictum fuit. Vt inde intelligant parentes quantum incumbere debent, vt prudentes & ſuis numeris abſolutos eligant viros filiabus ſuis. Hinc enim de ſponſo dicitur, dilectus meus candidus & rubicundus, electus ex millibus & tamen deſponſa dicitur, nigra ſum, ſed formoſa, nolite me conſiderare quod fuſca ſim: Siquidem maritus ipſe & ſibi & vxori ſapere debet. In cuius rei figuram cum nomini ipſi Sarræ non fieret additio, tamen in Abraham facta fuit additio, cum antea diceretur Abrā. Intelligat ergo obediens vxor quod vir eam excedit in prudentia, & idcirco ab eo ducatur & gubernetur. Sed tamen hoc tēpore multa videas cōnubia infeliciter ſuccedere, cū parētes minus prouidi ſint in exquirēdo conuenięti viro, cui locent filiā ſuā ſtabili

*Prouidentiam habere debent patres familias.*
*1. Cor. 7.*
*Can. 8.*
*Themiſ.*
*Val. Ma.*
*Cice.*
*Exemp.*
*Can. 5.*
*Can. 1.*
*Gene. 17.*
*Vxores diligant viros ſuos, & eis obediant.*



A bili cōnubio. O quam multos videas parentes procurantes ſæpe aliqua liberis ſuis, quæ in ipſorum etiā parentū interitū aliquando redundant! Sic enim legimus de Agrippina Neronis matre, quod cum maximopere deſideraret vt filius imperaret, diceretur que ſibi ab Aſtrologo quod ipſam eſſet interfecturus ſi regnaret, ait, interficiat, modo imperet. Dolendum ſane eſt, quod videamus iumentum ipſum quaſi gemere ſub onere, & tamen ambitioſi ſemper plures appetunt dignitates & quoquiſq; ſtultior, eo magis ambit. Videmus quidem quod ſtatim aliquis B ignorantiam ſuam fateatur, ſi requiratur vt calceos faciat aut veſtes, & tamen in adminiſtrandis dignitatibus quibuſcunque ſe ſapientem exiſtimet. Sic videmus quod cum proceræ arbores & frugiferæ ſe excuſarent ab imperio, acceſsit Rhamnus, & ſtatim imperium ſuſcepit. Dices tu, nonne Pau. ait, quod qui Epiſcopatum deſiderat, bonum opus deſiderat? Veruntamen intelligas quod ſi bonam adminiſtrationem & gubernationem deſideras ipſius Epiſcopatus, ſi eleemoſynas facere, ſi neceſsitatibus ſubuenire tam corporalibus quam ſpiritualibus ipſarum ouium, & te ipſis pręclarum virtutum exhibes C exemplum, bene quidem deſideras ſi hęc facis, at vero ſi dumtaxat honorem quęris, & redditaum incrementa, atque iucunde & ſplendide viuere, male quidem deſideras, & infelicem habebis exitum.

*Exempl.*
*Agrippina Neronis mater.*
*Dignitates abſque virtute quātū pleriſq; noceant.*
*Simile.*
*Iudic. 9.*
*1. Tim. 3.*
*Ad dignitates quomodo accedendum.*

*Inſpirationibus diuinis pareamus.*

CVM *autem tempus fructuum appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas vt acciperent fructus.* Non debemus nos repellere ſan- D ctas inſpirationes & eas indigne tractare, ſicut tractabant iſti agricolę ſeruos ſibi a domino miſſos, ſed potius eas complectamur cum tantam nobis pariant vtilitatem. Vt enim non ſatis eſt vigentes & ſanos habere oculos vt aliquid videamus, niſi adſit lux aliunde, quę oculis obiecta illuminet: ita non ſatis eſt vt pie aliquid faciamus, mentem ſanatam eſſe per gratiam, niſi adſit etiā interna vis ſpiritus ſancti, quę nos ad operandū excitet, & nobiſcū etiā cooperetur. Quēadmodū enim rerū naturaliū formę quāuis alioqui in ſuo quoq; genere pfectę ſint, efficere tamē pie nihil poſſūt, niſi adſit illis generalis primę cauſę omnia mouētis virtus: ita quamuis gratia in ſuo genere pfecta forma ſit, nil tamē homo ęterna vita dignū efficere poterit, niſi cum illa

*Varijs nos modis Deus monet.*
*Simile.*
*Similitu.*
*Fauore dei opus habemus.*

illa autor ipſe gratię ſingulari virtute quadam atq; ratione coo- E
peretur. Duo etiam auxiliorum genera Theologi ſtatuunt, quibus Deus homines ad ſe vocare ſolet, quorum alterum ſufficiens appellant, alterum ſuper abundans, quodq; omnem ſuperat duritiam, quo priori auxilio excitati homines aliquando conuertuntur, aliquando non. Hoc autem poſteriori, quoniam maioris gratię & virtutis eſt, nemo non cōuertitur. Vtriuſq; vero auxilij vim et naturam, vobis apertiſsimo exemplo commonſtrabo. Monet angelus domini iuſtum Loth, vt e ſodomis egrediatur, ſecumque F
ſuos educat, quod Dominus ciuitatem illam de moliri ſtatuerat: ille hoc nuntium generis detulit, qui tamen viſus eſt eis quaſi ludens loqui, & ideo ab eis contēptus & neglectus fuit. Cum autē angeli inſtarent atq; vrgerent, iſq; vt generos ſeruaret, faceret moram, apprehenſum angeli foras eduxerunt, & vt ſeipſum in monte ſaluum faceret monuerunt. Hoc igitur exemplo cernitis fratres, & ſanctum Loth & generos eius fuiſſe imminentis periculi admonitos, ſed aliter iſti, nam ſi monenti obtemperare voluiſſent, a periculo quidem liberati fuiſſent. Sed Loth cum exire tardaret, ab angelis apprehenſus, extra periculum poſitus eſt. Ad hunc ergo modum dominus homines omnes à gehennę incen- G
dijs & peccati morte liberare volens, quoſdam quidem ſufficienti auxilio vocat, quo poſſent a peccatis reſurgere ſi vellent, quotamen multi, vt iſti generi Loth ſurgere nolunt: alios tamen ſecūdum voluntatis ſuę beneplacitum, maioribus auxilijs, vehementioriq; impulſu vocat, qui ſic à diuina gratia præuenti & potenter excitati, vocanti domino ſemper parent. Vnde D. Auguſ. de huiuſmodi auxilij genere loquens ait: hęc gratia a nullo duro corde reſpuitur, quia ideo datur, vt duritia cordis penitus auferatur. Quamobrem cum ſanctas ſentimus inſpirationes, ſtatim H
vocanti Deo pareamus.

*Duo auxiliorū genera.*

*Gene. 19.*

*Inſpirationes dei non contēnamus.*

*Diuinis inſpirationibus parent ſerui Dei.*

*D. Aug.*

*Inſpirationibus diuinis pareamus.*

Dolendum ſane eſt quod tam negligentes ſimus in obediendo diuinis inſpirationibus, cum tamen animaduertamus quantum detrimentum id nobis adferat. Certe non perinde mirarer quod brutum cognoſcens etiam ſibi laqueum intentum ſimulatq; ex cauea ſua exierit, adhuc tamen inde prodiret, at vero quod creatura rationalis, quę tantas ſibi ab hoſtibus paratas inſidias nouit nolit ſe cuſtodire, id vero eſt ſanguineis etiam lachrymis deplorādum, tum etiam quod vocanti deo non obtemperet. Vide obſecro quantopere ſitiat & deſideret Deus ſalutem noſtram, cum dicat per Hier: tu autem fornicata es cum amatoribus multis, tamen reuertere ad me, & ego ſuſcipiam te, leua oculos tuos in directum

*Simile:*

*Pareamus diuinis monitis:*

*Hiere. 3.*



A rectum, & vide vbi nunc proſtrata ſis. Item ergo ſaltem amodo inquit, voca me, pater meus es tu, & dux virginitatis meæ. O ineffabilem Dei miſericordiam, quod velit etiam a peccatrice anima vocari pater, quod quidem dulciſsimum eſt, & ſuauiſſimum. Non ita familiariter agebat olim Deus cum antiquis illis, ſicut modo nobiſcum: vide enim quomodo etiam ſemel modo in anno intraret in ſancta ſummus ſacerdos: nunc vero tua culpa eſt, quod cum Deo non loquaris, ipſe enim etiam aſsidue pulſat fores tuas ſanctis inſpirationibus, vt ipſi aperias. Caue ergo ne tibi accidat quod accidit ſponſæ. Si quidem cum ape-
B rire nollet vocanti ſponſo, poſtea cum eum deſideraret, habere non poterat. Vtinam nobis Deus oculos aperiret cum in lethali verſamur crimine, vt videremus quam denigrata ſit anima noſtra! Certe tantam cernentes impuritatem, facile ſtatim vocanti Deo aperiremus, vt animam noſtram de albaret. Ezech. 36. effundam ſuper vos aquam mūdam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris &c. Satis quidem id intelligebat regius pſaltes cum diceret, lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Sane ſi Deus nobis oculos aperiret vt videre poſſemus animas tam malorum quam bonorum, illas certe videremus defor-
C mes & catenis multis onuſtas, has vero videremus ſole ſplendiores, quamuis illæ corpore egregie veſtito tegerentur, & hæ corpore pannoſo. Vnde de malis dicebat Hierem. denigrata eſt ſuper carbones facies eorum. Quamobrem pareamus ſanctis inſpirationibus vt egregie mundemur. Vnde Apoſ. dicebat, nos primitias ſpiritus habentes intra nos gemimus adoptionem filiorū Dei expectantes redemptionem &c. At vero nos potius gemimus pro amiſsione bonorum temporalium, ſicut faciebat Eſau qui eiulatu magno fleuit, cum ſibi patris benedictio prærepta eſt: Vbi inquit Glo. quod non propter æterna conſternatus eſt
D animo. De talibus quidem ait Pſalm. Filij hominum vſquequo graui corde? &c. Quod quam turpe ſit, ex ſubiecta ſimilitudine poteris perſpicere: ſi enim in direptione alicuius ciuitatis alij ſibi multas pararent opes, vt locupletes abirent in patriam, alij vero potius occuparentur in ſpectaculo aliquorum puerilium ludorum, nonne hi tibi amentes viderentur, & illi prudentiſsimi? Sic vtique nos longe amentiores ſumus qui videamus Dei ſeruos ſibi meritorum cumulum in hac vita congerere, & tamen nos deſides viuamus & oſcitantes. Vſquequo igitur, vt ait Sap. paruuli diligitis infantiam, & ſtulti quę noxia ſunt concupiſcitis?

*Exod. 28.*

*Leui. 16.*

*Veniam a domino poſtulemus:*

*Canti. 6.*

*Anima in lethali peccato cōſtituta, quā ſit deformis.*

*Ezech. 36*

*Pſal. 50.*

*Diſcrimē inter animam iuſti & mali.*

*Thre. 4.*

*Roma. 8:*

*Gene. 27.*

*Glo. int. in Ge. 27*

*Pſalm. 4.*

*Simile.*

*Magna ſtultitia noſtra:*

*Pro. 1.*

## *APPENDIX.*

*Pauperes vix audẽt a diuitib⁹ debita reposcere.*

ADuerte obſecro quam crudeles hi agricolæ extiterint, qui heredem interfecerunt propterea quod quæ ſua erant poſtularet. Vtinam multi non ſint hoc tempore his ſimiles, vix enim videas iam quod pauperes audeant a diuitibus debita poſtulare ſiquidem timent eorum minas & potentiam. Sane vna cauſa inter cæteras, vt ait Grego. propter quam Deus immiſit diluuium fuit, quia gigantes erant ſuper terram, vt habetur etiam in Gene. id eſt ſuperbi & elati, qui ſuas vires & potentiam occupabant in opprimendis pauperibus. Vnde monebat Deus Hebræos dicens: tranſibitis per terminos fratrum veſtrorum filiorum Eſau, & timebunt vos. Videte ergo diligenter ne commoueamini contra eos. Item paulo poſt ait, cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquam emptam haurietis, & bibetis. Vide quomodo etiam ipſis mandet vt aquam hauriant, ne pauperes opprimant potentia ſua, ſed potius humani ſint erga eos.

*D. Grego.* *Geneſ. 6.* *Deut. 2.* *Pauperibus benigni ſimus.*

## FERIA VI. POST II. DOMIN. QVADRAG.

## CONCIO QVARTA.

### *Prædicatores ſunt nuntij Dei.*

*Varijs nos modis de⁹ vocat.*

HOMO *erat pater familias &c. Miſit ſeruos ſuos.* Mat. 21. Inter alia ſane media quibus nos Deus ad ſe vocat, eſt vocatio illa quæ fit per prædicatores exhortantes ad ea præſtanda quæ ad ſalutem animæ pertinent. Veruntamen eo iam miſeriæ deuenerunt homines propter ſuam culpam, vt iam videamur deueniſſe ad illud tempus, de quo Pau. ait, erit enim tempus cum ſanam doctrinam non ſuſtinebunt &c. Sed vide quid ante dixiſſet: teſtificor coram Deo & Chriſto Ieſu. Vide quantopere eum hortetur ad prædicandum nempe diſcipulum ſuum Timotheum, vt inde intelligas quantum ſit huiuſmodi prædicationis miniſterium, & quam vtile populo. Vnde ait, inſta opportune, importune. Quaſi dicat, quamuis videas auditores tuos parum proficere initio, perſeuera tamen in exhortando; quamuis multos videas, quibus moleſtum eſt reprehenſiones audire, de quibus per Amos dicitur,

*2. Tim. 4.* *Plurimũ refert verbũ Dei audire.* *Amos. 5.*



A odio habuerunt corripientem in porta, & loquentem perfecte, abominati ſunt, fere enim fit vt qui reprehenſione maxima egent, murmurare tamen ſoleant cum reprehenduntur, & ſe ipſos indicant. Sicut enim cum ſartor forfices ſuas amiſit, pugno tabulam ipſam ferit, & ſtatim forfices ſonum edunt: ſic etiã cum concionator in communi reprehendit, & tamen aliquis conqueritur, indicium quidem eſt quod eum tetigerit. Cæterum dæmon cum videt auditores ex verbo Dei proficere, conatur quantũ poteſt ne illud executioni mandẽt: Sic videmus quod Euæ nõ B dixerit quidem quod comederet ſolũ ex arbore, ſed etiã ait, cur præcepit vobis Deus &c. vt ita memor verbi Dei, grauius caderet. Quare non negligamus Dei verbum, ſed dicamus cum Dauide, in corde meo abſcondi eloquia tua, vt non peccẽ tibi. Vide obſecro quã ſit efficax Dei verbũ: nã cũ Saul miniſtros mitteret qui apprehenderent Dauidem, poſtquã ipſi inter prophetas fuerunt, etiã prophetare cæperunt, quod cũ ſæpe feciſſet, decreuit tandẽ ipſe Saul illuc ire, dicitq; textus, quod etiam factus eſt ſuper eum ſpiritus Domini, & ambulabat ingrediens, & prophetabat. Vide obſecro quomodo ſtatim Saulus ex perſecutore factus fuerit vas C electionis. Hinc Pſal. ait, vox domini in virtute, vox domini in magnificentia, vox domini confringentis cedros. Vide etiam quid actum fuerit de altari, ad vocem prophetæ dicentis, altare, altare.

*Simile.* *Mali nolunt patiẽter audire reprehenſiones.* *Verbũ dei cõatur dæmon interturbare.* *Gene. 2.* *Pſal. 118.* *1. Reg. 19* *Magna efficacia verbi Dei.* *1. Reg. 19* *Acto. 9.* *Pſal. 28.* *3. Reg. 13.*

Porro D. Ber. ait, quod verbum Dei eſt ſpiritualis animæ cibus. Vnde Sicut aliqui ſũt cibi corporei qui ſtatim atque ori adponũtur ſuauitatem ingerunt vt mel: alij vero ſunt prius frangendi & comminuendi antequam ex eis ſuauitatem percipias, vt nux ſic etiã in cibis ſpiritualibus vſu venire videmus. Si ergo legeris vel audieris aliquid difficile, ſequere explicationem ſanctorum doctorum. Hoc porro exemplo intelliges quam graue malum D ſit, nolle Dei verbum audire. Si quidem ferunt quod cum quidam non libenter audiret cõciones, ſed inde egrederetur vt cum alijs garriret, tandẽ aliquando cum mortuus eſſet etiam ad templum adductus, meruit vt declararetur eius ſcelus, nã crucifixi imago quæ ibi aderat, ambabus ſibi manibus aures occluſit, atq; ita oẽs intellexerũt, ꝙ nõ libenter dei verbũ audiret. Et certe mirũ eſt ꝙ cũ tã auidi ſimus audiendi res curioſas, nihilominus tamẽ verbũ dei negligamus. Sane ſi in ſumma caritate & penuria panis verſaretur aliqua reſpub. & in vna dumtaxat domo venderetur panis, omnes cateruatim ruerent ad panem ſibi emendum: nunc vero ſpiritualem animæ panem negligimus, cuius iuxta Amos, futura eſt aliquando magna penuria. Certe ſi intelligeres in hac

*Berna. in quodã ſer. heb. ſanc.* *Similitu.* *Verbũ dei ruminandũ & recolendum.* *Exempl.* *Dei verbũ non reſpuamus.* *Simile.* *Amos. 8.*

Eccleſia indeficientem quendam eſſe theſaurum, ex quo mul- E
*Simile.* ti ſe poſſent locupletare, ſtatim ad eum accederes: nunc vero cele
ſtem hunc animæ theſaurum negligis, de quo ait Pſalm. iudicia
*Pſal*: 118. domini & eloquia, deſiderabilia ſuper aurum & lapidem pretio
ſum multum, dulciora ſuper mel & fauum. Satis quidem huiuſ-
modi dulcedinem idem propheta guſtauerat, qui dicebat, læta-
*Simile*: bor ego ſuper eloquia tua, & ſuper mel ori meo. Sane pari diligẽ
tia deberemus ad ſacra domini eloquia accedere, qua milites ad
ſpolia currunt comprehẽdenda ciuitatis quam impugnant, cum
ſint tanquam cæleſtes quidam nuntij, repoſcentes à nobis fructũ
in tempore. Non igitur ſimus negligentes in verbo Dei audien- F
*D. Anto.* do & illud executioni mandando. Narrat enim D. Anton. quod
*Exempl.* cum in quodam monaſterio prædicaturus eſſet in quadam ſolẽ-
nitate religioſus quidam, & is in morbum lapſus eſſet, videns
*Verbum* prælatus defectum illum eſſe maximum, triſtis valde erat: cum-
*Dei execu* que ad oſtium monaſterij aliquando acceſsiſſet religioſus & ſe ei
*tioni man* obtuliſſet prædicaturum tali die ſi vellet, ipſe libenter id con-
*dandum.* ceſsit: pr ędicauit ergo qui ſe fingebat religioſum, egregiam quã-
*Dæmonis* dam concionem de tremendo iudicio, adeo vt omnium fere au-
*aſtutia.* dientium lachrymas excuteret. Sed cum religioſo cuidam deuo- G
to ipſius monaſterij reuelatum eſſet, illum fuiſſe dæmonem, in-
terrogauit eum cur id facere auſus eſſet; qui reſpondit hoc feciſ-
ſe ad maiorem eorum condemnationem, nam inquit, quamuis
lachrymas emiſerint, nihil tamen boni præſtabunt, ſed ſtatim om
nia obliuiſcentur. Quid igitur de talibus cenſendum erit, tum
etiam de illis qui reſpuunt auditionem verbi Dei? Sane Hebræis
*Oſeæ.* 4. dicebat Deus apud Oſe. Oblita es legis dei tui, obliuiſcar filiorũ
tuorum & ego, id eſt contẽpſiſti verbũ Dei, nã obliuio parui pen
*D. Tho.* 1. ſionis ſignũ videtur, vt ait S. Tho. ea enim quæ magis æſtimamus H
2. *q.* 47. *a.* magis memoriæ infigimus. Sed cur inquit, obliuiſcar & ego? nun-
2. quid obliuio in Deum cadit? Reſpondet Aug. quod noſtro loquẽ
*Aug. l.* 15 di more, tunc dicimus Deũ recordari cũ aliquid facit, & tũc obli
*de Tri. c.* uiſci cũ non facit. Item alibi ait, quod obliuiſci eſt non miſereri,
16. *& li.* Quid igitur facies miſer, ſi Deus tui non miſereatur? Audi obſe-
*de eſſen.* cro quomodo Dei verbum ſit animæ medicina, nam Sap. ait,
*dini*: non herba, aut malagma ſanauit eos, ſed ſermo tuus domine, qui
*Sap.* 16. ſanat omnia.

*Non vlciſcamur nos.*

ALIVM *occiderunt*. Vide quomodo fuit miſericors hic pater fa
milias qui pro tantis iniurijs, non tamen ſe vltus fuerit. Nos
tamen



A tamen non perinde facimus quin potius nos ſtatim vlciſcimur:
Annon maxima eſt dementia noſtra, quod cum Deus nos diſsi- *Magna*
mulet & iniquitates noſtras, nos tamen ſtatim velimus vindicare *Dei patiẽ*
iniurias nobis illatas? Certe ſi filius lectiſsimi alicuius & clariſsi- *tia.*
mi viri, tibi iniuriam aliquã inflixiſſet, aut te contumelioſis affe- *Nõ vlciſ*
ciſſet verbis, paterque id reſciſcens, ſtatim eo comprehenſo, *camur:*
verberibuſque affecto, vel aliter caſtigato, ſubiungeret ſe nol *Simile.*
le filio parcere, quin prius tu placatus eſſes, adireſque patrem
vt eidem ignoſceret; nonne miſero adoleſcenti condoleres, &
iniuriæ oblitus, peteres a patre vt filio indulgeret? Ecce igi-
B tur Deus ſibi aſſumit vindictam eius qui te iniuria affecit, ille *Cõpatiã-*
ſupplicium ſumpturus eſt, cur ergo non condonabis? Cur non *mur his*
accedes petiturus a deo vt indulgeat illi qui tibi fuit iniurius? *qui nobis*
Quin potius ſane maximo afficeris honore, quod te Deus ſibi *iniuriã in*
quaſi ſubſtitutum quendam delegiſſe videatur, vt fratri ignoſ- *ferunt.*
cas, & pro eo intercedas. Quamobrem potius ingemiſcere debes
propter peccata aliena, quam ſæuire in ea: dolere potius quam
iraſci, ac gemitu, pijſque precibus à Chriſto contendere miſe-
ris ſalutem, & veniam. Quis ſum ego ait Auguſti. qui vindi- *Auguſt. in*
ctam petere debeam? moriar prius quam id faciam, quia ſi id *17. ſer. qui*
C ita non facio, cum ex hoc mundo recedam, non me recipiet ille, *ad calcem*
qui noluit vindictam petere de inimicis. Sub iuſsione Chriſti *to. 10. ſer:*
mare audit, & ventus ceſſat, & tu ſufflabis? Porro aliqui ira- *3.*
cundi, illud ſibi refugium quærunt ridiculum, ſi quando repre-
hendantur, quod ſcilicet eo tantum vitio laborent & quod plu-
ribus alijs multi præter iracundiam, abundent: tum præterea
quod eorum iracundia non multum duret, ſed ſit breuis, &
quod poſt modum humaniſsimi ſint. Hi certe ridiculi ſunt, pro- *Simile:*
pterea quod non minus is ſuum obiſſe diem dicatur, qui ex
vnico tantum occubuerit vulnere, quam qui centum transfi-
D xus vulneribus interemptus ſit. Tum etiam quia non multum *Ira etiã*
refert, voraciſsimo quodam incendio domus ne combuſta ſit *breuis quã*
breuiſsimo tempore, an vero longiſsimo, modo combuſta ſit *tũ noceat:*
& deleta. Sane propterea difficile nobis videtur quod ſtatim non
nos vindicemus, quia ſcilicet vetus homo noſter ſuadeat eſſe *Simile.*
honorificum ſe vindicare. Sed tamen inepte nonne vides quod
multo melius norit Deus quid tibi honorificum ſit, quam tu
ipſe? annon ipſe melius te vindicabit, quam tu te ipſum vindi- *Chryſ. in*
cares? num Deus cum ipſum offendis, ſtatim te punit, & id ſibi *Gene. ho:*
honori ducit? Porro D. Chry. hac de re tractans inquit, quod *27. to. 1.*

 ſignum

ſignum quidem maximum fidei alicuius in Deum, eſt, ſi quod E
*Mar. 6.* cuique propinatum venenoſum fuerit, nullo pacto nocuerit,
hoc eſt tametſi venenoſa alterius lingua infametur, vel con-
tumelijs & iniurijs afficiatur, nil tamen moueatur, ſed ſerena
fronte hæc omnia propter Deum ſuſtineat, nullam deſiderans
vltionem, ſed omnes ſibi iniurias inflictas libentiſsime condo-
*Serui dei* nat. Nil enim Deus ita odit & auerſatur, vt hominem vltionis
*non ſe vl-* cupidum, & animo ſuo ſeruantem inimicitias. Tantum enim
*ciſcuntur.* eius peccatum eſt, vt miſericordiam Dei reuocet, nec locum
habere ſinat, vt videre eſt in parabola illa ſerui nequam qui de- F
bebat decem millia talentorum & nolebat dimittere conſeruo
*Matt. 18.* ſuo. Quare obſecro vos fratres, vt hæc vobiſcum meditantes,
nunquam iniuriarum vobis inflictarum recordemini, ſed con-
ſideretis quanta hinc proueniant vobis beneficia, & ita recon-
*Iniurias* ciliamini cum his qui vos iniuria affecerunt. Scio quidem quod
*inflictas* graue & moleſtum videtur, ad eum qui hoſtiliter in te affectus
*nobis obli-* ſit, accedere, cumque eo ſtare & loqui, at ſi mandati cogita-
*uiſcamur.* ueris dignitatem & vtilitatem, nec non retribuentis maieſta-
tem & liberalitatem, omnia quidem quantumcunque ardua, ti-
*Damaſc.* bi videbuntur per facilia. Et reliqua quidem peccata inquit Da- G
*in Para.* maſ. etſi mala ſunt, ad breue tamen durant tempus, vt quæ
fere vnius horæ momento peragantur. Stuprum perpetrauit
quiſpiam, vna hora perpetrato hoc malo, reliquas horas quieſ-
cere poteſt. Furtum admiſit quiſpiam? Vna hora hoc ſcelere
*Velle ſe vl-* admiſſo, deinceps pœnitentiam ſæpe agit. Cædis crimine ſe
*ciſci quam* conſtrinxit aliquis? malum eſt id quoque: Cæterum vna hora
*graue ſit* commiſſo ſcelere, reliquis horis eum pænitere poteſt: at qui in-
*ſcelus.* iuriæ memor eſt, ſingulis horis peccat, ac vitium in pectore cir-
cumfert. Et ſi in templum ingrediatur, non tamen puras ad H
Deum preces fundit, cum infeſto animo & irato ſit erga proxi-
mum. Animus iniuriarum memor, nunquam a peccato purus
eſt, nunquam eleemoſynam impertit; nam qui charitatis expers
*Chryſ. in* eſt, nec miſericordia commouetur. Neque enim vnquam eis
*Geneſ. ho.* qui nobis iniurias faciunt, inimicari debemus, ait Chryſ; etiam
*34. tom. 1* ſi antea multa a nobis accepiſſent beneficia. Hæc enim optima eſt
*Patientia* philoſophia, vt neque contumelia affecti feroces ſimus, & tamet-
*præclara* ſi contemptiores & magis inopes nobis ſint qui nobiſcum con-
*virtus:* tendunt, ſed manſuetudine & lenitate furorem comprima-
mus: nil enim illa potentius, nil illa fortius. Illa animam
noſtram in perpetua tranquillitate & quaſi in portu conſtituit,
& om-



A & omnis recreationis & quietis occaſio nobis eſt: Vnde Chri-
ſtus eam docens dicebat, diſcite à me quia mitis ſum & humilis *Matt. 11.*
corde:

Porro eleganti quadam ſimilitudine nos monet Senec. dicens: *Senec.*
quemadmodum tempeſtates ipſæ, nix, grando, & alia id genus,
non aſcendunt ad orbem lunæ, ſed potius in infima aeris regio-
ne fiunt: ita etiam iniuriæ & tormenta illata bonis a peruerſis
hominibus, non ſolent eorum mentem conturbare, & à recti- *Simile.*
tudine & tranquillitate deflectere. Vnde de Catone ferunt, quod *Exempl.*
B cum quidam ei colaphum infregiſſet, nequaquam conturbatus *Cato.*
fuit, ſed perinde iniuriam illam duxit, ac ſi à muſca aliqua vel
culice ictus fuiſſet: quanto igitur magis vir Chriſtianus debet il-
latas ſibi iniurias condonare? Vis videre quam ſimus impatien-
tes? Sæpe quidem fit vt ſponte noſtra nos appellemus maximos
peccatores, & tamen ſi quis ita nos vocet, ſtatim ira excandeſ-
cimus: Item interdum etiam ad ſanguinis vſque effuſionem cor-
pus caſtigamus, & tamen ſi quis vel capillum dumtaxat noſtrum
attigerit, ſtatim iraſcimur. In quo quidem canes imitari vide- *Simile.*
mur, qui cum ſibi lambant vlcus & tangant, ſi tamen quis at- *Phil. 3.*
C tigerit, ſtatim latrant. Non ergo nos conturbent iniuriæ, ſed au-
diamus quid dicat Apoſ. in nullo terreamini ab aduerſarijs, quæ
eſt illis cauſa perditionis, vobis autem ſalutis.

*Cupiditas bonorum terrenorum quantum noceat.*

HIC *eſt hæres venite, occidamus eum.* Sane cupiditas rerum *Mali quã-*
temporalium hos miſeros perduxit in talia facinora, & ta- *to verſen-*
men qua parte arbitrabantur hęreditatem obtinere, ea per- *tur in er-*
diderunt ipſam. Sic multis modo accidere ſolet: Vnde Pſal. in la- *rore.*
D queo quem abſconderunt, comprehenſus eſt pes eorum: Sic ar-
ma quę ſumpſerat gigas ad Dauidem interficiendum, militarunt *Pſal. 9.*
contra ipſum, & ipſi caput amputarunt. Item armis Holopher- *1. Reg. 17.*
nis interfecit ipſum Iudith. Et Aman in eodem patibulo ſuſ- *Iudicũ. 13*
penſus eſt, quod Mardocheo parauerat, vnde Pſalm. intret *Eſther. 7.*
in corda ipſorum gladius eorum. Non debemus ergo propter *Pſal. 36.*
temporalia lucra, cuiquam iniuriam facere. Hinc Tob. dice-
bat filio: noli timere fili mi, pauperem quidem vitam gerimus, *Tob. 4.*
ſed multa bona habebimus ſi timuerimus Deum, & receſſeri- *Simile.*
mus ab omni peccato. Si igitur qui pauperem vitam ducunt
talem ſibi legem indicunt, quid facere debent diuites? Con-
ſidera ergo quod ſine Deo parum tibi reliqua proderunt:

noli ergo poſt prauos appetitus tuos ambulare ; neque cupidi- E
*Diuitiæ ſine deo nil valent.* tati animum applices, ſi quidem nunquam eum exatiare poſſet & explere. Vnde de talibus ait Iſa. væ qui coniungitis domum ad domum, & agrum agro copulatis vſque ad terminum loci.
*Iſa:* 5: Nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ ? Cur obſecro te totum his mundanis permittis, qui frui deſideras cæleſtibus
*Auaritia quam late ſerpat.* bonis? Sane qui ad lautiſsimas epulas inuitatus, prius ſe porris & cæpis expleret, planiſsime erraret, & præſertim quoniam poſtea ex cibis illis exquiſitis edere non poſſet : ſic ergo ſi te to-
*Simile.* tum his mundanis modo exples, poſtea cæleſtia guſtare non
1. *Cor.* 2: poteris. Animalis homo inquit Pau. non percipit ea quæ ſunt F ſpiritus Dei: Vide obſecro quã ſint ſtulti auari qui diuitias pœni-
*Oſeæ.* 12. tus ſuæ diligentiæ tribuunt ; Vnde Oſe. ait, diues effectus ſum,
*Proue.* 10. inueni idolum mihi. Et Sap: ait, ſubſtantia diuitis, vrbs forti-
2. *Tim.* 3. tudinis eius. Merito ergo ait Apoſ. quod radix omnium malorum eſt cupiditas, præſertim cum videamus etiam in hodier-
*Matt.* 16. no Euange: quomodo tandem in homicidium deuenerit. Si propter regna comparanda temporalia non debemus Deum offendere, iuxta illud, quid prodeſt homini ſi vniuerſum mundum lucretur, animæ vero ſuæ detrimentum patiatur ? quanto G minus propter tam viles opes debemus diuinam offendere maieſtatem?

*Malis videtur De⁹ longe ab eſſe.* Conſidera obſecro quomodo iſti agricolæ audaciam ſumerent talia crimina patrandi, ex eo quod Dominus procul abeſſe videretur; ſic videmus quod impij fingentes ſibi Deum longe abeſſe, turpiſsime peccant : ſic Cain tam crudelis ex-
*Geneſ.* 4. titit in fratrem ſuum, quod ſibi perſuaderet Deum non videre fratricidium ſuum : vnde & poſtea dixit ; nunquid cu-
*Pſal.* 93. ſtos fratris ſum ego? Sed contra inquit Pſalm. qui plantauit au- H
*Pſal.* 128. rem, non audiet ? aut qui finxit oculum, non conſiderat? Item alibi referens, quid dicant mali cum peccant, nempe quod tenebræ ipſos contegent : reſpondet poſtea, quia tenebræ non obſcurabuntur à te, & nox ſicut dies illuminabitur. In
*Exod.* 25. cuius rei figuram præcipiebat Deus vt ſeptem luminaria diu, noctuque arderent in templo. Cæterum adeo creuit rerum
*Cupiditas terrenorũ nos excæcat.* terrenarum amor & cupiditas, vt multi Chriſtianorum ita de his caducis ſint ſoliciti, vt videantur nullam aliam vitam expectare. Propter quid obſecro defatigaris? Certe propter nihil. Videbis enim in fluuio piſces huc & illuc diſcurrentes & inter ſe certantes, & tamen id dumtaxat faciunt propter aliquem vermi-
*Simile.*

culum



culum, vel panis micam, & hoc non vident piſces, nec at- *De rebus*
A tendunt, ſed illi qui in littore verſantur, eos ridentes. ô quantæ *nihili contendũt paſſim mortales.*
admirationis eſt, videre ſtrepitum, voces, contentiones, quas homines multiplicant, ſolius cibi cauſa! Qui vero in littore quieti
ſedent, illos derident. Vnde Salomon ait, vidi omnia quæ ſub cælo geruntur, & ecce vniuerſa vanitas! Si Chriſtus dixiſſet, labora- *Eccle.* 1.
te & ſoliciti eſtote de rebus humanis & temporalibus, & de cæleſtibus ſecuri ſitis me vobis illas daturum, non mirarer ſi homi-
nes tam anxia eorum inuaderet cura, Sed multo aliter ait, quærite inquit bona cæleſtia, nam terrena ego vobis donabo, & mihi
B hæc cura impoſita eſt: Nolite, inquit, ſoliciti eſſe animæ veſtræ
quid manducetis, ſed primum quærite regnum Dei: & hæc om- *Luc.* 12.
nia adjicientur vobis. Nimiam porro curam aliqui habẽt rerum temporalium ad vitam conducentium caducam, congeruntque
eas in annos plurimos, cum tamen præciperet Deus in Leui. Vt *Leui.* 7.
eodem die quo oblatio offerebatur, etiam comederetur. Inſu- *Exo.* 12.
per præcepit vt de agno paſchali nil in venturum diem ſerua- *Exo* 16.
retur: & manna ſi ſeruabatur in craſtinum diem, corrumpebatur. Quod ſi tam parum ſoliciti eſſe debemus in his quæ ad victum pertinent, quanto minus debemus aliena appetere, ſicut
C faciebant iſti? Mihi credite ait Gre. quia ſicut experimento mul *Gre. li.* 19.
torum didicimus, in damno expenditur quidquid cum iniuſtitia *epi.* 57.
congregatur. Si vultis igitur nil iniuſte perdere, ſummopere ſtudete de iniuſtitia nil habere. Cupiditas quidem poſsidendi & habendi quæ non habemus, inquit Sene. eſt cauſa nonnunquam vt *Sene. li.* 3.
ſimus ingrati his qui nobis dederunt quod habemus. Cupiditas *de bene. c.*
rei habendæ excæcat beneficium rei poſſeſſæ; nec aſpicimus quæ 3.
plus quam alij habemus, ſed quod aliqui plus quam nos poſsi- *Nimis inhæremus his terrenis.*
dent intuemur. Sic ergo factum eſt vt perirent iſti agricolæ mi-
D ſerabiliter. Vnde dictum eſt eis, auferetur à vobis regnum Dei: atq; ita vt illicita acquirerent, perdiderunt ſibi promiſſa.

## APPENDIX.

VIDE Obſecro quomodo iſti flagitioſi agricolæ hæredem *Labyrinthus Cretenſis.*
interfecerunt, ne ſoluerent quæ ipſi debebant. Eſt quidem auari marſupium inſtar labyrinthi illius Cretenſis, cuius ingreſſus facilis quidem eſt, ſed exitus perdifficilis, propter irremeabiles *Simile.*
angulos, ibidemq; erat Minotaurus interficiens omnes ingredientes: ſic enim auarus quem ſemel aureum nũmum aut argenteum *Marſupiũ auari cui cõparetur*
marſupio ſuo incluſerit, non patitur inde exire, & propterea

 etiam

etiam debita ſoluere non vult. Promittit quidem confeſſori ſe rē-
*Simile.* ſtituturum, id tamen nunquam præſtat. Eſt quidē inſtar ciſtellæ in E
aqua poſitæ, que dum ibi reſidet, plena quidem eſt, at vero ſi in-
de educatur, inanis eſt.

## SABBATHO POST II. DOMIN. QVADRA.

## CONCIO PRIMA.

*Multi adoleſcētes moribus depravatis. Iſa. 65.*

HOMO *Quidam habuit duos filios:* Luc. 15. Adoleſcētior
plane erat hic prodigus non ſolū ætate, ſed etiam mori- F
bus, non ſolū annis; ſed defectu ſapientiæ. Multos etiā
ſenes inuenies in habitu pueros, in verbis & in mori-
bus, quos vocat Iſa. pueros centum annorum. Alij ve-
ro ſunt iuuenes ætate, ſed ſenes in moribus, vt fuerunt Ioſeph
*Num. 11.* Dauid, Daniel, & Samuel. Vnde Dominus ad Moyſen ait, Con-
grega mihi 70. viros de ſenioribus Iſrael, quos tu noſti quod ſe-
nes populi ſint. Si enim Deus tantumodo de ſenibus canis verba
*Senes quales eſſe debeant.* faceret, non diceret, quos tu noſti quod ſenes ſint. Illos certe vo-
luit Deus eligere, quos ſciebat Moyſes, & experientia cognoue-
rat, viros eſſe virtuti deditos & ſapientiæ, licet iuuenes eſſent æta- G
*diligit nos Deus maximopere.* te, Porro pater noſter eſt Deus, & idcirco nos valde diligit. Vide
enim quomodo Dauid diligeret filium ſuum Abſalon quamuis
malum. Sic Deus vult ut nobis ſeruiat ignis & calefaciat, qui po-
tius tanquam Sodoma conbuſtione digni eſſemus: vult etiam vt
aqua nobis famuletur, quæ potius vt Pharaonē demergere debe-
bat: vt terra nos ſuſtineat, quæ potius deuorare nos deberet tan-
*Ingrati ſumus erga Deum.* quam Dathā & Abiron, & vt deniq; angeli nobis miniſtrēt. Quis
ergo tāta erit impudētia præditus, qui audeat poſthac talē offen-
dere patrem? Vnde & grauis quidā autor ait, Quis tā prodigus, H
*Gu. de Cailoe ſu. hunc locū.* ſi ita fas eſt loqui, quā ille vnigenitus patris? qui portionem cor-
poris ſcilicet & animę, quę contingebat eum, & patrimonium, ſi
dici debeat, quod à matre contraxit, diſsipauit atq; conſumpſit
*Mat. 4.* cum meretricib᷒, id eſt cū publicanis & peccatoribus nō luxurio-
*Ioan. 4.* ſe, ſed laborioſe viuēdo. Ipſe enim eſurijt, poſtquā ieiunarat pro
*Ioan. 19.* nobis, & ſitiuit cum aquam peteret à Samaritana, & diceret in
*Mat. 26.* cruce, ſitio. Sed quid moror? vſq; adeo prodigus fuit, vt ſe daret
in cibum, & cum cęlum cōſcendiſſet, mitteret ſpiritum ſanctum
ſuum, vt quos caro ſaturauerat, ſpiritus inebriaret.

*Chryſol. ſer. 1.* *Et diuiſit illis ſubſtantiam:* Petente vno, ait Chryſol. ambobus to-
tam ſubſtantiam mox diuiſit, vt ſcirent filij quod retinebat pater,
non fuiſ-



A non fuiſſe auaritiæ, ſed amoris: prouidentia, non inuidentia, non
dediſſe. Cæterum vnitatem ſcindunt, fraternitatem ſeparant, co- *Diuitiæ ſæpe quātorum ſint cauſa malorum.*
gnationem ſpargunt, parentum perdunt & violant charitatem.
*Peregre profectus eſt.* Abijt longe plus mente, quam loco, vt dato
non accepto pretio, miſere ſe venderet ſeruituti. *Diſsipauit ſub-*
*ſtantiam.* Sic mercator ad talem contractum peruenit, qui paren- *Vitioſi quo redigantur.*
tum debitum neſcit ſoluere, qui vicem neſcit redhibere gene-
ranti: Vnde Ber. ait, eſt anima ſub ſeipſa, cum propriam ſequitur
voluntatem, pernicioſa libertate gaudens. Hic eſt filius ille pro- *Ber. in ſer. de diuer. affec. animæ.*
digus qui portionem paternæ ſubſtantiæ quæ ſe contingebat ac-
B cepit, ingenium ſcilicet, memoriam, vires corporis, cæteraq; ſi-
milia bona naturæ, quibus non ad diuinam, ſed ad ſuam vtere-
tur voluntatem, eſſetq; tanquam ſine Deo in hoc ſeculo. Eſt au-
tem interim homo ſub ſe, cum propriæ ſatisfaciens volūtati, nec *Ioan. 8.*
dum tamen poſsidetur à vitijs & peccatis, quoniam qui facit pec- *Peccatum ſeruū reddit hominem.*
catum, ſeruus eſt peccati, etiam non ſui ipſius. Iam tunc ergo pro-
ficiſcitur in regionem longinquam, qui prius quidem ſeparatus
erat. Sed necdum elongatus à patre: Accepta ſiquidem portio-
ne ſubſtantiæ, factus eſt ſui iuris: Et quamuis receſsit ab autore,
proximus tamen fuit, quandiu ab opere non receſsit. Hoc au-
C tem tam diu fit, dum licita quidem, ſed non expedientia pro ſua *Peccatum nos plurimum a Deo ſeparat.*
ſequitur voluntate, & poſtquā receſſerit, & à ſeipſo declinauerit
ſcilicet in peccatum, tunc iam in longinquam vere proficiſcitur
regionem, quoniam ab eo qui ſumme & ſingulariter eſt, nil lon-
gius eo quod nullo modo eſt, nilq; remotū magis ab eo, à quo, &
per quem, & in quo ſunt omnia, quam peccatū, quod nil eſt inter
omnia: *Facta eſt fames valida. & cœpit egere.* Ecce quid facit cupidi-
tas ad cenſum præceps, ait Chry. ecce quemadmodū ſine patre cē- *Cryſolo. ſer. 1.*
ſus nudauit filium, nō ditauit. Cēſus filium tulit de gremio patris
eiecit de domo, exemit patria, ſpoliauit fama, exuit caſtitate.
D Quod vitæ, quod morū, quod libertatis, quod pietatis, quod eſt
gloriæ, nil reliquit, Ciuem deniq; in peregrinum, filium in merce- *Peccatum in quātas miſerias homines pertrahat.*
narium, liberum mutauit in ſeruum, iunxit porcis, a patre piiſsi-
mo quē ſeiunxit, vt ſeruiret cænoſo pecori, qui pietati ſanctæ pa-
rere contempſit: luxuriæ, ventri, gulæ, fames tortor apponitur,
vt ibi vltrix pœna ſæuiat, vbi pœnalis reatus exarſerat, ad talem
finem & exitum ſemper voracitas tendit, *Cœpit egere.* Fames non
tam epularum fuit, inquit Ambro. quam bonorum operum, quę *Ambr. li. 7. in Luc. 15.*
ſunt miſerabiliora ieiunia. Etenim qui recedit à verbo Dei, eſu-
rit, quia nō in ſolo pane viuit homo, ſed in omni verbo Dei. Qui
recedit à fonte ſitit, qui recedit à theſauro eget, qui recedit à
ſapien-

ſapientia hebetatur; qui recedit à virtute, diſſoluitur. Merito er- E
*Mat. 4.* go iſte egere cœpit, qui theſauros ſapientiæ & ſcientiæ Dei, di-
*Magna eſt inopia deũ amittere.* uitiarumq; cæleſtium altitudinem dereliquit; egere ergo cœpit
& famem pati, quia nil prodigæ ſatis eſt voluptati. Sẽper famem
patitur ſui, qui alimentis perpetuis neſcit impleri.

*Adhæſit vni ciuium, & miſit illum in villam ſuam vt paſceret porcos.*
Quod autem mercenarios ſuos diabolus mittat ad porcos, facit
inſatiata crudelitas, quæ contenta non eſt homines crimino ſos
fieri, niſi eos vitiorum duces, criminum faciat & magiſtros, ait
*Chryſol. ſer. 1.* Chry. Et cum eos tales fecerit, non ſinit eos ex ipſo porcorum
cibo, paſtuq; ſaturari, vt eſurientes vitia plus delinquant. Luxu-
*Vitia non ſatiant homines.* rioſos ſatietas capere non poteſt, voluptas neſcit expleri. Quare F
nos cum bono patre ſimus, permaneamus apud genitorem pium
vt & diaboli laqueos poſsimus euitare, & bonis patris iugiter
*Ber. ſer. de diuer. aff. ani.* perfruamur. Iuſtum diuinæ vltionis iudicium eſt, ait Bernar. vt
fugitiuum patris filium, alter ſibi vſurpet in ſeruum. Vnde & pro
fectus in regionem longinquam, vni ciuium legitur adhæſiſſe,
quem ego non alium, quam vnum ex malignis ſpiritibus intel-
ligendum puto, qui pro eo quod obſtinatione irreparabili pec-
cant, & tranſierunt in affectum malitiæ & nequitiæ, iam non ſunt
hoſpites & aduenæ, ſed quaſi ciues & inhabitatores peccati. Et G
*Gen. 42. Exo. 1.* nota quod famis neceſsitate ciui maligno dicitur adhæſiſſe, ſicut
Iſrael tempore famis deſcendiſſe legitur in Aegyptum. Pernicio
ſa plane atq; periculoſa eſuries, quæ liberos addicat miſeræ ſer-
uituti, ſubijciat operibus luti & lateris, porcis aſſociet, imo & ſer
uos faciat eſſe porcorum. Porro meretrices iſtas, concupiſcentias
carnis intellige, cum quibus luxurioſe viuendo diſsipat bona na
turæ, dum eis abutitur ad voluptatem. Hinc vt iam diximus, ege
ſtas ſuccedit pernicioſa, teſte ſcriptura, quod non ſatietur oculus
viſu, nec auris auditu impleatur. Dicitur ergo paſcere porcos,
corporeos ſcilicet ſenſus, qui volutabro luti & ſpurcitijs dele-
ctantur.

*Et cupiebat implere ventrem ſuum de ſiliquis quas porci manducabant,*
*& nemo illi dabat.* Quam crudele miniſterium, quia neq; conuiuit
*Chry. ſer. 1.* porcis, qui viuit porcis! miſer qui porcorum deficit & eſurit in-
*Ambr. li. 7. in Luc. 15.* ſaginam. Neque enim alia cura eſt luxurioſis, inquit Ambro. niſi
vt ventrem ſuum impleant, quorum Deus, vt ait Pau. venter eſt.
Quiſnam ergo aptior his hominibus cibus, quam is qui ſiliquæ
*Philip. 3.* modo, intus inanis, & foris mollis eſt? quo corpus non reficitur,
ſed impletur, vt ſit magis oneri quam vſui. Nec immerito ſane
mundus hic poſitus in maligno, vana promiſsione deludit, inquit
Bernar.



Bernar. animas propriæ conditionis & nobilitatis oblitas, quas
A non pudeat porcis in miniſterio ſubiugari, in deſiderio ſociari, *Ber. de cõuer. ad cle. c. 13.*
nec ſic tamen infelici edulio ſatiari. Vnde etiam hæc tanta puſil-
lanimitas & abiectio miſerabilis, vt egregia creatura capax æter
næ beatitudinis & gloriæ magni Dei, vt pote cuius ſit inſpiratio *Vitia indigna homine.*
ne condita, ſimilitudine inſignita, cruore redempta, fide dotata,
ſpiritu adoptata, miſeram non erubeſcat ſub putredine hac cor-
poreorum ſenſuum gerere ſeruitutẽ? Merito plane nec eas qui-
dem apprehendere poteſt, quæ talem deſerens ſponſum, tales ſe-
quitur amatores. Merito ſiliquas eſurit, & non accipit, qui por-
B cos paſcere maluit, quam paternis epulis ſatiari. *Et nemo illi da-* *Vitia quo nos redigant.*
*bat.* Homo ſine Deo multum laborat, & nullam mercedem inue-
nit. Vnde Petrus dicebat, per totam noctem laborantes nil cepi- *Luc. 15.*
mus. Seruietis Dijs alienis, ait Hie. qui non dabũt vobis requiem *Hie. 16.*
die ac nocte. Sane quidem Dalilæ blãdimenta, fortiſsimum Sam *Iudi. 16.*
ſonem in miſeriam adduxerunt, quem Philiſthæi excæcarunt. Tu
igitur qui mundo tam diligenter inſeruis, quiq; eius diuitias &
oblectamenta quæris, intellige te alium eſſe Samſonẽ, qui captus *Pſal. 11.*
quidẽ oculis molam aſinariam circuis: in circuitu enim impij am *Sap. 5.*
bulant. Vnde Sap. ait, Laſſati ſumus in via iniquitatis. Longiſsi- *Gen. 29.*
C mum quidem tempus Iacob ſeruiuit ipſi Laban, à quo tamen ſæ-
pe fuit deceptus: ita tu deciperis a mundo ipſo & irrideris pro
tuis obſequijs ei præſtitis, ita vt videaris etiam araneæ telam te-
xere. Vt enim aranea maxima quidem ſolicitudine & cura telã *Simile.*
texit; ſed tamen tandem muſcas ſolum reportat: ita tu ex tanta
ſolicitudine quam adhibes honoribus mundanis acquirendis,
quid aliud obſecro quam muſcas aſſequeris? ideſt rumuſculos
quoſdam populares, quos vt homines tibi conciliarunt, ita cer-
te tibi homines breuiſsime auferent: atq; ita retia quidem ten-
D dis pro mundo, ſed nil piſcaris. At ſi pro Chriſto tantos labores
ſumeres, ingentem quidem piſcium multitudinem caperes, ideſt
maxima retributione dignus eſſes. *Honores mundi caduci.*

*In ſe reuerſus.* A ſe ante receſſerat, ait Chryſol. cum receſsit à
patre, à ſe migrat, & ab homine totus tranſit in beſtiam, paternæ
pietatis immemor, gratiæ genitoris oblitus. *In ſe reuerſus.* Receſ- *Chry. ſer. 2.*
ſerat, a patre, & à ſe ipſo, dum autem inopia laboraret, redijt ad
illum & ad ſe; qui autem ad ſe reuertitur extra ſe vagabatur. Ad- *Conuerſionẽ nõ differamus.*
uerte etiam quomodo non expectauit ſenectutem vt ad ſe reuer
tatur, ſicut multi faciunt, ſed ſtatim conuertitur. Eccle. 22. prin-
cipium pœnitentis, ad ſe reverti: qui timet Deum, redit ad cor *Eccle. 22.*
ſuum. Iſa. 46. redite præuaricatores ad cor. *Cupiebat ſaturari.* Hæc *Iſa. 46.*
eſt mun-

*Dæmō quo modo ſuos fallat.* eſt mundi conditio, vt ſcilicet multis promiſsis alliciat, & poſtea nil præſtet. Sic Phariſæi multa proditori Iudæ pollicebantur, & E poſtea paſsi ſunt vt ſe ſuſpenderet quidem.

*Chryſol. ſer.* 1. *Ego autem hic fame pereo.* Fames reuocat quē ſaturitas exulauerat: fames illi patrē dedit ſapere, cui copia abſtulerat ſentire genitorem: etſi tātum præſtitit vel inuita fames, probate quid voluntarium poſsit conferre ieiunium. Oneratus venter, ad vitia cor deponit, premit mentem, ne ſupernam valeat ſentire pietatem.

Simile.

*Sap.* 9. Corpus quod corrumpitur, inquit Sap. aggrauat animam & deprimit terrena inhabitatio ſenſum multa cogitantem. Vnde & Dominus, attendite ait, ne grauētur corda veſtra crapula & ebrie- F tate. Hic patrem reliquit, ait Gre: & partem ſubſtātiæ quam perceperat prodige expendit.

*Luc.* 21. *Gre. in Euā. ho.* 36.

*Poſtquam eſurire cœpit, in ſe reuerſus dixit, quanti mercenarij, &c.* Lōge quippe à ſe diſceſſerat quando peccabat: etſi non eſuriſſet, in ſe ipſum minime rediſſet, quia poſtquam terrenis rebus indiguit tunc cogitare cœpit quid de ſpiritualibus amiſit. Infirmi quique atq; in hoc mundo deſpecti, plerunq; tanto celerius vocem audiunt, quāto in hoc mūdo non habent vbi delectētur. Bene in ſe reuertitur, ait Ambro. qui à ſe receſsit: etenim qui ad Dominum regreditur, ſe ſibi reddit, & qui recedit a Chriſto, ſe ſibi abdicat. G ô Domine Ieſu aufer a nobis ſiliquas, & panem tribue, tu enim diſpenſator es in domo patris. O ſi nos quoq; mercenarios digneris conducere, licēt ſero venientes: nam & vndecima conducis hora, & æqualem dignaris mercedem ſoluere.

*Ambr. li.* 7. *in Luc.* 15.

*Chryſol. ſer.* 2. *Surgam.* Iacebat qui dixit ſurgam, intellexit lapſum, ſenſitque ruinam, ait Chryſol. iacere ſe turpis luxuriæ aſpexit in lubrico, & ideo exclamat, *Surgam & ibo ad patrem meum.* Qua ſpe? Qua fiducia? illa qua pater eſt. Ego perdidi quod erat filij, ille quod patris eſt, non amiſit: apud patrem non intercedit extraneus, intus H eſt in patris pectore, ipſe qui interuenit & exorat affectus. Ibo ad patrem reus, ſed patris viſio cooperit mox reatum, & ſententiam cito vertit in veniam, qui redire cupit filium, non perire.

*Amor ineffabilis Dei erga nos.*

*Noſtram agnoſcamus culpā.* *Pater peccaui.* Confeſsio patrem pandit, genitorem loquitur pœnitudo.

*In cælum & coram te.* Cui peccatur in cælo, non terrenus pater eſt, ſed & cæleſtis, ideo adiecit, *Et coram te.* Cui in cælo & in terra, ante oculos ſunt omnia quæ geruntur. Peregre quidem profectus eſt iſte, & in longinquam fugit regionem, ſed accuſatores ſuos, ſed teſtes ſuos, diuini patris oculos, non refugit. Hoc Dauid clarius aperit ſic dicendo: quo ibo a ſpiritu tuo, & quo a facie

*Pſal.* 138.



A facie tua fugiam? Si aſcendero in cælum, tu illic es, ſi deſcende-
ro in infernum ades. Videt iſte per totum mundum, nuda Dei
oculis delicta ſua conſiſtere: non cælum, non terram, non maria-
non abyſſum, non ipſam denique noctem, Domino velare poſſe
peccata quæ à nobis perpetrantur. Sentit quantum ſit ſceleris,
mali quantum, in ipſo Dei peccare conſpectu, & ideo clamat re-
gius propheta, Tibi ſoli peccaui, & malum coram te feci. Vnde *Pſal.* 50.
& iſte adoleſcentior qui tantum peccauerat, ſimiliter vocifera-
tur & clamat:

*Peccaui in cælum & coram te, iam non ſum dignus vocari filius tuus.* B Non ait, non ſum dignus eſſe filius tuus, quia vocari ad gratiam pertinet, eſſe ad naturam. Audi Apoſtolum dicentem, ab eo qui vos vocauit in gratiam ſuam. Hic ergo adoleſcentior quia perdiderat quod erat naturæ, iudicat quod eſt gratiæ non mereri. *Gal.* 1.

*Et ſurgens venit ad patrem ſuum.* Illa enim apud ſe dixerat, ait Ambro. Sed non ſatis eſt dicere, niſi ad patrem venias. Vbi illum requiras? vbi inuenias? Exurge primo, qui ſedens ante dormiebas, ideo dicit Apoſtol. Surge qui dormis, & exurge à mortuis, & illuminabit te Chriſtus. Filius hic prodigus, ait Diuus Auguſt: ſuam agnouit perditionem, & ideo redijt ad patrem, dicens cum C ſancto propheta, Mihi adhærere Deo bonum eſt. Item dirupiſti vincula mea, tibi ſacrificabo hoſtiam laudis. Et rurſum, quantas oſtendiſti mihi tribulationes multas & malas, & conuerſus viuificaſti me, & de abyſsis terræ iterum reduxiſti me?

*Ambr. li.* 7. *in. Luc.* 15. *Ephe.* 5. *Aug. de ver. do. in Euan. ſec. Lu. ſer.* 34. *to.* 10. *Pſal.* 72. *Pſal.* 115.

*Cum autem adhuc longe eſſet, vidit eum pater ſuus, & miſericordia motus eſt.* Vidit pater ille qui in altis habitat, & humilia reſpicit in cælo & in terra. Vidit illum pater, vt & patrem poſſet attendere, patris viſus illuſtrauit venientis filij aſpectum, vt tota fugaretur ab eo obſcuritas quę circumfuſa fuerat de reatu. Non ſunt profecto tales tenebræ noctis, quales illæ ſunt, quæ proueniunt D de maxima confuſione eorum peccatorum quibus quotidie anima noſtra tanquam grauiſsimo onere aggrauatur. Audi prophetam dicentem, Comprehenderunt me iniquitates meæ, & non potui vt viderem. Et alio in loco ait, Iniquitates meæ grauatæ ſunt ſuper me, & lumen inquit oculorum meorum, & ipſum nō eſt mecum. Niſi ergo cæleſtis pater redeuntis filij radiaſſet in vultu, & totam confuſionis caliginem reſpectus ſui lumine ab oculis eius ſuſtuliſſet, nunquam diuini vultus vidiſſet filius hic omnium ſcelerum plenus claritatem, *Miſericordia motus eſt.* Mouetur miſericordia, qui loco non poteſt dimoueri: accurrit nō progreſſu corporis, ſed pietatis affectu. Cecidit ſuper collum eius, vt amoris

*Pſal.* 70. *Chryſol. ſer.* 3. *Pſal.* 39. *Pſal.* 37.

*Peccatoris cōuerſio donum Dei.*

amoris onere, onus tolleret peccatorum. Venite ad me, inquit E
*Mat.* 11. Chriſtus, omnes qui laboratis & onerati eſtis, & ego reficiam vos
tollite iugum meum ſuper vos quia leue eſt. Videtis quia filius
iuuatur iſtius patris onere, non grauatur. Vnde pſal. ait, quomodo
miſeretur pater filiorum: miſertus eſt Dominus timentibus
ſe, quoniam ipſe nouit figmentum noſtrum, recordatus eſt quoniam
puluis ſumus.

*Magna Dei benignitas.*

*Et oſculatus eſt eum.* Sic pater iudicat, ſic emendat, ſic peccanti
filio dat oſcula, non flagella, delicta non videt vis amoris: Pater
ſic curat filij vulnera, ne filio cicatricẽ, ne filio næuum relinquat.
*Pſal.* 31. Beati inquit propheta, quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorum
tecta ſunt peccata. Certe ſi abſceſsimus, ſi ſubſtantiam pa- F
tris totam luxurioſe viuendo diſperſimus: ſi quidquid vnquam
commiſimus aliquando facinoris & delicti: ſi ad impietatis præruptum
totam, totam venimus ad ruinam, ſurgamus aliquando,
& ad talem patrem, tali inuitati redeamus exemplo. *Miſericordia
motus:* Tertullianus quidem in illa Apoſt. verba, age pœnitentiam
&c. inquit: inauditum miſericordiæ genus eſt, quod cum
ſummo Dominus iure miſericordiam & veniam negare poſſet,
non modo non negat, ſed ipſe etiam & velit & roget, & minetur,
niſi ad eum reuertaris, tanto ſalutis noſtræ amore tenetur: G
certe tam pater nemo, tam pius nemo. Tanta eius miſericordia
eſt, vt non alia de cauſa ab eo fugeret Ionas, quam quod intelligeret
vindictam Niniuitis à ſe denuntiatã, miſericordia eius reuocandam
eſſe: atq; ſe velut fallacem & pſeudoprophetam habendum:
Deniq; tanta eſt eius miſericordia, vt vix vllo magis crimine,
quam deſperationis offendatur. Hoc enim præ cæteris omnibus,
ſalutis aditũ maxime obſtruit: ex quo liquet magis illum
perditione noſtra, quam offenſione ſua grauari, quandoquidem
certius imminere voluit exitium his qui de miſericordia eius
deſperant, quam qui eius maieſtatem læderent. H

*Tertul. Apo.* 2.
*Inuitat nos Deus ad veniã.*
*Iona.* 1.
*Deſperatio quam peſtilentiſſimum ſit ſcelus.*

*Pater peccaui in cælum & coram te: iam non ſum dignus vocari filius
tuus.* Voces filij pœnitentis, ait Aug. concutiunt paterna viſcera.
Se vocat indignum, vt pater faciat dignum: Non dixit pater, Vnde
venis? ait Chryſol. vbi fuiſti? vbi ſunt quæ tuliſti? quare tantam
gloriam tanta turpitudine commutaſti? Sed ait, *Proferte ſtolam.*
Videtis quia delicta non videt vis amoris? *Date annulum.* Paterna
pietas contenta non eſt innocentiam reparare ſolam, niſi priſtinum
reſtituat & honorem. *Et calceamenta:* Quam pauper redijt
qui ditatus abſceſſerat, & de tota ſubſtantia calceamenta in pedibus
non reportat: Non exprobauit pater ei beneficia, quæ dederat

*Aug. de tẽpo. barba. c.* 7. *to.* 9.
*Chryſol. ſer.* 3.



rat innumerabilia: quod tamen pleriq; aliter faciunt cum ami-
A cis ſuis; qui ita exprobrantes, potius lædunt & afficiunt triſtitia,
quam delectent, ſimiles plane plantis ſpinis armatis, ex quibus
cum flores aut fructus decerpis, ſpinis te ſuis pungunt. Expro-
brator quidem beneficij reprehenditur ab Eccle. cum ait, exi-
gua dabit, & multa improperabit. *Peccaui.* Non transfert culpam
in occaſiones, vel pecuniam, vel aliquid aliud ſimile, ſed ſeipſum
accuſat.

*Recipit Deus benigne ad ſe redeuntes*
*Simile.*
*Eccle.* 20.
*Noſtram culpã agnoſcamus.*

*Indignatus eſt filius eius ſenior, & nolebat introire.* Inuidia inteſti-
nus hoſtis, ait Chryſol. non carnis quatit muros, non illidit ſe-
B pta membrorum, ſed in ipſam cordis arietat arcẽ, & antequam
viſcera ſentiant, ipſam corporis dominam animam, prædo ca-
pit & adducit incluſam. Si ergo volumus cæleſtem mereri glo-
riam, ſi paradiſi beatitudinem poſsidere, ſi æterni patris inha-
bitare domum, ſi volumus rei cæleſtis parricidij non teneri, per-
uigili fide, luce ſpiritus, tetras inuidiæ pellamus & excludamus
inſidias: inuidiam totis armorum cæleſtium viribus comprima-
mus; quin ſicut nos Deo coniungit charitas: à Deo inuidia ſic ſe-
iungit. *Pater ergo illius egreſſus, cœpit rogare illum.* Cor patris an-
xium, varijs arctatur moribus filiorum, & inter diuerſos pigno-
C rum caſus, genitoris pietas ſtupefacta diſcurrit, quia videt fratrẽ
fratris reditu fugari, & ſalute alterius, ſibi alterum mox perire,
ac mœrorem longum breui gaudio penſatum, inuidiæ liuore tur
bari. O zeli tumor, duos non capit domus ampla germanos! Et
quid mirum fratres? fecit inuidia, fecit vt mundi tota duobus
eſſet fratribus anguſta latitudo. Namque ipſa Cain, iunioris ere
xit in mortem, vt eſſe ſolum zeli liuor faceret, & cæca inuidia,
quem primum fecerat lex naturæ. Nil quidem inquit Baſil. in-
uidiæ perturbatione pernicioſius, quæ ante omnia ipſi nocet au-
D tori, alijs vero quam minimum. Magis vero ſicut viperas dicunt
abrupto matris ventre naſci, ſic inuidia concipientem ſe animam
corrodere ſimul & tabeſcere ſolet: eſt enim inuidia dolor de pro-
ximi proſperitate & felici rerum ſucceſſu conceptus. Quapro-
pter animo inuido nunquam triſtitia deeſt & mœſtitia. Mala qui-
dem cætera, inquit Cypri. habent terminum, & quodcunque de-
linquitur, delicti conſummatione finitur: in adultero ceſſat faci-
nus perpetrato ſtupro: in latrone conquieſcit ſcelus furto com-
miſſo: & prædoni rapacitatem ſtatuit & finit poſſeſſa præda: &
fallario modum imponit impleta fallacia: inuidia tamen termi-
num non habet, cum permaneat iugiter, quantoque ille cui in-
uidetur, ſucceſſu meliore profecerit, tanto inuidus in maius in-

*Chryſol. ſe.* 14.
*Inuidia quantum noceat.*
*Plurimũ de noſtra conuerſione gaudet Deus.*
*Baſi. ho.* 11. *de inuidia.*
*Simile.*
*Cypr. in ſer. de zelo, & inuo.*

cendium liuoris ignibus inardeſcit.

*Fili tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt.* O quid facit vis E amoris, ait Chryſolog. quamuis malo filio, non eſſe neſcit, non eſſe non poteſt pater. Videt filium degeneraſſe animo: videt paternæ pietatis, paterni generis nil habere, & tamen nuncupat filium, ſuadet affectum, ad gratiam vel ſpem reuocat largitatis, dicendo: *Tu ſemper mecum es, & omnia mea tua ſunt.* Hoc eſt dicere, patere filium redijſſe patri, permitte patri filium ſuſcepiſſe, Nec ille aliud quam patrem quæſiuit, qui veniens, non filij, ſed loco mercenarij voluit collocari. Sint tibi omnia, illi ſufficit pater, & ne quid tibi de præſentibus, aut de veteribus exiſtimes imminu- F tum, illi noua & futura perquiram. Certe ſi conſilium patris ſequeris, & præceptum, participa præſentia cum fratre, vt cum ipſo communia ſint tibi futura: Gaude ergo, & inuentum gaude, vt ille gaudeat te non perijſſe.

*Chryſol. ſer. 4.*

*Ineffabilis Dei erga nos amor.*

*Conſilia paterna ſequamur.*

# SABBATHO POST II. DOMIN. QVADRAG.

## CONCIO SECVNDA.

### *Adoleſcentes ſeruiant Deo.* G

HOMO *Quidam habuit duos filios, & dixit adoleſcentior.* Luc. 15. Eo iam deuenit mundus, vt fere videas adoleſcentes omnes voluptatibus, & carnis laſciuijs indulgere potius quam Dei obſequijs, & virtutum ſtudijs: quod ſi quis velit ſpreto mundo, Deo inſeruire, non deſunt ſtatim qui ipſum à ſancto inſtituto reuocent, vt intelligamus verum eſſe quod ait Apoſtol. omnes qui pie volunt viuere in Chriſto Ieſu, perſecutionem patientur. Item Eccleſiaſt. H ait, contra malum bonum, & contra vitam mors: ſic contra virum bonum & iuſtum peccatores. Accedit huc quod hoſtis ille noſter antiquus dæmon, nos ſemper ex inſidijs aggrediatur, in iuniorum tamen auribus qui magis mundi amore æſtuant, hæc verba inſuſurrare ſolet: Iuuenis es, ſatis ſuperque reſtat temporis, quo caſtam & ſobriam vitam degere valeas, interim florida & iuuenili ætate fruere. Vbi vero ad maturiorem ætatem perueneris, aut ad vitæ finem appropinquaueris, pietatem ſectari ſufficiet. Eſt enim miſericors Dominus, patiens, & multæ miſericordiæ, & præſtabilis ſuper malitiā quidē, vt ille Ioel cantat. Quam multos Deus bone, fallax dæmon his aſtutijs dementa-

*Nimia licētia multos perdit adoleſcentes.*

*2. Tim. 3.*

*Eccle. 33.*

*Aſtutiæ dæmonis contra adoleſcentes.*

*Ioel. 2.*





A uit! Hinc & Dauid delictorum iuuentutis ſuæ veniam petit dicens: Delicta iuuentutis meæ, & ignorantias meas ne memineris, Item Iob peccatis adoleſcentiæ ſuæ ſe à Domino conſumi lamentatur. Si ipſorum ergo ſanctorum iuuentus periculo non vacauit, in quanto quæſo vos periculo, iuuenes huius temporis verſamini, niſi vobis ſolicite prouideatis? Quam multi autem ſunt, quos hoc tempore à veræ pœnitentiæ propoſito callidiſsimus dæmon his verbis auocare ſolet, cuius illa præcipua pars eſt, priſtinos mores deponere, & vitam nouam inchoare? Quam pauci vero ſunt qui ad fraudes iſtas cum propheta reſpondeant; Nar-
B rauerunt mihi iniqui fabulationes, ſed non vt lex tua? Porro ſi recte adoleſcentes ſibi velint attendere, cōtradictiones omnes quæ ipſis poſſunt obuenire, repellent Dei amore & fauore, qui ipſis ſemper præſto aderit, iuxta illud Iob, qui fecit ventis pondus. Nam cum dixiſſet, Memento mei Deus, quia ventus eſt vita mea, intelligens videlicet quam fragilis ſit & miſerabilis vita hominum, & præſertim adoleſcentulorum, ita vt ſit inſtar venti, idcirco addidit, qui fecit ventis pondus, vt ſcilicet intelligant adoleſcentes quod Deus ipſe facile ventum quem mente concipiunt adoleſcentiæ ſuæ, pondere ſuo deprimet, atque expellet. Quam-
C obrem gerat ſe adoleſcens inſtar prudentium nautarum, qui in vehementia ventorum ſolent vela ipſa demittere: non ergo ventos addat vanitatis, mundi, & carnis, ſed potius vela deponat, & ſe totum diuinis tradat & mancipet obſequijs, ſicut fecit hic adoleſcens in ſe reuerſus. Exerceant ſe igitur adoleſcentes iam inde à tenera ætate in diuinis mandatis diligenter exequendis & firmiter cuſtodiendis, atque in inſidijs acutiſsimi dæmonis fugiendis & euitandis, vt hoc quidem pacto non ſolum vrſos & leones ſicut Dauid, ſed ipſum denique ferociſsimum gigantem vincant & ſuperent. Aliter enim ſi ſenectutem expe-
D ctent cum iam vires deficiunt, fortaſſe tanquam inexercitati in prælio ſuccumbent ipſis aduerſarijs. Non ergo in extremam ætatem tempus pœnitentiæ reijciant, in tanta præſertim incertitudine vitæ humanæ. Parentes etiam iam inde à teneris annis curent filios ſuos ſancte inſtituendos & informandos, vt ita dilecti ſint Deo & hominibus. Sane quamuis Cain ætate antecederet ipſum Abel, nihilominus tamen propter eius virtutem, prius ſcriptura, eius geſta narrat, dicens, fuit autem Abel paſtor ouium & Cain agricola. Vt intelligamus veram antiquitatem ſeu præcedentiam in ipſa virtute eſſe conſtitutam, & virtutis ſtudioſum dignum eſſe laude atque honore. Et quidem Moyſes non ſolum

*Pſal. 24.*

*Iob. 13.*

*Iuuentus mille expoſita periculis.*

*Pſal. 128.*

*Adoleſcēs quomodo vincet tentationes.*

*Iob. 28.*

*Simile.*

*Adoleſcētes repellant vana*

*Adoleſcentes ſe in virtute exerceant.*

*1. reg. 17.*

*Adoleſcentiā ſancte traducamus.*

*Gen. 4.*

*Virtus præfertur ætati.*

duodecim lapides, & duodecim columnas, ſed etiam duodecim E
*Exo.* 24: adoleſcentes, cum intelligeret id gratiſsimum eſſe Deo, videli-
cet adoleſcentiam ſanctis moribus exornatam. Vnde & ſanctus
*Iob.* 1. Iob propterea in diuinis obſequijs filios ſuos exercebat: Sed iam
*Multi ap probãt ini quitates.* hoc tempore videmus quod longe aliter fiat, ſiquidem ipſi ſe-
nes, & aliqui parentes interdum, ſi quid turpe filij committant,
dicunt quod omnia ſuum habent tempus, & quod nunc ſit tem-
pus eorum, dicuntq; etiam ipſi adoleſcentes ſi quis ſenex eos re-
*Eccle.* 3. prehendat, Quid quæſo tu in adoleſcentia feciſti bone vir? Sane
*Mat.* 2. de regibus illis Magis videmus quod pretioſa quæq; obtulerint
*Gen.* 43. Domino. Item Iacob dixit filijs ſuis, ſumite de optimis terræ fru
*Iuuentutẽ noſtrã con ſecremus Deo.* gibus in vaſis veſtris, & deferte viro munera. Si ita ſe gerebant fi F
lij Iacob cum homine, quanto igitur deuotius nos gerere debe-
mus cum Deo? Sed nos aliter facimus, quippe qui ætatis florem
mundo damus, & poſtea ætatis fęces Deo, ita vt ad vineam Do-
mini accedamus, cum iam fere in decrepita verſamur ætate. Sed
*Mala.* 1. tamen audiamus quid dicat Malachias, maledictus doloſus qui
habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens, immolat debi-
le Domino, quia rex magnus ego dicit Dominus. Vide obſecro
quomodo ſanctus propheta tales reprehendat deſides & pigros, G

*Vanæ curioſitates quantum noceant!*

*Nõ ſequa mur ſecu li vanita-tes.* PATER *Da mihi portionem!* Poſtulabat portionem ſuam, vt
eam in vanitatibus ſeculi expenderet. Vſque adeo enim ple-
rique rebus friuolis & infimis dediti ſunt, vt obliti interim rerũ
ſolidarum, vtilium & ſalutarium, propter huiuſcemodi vanam
curioſitatem ſuam, vitæ etiam iacturam non raro incurrant. De
*Ariſto.* Ariſtotele quidem ferunt, quod miſerabili quodam dolore, atq;
mœſtitia conſumptus diem ſuum obierit, propterea quod con-
ijcere ſatis & aſſequi nunquam potuerit cauſas fluxus paludis H
*Pom. Me.* cuiuſdam, aut marini ſinus, de quo memoriam faciens Pompon.
Mela, inquit, quod ſepties ſingulis diebus fluere ſoleat & reflue-
*Iuſt. Ma.* re, atq; aridum relinquere littus. Cæterum quod Ariſtoteles ex
*Proco.* eo mœrore & ſenſu diem ſuum obierit, proditũ ſuis monumen-
*Gre. Na.* tis reliquerunt, Iuſtin. Ma. Proco. hiſtoriogra. lib. 4. Gregorius
*Miran.* item Na. in prima ora cõtra Iulian. quin etiam nonnulli dicunt,
*Pitta.* quod ſeſe in eandem paludem præcipitarit, vt refert Mirand. lib.
*Martia.* 4. ſuæ philo. Pittacus præterea de rebus quibuſdam inutilibus
*Chryſipp.* librum compoſuit: Martianus item in Raphani encomium al-
*Phanias.* terum, & Chryſippus in laudem Braſsicæ. Phanias quoq; ſcripſit
in lau-



A in laudem vrticæ, Phauorinus in encomium quartanæ, Lucianus *Phauo.*
in encomium muſcarum, in huiuſmodi ergo rebus friuolis ple- *Lucia.*
riq; occupari ſolent, obliuiſcentes interim res cæleſtes, & ſempi *Ber. de in*
ternas. Quod quam ſit deteſtabile, & ſit primus ſuperbiæ gradus *te. do. c.*
docet D. Bernard. varijs locis! Seneca dicit etiam inanem cu- *43. & de*
rioſitatem & vanitatem circa veſtitum & victum, eſſe maxime fu *gra. hu.*
giendam. Idem etiam alibi ait, inanes curioſitates multi ſectan- *Sen. li. 1.*
tur, tum in ædificando, tum in rebus inutilibus & vanis perqui- *epi. 9. &*
rendis, cum deberent in rebus fructuoſis & vtilibus tempus po- *li. 22. epi.*
tius impendere. Alibi etiam inquit, ſi ſolicitudo anxia & moroſa *123.*
B rebus ad vitam traducendam neceſſarijs adhibenda non eſt, quan *Sen. li. 13.*
to minus ad res ſuperfluas & vanas adhibenda erit? Fit enim ſæ- *epi. 88.*
pe vt qui anxij nimium circa iſta ſunt, in maximam redigantur
inopiam & egeſtatem, & qui late poſsident, multum debeant.
Habet ille dicis, domum formoſam: ſed tamen alienis paratam *Superflu-*
nummis. Si creditoribus debita perſoluit, nihil ſibi ſupererit. *os ſumpt⁹*
Quid ad rem pertinent mulæ ſaginatæ, varijs coloribus depicti *fugiamus.*
tapetes: laquearia deaurata, aurea pectoribus dependentia mo-
nilia, tecta denique pretioſa? Iſta nec dominum facere poſſunt
C meliorem! O quantum decus ſeculi, imperatorem triumpha-
lem Cenſorinum, & quod ſuper hæc omnia erat, Catonem, vni-
co equo eſſe contentum. Porro curioſitatibus deditos homines,
monens Eccle. ait, ne plus ſapias quam neceſſe eſt, ne obſtupeſ- *Eccle: 7.*
cas. Eſt enim hic, talis inſtar gladij, qui ſi aliquid ſecet paulo du- *Simile.*
rius, ſtatim retuſam habet aciem: Efficiamus ergo inſtar venato- *Simile.*
rum, qui ſi viderint canem occupari in olfaciendis rebus inuti-
libus, id non permittunt: ſic ergo nos mentem retrahamus à va-
nis cogitationibus. Vnde Pau ait, noli altum ſapere, ſed time. *Rom. 11.*
Quaſi dicat, noli ſuperbire, & inania cõſectari. Plinius quidem *Plinius.*
D ipſe ait, regionem eſſe quandam, vbi mel ſit venenoſum, cum *Simile.*
apes in rebus venenoſis laborent, & ita quamuis dulce, interficit
tamen. Sic ergo curioſitates vanæ quamuis tibi videantur inter-
dum delectabiles, nihilominus tamen mentem maxime contur-
bant: nec vero ſolum a talibus debes mẽtem auocare, ſed etiam
oculos auertere à libris in quibus talia contineantur. Vnde in *Acto. 19.*
Act. Apoſt. legimus: multi autem ex eis qui fuerunt curioſa ſe- *Inanes cu*
ctati, contulerunt libros, & combuſſerunt eos coram omnibus. *rioſitates*
Sed tamen hoc tempore multos videas occupatos in lectione in *quantum*
utilium librorum, & plures etiam quaſi muſcas, eos cum legunt *noceant!*
audientes, & quaſi de telis aranearum pendentes. Noli ergo in *Simile.*
huiuſmodi vanitatibus occupari, cum pernicioſiores videantur

 etiam

etiam ipſis belluis feris, cum hæ dumtaxat corpus lacerent, illæ vero & corpus & animam perdunt. Vnde Petr. nos monet dicens, conſiderantes in timore ſanctam conuerſationem veſtram: Nō ergo ſuperfluis curioſitatibus, aut etiam inanibus ornatibus incumbamus. Nam etiam apud Romanos olim ſancita lex erat, ne mulieres geſtare poſſent pręter dimidiam auri vnciam. Quod ſi talis lex pro mulieribus ſancita, quæ licentius viderentur his vti poſſe, quid quæſo de hominibus ſancitum fuiſſe putandum eſt? Quid igitur nos Chriſtiani reſponſuri ſumus in iudicio, ſi in hæc labamur incommoda? ſane niſi plurima curioſa habuiſſet Ezechias, non fuiſſet ei tanta cupiditas oſtentandi ea extraneis, neque illud quod ei euenit incommodum, vnquam eueniſſet. Qui non reſecant deſideria ſuperflua, ſed in vanas quaſcunque feruntur cogitationes, & inanes curioſitates, iuſte quidem Dominus ne talibus fruātur permittit. Vnde per prophetam Amos ait, idcirco quia diripiebatis pauperem, & prædam electam tollebatis, domus quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas amantiſsimas plantabitis, & non bibetis vinum earum, quia cognoui multa ſcelera quidē veſtra, & fortia peccata veſtra. Quamobrem miſſas facito huiuſmodi vanas curioſitates, quoniam quantumcunque his rebus abundans fueris, nequaquam tamen pertingere poteris ad ea quæ Rex Salomon poſsidebat, qui nihilominus omnibus diligenter exploratis, & exacte conſideratis, ſapientiſsime ait; vanitas vanitatum, & omnia vanitas. Vide etiam quid dicatur Iſa.3.cap.

*Vitam in vanitatibus non cōſumamus.*
*Lex quædam Romanorum Superfluos ornatus quantumq; deteſtarentur Romani.*
*4.Re.20.*
*Amos.5.*
*Curioſitates inanes quo redigantur.*
*Eccl.1.& 2.*

*Praua ſocietas quantum noceat.*

D*iſſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe:* Vide quomodo in tantas anguſtias deuenerit hic miſer adoleſcens propter prauas ſocietates cum quibus verſabatur. Sane quando Deus introducere voluit populum ſuum in terram Chanaam, præcepit ei, vt gentes illas idololatras diſperderet, & deuaſtaret, ne ita ex praua earum ſocietate contaminarentur, & à diuino cultu ad idololatriam auocarentur. Vnde & Moyſes comminabatur eis quod breui in idololatriam inciderent, quoniam ab idololatrarum cōmunione non ſe abſtinebant. Vnde & Sapiens ait, amicus ſtultorum ſimilis efficietur. Quod ſi fideles Dei ſerui ſibi tantopere caueant à peruerſis ſocietatibus, quomodo audes tu vir fragilis & inconſtans, talibus te libenter immiſcere? Maximam adhibes curam,

*Noxias ſocietates fugiamus.*
*Num.16. & 33.*
*Deut.4.*
*Pro.13.*
*Simile.*



A ram, ne ab immodico vento lædantur arbuſculæ quas plantaſti, cur ergo pariter & te, & liberos non cuſtodies à peſtifera ſocietate & lethali? Vide obſecro quam prauum conſilium dederit impius vir ipſi Amnon, nempe vt cum pulcherrima ſorore ſua Thamar dormiret. Vide etiam quomodo punierit Deus ſerpentem, propterea quod tam peſtilenter perſuaſerit ipſi Euæ. Vnde dixit ei, maledictus eris inter omnia animantia. Declarans etiam Dominus quantum mali poſſet affricari populo ſuo, ex peſtilenti, & mortifera ſocietate idololatrarum, ait, Erunt uobis quaſi claui in oculis, & lanceæ in lateribus. Si palea vnica perexigua tantum B oculis nocet, quanto magis nocebunt claui in oculis & lancea in lateribus & corde? Vide præterea quantum detrimenti attulerit ipſi Ioſaphat, peruerſa ſocietas regis Achab, adeo vt diceret ei propheta, impio præbes auxilium, &c. Recordare etiam quomodo Iſaias reprehendat Hebræos, propterea quod cum gentilibus communicarent, dicens: vinū tuum miſtum eſt aqua, Vt enim vinum cum miſcetur aquæ, vim ſuam remittit, ſic etiam plurimum nocet viro bono mala ſocietas. Quemadmodū etiam ſpeculum ipſum halitu etiam ſolo offuſcatur: ſic etiam vita candida & bene morata, nonnihil denigratur ſi impiorum & depra- C uatorum hominum conſuetudinem frequentet, & lædi etiam videtur, tanquam ſi beneuolus planeta cum infauſto ſocietur. Vnde Dauid ait, commiſti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum. Hinc etiam Eccle. ait, diſcede ab iniquo, & deficient mala abs te.

*3.Re.13.*
*Gen.3.*
*Num.33.*
*Societas mala quātū nocеat.*
*2.Par.19.*
*Iſa.1.*
*Simile.*
*Simile.*
*Simile*
*Pſal.105.*
*Eccle.7.*

Plurimum præterea nobis nocet & incommodat conuerſatio cum hominibus ſuperbis. Vnde in Deute. præcipiebat ne quis araret cum boue, & aſino, vt inde intelligeremus quam ſit noxia ſocietas humili cum ſuperbo. Nam bos quidem humilem virum ſignificat, ſub obedientiæ iugo poſitum, aſinus vero ſuperbum D deſignat & contumacem. Vnde regius propheta ait, homo cum in honore eſſet, non intellexit, comparatus eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis. Item Apoſtolus ait, nolite iugum ducere cum infidelibus: quæ enim participatio iuſtitiæ cum iniquitate, aut quæ ſocietas luci ad tenebras? Non ergo nos cum impijs & improbis miſceamus, aliter enim ſicut arbor ſecus viam plantata, non poteſt fructus ſuos ad maturitatem vſque perducere, ſic etiam ille qui ſe cum improbis miſcet, fructus maturos bonorum operum quidem edere nullo modo poteſt. Vnde regius Pſalmiſt. dixit, Gladium euaginauerunt peccatores, & intenderunt arcum ſuum, vt decipiant pauperem & inopem, vt truci-

*Deut. 21.*
*Pſal. 48.*
*2. Cor.6.*
*Simile.*
*Pſal. 39.*

trucident rectos corde: Porro euaginare gladium eſt, publice &
*Excemp.* coram omnibus peccata committere, & iſti quidem prauo ſuo E
*prauum* exemplo multos interficiunt. Vnde & addit, gladius eorum in-
*quantum* tret in corda ipſorum. Quaſi dicat, non permittat Deus vt alij
*noceat.* interficiantur. Cæterum Eccle. ait, quod muſcæ morientes per-
*Eccle.* 10. dunt ſuauitatem vnguenti; quaſi dicat virtutem ipſam à minimis
*Simile.* etiam prauis cogitationibus & a deprauatis exẽplis plurimum
lædi, quanto magis læditur ſi aſsidue cõmunicet vir probus cum
*Seneca.* impijs? Scribis ad me, inquit Seneca ad amicum ſcribens, a qui-
bus te cuſtodire debeas. Sane non perinde inquit, a leonibus &
tygribus te cuſtodire debes, atque à praua ſocietate. Conuerſa-
ri quidem cum malis, eſt veluti verſari inter medios dracones, F
aut ſcorpiones, aut huiuſmodi alia animalia nobis nociua. Vnde
*Iob.* 30. Iob inquit, frater fui draconum, & ſocius ſtruthionum. Quod ſi
tam perfectus & iuſtus vir id ſentiebat, quanto igitur magis tu,
*Iob.* 1. qui tyrunculus es in virtute, & parum exercitatus, te diligenter
à praua ſocietate ſeparare debes? Caſtaneæ quidem quæ fractæ
*Simile.* ſunt aliquantulum, facile ignem ſuſtinent, & in eo perdurant,
etiam donec in cinerem reſoluantur: ſed non perinde faciunt quę
*Conuerſa-* integræ ſunt, quin potius ſtatim ex ipſo igne exiliunt. Sic ergo
*tiones no-* qui vitioſis moribus ſunt aliquantulum contaminati, non per- G
*xias decli-* inde ægre ſuſtinent cum deprauata verſari ſocietate, ſed cum ea
*nemus.* potius comburi patiuntur: at vero bona & integra vita præditi,
ſtatim atque prauas ſentiunt confabulationes, & noxias, ſe ab
eis ſeparant ne comburantur. Vnde Abraham dixit ipſi Eliezer,
*Gen.* 24. non accipies vxorem filio meo de filiabus Chananæorum inter
quas habito. Sed cur prohibes ſancte patriarcha, filio tuo, quod
tu ipſe præſtas? An non coniugem tibi Cæthuriam, ex ea terra
duxiſti vxorem? Cæterum ad hoc reſponderi poteſt, quod cum
*Bonam ſo-* Abraham exercitatiſsimus eſſet in virtute, & fide, & in cæteris
*cietatem* bonis operibus, non erat perinde periculum quod contamina- H
*teneamus* retur, imo potius ipſe ſanctam redderet vxorem. Quare nos ni-
tamur ſemper vt ſanctam habeamus ſocietatem, & à peſtilenti
& noxia fugiamus, ſicut aues Auernum fugiunt. Vide obſecro,
1. *Eſd.* 4. quomodo intelligerent Hebræi nocere malam ſocietatem, ſi-
*Deum ti-* quidem cum Gentiles ſeſe eis offerrent, quod ipſos iuuarent in
*meamus.* templi ædificatione, noluerunt tamen ſeſe ipſis adiungere. Sed
tamen multos videas nunc temporis qui nihil vereantur cum im-
pijs verſari, propterea quod iuuentur ab ipſis in aliquo commo-
*Simile.* do temporali. Veruntamen intelligãt quod ſicut quãuis aliquis
candidas habeat manus ſi tamẽ carbonẽ tractet, manus ipſas tin-
gerę



gere ſolet: & ſicut ligna quamuis viridia, ſi in igne aſsidue verſen- *Simile.*
A tur, tandem quidem ab igne comburuntur, ſic etiam quamuis ali-
quis ſibi videatur virtute roboratus, ſi tamen aſsiduam habeat fa-
miliaritatem cum impijs, tandem fere contaminatur. Id circo vi-
deas ſeruos Dei maxime fugientes malorum contubernia & ſo- *Hiere.* 9.
cietates. Vñde Hie. ait, quis det me in ſolitudinem diuerſorium
viatorum, vt fugiam populum meum? quia omnes adulteri ſunt.

## APPENDIX.

B DA *mihi portionem.* O quantum ſtudent multi & gaudent licen- *Gene.* 30.
ter viuere & iuxta palatum ſuum! Sed tamen ſerui Dei lon-
ge aliter ſe gerunt. In cuius rei figuram, Iacob ipſe quas duxerat
ſeruas, etiam ſeruas reliquit & ſubiectas: Idem etiam præſtitit
Abraham cum Agar, quam duxerat etiam propter Sarræ inter- *Gene.* 16.
ceſsionem & preces.

*Ibo ad patrem meum.* Sed in quo quæſo confidebat iſte, vt vellet *Ad domi-*
ad patrem reuerti quem tantopere offenderat? Sane in eo quod *num tota*
pater eſſet, vt inde intelligas tu peccator quanta cum fiducia ad *animi fi-*
talem patrem debeas accedere. *ducia re-*
*deamus.*

C

## SABBATHO POST II. DOMIN. QVADRA.

## CONCIO TERTIA.

*Parentes quomodo ſe gerere debeant erga liberos.*

HOMO *quidam habuit duos filios.* Luc. 15. Tanta quidem
cura incũbere debent parentes in liberorum ſuorum
inſtitutionem, vt ad id oſtendendum Eccleſia non ſit *Liberi be-*
contenta inſtructione ipſorum parẽtum, quin potius *ne infor-*
D etiam in baptiſmo patrinos quoſdam ipſis aſsignet: *mentur.*
eſt autem patrinus quaſi pater diuinitus datus, vt ait Hug. de S. *Hug. de*
Vic: vt inde intelligãt tam patrini quam parentes quomodo in- *S. Vic. li.*
cumbere debeant in inſtituendis liberis & filijs ſuis, & quanto di- 2. *de ſac.*
gni ſint ſupplicio qui hæc facere negligunt: Nam certe ſicut vas *p.* 6. *c.* 12.
nouum diu conſeruat odorem liquoris quem ipſi infuderis: ſic *Anſel. li.*
etiam adoleſcentes diu perſeuerant in prima inſtitutione. Vnde *de Simil.*
Sap. ait, adoleſcens iuxta viam ſuam, etiam cum ſenuerit non re- *ca.* 141.
cedet ab ea. Hinc & philoſophus ait, anima pueri eſt tanquam ta- *Pro.* 22.
bula raſa in qua nihil eſt depictum. Si igitur bene inſtituantur filij *Ariſtot.*
diu qui-

diu quidem perſeuerabunt, ſicut rota aut globus aliquis ex pri- E
*Simile.* mo impulſu diutius in orbem voluitur. Vnde Ezech. declarans
*Ezech.16* negligentiam parentum circa hanc rẽ, inquit: pater tuus Amor-
rhæus, & mater tua Cethæa. Quaſi dicat parentes te tanquam
*Parẽtes a* barbari quidam inſtruxerunt: quia inquit, quando nata es, aqua
*liqui quã* non es lota, hoc eſt non bene fuiſti educata: Imo certe videas
*ſint crude* aliquos parentes retrahere filios & reuocare a ſanctis inſtitutis,
*les erga li* ſæpe enim videas quod ipſis diſſuadeant religionem: in quo ta-
*beros.* men iure paterno potius abuti videntur ſæpiſsime. Vnde Hier.
*Hier. epi.* ait, ſi ſuper limina domus, pater & mater iaceant, vt ęgreſſum F
*1. eremi.* prohibeant, per calcatos perge parentes, & ad vexillum Cru-
*ad Helio.* cis aduola. Summum genus pietatis eſt, in his eſſe crudelem!
*& epi. ad* Et Chriſtus ait, omnis qui reliquerit domum vel fratres, vel
*Nepo.* ſorores, vel patrem, vel matrem, propter nomen meum, cen-
*Matt.19.* tuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit. Item Deut. 33.
*Deut. 33.* dicitur, qui dixerit patri ſuo & matri ſuæ. &c. Parentes ergo non
*1. Reg. 4.* faciant ſicut Heli, qui dicebat Samueli cum a domino vocare-
*Geneſ.31.* tur, reuertere fili, & dormi. Querebatur quidem Laban cum ab
eo receſsiſſet Iacob, quod non potuiſſet filias ſuas deoſcula-
ri, tum etiam ipſas in profectione comitari, & denique quod ip- G
ſi furati eſſent idola ſua. Sic parentes cum vident filios reli-
gionem ingredi, conqueruntur propter ſua temporalia lucra
*Matt. 10* & commoda quæ ex filijs reportaſſent. Vnde Chriſtus ait, ini-
*Simile.* mici hominis, domeſtici eius. Sed quis quæſo tam inhumanus
eſt pater, qui videns filium in platea, taurum iam inſtantẽ ſibi fu-
gientem, ac propterea in tectum aliquem aut feneſtram aſcẽdere
volentem, id ipſi prohibeat? crudelior ſane & inhumanior eſt
pater, qui videns quod filius ferocisſimo mundo & fallaci ſe ſub
*Hiere. 9.* trahere vult, vt religionem ingrediatur & animã ſuam ſaluet, id H
tamẽ ipſi prohibet. Vnde Hier. ait, quis dabit me in ſolitudine,
diuerſorium viatorum, & derelinquam populum meum, & rece-
dam ab eis? quia omnes adulteri ſunt. Quamobrem qui tales ha
*Iaco. 1.* bent inſpirationes, plurimi eas faciãt: nam vt ait Iaco. omne da-
tum optimum, & omne donum perfectum, de ſurſum eſt, deſ-
cendens a patre luminum. Quod ſi iſti tales, gratias deo agere
*Ioan. Cli.* debent, quanto magis qui iam religionem ipſam profitentur? Et
enim vt Ioan. Clima. ait, ſtatus religioſorum, eſt angelicus qui-
dam ſtatus, cum in vita mortali, vitam quandam teneat cæle-
ſtem. Alios porro parentes videas, qui in aliud declinent extre-
mum, videlicet vt cogãt etiam filias vt ſint moniales, & ſępe etiã
propter friuolas cauſas:

Itaq;



Itaque nitantur parentes vt bene inſtituant liberos, & eos ſe-
A cum ad conciones deferant. Quod ſi dicas non habere adhuc eos *Hoff. in*
capacem ętatem ad conciones audiendas, cur ergo quęſo te, in- *Luc. 2.*
ſtruis ipſos in cantionibus, ſaltationibus, & alijs laſciuijs? Aduer-
te obſecro, quod ex ipſis concionibus diſcent, quomodo debeant
parentibus obedire, & eos reuereri, & melius credent ipſi con
cionatori dicenti, quam tibi. Conſidera quod quia carent filij
doctrina & diſciplina, tendunt ſępiſsime in exitus infelices,
& parentibus moleſtiſsimam exhibent ſenectutem. Aduerte &
B reuoca in memoriam, patriarcham illum Abraham, qui maxi-
mo in pretio à deo habitus eſt, propter ſolicitudinem quã gere- *Gene. 18.*
re alioqui de ſuis filijs debebat. Dicitur enim in Gene. Scio quod
Abraham pręcepturus ſit ſuis filijs & familię, vt ſeruent manda-
ta mea, atq; ita Deus in eo promiſsiones omnes exoluit: Diſce *1. Reg. 4.*
quid Heli contigerit, propterea quod non caſtigauit filios. Ad-
uerte quanta cura Iob incumberet, non ſolum in eo vt filij non *Iob. 1.*
committerent peccatum, ſed etiam vt ne vellent quidem cogita-
re malum aliquod. Multi deniq; filij damnantur & infeliciter
pereunt, propter parentum ipſorum negligẽtiam, & in inſtruen-
C do incuriam. Vide quid dicat D. Grego. nempe quod erat puer *Greg. l. 4*
quidam valde aſſuetus iuramentis, de quo tamen pater eum *dialo. c. 18*
non arguebat, atque ita ex ipſiusmet patris ſinu, a dæmo-
nibus ereptus eſt. Porro non eſt tempus, quo periculoſius pue-
ri diſcurrant per vicos, quam cum celebrantur diuina officia,
quia in his recolliguntur fere omnes timentes Deum, alijs au-
tem horis ſunt per calles & vicos diſperſi, & ſi quid mali vide- *Parentes*
rint, id reprehendent. Tempore autem quo fiunt conciones *ſecũ ad cõ*
fere viri inutiles tantum & nequam diſperguntur per vicos ex *cionẽ filios*
quibus poſſunt mala multa pueri diſcere. Vnde parentes ſi ſecũ *ducant.*
D filios non habent, ſemper metuere debebunt eorum periculum.
Filię etiam ſi domi relinquantur, multo maiorem ingerent ſoli-
citudinem. Omnis ergo hęc ſolicitudo & moleſtia tollitur, ſi pa-
rentes ſecum liberos adferant.

*Mali volunt iuxta palatum ſuum viuere.*

*Vita cũ ni mia licen tia tradu cta quãtũ noceat.*

PATER *da mihi portionem ſubſtantiæ, quæ me contingit.* Hic quidẽ
adoleſcens vt poſſet iuxta palatum ſuum viuere, portionem
ſubſtantiæ poſtulauit. Multos etiam videas hoc tempore, qui
ita viuere velint perdite. Sane Iudæi cupiebant Ioannem eſſe
Meſsiam ſuum, vt ita poſſent ipſi licenter viuere, atque perdite *Ioann. 1.*

cum

cum ipſe ſolitariam duceret vitam. Multi pariter prælatos & ſu-
periores ſibi deligunt, cum quibus poſsint habenis laxis viuere: E
Nollent mali aliquem iuſtum videre ſibi contrarium. Nam vt ait
Chriſtus, qui male agit, odit lucem. Et Eccle. ait, pondus ſuper
ſe tollit, qui honeſtiori ſe communicat. Vnde de talibus qui iuxta
palatum ſuum viuere optant, dicit Iſa. væ filij deſertores, vt face
retis conſilium & non ex me, & ordiremini telam, & non per ſpi
ritum meum, vt adderetis peccatum ſuper peccatum: Quaſi di-
cat, non vultis ſub eius obedientia viuere, qui defectus veſtros
corrigat, ſed ſub eo qui vos ad arbitrium veſtrum viuere ſinat, &
ſub quo poſsitis peccata peccatis addere. Quod ſane ex ſuperbię F
radice etiam procedit, & in hoc dæmonem imitamini, qui noluit
deo eſſe ſubiectus: Verum conſiderare debemus ait Lau. Iuſti.
quod ſingula quæq; naſcentia habent ſua munimenta, quibus na
turam ſuam ab incommodis defendunt. Cortex ambit arborem,
penna tegit volucrem, piſcem ſquama operit, lana ouem induit,
pellis iumenta & feras veſtit, cōcha teſtudinem excipit, ſolus ho
mo inermis naſcitur & nudus, vt eo ad humilitatē fiat pronior,
quo ſe cæteris rebus in ipſo ſuæ natiuitatis primordio intuetur
abiectiorem. Qualis vero ſit hominis progreſſus dum is viuit, fa G
cile ſi conſideretur agnoſcitur: tantis nāq; malis vita ipſius reple-
ta eſt, vt comparatione eius, mors remedium putetur eſſe, non
pæna Hanc enim humores ipſi ſæpe intumeſcere faciunt, dolores
extenuant, ardores deſiccant, eſcæ inflant, ieiunia macerant, ioci
diſſoluunt, triſtitia conſumit, ſolicitudo coarctat, diuitiæ iactant,
paupertas deijcit, iuuentus extollit, ſenectus incuruat, infirmitas
frangit, & poſt hęc omnia, mors interimit. Quo autem fine clau
datur hominis caro, ipſa ſepulchra inſinuant oſsibus plena, fæto-
ribus intolerabilia, vermibus referta, nam poſt hominē vermis, H
poſt vermē fætor et horror: ſicq; in non hominem vertitur om-
nis homo. Quare o ſeculi amatores, o carnis concupiſcētiarum
fautores, cum fæx et res viliſsima ſimus, quare ſuperbimus? O mi
ra fatuitas, o ſtupenda cæcitas, o impura vanitas cordis noſtri,
cuius ceruicoſos motus domare non poteſt humilitatis tanta ma
teria, quin adhuc ſuperbiat puluis & cinis.

Porro docens nos Euſe. Emi. quam obedientes eſſe debeamus,
inquit: quanto obedientiores fuerimus prepoſitis & patribus, tā
tum obediet Deus orationibus noſtris. Ne vero quemquam obe
diendi verbum Deo attributum offendat, meminerit hoc verbū
ex ſacrarum literarum hiſtoria. Nam cum ſol ad imperium Ioſue
in cęlo trium horarum ſpatio immobilis ſtetiſſet, hæc protinus
verba

*Conditio malorum licenter viuere.* *Sap. 2.* *Ioan. 3.* *Eccleſi. 3.* *Iſa. 30.* *Mali correctiones reſpuunt.* *Lau. Iuſt. li. de lig. vi. c. 4. de humil.* *Humilitatis ſtudioſiſſimus.* *Quāta ſit hominis miſeria.* *Mūdani quam ſint cæci:* *Eu. Emi. ho. 3. admon.* *Ioſue. 10.*



verba ſubijciuntur, obediente deo voci hominis: Quia enim ſan
A ctus Ioſue vt in eodem lib. ſcriptum eſt, perfectiſsima obedientia
omnes Dei leges & præcepta ſeruabat; voluit iuſtiſsimus ille
mundi arbiter, obſequium obſequio, & obedientiam obedientia
remunerare: Quod igitur maius obedientiæ præmium, quā quod
vir obediens omnipotentem Deum ſibi faciat obedientem? Cæ-
terum antiqui olim eremi patres, ſancti Simeonis ſtilitis virtu-
tem probare voluerunt: cum enim is nouam quandam viuendi ra
tionem, omnibus antea ſeculis incognitam elegiſſet, vt videlicet
in columna 35. cubitis a ſolo erecta, habitaculum ſibi elegiſſet:
B ad illū patres legationem miſerūt, quam Euagrius Scholaſticus
memorat his verbis. Cum Simeon iſte, qui in terra angelus, in
carne cæleſtis Hieruſalem ciuis fuit, peregrinam viuendi vitam
hominibus plane incognitam inſtituiſſet, ſancti eremi incolæ mit
tunt quendam ad illum, iubentq; vt ab eo ſciſcitaretur, quid hæc
noua & inuſitata vitæ ratio ſibi vellet, & quam ob cauſam trita
viuendi via, & ſanctorum preſſa veſtigijs relicta, aliam quandam
peregrinam, & hominibus omnino ignotam ſequeretur? eumq;
hortantur per nuntium vt ex ſuo domicilio deſcenderet, viaque
electorum patrum inſiſteret. Quod ſi alacri animo & parato deſ-
cendere videretur, mandabant vt ei ſui ipſius viuendi via inſiſtē
C di, poteſtas fieret: ex obedientia eum ſatis conſtare poſſe dixerūt
eum deo duce in eam viam ingreſſum fuiſſe, & tam graue certa-
men ad ſe affligendum in vita ſuſcepiſſe, ſin vero reſiſteret, aut
ſuæ inſeruiret voluntati, & non ſtatim ipſorum hortationi morē
gereret, vi inde abſtraheretur. Nuntius vbi acceſsit ad eum, & pa
trum mandatum ei expoſuit, iſq; extemplo alterum produxiſſet
pedem, patrum hortationi obſecuturus, permiſit hanc viuendi
via eū incedere, ſic eum affatus: bono animo ſis, & ſtrenue te ge-
re, ſtatio tua a deo eſt inſtituta, vt inde intelligas quanti ſit æſtimā
D da obedientia. Nam certe quemadmodum in militaribus equis,
ea facilitas qua fræno aptiſsime parent, potiſsimum laudari ſo-
let, vt ſeſe ad domini voluntatem huc atq; illuc facillime verſent
ita in ſeruis Dei miro modo hæc obediendi promptitudo & velo
citas commendatur. Quamobrem adoleſcentes facile ſtatim pa-
rentibus ſuis atq; maioribus obtemperent. Si enim Dei filius pa-
rentibus ſuis obediuit, cur quæſo tu non parebis parētibus tuis?
O facinus turpiſsimum, & quod multos in inferni barathrum
protrudat: Vtinam hactenus ſeruarentur leges Leui. & Deut. In
Leui. Si quidem præceptum erat ita: quicumq; maledixerit patri,
vel matri, morte moriatur. Item in Deut. habebatur, ſi genuerit
homo

*Obediamus maioribus & ſuperioribus noſtris.* *Exēp. mirum.* *Eua. Scho.* *Magna ſancti eremitæ obedientia.* *Obedientia magnū virtutis indiciū.* *Simile.* *Obediētia eximia virtus.* *Hoff. in Luc. 2.* *Leui. 20.* *Deut. 21.*

homo filium contumacem & proteruum, qui non audiat patris E & matris imperium, & coercitus obedire contempſerit, apprehendent eum & ducent ad ſeniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos: filius iſte noſter proteruus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, commeſſationibus vacat, & luxuriȩ atque conuiuijs: lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio veſtri; & vniuerſus Iſrael audiens pertimeſcat. In Pro. etiam dicitur: qui maledicit patri ſuo & matri ſuæ, extinguetur lumen eius in medijs tenebris, hoc eſt, eum Deus deſtituet auxilio particulari & ſpeciali in ſuis maioribus periculis. F

*Quid mereatur filij contumaces.*

*Prou. 20.*

*Voluptates mundanæ quantum noceant.*

DISSIPAVIT *ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe.* Sane voluptatibus & delicijs mundanis ſe totum tradebat hic adoleſcens, ac propterea in tantam deuenit miſeriam. Sic etiam nos talem vitam complectimur, cum mortem obliuiſcamur, & ſæpe non recordemur, ac propterea interior homo miſere G perit. Solinus quidem meminit duorum fontium, ex quorum vno qui biberit, vſq; adeo ridet, vt ridendo moriatur: ex altero vero ſi bibat, ſtatim riſum illum perdit. Per primum autem fontem poſſumus intelligere mortis obliuionem, per ſecundum vero mortis memoriam: nam ſicut in illo riſu ſoluimur & delicijs ac voluptatibus, ita in hoc fletu compungimur mortem recordantes. Nemo ſatis explicare idoneus eſt, quantum ſcilicet vita voluptatibus affluens ſit nocifera. Sane cum Nabuchodonoſor adorari iuſsit ſtatuam, ſimul etiam præcepit, H vt varia pulſarentur inſtrumenta, vt hoc pacto non poſſent attendere quam graue ſcelus committerent. Sic igitur modo voluptatibus huius ſeculi ita multi ineſcantur, vt non attendant quo potu vitiorum a mundo & dæmone atq; carne, inebrientur. Sane ſi temperantia eſſet in conuiuijs, non eſſet perinde mirum quod frequentarentur: nunc vero cum videamus tantam intemperantiam regnare, quis non videat quam deteſtabilia ſint talia conuiuia ſecularia? Sæpe enim videmus etiam quod tales habeant exitus, qualis fuit exitus ille conuiuij Abſalon, in quo interfectus eſt Amnon. ſi ſcires quod in conuiuio ad quod tendis, grauiter eſſes vulnerandus in corpore, num obſecro illuc tu ires? non arbitror inquis. Cur ergo ad ea libenter tendis conuiuia,

*Vitioſi quo redigātur*

*Solinus. Mortis memoria quātū conducat.*

*Dani. 3.*

*Intēperātia deteſtabilis.*

*2. Reg. 13*



A conuiuia, ex quibus noſti multa redundare animæ ſcelera, quæ ſunt longe pernicioſiora? Poſtulauit quidem olim Eſau, a Iacob, vt ſibi ſcutellam daret lentis, vt inde intelligas, quam eſſent moderata antiquorū conuiuia & epulȩ, præſertim cum Iacob qui diues erat, tali vteretur cibo. Certe cibus tuus eſſe debet, ad vitam dumtaxat ſuſtentandum, & reparandum quod ex ipſa quotidie deperit & abſumitur, vt inde intelligas quam paucis ſit contenta natura: Et certe quemadmodum ſi quis in veſte ſua conciſſa varij coloris apponat commiſſuras, deformem valde reddidit veſtem: ſic vtique varietas ciborum ſæpe de B formem & infirmam reddit vitam noſtram, nec tantum corporalem, ſed interdum etiam ſpiritualem: nec bene ſtare & conuenire videntur vita ſpiritualis laudabilis, & vita corporea delicijs affluens. Vnde Iſa. ait, coanguſtatum eſt ſtratum, ita vt alter decidat, & pallium breue, vtrumque operire non poteſt. Diuitijs ergo & epulis ſpiritualibus abundare debemus, vt animam paſcamus. Vnde Cant. 8. Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto delicijs affluens? Vbi intelligit ſpirituales delicias quæ in deſerto & ſolitudine abundare ſolent conuer C ſando cum Deo: vnde & ſubdit, innixa ſuper dilectum ſuum. Huiuſmodi ergo delicias perdunt qui corporeis ſe tradunt delicijs: nam terra ipſa & res terrenæ impediunt, quo minus radij cœleſtes ad nos perueniant. Quod ſi moderate rebus terrenis vtereris, vt melius poſſes deo vacare, non eſſet mirum: nunc vero dicere videris illud Sap. coronemus nos roſis antequam marceſcant, nullum ſit pratum quod non pertranſeat luxuria noſtra. At vero ſerui Dei aliter fegerunt, quamuis enim in mundo verſentur, & his terrenis vtantur, omnia tamen referunt ad cœleſtia obſequia: vnde dicunt illud Eccle: in omnibus requiem quæſiui, & in hæreditate Domini D morabor. Mali autem ita ſe terrenis ingurgitant, vt pro his non vereantur diuinam offendere maieſtatem: ſicut latro plenas arcas contuetur, vt poſsit eas deprȩdari, ſed tamen iudex eas contuetur, vt in ſcripta redigat quȩ in ipſis inuenerit arcis.

Quamobrem mundi delicias fugiamus, ne ex his tandem caro noſtra contra nos inſurgat, noſq; opprimat, ſicut oppreſsit hunc adoleſcentem. Vnde Apoſ. ait, fornicatio autem & omnis immūditia nec nominetur in vobis. Etenim tanta huius ſceleris turpitudo, vt Plato referat quod cum ipſi ſocrati eſſet aliquid tractandum de hoc ſcelere, faciem ſuam velaret, in ſignum

*Gene. 25.*

*Tēperātia vtilis.*

*Simile.*

*Varij cibi quantum noceant.*

*Iſa. 28.*

*Can. 8.*

*Deliciæ corporeæ nobis impediūt ſpirituales delicias.*

*Sap. 2.*

*Eccle. 24*

*Simile.*

*Ephe. 5.*

in ſignum deteſtationis huius flagitij. Danda igitur nobis opera
*Plat. in Conui.* eſt ne oculos amittamus: amittemus autem eos, ſi nos falſis volu- E
ptatibus tradiderimus: Hoc quidem fuit in Samſone adumbra-
*Hec. Pin. in illaver.* tum. Non enim philiſtæi illius admirabilis viri oculos eruerunt,
niſi poſtquam in Dalilæ ſinu obdormiuit. Sic non te inimici ex-
*Ezech. 1. & totum* cæcabunt, niſi fueris voluptate delinitus. Quid voluit allegorice
ſignificare diuina ſcriptura aſſerens Nabuchodonoſor oculos Se
*corpus ocu lis plenū* dechiæ eruiſſe, eumq; captiuum adduxiſſe in Chaldæam, niſi dæ-
monem eos excæcare, & in mundi confuſionem captiuos abdu-
*Iudith. 16* cere, qui ſeſe voluptatibus dedunt? Nam dominante libidine, nul
*Hiere. 39* lus eſt temperantiæ locus, nec in cupiditatis regno virtus poteſt F
conſiſtere. Vbi autem virtus deeſt, ibi non adeſt prudentia, vbi
*Vitioſi quo tādē redi gantur.* prudentia non eſt, ibi non eſt viſus, ſed miſera mentis obcæcatio,
ibi certus interitus, & exitium luctuoſum. Quod intelligens dia-
bolus id circo conatur nos priuare oculis. Id vero ſignificauit
ſcriptura ſub nomine Naaz, qui voluit oculos eruere habitatori
*1. Regi 11.* bus Iabes. Quam ob cauſam, multis quidem oculis, multiſq; vigi
lijs nobis opus eſt, vt eius inſidias declinemus. Quas vigilias & di
ligentiam cum non adhiberet hic filius Prodigus, id circo tam
turpiter in tanta ſcelera atque flagitia prolapſus fuit. G

*Sene. epi. 28.* Quis hoſtis vnquam tam contumelioſus fuit, quam in quoſ-
dam voluptates ſuę? quidam ſe voluptatibus immergunt, quibus
in conſuetudinem abductis carere non poſſunt: ob hoc miſerri-
mi ſunt, quod eo peruenerunt, vt illis quę ſuperuacua fuerunt,
facta ſunt neceſſaria: ſeruiunt itaq; voluptatibus, non fruuntur,
*Ibidem.* & mala ſua, quod malorum vltimum eſt, amant. Idem etiam Se
ne. ait, indurandus eſt animus, & blandimentis voluptatum pro-
cul abſtrahendus. Vitia Annibalem hyberna ſoluerunt, & indomi
tum illum męnibus, atq; alpibus virum exterminauerunt. Fomē H
ta Campaniæ armis vicit, vitijs victus eſt.

*Ibidem.* Nobis quoq; militandum eſt, inquit idem Sene, & quidem ge-
nere militiæ quo nunquam otium datur. Debellandę ſunt in pri
mis voluptates, quæ vt vides ſęua quoq; ingenia rapuerunt. Si vo
luptati ceſſero, cedendum eſt dolori, cedendum eſt ſimul labori,
cedendum eſt paupertati. Aſpice illum, cui ſomnus laxę domus
ſilentio quęritur, cuius aures nequis agitet, omnis ſeruorum tur
ba conticuit: huc nempe vagatur, atq; illuc, ſomnum inter ægri
tudines leuem captans. Qui non audit, audiſſe ſe conqueritur.
Quid in cauſa putas eſſe? animus illi obſtrepit, hic placandus eſt,
*Auguſ. de ſingu. cle.* huius ſeditio compeſcenda eſt:

Minus voluptatibus ſtimulatur, inquit Auguſt. qui non eſt vbi
frequentia



A frequētia eſt voluptatum. Minus auaritiæ moleſtias patitur, qui
diuitias non videt:

## SABBATHO POST II. DOMINI. QVADRA.

## CONCIO QVARTA.

*Parentes virtutum potius quam diuitiarum patrimoniū liberis relinquāt.*

HOMO *quidam habuit duos filios.* Luc. 15. Valde quidem
in eā curā incūbere parentes debēt, vt potius virtuti-
B bus quā diuitijs terrenis filios locupletes reddāt. Nam *Simile.*
quemadmodū honorare parētes filius debet, & nullo
modo irritum facere hoc Dei mandatū: ita etiā paren
tes vigilāter & neruoſe, ac deniq; paterne in liberorū educationē
incūbere debent, profectum, & diſciplinā. Quātū vero ad bonos
mores, & ad vitā tranquille, placideq; degendā a filijs, incumbere
parētes debeāt, Plut. oſtendere volēs, Cratetē philoſophū citat *Plu. de li. edu.*
qui tāto ſtomacho aduerſus parētes huius officij neglectores in
dignabatur, vt dicere ſolitus ſit, ſe ſi licuiſſet vbi in altiſsimā vr-
bis partē cōſcendiſſet, magna voce clamaturū, quorſum ruitis ho
C mines, qui omne in cōparādis diuitijs veſtrū ſtudiū ponitis, filio-
rū vero quibus eas relinquatis, nullā curā ſuſcipitis? quibus ad- *Parentes quomodo liberos in ſtruere de beant.*
dendū cēſeo, quod hi patres haud aliter faciunt, quā qui magnam
calceorū ſedulitatē habent, cū interim pedē ipſum parui pendāt.
Multi vero ſunt parentes, in quibus adeo nummorū amor, pari-
ter & filiorū odiū ſæpe numero increuit, vt ne maiorem pecuniæ
impendant ſūmā, nullius exiſtimationis & doctrinæ magiſtros, fi- *Simile.*
lijs ſuis deligant. Ob quā rem Ariſtippus non inſulſe, quendā men *Ariſtip. Exempl.*
tis inopē patrē carpſit: nā quodā patre, ex magiſtro percontāte,
quātā inſtruendi filij cauſa mercedē poſtularet: illeq; reſpōderet
D ſe mille drachmas poſtulare: tunc ait pater, magnū hercule poſtu- *Plu. li. de docenda virtute.*
latum, ego enim ſeruum inquit mille drachmis cōparare poſſum
cui philoſophus reſpondit, duos habebis ſeruos, nempe quē mer-
caberis, & filium. Idem etiam Plu. hanc parentum incuriam ve-
hementer ſe demirari teſtatur his verbis. Canere diſcūt homines, *Exempl.*
ſaltare, & equo inſidere, & tamen tanta eſt parētū multorū demē *Parentes in filiorū inſtitutio nem incū bant.*
tia, vt literarū ſtudijs non curent inſtituendos liberos. Longe cer
te aliter Philippus Alexandri pater ſe geſsit, cui cum natus eſſet
filius, dixit ſedijs gratias agere, quod Ariſtotelis tempore natus
eſſet filius, a quo poſſet literarum ſtudijs informari. Neq; enim

KKK parentes

parẽtes alimentorum dumtaxat,ſed etiam ſtudiorũ & morũ filio-
tũ curã gerere debẽt:aliter enĩ bruta,& aliter homines filios edu-
*Diſsi:* care debent. Brutis enim ſat eſt quæ ad vitam corporis pertinent
prouidere,cũ aliud bonũ non agnoſcant.At cum ſummum homi-
*Parentes* nis bonum nõ in corpore ſed in animo,nec in terrenis bonis ſed
*virtutis* cæleſtibus,atq; adeo in deo ſitum ſit,huc quidem omnis parentũ
*patrimo-* cura referri debet,vt filius per virtutũ iter incedẽs, ad ſummum
*niũ filijs re* bonũ recta contẽdat:qui vero parentes hac cura neglecta, ſolius
*linquant.* corporis alendi curã ſuſcipiunt,nõ aliter mihi filios ſuos, quã ca-
*Simile.* nes, aut capræ educare videtur,quæ decibo tantũ ſolicitæ, cæte-
*Dioge:* ra negligũt.Vnde quod libere peccent male inſtituti a parẽtibus
*Exemp:* vel pædagogis,id qdẽ illis vitio tribuẽdũ eſſe,Diogenes ille Cyn.
apertiſsime declarauit,qui cũ puerũ conſpicatus eſſet , indecore
ſegerẽtẽ,pædagogũ illius baculo percuſsit dicens: cur ſic inſtitui-
ſti puerũ?indicans videlicet culpã pædagogo aſcribendã. Ad hanc
igitur filiorum educationẽ accurate procurandã,illud eſt fere po-
tiſsimũ,nẽpe vt parẽtes ipſi pietatẽ &iuſtitiã colãt,ſi liberos ſuos
*Simile.* paternę pietatis & iuſtitię hæredes relinquere volũt:Vt enim me-
dici,cũ pueri infantes ægrotẽt , nec tenera adhuc ætas ebibendis
potionibus apta eſt,nutricibus eas propinãt,vt exhibita illis me-
dicamẽta,ad ſalutẽ lactentibus proſint:ita qui filios ab omni vi-
tio purgatiſsimos cupiũt,prius ipſi virtuti incũbant oportet:re-
*Eccle. 34* cte enim dictũ eſt,ab immũdo quis mũdabitur?& nemo dat alte-
*Plu: deli.* ri quod non habet.Iure igitur inter præcipua huius educationis
*educ.* documẽta cenſetur,ꝙ Plu.admonet his verbis, ante omnia opus
eſt,vt patres non ſolũ nil peccãdo,ſed etiã honeſta quælibet per-
agẽdo clariſsimũ ſeſe filijs exẽplar exhibeãt,vt ita eorũ vitã qua-
*Parentes* ſi quoddã ſpeculũ cõtuentes,ab operũ ſimul & ſermonũ turpitu-
*bonũ libe-* dine ſe penitus auertant.Nã ſi quis delinquẽtes acriter obiurget
*ris exhi-* filios , cum is in eoſdẽ labatur errores,hic certe ignorare videtur
*beant exẽ-* ſub illorũ nomine,ſua ſe obiurgare crimina.Adde præterea ꝙ qui
*plum.* etiam immodico filiorũ amore ducti,diſciplinam deſerunt, & ne
eos moleſtia afficiant,licẽtius viuere permittũt,aut eorum errata
corripere nolũt,ꝙ fecit Dauid,qui filij Amnõ inceſtũ obiurgare
*2. Reg. 13* non eſt auſus,ne ſpiritũ eius quẽ vnice charũ habebat , contriſta-
ret,ſimiles eſſe perhibẽtur his qui periclitantibus in flumine filijs
*Simile.* minime ſubueniũt,cũ tamẽ eos prehẽſa eorũ coma,inde extrahe-
re poſsint, tales enim filios interire patiũtur,ne eorum capillum
*Prou. 12:* euellant:Quæ autem maior crudelitas ſub pietatis imagine eſſe
*Simile.* poteſt?vnde Salomõ ait,qui parcit virgæ,odit filium ſuũ;qui au-
tẽ diligit eũ, inſtanter erudit.Cæterũ quemadmodũ hedera vi-
vicinam



A vicinam arborẽ cõplexa eſt ipſam quidam arborem comple-
xu & vmbra ſua arefacit & ſterilẽ reddit:ita matres quæ cõplexu *Filij mali*
& blanditijs ſuis,filios fouere & delinire non ceſſant , ipſos quidẽ *contriſtãt*
effæminatos,& ad omnẽ virtutis laborẽ ineptos reddunt. A tene- *parentes*
ris ergo vnguiculis parẽtes filios ſuos aſſuefacere debent virtuti. *ſuos.*
Vnde voluit dominus vt Leuitæ,qui eius ſeruitio deſtinati erant, *Leui. 26.*
a pueritia diuino cultui totos ſe traderent:Hinc Eccle.ait, curua *Eccle. 30.*
ceruicem filij tui a iuuentute. Stultus quidem eſſet qui diceret, *Simile:*
nolo equum meũ itineri & deambulationi aſſuefacere, donec ſe *Ouidi.*
B neſcat.Sero etiam inquit poeta, morbo medicina paratur , cum
mala per longas inualuere moras.Sero profecto reſiſtitur hoſtibꝰ
poſtquam totam vrbẽ occupauerunt:& ſero ſal adhibetur carni- *Similia:*
bus,quæ iam vermibus ſcaturiunt. Qui optime equitaturus eſt,
vt inde a prima ętate equũ aſcendere incipiat neceſſe eſt,&qui pa-
ſtor futurus eſt,etiam debet ſcire iam inde a pueritia , quomodo *Filij a te-*
peram portet, & quomodo ſe gerat , & quomodo funda ia- *neris vn-*
ciat,& cęli iniurias ferat.Multi tamen ſunt qui ita male educant *guiculis*
natos ſuos,vt propter nequitiam & malam inſtitutionem eorum *bene inſti-*
ſæpe pereant,& acerba ſenectute afficiantur parentes. Heli qui- *tuendi:*
C dẽ infelici morte deceſsit,eo quod nouerat indigne agere filios, *1. Reg. 3.*
& tamen non corripuit eos. Vide etiam quantũ mali Dauidi eue- *& 4.*
nit ex eo quod nõ ab eo vapulauit filius Amnon,& quia vnũ filiũ *2. Reg. 13*
caſtigare recuſauit , duos amiſit filios. Vnde in Eccleſi. habetur *2. Reg. 18*
equus indomitus euadet durus,& filiꝰ remiſſus euadet præceps. *Eccle. 30.*
Item Pau. ait,ſi quis ſuorũ & maxime domeſticorum curam nõ
habet,fidem negauit,& eſt infideli deterior. Cęterũ quot paupe-
rum hominum,Deus bone,videmus filios,quibus quamuis parẽ- *1. Tim. 5.*
tes exigua bona reliquerint,ipſi tamẽ virtute ſua & optima inſti-
tutione,ad Archiepiſcopatus,& Epiſcopatus; & alias ampliſsi-
mas dignitates euehuntur?At vero multos diuitum filios videas,
D ita male inſtitutos,vt infrugiferi omnino ſint, in quo turpiſsime
quidem peccant ipſi parẽtes.

*De genere tantum gloriari quam ſit vanum.*

DISSIPAVIT *ſubſtantiam ſuam viuendo luxurioſe.* Vide quam *Multi ſe*
parũ huic profuerit quod claro eſſet genere natus,cũ tamen *iactant de*
inde melior non euaſerit:Et certe multos videas hoc tẽpore , ſe *generis no-*
inaniter gloriantes de genere ſuo,cum tamen nullum virtutis ha- *bilitate.*
beant patrimonium. Quid quæſo prodeſt pomo,quod ex genero-
ſa ſit arbore, ſi ipſum interius putridum eſt ? laudatur quidem

Ioſeph Abarimathia quod nobilis eſſet decurio,ſed tamen virtu
*Simile.* te prædítus erat. Itē Cicero cenſet quidem nobiles laudandos,ſi
*Mar.* 15. tamen virtutē habeant. Sane ſi virtus cum nobilitate iūgatur,eſt
*Cice.* tāquā pretioſa gemma in annulo,vitiū vero tāquā fœdiſsima ma
*Similia.* cula in veſte pretioſa. Multos tamen videas ſe gloriantes de ipſa
nobilitate quamuis vitioſi ſint. Sed tamen qui ſolū de genere &
*Damaſc.* titulis ſplendidis gloriantur, attendant quid Damaſc. obſeruet,
quod ſcilicet Chriſtus moriēs non ſeiunxerit pedes ſuos a clauis
*De huma* neq; manus,& tamen caput inclinauit, ſub quo ſcriptum erat,
*nis digni-* Ieſus Nazarenus,rex Iudæorū. Non glorietur ergo de huiuſmo-
*tatibus nō* di inanitate homines: Annon enim ridiculum eſſet, quod arbor
*gloriemur.* aliqua putrida ſe iactaret quod idcirco in inſigniori ędificij lo-
*Simile.* co ponenda eſſet,quod ex monte libano educta ſit? ſic ergo ridi-
culus eſt ille,qui cum ſit vitioſus,ſe de generis nobilitate gloriat.
Vnde Apoſ. ait,gloria noſtra hęc eſt,teſtimonium conſcientiæ no
1. *Cor* 1. ſtræ. Item Melchiſedech qui fuit rex ſalem & Dei ſacerdos, ſine
patre ſine matre,& ſine genealogia ponitur in ſacra ſcriptura: vt
inde diſcamus veram nobilitatē in virtute potius, quam in carne
*Hebr.* 7. & ſanguine conſiſtere: Vnde 1. Reg. dicit Dominus,quicunq; ho
1. *Reg.* 12. norificauerit me, glorificabo eum, qui autem contemnunt me,
*Iſa.* 49. erunt ignobiles. Item per Iſa. dicitur,dicit dominus Redemptor
Iſrael,ad contēptibilē animā,& ad abominatā gētē,ad ſeruū do-
minorum. Conſidera obſecro quinam tituli peccatori tribuan-
tur quamuis nobili genere: nā certe ſicut iniuria fieri videtur au-
ro quod iungatur cum infimo aliquo metallo,ſic etiam iniuriam
facere videtur nobilitati,qui eam vitijs ſuis obſcurat. Non igitur
*Col.* 3. nobilitatem nudam tanti faciamus, vt propteream virtuti de-
ditos homines ſpernamus,ſicut multi faciunt nobiles, cęteros in
*Simile.* fimo genere,natos,ſed tamen virtutis ſtudioſos ſpernentes: Vnde
Apoſ. ait,in Chriſto Ieſu,nec gentilis, nec ſeruus & liber,ſed om
nia & in omnibus Chriſtus. Videas quidem quod aliqui cortices
*Mundus* mali medici proijciant tanquā parui facientes, at vero alij acci-
*neſcit me* piunt ipſos,& egregie melle condiunt,ac in delicatum cibum con
*rita cuiuſ* uertunt: ſic videas quod ſępe multi infimo loco nati, a nobilibus
*q; metiri.* cōtemnūtur,at vero Deus eos propter ſuam virtutem deligit &
1. *Cor.* 1. reliquis prępōnit. Vnde Apoſ. ait,infirma mundi elegit Deus, vt
*Sap.* 5. confundat fortia: Et in lib. Sap. dicunt damnati, hi ſunt quos ali-
*Chry. in* quādo habuimus in deriſū. Nō debemus ergo gloriari de generis
*Ioann.* ſplēdore,ait Chry. Si enim ſtudioſi virtutis non fuerimus,is plane
*hom.* 20. ſplendor dedecori potius, quā decori eſt futurus. Multi gloriātur
quod



quod procedant ex antiquiſsimis Chriſtianis,& tamen vitioſe vi
A uunt,quibus certe paratus erit infernus,pręſertim cum tam an-
tiquos Chriſtianos maiores habeant,& nolint bonis inſiſtere mo
ribus. Vnde falluntur quod putent ſe gloriari de his quæ ſuam
laudem concernant, cum potius ipſis vertantur dedecori. Quid
enim prodeſt alicui iactare genus ſuum, ſi ipſe ſua nequitia tan- *Hec. Pin.*
to ſplendori tenebras offundit? Quid enim prodeſt fluuio exire à *in Eze.* 16
fonte clariſsimo & dulci, ſi ipſe poſtmodum tranſijt per ſalſas re *Simile.*
giones & turbidas? Quid gloriatur gracculus aut cornicula, ope
riri plumis pauonis,& aliarum auium, præſertim cum ſi vnaquæ *Simile.*
B que auis eam proprijs ſpoliet, deformis appareat? Sic ſi ſinguli *Gloriari*
maiores tui tibi abſtulerint eam claritatem de qua gloriaris, vti- *de genere*
que ſpoliatus & nudus,omnibus ridiculus eris. *quam ſit*
Certe nobilitas quæ ex maioribus ducitur, videtur quodam- *vanum.*
modo cogere poſteros ipſos, ne ab ea turpiter vſquam degene-
rent, & ne ſuis flagitijs eorum ſplendorem obſcurent: Verunta-
men multi ſunt nobiles qui nobilitate ſua abutuntur ad crimina
potius perpetranda,ad ſuperbiæ tumorem,ad tyrannidem exer- *Qui vitio*
cendam, & ad pauperes contemnendos. Quare hæc ſit ſumma, ſi *ſi ſunt quo*
C obſcuro fortaſſe genere fueris,enitere vt tua virtute & præclaris *modo ob-*
geſtis,illud illuſtres. Si autem ex nobili fueris progenie, noli tuis *ſcurent ge*
vitijs & ſceleribus,eam nobilitatem maculare. Et certe ad viden *nus ſuum.*
dum lucem non quæris in alienis oculis; ſed in proprijs. Noli igi *Simile.*
tur videri alicui fortaſſe, maiores tuos oſtentando, & ex teipſo
nihil virtutis promendo,eorum potius facta obſcurare. Cum ali-
quando rogaretur Democritus, vt refert Stobæus, in quo tan-
dem conſiſteret vera nobilitas, reſpondiſſe fertur, in pecudibus *Democ.*
veram nobilitatem conſiſtere in corpore, in hominibus vero in *Stobæus.*
D moribus animi candidis & laudabilibus. Antiſthenes quidem vt
refert Laert. eos veros nobiles dicebat qui eſſent virtutis ſtudio- *Antiſt.*
ſi. Arcadij olim in ſignum nobilitatis ſuorum maiorū, depictam *Laert.*
lunam in calceo geſtabant,ſignificantes ſe nobiles quidem eſſe, ve *Exemp.*
rum eam nobilitatem creſcere poſſe atq; decreſcere inſtar lunę.
Cæterum Solon dicere ſolitus erat, pulchrius quidem eſſe & lau *Solon.*
dabilius nobilem aliquem fieri virtutis ſtemmatis quam generis. *Simile.*
Videmus ſiquidem paſsim fieri, vt ſicut ex eadem radice roſa,
item & ſpina enaſcuntur: ita ex nobilibus parentibus oriantur,
non ſolum ſtudioſi, ſed etiam vitioſi liberi. Quid enim filios Sa- 1. *Re.* 8.
muelis neceſsitudo iuuit parentis, cuius non fuerunt virtutis hæ *Exo.* 2.
redes? Quid etiam Moyſi filijs, paternæ profuit cura iuſtitiæ, cu- *Acto.* 16.
ius eis non ſucceſsit imitatio? Age vero quid Timotheo nocuiſ-

ſe creditur, quod fuerit de patre gentili? Quid contra Noe filius de patris virtute lucratus eſt, qui ex ingenuo factus eſt famulus? Vide ergo quomodo non ſufficit ad ſuffragium liberorum, paterna nobilitas: vitia quidem voluntatis, vicerunt priuilegia naturæ. Eſau quoq; nonne ſancti Iſaac filius erat, magnoq; etiam patris fauore munitus? qui ſcilicet cupiebat ei primatus benedictionem dare; propter quod etiam ille omnia patris iuſſa faciebat: ſed tamen quia prauis moribus præditus erat, nil ex his omnibus adiutus eſt.

*Gen. 9.*

E

*Gen. 27.*

*Magna eſt rerum terrenarum viciſsitudo.*

F

Coepit *egere.* Vide obſecro quomodo rerum mundanarum inconſtantiam experiretur hic adoleſcens, qui paulo ante in ſumma erat opulentia & proſperitate. Quis quæſo diligenter conſiderans mutabilitatem rerum mundanarum, non eas facile relinquat, & Chriſtum ſtudioſe complectatur? Nam vt alias omittam mutabilitates & inſtabilitates, nonne maximus fuit caſus ille & viciſsitudo ciuitatis Babylonicæ, quæ ex ſumma proſperitate, ad ſummam reducta eſt miſeriam? De hac quidẽ euerſione vaticinatus erat Pſalm. Sed copioſius Iſa. & Hier. Huius etiam euerſionis hiſtoriam litteris mandauit Herod. Halicarn. & Ioſep. ac multi alij autores. Vide igitur tu quales habeant viciſsitudines & varietates res mundanæ. Iudæi quidem & Ammonitæ fuerunt per Babylonios ſuperati, Babylonij per Medos & Perſas, hi per Alexandrum Magnum, Alexander vero cum magnam nominis celebritatem conſequeretur, & ad ſummum imperium per omnes honoris gradus adferretur, eamque obtineret potentiam, quam decepti mortales exiſtimarent eſſe omnium ſeculorum memoria duraturam, ruit tamen in interitum voluntarium ipſe Alexander: aiunt enim nonnulli fuiſſe eum tanto dolore compreſſum, vt ſe ferro traijceret, ac vita priuaret. Solinus tamen refert, hunc qui tam multos vicerat ac debellauerat, fuiſſe à vino ſuperatum, & apud Babylonem morbo vinolentiæ extinctum. Alij vero dicunt eum fuiſſe ab Antipatro infectum veneno, & ſtatim acerbo dolore fuiſſe conſumptum, tametſi eius ſatellites dicerẽt cauſam morbi intemperiem quidem & ebrietatẽ fuiſſe. Quam opinionem vna cum alijs multis refert in eius vita Plutar. Itaque ille fuit victus ac miſere conſumptus, atq; eius regna diuiſa, & ciuitates, quæ cum imperare ſingulæ cuperent, imperium omnes amiſerũt. Hæ igitur ſunt rerum mundanarum

*Pin. in Eze. 21.*

*Pſal. 136.*

*Iſa. 13. 14 & 21.*

*Hie. 50.*

*Hero. Halic. li. 1.*

*Ioſe. li. 10 anti.*

G

*Magna inconſtantia rerum mundanarum.*

H

*Soli. c. 14*

*Plutar.*



A

danarum commutationes & viciſsitudines. Cum igitur hæc ita ſe habeant, non debemus falſæ hominum potentiæ, mundiq; opibus incertis & in uarietate poſitis, confidere. Sed quid quæſo hac vita inſtabilius? omnia plane in in ea mutabilia & momentanea ſunt. Teſtatus eſt hoc Aman ille, qui cum regi Aſſuero iucundiſſimus eſſet & gratiſsimus, cumque conuiua ſolus admitteretur cum regina Eſther, eadem tamen conuiuij die in ſupplicium & patibulum actus fuit. Teſtatus eſt hoc Holophernes ille Aſſyriorum dux fortiſsimus, qui cum maxima cum iucunditate cubitum conceſsiſſet, mane tamen iugulatus, ignominioſeque interfectus apparuit. Teſtatus eſt quoque humanarum rerum mutationes Philippus ille Macedo oratione ſua, qui cum eodem die tria fauſtiſsima accepiſſet nuntia, duo quidem de parta victoria, & tertium de filio recens nato, ſciens quod aliqua perpetuo amara & aduerſa ſuccedere ſoleant, & permiſceri proſperis, deos comprecabatur, vt moderato ſaltem caſu lætitia tanta temperaretur. Contrario etiam modo, vitæ, ſtatuſque humani inſtabilitatem, Ioſeph ille teſtatus eſt, qui cum in exilium relegatus eſſet à fratribus, venditus, & in carcere vinctus, ecce præter opinionem, ad ampliſsimos, & regios honores euectus eſt. Et certe quẽadmodum ſol interdum matutino tempore rutilans & formoſiſsimus exoriri ſolet, poſtmodum tamen varijs ſtatim obnubilatur & perfunditur tenebris: ita ſæpe res mortalium cum maxime florere viderentur, tunc ſuccedentes quaſdam patiuntur aduerſitates & ærumnas; & contra etiam cum aduerſæ ſunt, inopinatis ſæpe quibuſdam euentis felicibus permiſcentur. Quis igitur non inde apertiſsime diſcat, neq; in proſperis fortunis nobis eſſe inſoleſcendum, neq; in aduerſis animo cadendum, cum videamus mutua viciſsitudine hos duos ſtatus ſibi tam facile ſuccedere? Erit ergo potius nobis amplectendum illud quod mulier illa ſapiens Dauidi dixit. Sic eſt dominus meus rex, ſicut angelus Domini, qui nec maledictione, nec benedictione mutatur: ita enim nos neque in proſperitate & bono ſucceſſu animum extollere, neque in ærumna eundem deprimere & abijcere debemus,

*Inconſtantes ſunt res terrenæ.*

*Eſther. 7.*

*Iudith 13.*

B

*Exemp.*

*Gen. 37.*

*Simile.*

C

*Mundana gloria quã ſit caduca.*

*Securitas non eſt in rebus mundanis.*

D

*2. Re. 23.*

Quemadmodum in mari ipſo varietas maxima in fluctibus vndiſque cernitur, ita vt interdum extollantur & intumeſcant, nonnunquam vero deijciantur & deprimantur: ita etiam in rebus mortalium accidere apertiſsime videmus, vt nonnunquam proſpera afflante fortuna, vigeant & floreant, & nonnunquam etiam reflante eadem, marceſcant omnino, & conturbentur. Et ſicut

*Simile.*

*Mutabilitas rerum mũdanarũ*

ſicut idem mare nonnulla quidem ad ima deijcit & demittit, alia
*Simile.* vero foras expuit: ita etiam mundus quoſdam quidem deprimit E
& contemnit. alios vero effert & extollit, ſic tamen vt paulo poſt
ſit eoſdem depreſſurus & penitus abiecturus. Cum ergo tanta ſit
*Sen. li. 5. epi. 59.* in rebus mūdanis mutabilitas, inquit Sen. animum conuertamus
ad ſolida, & immortalia. Quā enim conſtantiam inuenire poſſumus in mundo, in quo tot, tantæq; mutabilitates & inuentæ ſunt,
*Sen. li. de conſo. ad Albi.* & in dies inueniuntur? Quod ſi plenius videre voles, percurre quæſo varias hiſtorias Græcorum, Perſarum, Scytharum, & aliorum. Cęterum apertiſsime quidem mutabilitas & inconſtantia
*Mar. c. 6. Exempl.* rerum mundanarum in crudeliſsimo illo Nerone apparet, qui cum vſq; adeo ſibi omnes ſubiectos haberet, vt parte etiam quadam F vrbis Romæ ſuccenſa, nullus ei auderet reſiſtere, adeo tamen eius fortuna poſtea mutata eſt, vt ab vrbe fugere coactus,
*Exemp. Vide proco. et Tex. in ſua off.* ſuis ſe manibus interfecerit. Beliſarius etiam dux quidam Imperatoris Iuſtiniani, poſtquam expūgnaſſet & ſuperaſſet Vuandalos, Italiam etiam victorioſe liberaſſet, & de Perſis triumphum reportaſſet, tamen reflante fortuna, omni quidem honore ſpoliatus eſt, oculiſq; priuatus, & eo etiam miserię redactus, vt pauperrimo quodam tugurio ſecus publicam quandam & frequentatam viam, ſibi victum emendicaret, diceretque: obolum porrigite Beliſario, quem non culpa, ſed mundanorum inuidia proſtrauit. G
*Exemp.* De Polycrate quidem ferunt, quod tam proſpera ei cuncta ſuccederent, vt cum aliquando annulum etiam quendam pretioſiſsimum data opera in mare proieciſſet, vt aliquo modo etiam aduerſis vteretur, eundem tamen paulo poſt in piſce ante ſe poſito qui annulum deglutiuerat, inuenerit. Sed cum tanta ſit in mundo mutabilitas & inconſtantia, non paſſus eſt vt in tanta proſperitate è vita diſcederet, ſiquidem captus ab hoſtibus, & obſcurata, amiſſaq; gloria ſua omni, & regno, in patibulum
*Va. Ma. li. 6. Stra. li. 14.* actus eſt, cadauerq; eius expoſitum eſt auibus, & H
feris laniandum, ſicut ſuis prodiderunt monumentis, Strab. Valer. Max. & alij plurimi nobiles hiſtorici.

## LAVS DEO.

# *INDEX COPIOSISSIMVS RERVM MEMORABILIUM quæ in hoc primo Tomo continentur, iuxta ordinem Alphabeticum conſcriptus*


*ABſentes honoremus fol.* 276. G.
*Abſentia Dei quantum cruciabit damnatos. fol.* 8. H.
*Abſtinentia carnē maceremus fol.* 55. C.
*Abſtinentia quomodo vti debeamus fol* 138. A.
*Abſtinentia antiquorum fol.* 138. C.
*Abſtinentia admirabilis ſanctorum monachorum fol.* 138. D.
*Abſtinentia virtutum oſtium folio.* 202. B.
*Abſtinentia domentur carnis impetus fol.* 202. C.
*Abſtinentia conducit ad uictoriam obtinendam tam in prælijs temporalibus quam ſpiritualibus fol,* 202. f.
*Abſtinentia maceratur caro fo.* 203. B.
*Abſtinentia cibi homini ſalutifera fo.* 208. F.
*Abſtinentia domatur caro & fugantur vitia fol.* 208. G.
*Abſtinentia macerare corpus ſaluti confert fol.* 266. D.
*Abſtineamus a vitijs omnibus folio.* 138. F.
*Abſtinentes nos Chriſtiani præcæteris eſſe debemus fol.* 203. F.
*Acceptator perſonarum non eſt Chriſtus fol.* 52. D. *fol.* 398. D.
*Accurrit Deus cum eſt neceſſitas fol.* 250. D. *fo.* 289. B. C.
*Accuſemus nos ante Deum de ſceleribus commiſsis fol.* 14. B.
*Adiuuat nos Deus in laboribus tolerandis fol.* 315. D.
*Adulatio & præſertim in his qui corrigere tenentur peſtilens eſt fol.* 269. A
*Adulatores non attendamus quid nobis dicant, ſed quid ſentiat Deus fol.* 31. B.
*Adulatores quales ſint fo.* 47. D.
*Adulatores ſunt multi fol.* 47. D.
*Adulatores quam ſint fallaces folio.* 47. H. *fol.* 48. D.
*Adulatores ipſius adulati bona atque adeo ipſum adulatum exedunt folio.* 48. B.
*Adulatores aſtuti. fol.* 48. C.
*Adulatores improbos laudāt & bonos vituperant fol.* 48. C.
*Adulatores fugiamus fol.* 259. G.
*Adulatores quibus comparentur. fol.* 263. E.
*Adulatores marſupium feriunt eius cui adulantur fol.* 268. G.
*Adulatores quantum incommodent fol.* 268. H.
*Adulationes ſunt cantus ſyrenum fol.* 47. G.


*Adulato*

Adulatorum conditiones ſol. 267. H. fo.269. C.
Adulatorum aſtutiæ fol.268. D.
Aduerſitates patienter feramus folio 305. A.
Aduerſitates quomodo nobis eueniăt fo.422. C.
Aduerſitatibus carere periculoſum fol.278 B.
Adulterium eſt contra legem naturalem, & diuinam, & humanam folio 19. E.
Adulterium graue ſcelus reputabatur inter barbaros fol.194. C.
Affabilitas magna Chriſti fol. 114. E.
Affabilitas plurimum ornat potentes fo.145. F.
Agit Deus cauſam ſeruorum ſuorum fol.128. H.
Agnoſcamus noſtra ſcelera & miſerias fol.246. D.
Aggrippina Neronis mater. fol. 424. A.
Amare Chriſtum & mundum incōpoſsibilia ſunt fol.353. A.
Amari vult Deus ex toto corde folio. 55. H.
Amatores ſuos quomodo tractet Deus fol 142. H.
Amemus Deum qui tantopere nos amat fol.19. E.
Amemus & timeamus Deum folio 11. C.
Amici menſæ recedunt in paupertate fol.252. G.
Amicos in proſperitate aliqui obliuiſcuntur fo.313. A.
Amicitia vera fol.21. B.
Amicitia magna duorum folio.159. C. D.
Amicitiæ ſigna generalia tenemur dare proximis omnibus fol.168 E.
Amicum ex inimico facere ſumma victoria fol.159. D.
Amicorum in honoribus ſæpe obliuiſcimur fol 341. G.
Amor vbi figendus fol.105. D.
Amor proprius excæcat nos fol. 38. H. & fol. 124. B.
Amor duplex fol.128. F.
Amor Dei ineffabilis quod pro nobis moreretur fol.335. A.B. & fol. 345. B. C D.
Amor Dei omnia vincit fol.343. B.
Amor Chriſti erga nos ingens folio. 368. h. & fol.369. A.C.E. & 418. D.E.
Amor ſuaues reddit res fol 343. D.
Amor omnia vincit fol 369. E.
Amor amore penſatur fol.369. F.
Amor interdum homines excæcat fo, 384. F.
Amorem in rebus vilibus nō locemus fol.163. B.
Amorem Dei non habemus, & ideo in virtute non proficimus. folio. 245. H.
Amorem quomodo pingebāt antiqui fol.384. E.
Amore inſano multi effrænati folio. 403. E.

Amorem

Amorem Dei habeamus fo, 415. B.
Amigdalæ interficiunt vulpes folio. 103. A.
Ambitio humana quanta ſit & quibus comparetur fol.53. A. & fol.129. A
Ambitio deteſtabile vitium fol.53. H. & fol.369. G. & 374. H. & 380. D.
Ambitio humana quo redigatur folio 132. F.
Ambitio ſimilis eſt ſtultitiæ folio. 142 A.
Ambitio graſſatur in mundo fol. 142. G. & fol.380. B. & fol. 393. C. & 396. E.
Ambitio quibus conſiderationibus poterit coerceri fol.150. B.
Ambitio conturbat eleemoſynam fol. 171. A.
Ambitio quanta mala intentet folio 260. A.
Ambitio multorum intolerabilis fol. 380 C.
Ambitio noſtra quo tendat folio 384. D.
Ambitioſus nunquam ſatiatur folio. 393. B.
Ambitioſi quo dementiæ veniant fol. 38. B.
Ambitioſi conditio fo.146. B.
Ambitioſi nunquam dicunt ſufficit fo. 185. F.
Ambitioſi quibus aſtutijs vtantur fol. 267. G.
Ambitioſi conditiones fol. 380. A. & fol.393. D.
Ambitioſi in quanto periculo verſentur fol.380. F.
Ambitioſi quam ſint honoris auidi fol. 385. B.
Ambitioſi quam ſint cæci folio. 393. B.
Ambitioſos quomodo humiliet Deus fol.262. D.
Ambitionem quomodo frænabimus fol.65. D.
Angelus præpoſitus cuſtodiæ viri impij quid dicat fol.13. E.
Angelus cuſtodiæ noſtræ præpoſitus nos ſalutariter monet folio. 299. G.
Angeli prope innumerabiles folio.213. D.
Angeli cuſtodes quid dicant malis in die iudicij fol.213. B.
Angeli gaudent plurimum cum quis cælum ingreditur fol.319. C.
Angeli boni & mali quam differenter ſe habuerint fol.357. D.
Angelorum ſolicitudo magna eſt circa nos fo.213. F.
Angelos non expectauit Deus ad pœnitentiam fol.13. F.
Anguſtia magna viri imparati in morte fol.357. E.
Anima iuſti maxima perfruetur lætitia cum corpori coniungetur fol. 13. C.
Anima impij maxima afficietur triſtitia quando corpori con-



iungetur

iungetur fol.13.D.
Anima non quieſcit niſi in Deo folio, 57.B.
Anima quàm miſere in inferno cruciabitur fol.133.G.
Anima noſtra eſt templum Dei, non igitur eam inquinemus folio.244.H,
Animã quanti faciat Deus folio.272. D.
Anima ſine Deo in quanta ſit triſtitia fol.410.A.
Animam ſolus Deus ſatiare poteſt, & non creaturæ fol.191.E.
Animi remiſsione aliqua interdum nobis vtendum eſt fol.112 F.
Animi obdurati conditiones folio.351 A.
Animæ ſalutem negligimus fol.244. D.
Animus peruerſus omnia corrumpit fol.348.C.
Appetitus ſenſitiui nos plurimum conturbant fol.40.C.
Appetitum effrænẽ non ſequamur fo. 355.D.
Apes ſtatim litem ſuam dirimunt ſi puluere aſperguntur fol.124.D.
Aquilæ ingenium fol.91.F, & fol.357. H.
Arma hominis bona verba & opera fol.160.B.
Arrogantia quàm ſit deteſtabilis fol. 145.G.
Arrogãtia noſtra magna eſt fol.155.G.
Arrogantes non poſſunt cum Deo negotia ſua tractare fol 156.C.
Aſcendere in cælum non poſſumus ſine Dei fauore fol.343.G.
Aſtutia inimici magna eſt folio.196. F.
Aſtutia malorum fol.259.G.
Athenienſes cur ruinæ expoſiti ſint fol.54.F.
Athenienſes ſolem adorabant folio 244.B.
Attentio continua difficilis in oratione fol.286.D.
Attentio præcedens quàm ſit neceſſaria in oratione fol.286.E.
Attentione duplici opus eſt in orando fol.286.D.
Auari adorant diuitias fol.90.G, & fol.253.C.
Auari miſerabiliter viuunt folio.102 G.
Auari ſunt ſerui diuitiarum fol. 102. H.
Auari ſemper cum nimia ſolicitudine viuunt fol.102.H.
Auari quàm ſint cæci non facientes eleemoſynam fol.110.H.
Auari omnia ſitiunt & anhelant fol. 111.B.
Auari diuites cælum obliuiſcuntur fol.111.C.
Auari crudeles cum pauperibus folio. 170.H.
Auari occaſiones captant non faciendi eleemoſynam fol.171.C,
Auari ſunt inſtar canum famelicorum fo.175.G.
Auari ardent et non comburuntur fo. 210.G.
Auari occaſiones captant vt ſitim diuitiarum expleant fo. 211. A.
Auari uarijs utuntur partibus et formis auaritiæ fol.211.D.
Auari ita otioſe degunt ac ſi infernus ipſos non maneret fol. 212.E.
Auari ſumus in dandis eleemoſinis fol.231.F.
Auari tãquã infrugiferæ arbores igni tantum apti ſunt fol. 232.C.
Auari in miſeria uiuunt fol.242.E.
Auari nũquam ſatiantur fol. 244.D. et 253.G.
Auari in magna quidem anguſtia viuunt, quod tamen nõ agnoſcunt fol. 144.F.
Auari diuites quales futuri ſint in morte fol.253.B.
Auari tunc ſibi videntur viuere cum aurum accumulant fol.253.F.
Auari quàm ſint ſtulti fol.253.H.
Auari lapidea habent corda fol.253. H. & fol.398.A.
Auari hianti fere ore moriuntur fol. 393.C.
Auari quantum noceant fol.393.D,
Auari quàm ſint crudeles fol. 398.C. & fol.400.A.
Auari in ſe etiam ſunt crudeles fol. 402.A.
Auari diuites quo redigãtur fol. 402. F. & 405.C.
Auari multi plus diuitias quam honorem æſtimant fol.405.F.
Auaros diuites quomodo Deus puniat in vita fol.88.B.
Auaros quomodo intercipiet mors fol.186.F.
Auaros diuites puniet Deus folio. 406.D.
Auarus quanto plus habet, tãto plus ſitit fol.103.B.
Auaritia hominum quo deueniat fo. 132.F.
Auaritia viget his temporibus folio 210.D.
Auaritia late ſerpit fol.110.G.
Auaritia quã ſit crudelis fol. 211.E.
Auaritia inſatiabilis videtur plaga fol.254.A.
Auaritia homines excæcat fo.399.D.
Auaritiæ ſtudent multi ſenes folio. 254.B.
Auarorum aſtutiæ fo.110.F.
Auarorum magna duritia in eleemoſinis faciendis fol.232.H.
Audiamus libenter quæ ad ſalutem pertinent fol.87.E.
Audire verba Dei parum prodeſt, niſi in corde reponantur fol.101.E.
Audientes Dei verbum, in opus referant fol.100.B.
Auditores non ſeminent æmulationes inter concionatores fol.20.E.
Auditores pendent ex verbis dulcibus fol.34.D.
Auditores obſurdeſcunt cum aliquid

ipſos tangit fol.34. D.
Auditores verbi Dei quomodo proficient fol.101. H.
Auditores peruerſi de concionatore ſolent murmurare fol.354. D.
Auditores aliqui multas quidem audiunt conciones, ſed parum proficiunt fol.373. B. C.
Auditores exequantur quæ audiunt fol.373. B. C. D.
Auditorũ malorũ cõditiones fo.265.B.
Auditus non debet omni confabulationi patere fol.87. D
Auxilio Dei opus eſt ad vincendas tentationes fol.177. E.
Auxilium ſuum differt Deus ad maiores labores fol.314. H.
Auxiliorum genera duo fol.424. E.

B.

Baptiſmus quas habeat virtutes fo. 41. A.
Baptiſmus pænitentiæ quid ſit fol. 56. A.
Baptiſtæ humilitas quanta eſſet fol. 53. A.
Baptiſtæ puritas fol.26. D.
Baptiſtæ excellentia fol 37. G.H.
Beatitudo quanta ſit fol. 77. F. et fol. 175. B.
Beatitudo quam ſit admirabilis fol. 232. A.
Beatitudinem quam ſperamus negotiemur fol.232. A,
Bella & ſterilitates noſtris tribuamus peccatis fol.302. A.
Beneficia à Deo humano generi conceſſa innumerabilia ſunt fol.87. B.& fol.421. D.
Beneficia vult Deus vt ab eo poſtulemus fol. 106. F.
Beneficia Dei in mente recolamus fol. 295. D,
Beneficia immenſa Eccleſiæ collata fo. 296, F.
Beneficijs Dei abutimur fol.327. E.
Benignum ſe oſtendet bonis Chriſtus in iudicio fol. 227. C.
Bona opera in abſcondito faciamus, nam Deus ea ſatis publicabit ſuo tempore fol.161. F.
Bona multi reprehendunt fol. 184. G.
Bona æterna in infinitum excedunt hæc temporalia fol.327. B.
Boni in iudicio lætabuntur fol.6. H.
Boni emendantur punitione diuina fol.25. A.
Boni etſi pauperes quãto in honore habeantur fol 223. A.
Boni virtutem ſuam in laboribus oſtẽdunt fol.223. B.
Boni inde bonum educunt vnde mali educunt malum fol.261. A.
Boni omnia bona Deo attribuunt fol. 262. F.
Boni cognoſcunt quam ſit graue omne malum fol.302. C.
Boni iam ex hac vita videntur incipere cæleſtem gloriam deguſtare folio. 310. G.
Boni ad dignitates euecti conditiones fol.



fol.321. C.
Boni virtutem ſuam oſtendunt, & mali vitia fol.345. E.
Bonos quare permittit Deus affligi fol. 36. A.
Bonus Dei gloriam quærit, non ſuam fol.20. D.
Bonum omne à Deo manat fol.71. H.
Bruta quomodo diligant natos folio 282. D.

C.

Cain poſtquam occidit fratrem percuſſus eſt quodam capitis tremore fol. 23. F.
Calamitates homines excitãt fo.20. B
Calamitates non opprimunt bonos penitus fol 26. H.
Calamitates quam ſint vtiles fol.35. D. & fol.178. E, & fol.36. D, fol. 24. G. fol.71. B. fol.235. H, fol. 276. H. fol.277. E. fol.391. E fol.392. D.
Calamitates illuſtriores reddunt homines probos fol.115. G.
Calamitates propter vtilitatem noſtram eueniunt. fol.145. C.
Calamitates nos ad Deum reducunt fol.277. B. E.
Calamitates & morbi non ſolum ipſi qui eas patitur ſunt vtiles, ſed multis alijs fol.298. C.
Calamitates ne timeamus, ſed potius in Deo ſperemus fol.343. A.
Calũniatores multi in mũdo fo.306. E
Caluaria ſumus animalium mortuorum fol. 187. C.
Cameli conditio fol.97. D.
Cani indices mortis fo.73. F.
Captiuitas duplex. fol.26. F.
Cauillantur ſemper mali fol.254. F,
Carcerem & multas alias afflictiones permittit Deus ſeruos ſuos pati fol. 29. B.
Carnem abſtinentia maceremus folio. 55. C. & 267. C & 271. H.
Carnem noſtram maceremus fo, 71. D.
Carnem delicate tractare magnæ eſt dementiæ fol.193. C.
Carnis illecebræ frenãdæ ſunt. fo.11. F.
Caro ſe ipſam perdit dũ ſpiritum perdit fol.131. G.
Caro crudelis inimicus fol.193. B.
Caro difficile refrænatur fol.193. D.
Caro quam mala vicina ſit animæ fo. 194. H.
Caute viuamus folio.388. B, C. & folio 412. H.
Cæci ſunt multi in hac vita fol.75. D.
Cæci quam ſint qui mundanis dignitatibus inhiant fol.135. C.
Cæcitas noſtra magna eſt relinquere æterna bona pro temporalibus folio.18. C. D.
Cæcitas gẽtilica & Iudaica fol.92. E.
Cæcitas animæ metuenda fol.106. E.
Cæcitas noſtra magna folio. 258. B. & 309. G. & 315. G.
Cælorum mutationes fol.4. B.
Cæleſtia parum amamus fol. 331. F.
Cæleſtia meditari quam ſit ſuaue fol. 390. C.

*Cernit Deus cuncta de longe fol.*289. H.
*Cæleſtis muſica quam ſit ſuauis folio.* 319. A.
*Centurionis magna fides fol.*152. H.
*Charitas commendatur fol.*70. H
*Charitas amittitur ſæpe varijs oſtentationibus fol.*97. H.
*Charitas refrigeſcit fol.*154. C.
*Chamaleon quas habeat conditiones fol.*110. D.
*Chriſtiani in amore ſuperare debent Ethnicos fol.*159. F.
*Chriſtiani obligantur præ cæteris ad multa fol.*165. F.
*Cicero præ magna loquacitate perijt fol.*66. C
*Cinis ſumus ne ſuperbiamus fo.* 71. E.
*Cinis eſt ſpeculum in quo nos contueri debemus fol.*136 F.
*Cinis cur in fronte ponatur fol.*137. A.
*Cinere cur inſigniamur fol.*134. E.
*Circumſpecte viuamus fol.*129. F.
*Circumſpecte viuamus cum tot fallacijs abundet mundus fol.*260. D.
*Circumſpecte viuamus cum tam importunum habeamus aduerſarium fo.* 303. D.
*Cygnus cur canat in morte, & ſyrena lamentetur fol.*410. G.
*Clamores iuſtorum Deus audit quidē etſi interdum dormire videatur fol.* 25 H. & *fol.*98. H.
*Clementia magna excipit Deus ad ſe redeuntes fol.*302. E.
*Coacte videmur ſeruire Deo fol.* 104. B.
*Cogita peccata, & non inſoleſces in proſperitate fol.* 337. F.
*Cogitationes noſtras integras & puras ſeruemus fol.*91. E.
*Cogitationes noſtras diligenter examinemus fol.*92. D.
*Cogitationes malas non excipiamus fol.*92. F.
*Cogitationes noſtras componamus & opera quandoquidem nos Deus intuetur fol.* 182. C.
*Cogitationes malorum impiæ folio.* 357. H.
*Cogitationes quomodo examinandæ fol.*358. A.
*Cogitationes puras conſeruemus, cum eas Deus conſpiciat folio.*358. C. F.
*Cogitationes noxias expellamus folio.* 359. C
*Cogitationes ſanctas in corde ſeminemus fol.*360. E.
*Cogitationes ſanctas ineamus folio* 389. G.
*Cogitationibus vanis facile poſſumus cum Dei auxilio reſiſtere fol.*91. H.
*Cognitio ſui quantū proſit fol.* 115. B.
*Cognoſcamus noſtras miſerias, ſi perire nolumus fol.*39. C.
*Cognoſcere ſeipſum plurimum prodeſt & magna eſt ſubtilitatis fol.* 38. G.
*Colloquia ſeruorum Dei qualia eſſe debeant fol.*330. F.
*Columbæ proprietates fol.*392. B.
Co-
*Columbæ ingenium & natura folio.* 418. E.
*Cometæ & alia ſigna aliquando apparent in morte principum fol.* 8. F.
*Comminationes Dei non perinde videmur timere ac comminationes terrenorum regum fo.*265. D.
*Compati videtur Deus præ tanta negligentia noſtra fo.*84. G.
*Compatitur Deus his qui per multos annos in afflictione verſati ſunt, etſi mali interdum ſint fo.*291. G.
*Compatiamur Chriſto patienti folio.* 387. B.
*Cōcionator multis diuinitus adiumētis eget ad munus ſuum probe exequēdum fo.*33 E.
*Concionator non debet de ſua facultate, ingenioque confidere fol.*33. F.
*Concionator curet operari quod docet fol.* 33. H. & *fo.*59. C.
*Concionator ſuam doctrinam pro neceſsitate audientium effundat folio* 34. C.
*Concionator quomodo doctrinam ſuā diſponere debeat fol.* 34. G.
*Concionator prædicet timorem & amorem fol.*34. H.
*Concionator qui facit quod prædicat vberes refert fructus fol.* 55. F.
*Concionator ſcientia & experientia pollere debet fol.*58. E.
*Concionator prudens eſſe debet folio* 58. F.
*Concionator & Dei fauorem imploret & licentiam a ſuperiore obtineat fo.* 59. A.
*Concionator ſit virtutis ſtudioſus & orationi ac deuotioni deditus fo.* 59. B.
*Concionator non diffidat etſi fructum non referat fo.*100. C.
*Cōcionator conturbatur ſi omnes quiete non audiant fol,*236. G.
*Concionari anhelant aliqui ante tēpus opportunum fol.*33. D.
*Concionatores vitia publica corrigere debent fol.*33. D.
*Concionatores aliqui non ſatis ſuo muneri reſpondent fo.*33. C. & *fo.* 373. E.
*Concionatores cum prudentia veritatem proferant fol.* 49. G.
*Cōcionatores vitia corrigant fo.*49. B.
*Cōcionatores nimis iuuenili ætate præditi exiguos referunt fructus fo.*58. G.
*Concionatores ſunt plurimum honorādi fol.*371. F.
*Cōcionatores quanto cum feruore concionaturi ſint fol.* 371. G.
*Concordia elementorum mira cum tamen ſint contraria fol.* 83. D.
*Concordia quantum placeat Deo fol.* 294. H. & *fol.*319. E. F.
*Cōcordiam in bono plurimi facit Deus fol.* 295. B.
*Confeſsio quam ſit neceſſaria folio* 70. G.
*Confeſsionis quanta ſit virtus folio* 189. D.
*Confeſſor pro ratione delicti det pænitentiam fol.*60. B.

Confiteatur & culpam ſuã deteſtetur
qui vult veniam impetrare fol.107. A
Confidamus nos veniã impetraturos
fol.136.C.
Confidamus in domino potius quam
hominibus fo.149. A.
Confidamus quod Deus nobis ſubue-
niet quamuis id differat fo.251. A.
Confidamus in Dei miſericordia fol.
274. C. (275.F.H.
Confidamus viriliter in domino folio
Confidamus quod tanto magis Deus
iuuabit nos, quanto difficiliora ſeſe no
bis offerent fo.314.H.
Confidamus in domino in maiori
etiam anguſtia fo 315 C. & 324. H.
Confuſionem ſuſtinebunt mali in die
iudicij fo. 4. C.
Confidere debemus in domino etſi no-
bis videamur derelicti fo.177 G
Confidunt parum in Deo mali fol.
143.B.D.
Conformemus vitam noſtram vitæ
Chriſti fo.385.D.
Coniuges bonum exhibeant exemplũ
fol.377.B.
Cor hominis non admittit ſimul Deũ
& mundum fol.89.C.
Cor vult Deus ſibi offerri fo. 92.C.
Corda multorum quam ſint ferrea fo
lio.352.B.
Cor Deo reſeruemus fol.92.D.
Cordis tres ſinus.358.D.
Correctio opportune exhibita quantũ
conferat fol.301.B.
Correctiones nolunt audire viri im-
probi fo.30.F.
Correctiones cum prudentia exhibeã-
tur fol.48.G.
Corrigere principes vix reperitur qui
velit fo.31.A.
Corpus moderate recreandum vt me
lius ſpiritui deſeruiat fo.333. G.
Conſcientia mala excruciat impios
fo.104.B.& fo.146.C.F.& fo.147.D.
F.& fol.148.B.& fo.284.H. (147.E.
Conſcientia accuſatrix noſtra folio
Conſcientia probi & improbi quomo-
do differant fo.148. D.
Conſcientia praua inquietum reddit
hominem fol.284.D.& fol. 419.F.
Conſcientia ipſa nos mordet vt ad
Deum reuertamur fol.285.D.
Conſcientia praua inſtar fætidæ clo-
acæ fol .291.A. (348.D.
Conſcientia mala male ſuſpicatur fo.
Cõſciẽtiã laxã habent mali fo.285.G.
Conſcientiam ſæpe diſcutiamus folio
291. A & fo.358.H.& fo. 396.C.
Conſideratio pulchra ad iniurias con
donãdas fol.162. B
Cõſideramus frigide quæ ad ſalutẽ ani
mæ pertinent fo.14.G.
Conſideremus finem rerum fol. 45.H.
Cõſider. quod puluis ſumus fo.135.G.
Conſideremus quod Deus ſemper nos
intuetur fo.181.D
Conſideremus æterna, & temporalia
ſpernemus fo. 318. C.
Cõſideremus ruditatẽ noſtrã fo.382.H



Conſideremus quod agimus diligen-
ter prius fo.390.B.
Conſideremus mirabilia Dei opera
fol.390.D.
Conſiderationes ad vitam corrigen-
dam fo.40 D.
Conſiderationes quas inire debeamus
ne pereamus fo.54.D.
Conſiderationes ſalutares ad inferni
æternitatem intelligendam fo.76. E.
Conſiderationes noſtræ quales eſſe de-
beant fol. 92.G. (tute fo.193.F.
Cõſiderationes ad perſeuerãdũ in vir
Conſiderationes ad bene dirigendum
vitam fol.217.H. (fol.261.B.
Conſiderationes ad vitã emẽdãdam
Conſiderationes quibus aliquo modo
gloriæ maieſtatẽ ĩtelligamus fo.318.D.
Conſiderationibus diuerſis vti debe-
mus vt bene vitã inſtituamus.fol.71.D
conſiderationibus ſanctis nititur & ſu
ſtentatur vita ſpiritualis, fol. 360.F.
Conſilia etiam Dei ſeruemus, non ſo-
lum præcepta, fol.265.B.
Conſilia ſalutaria etiam à vitioſo ac-
cipiamus, fol.374.C. 386.C.
Conſilia ſalutaria dant ſerui Dei. fol.
Conſiliũ petamus ab alijs, fol. 385. H.
& fol.386.B.
Conſilium nolle accipere quantum no
ceat, fol. 386. D.
Conſolationes diuinæ inæſtimabilis
pretij. fol.353.H.
Conſolationes mundanæ & diuinæ ſi-
mul eſſe non poſſunt, fol,353.G.
Conſulamus prudentes viros & pro-
bos fol. 385. G.
Conſultant aliqui impie fo. 386.A.C.
Conſultores debẽt eſſe fideles fo.386.E
Conſtantiæ diffinitio fo 32.D.
Cõſtantini magni conuerſio fo. 116.A.
Conſtantinus Imperator quam fuerit
liberalis in Eccleſiam fo.116.B.
Conſtantia magna fo.23.F.
Conſuetudo mala difficile eradicatur
fo.47.C.& fo.278. E.
Conſuetudo malæ captiuum tenet ho-
minem fol.278.F.
Conſuetudo mala contraria tolletur
conſuetudine fo.278.H.
Conſuetudo magna peccandi vt eradi
cetur, magno Dei auxilio opus eſt fol.
(279.A.
Conſuetudinem malam vincemus aſſi
dua tandẽ cura & diligẽtia fo.279.B
Conſuetudinem inueteratam vitiorũ
deſerere perdifficile fo.279.D.
Contemplationem interdum deſeren-
tes, actioni incumbamus fo.297. B.C.
Contemplemur quales ſumus, & non
inſoleſcemus 247.F.
Contradictionibus viriliter reſiſtamus
fol.104.H.
Contumelioſa verba propter Deum
patienter feramus fo.305.B.
Contumelias non ſentit magnanimus
fo.306.B.
Conuertamus nos ad Deum & pæni-
tentiam agamus fol. 49.H.
Cõuertamus nos ad Deũ, & ipſe nos am

plectetur fol. 50. D.
Conuertamur ad Deum antequam veniæ ianua claudatur fol. 125. A.
Conuertamur ad dominum & ignoſcet nobis fol. 302. D.
Conuertamur ad dominum quantumuis mali fuerimus fo. 351. G.
Conuerſationes diſſolutas vitemus fo. 330. G.
Conuerſationes noſtræ quales eſſe debeant fol. 330. H.
Conuerſionem noſtram nõ differamus fol. 84. D & fo. 354. H. & fo. 355. C.
Conuerſionem noſtram nõ differamus & in omni ætate ad Dominum reuertamur ſi vſquam aberrauimus fol. 85. E.
Conuerſationem differre periculoſum fol. 86. B. & fo. 188. E. & fo. 303. E.
Conuerſationem differunt aliqui in decrepitam vſque ætatem foli. 354. C. & fo. 355. A.
Conuiuia noſtra ſobria ſint folio 404. B D.
Conuiuia Romanorum moderata fol. 404. E.
Creaturæ puniũtur quia nõ inſurrexerunt contra peccantes fo. 2. D.
Creaturæ quæ nunc quodammodo diſſimulant peccata hominum in iudicio contra peccatores inſurgunt fo. 8. G.
Creaturæ ſine Deo nullam exhibent conſolationem fol. 9. B.
Creaturæ nos manu ducunt in cognitionem creatoris folio 79. A & folio 83. D.
Crocodili natura fo. 66. A.
Crudelitas maxima cuiuſdam tyranni fo 17. F.
Crudelitas execrabilis fo. 229. C.
Crudelibus denegatur miſericordia fol. 399. G.
Crux Chriſti quantum ſplendeat in iudicio fo. 7. A.
Crux apparebit in iudicio fo. 233. E.
Crucem vnuſquiſque habet fo. 305. D.
Crux Chriſti quanta veneratione colenda fo. 362. H.
Cupidi rerum temporalium quanta inuehant detrimenta fo. 21. H. & 90. A.
Cupiditas quorũdam quanta ſit fol. 210. F.
Cupiditas humana quanta ſit folio 235. F.
Cupiditas humana inſatiabilis folio 244. C.
Cupiditas impedit animæ quietem fol. 142 G.
Cupidi homines toto terrarum orbe negotiantur fol. 245. F.
Cupiditas mundanæ gloriæ nos in obliuionem cæleſtis gloriæ adducit folio 342. E.
Cura temporalium impedit nobis viã in cælum fo. 142. H.
Curam noſtri magnam gerit Deus fo. 288. F. & fo. 314. F. & folio 421. G. H.

D

Damnati blaſphemabunt Deũ & ſanctos fo. 227. E.

Damnati



Damnati refrigerium non habebunt in æternum fo. 234. A.
Damnati maximopere ſentient tormenta fo. 234. C.
Damnati maximæ cruciantur inuidia fo. 401. A.
Damnati magis torquẽtur gloria beatorum fol. 401. C.
Damnatorum quanta erit miſeria fo. 76. F.
Damnatorum tormentum grauiſſimũ non videre Dei faciem fol. 233. D.
Deceptores ſunt multi fol. 260. B.
Declinemus a malo & bonum faciamus fol. 292. H.
Declinemus quæ ſalutem animæ impediunt fol. 303. F.
Defectus ſemper inueniemus quos corrigamus fol. 71. C.
Defectus proprij non facile dignoſcuntur fol. 124. C.
Defectus alienos exploramus, & ad proprios cæcutimus fol. 246. H. & fol. 248. A.
Defectus proximorum nõ publicemus fol. 395. D.
Defectus alienos potius quam noſtros exploramus fol. 408. C.
De genere potius quam de virtutibus gloriari turpe eſt fol. 63. H.
Delectationes & proſperitates mũdanæ, viam cæli nobis ſæpe impediunt fo. 131. C.
Delectationes temporales nos in obliuionem ducunt æternarum fo. 326. B. & fol. 341. E. & fol. 407. B.
Delectationes huius mundi periculoſæ fol. 226. D. & fol. 391. G.
Deliciæ huius vitæ quo redigantur fo. 192. G.
Delicias ſeculi fugiamus ad imitationem Chriſti fol. 200. C.
Delicias mundi quomodo ſpernemus fol. 332. B.
Deliciæ mundi auocant homines a cæleſti contemplatione fol. 29. D.
Deliciæ mundanæ quo redigantur fol. 397. D.
Deliciæ mundanæ quantum noceant fol. 329. H. & fol. 406. G.
Deliciæ mundanæ periculoſæ fo. 407. B.
Dæmon impoſtor conatur ſemper nobis illudere fol. 17. C.
Dæmon nobis impedire molitur pœnitentiam fol. 51. D.
Dæmon aſtutiſſimus fur, & idcirco fugiamus ab eo fol. 58. B.
Dæmon callidus explorator fo. 197. E.
Dæmon incantator & impoſtor folio 199. D.
Dæmon variis modis nobis pœnitentiã impedire nititur fol. 200. D.
Dæmon odio habet bona opera noſtra fol. 201. D.
Dæmon limitatas habet vires ad tentandum fol 201. F. G.
Dæmon puſillanimis eſt ſi ſibi reſiſtatur fol. 205. C.
Dæmon interdum ſe vinci patitur vt nos melius ſuperet fo. 208. B.

a Dæmon

Dæmon extremorum amicus fo.210.A
Dæmon ſecuros vult reddere quos poſſidet & vacuos tentationibus folio 212.B.
Dæmon plurimi facit prædam alicuius ſerui Dei fol.212.G.
Dæmon curat vt nimis de miſericordia Dei præſumamus fol.225.B.
Dæmon maxima vtitur arte contra nos fol.228.G.
Dæmon irridet noſtra infirma propoſita fol.308.E.
Dæmon conatur vt difficultatē rei potius quam Dei fauorem contueamur fol.315.B.
Dæmon fatigat eos qui ſibi obediunt fol.315.D.
Dæmon ſuos ſeruos flocci pendit. fol. 315.E.
Dæmon in montem ſuperbiæ ſuos pertrahere nititur fo.321.B.
Dæmon laqueum tendit ſub ſpecie ſanctitatis fol.324.G
Dæmon multis nos machinis impugnat 360.C.
Dæmon circuit quærēs quem deuoret fol.391.A.
Dæmō quomodo ſuos fallat fo.431.E.
Dæmoni florem ætatis damus, & Deo decrepitam ætatem fol.176,D.
Dæmonis aſtutia fol.128.C.& 129.F.& 130.G,& 182.D.& 208.A.& 262.B.& 280.F.& 426 G.
Dæmonis variæ artes fo.388.E.
Dæmones vnanimes ſunt contra nos fol.257.G
Denudare vnum vt veſtias alterum nefas fo.169.F.
Deo toto affectu ſeruiamus fo.78.F.
Deo tribuamus quidquid boni habemus fo.150.F.
Deo quod deterius eſt damus fo.176.C
Deus ſeruos ſuos honorat fo.315.E.
Deſerit interdum Deus malos propter eorum duritiam fo.359.D.
Deſperare nullus debet in afflictionibus cum nobis a Deo mittatur fo.26.C
Deſperatio quam ſit peſtilentiſſimum ſcelus fo.432 G.
Detractoribus & adulatoribus aures noſtræ ne pateant fo.92.H.
Detractores quanta infligant mala fo.93.A.C & fo.306.H.
Detractores quomodo puniat Deus fo. 93.C.
Detractores peiores latronibus folio. 93.F.
Detractores flocci pendamus iniquos fo.307.C.& 184.H.
Detractorum plenus eſt mundus folio. 307.A.
Detractores non auſcultemus fol.307 D.
Detractores quantum nobis conducant fo.307.D.
Detractorum Eccleſiaſticorum conditiones fo.306.F.
Deum obliuiſcuntur qui non ſperant eius mercedem fol.12.G.
Deus præſtolatur malos vt pœnitentiam agant fo.13.B.
Deus vulnerat & medetur fo.151.C.
Deus multa bona ex noſtris calamitatibus educit fol.151.D.
Deus nos conſpicit remigātes fo.177.E
Deus quam præſtantius ſuos compenſet quamm undus ſo.1 2.E.
Deus paratior videtur ad præmiandū quam ad puniendum fo.215.E.
Deuoti parum ſumus fo.245.B.
Deuotionē impedit tumultus fo.314.G
Dialogiſmus animæ imp cum corpore fo.1 .D.
Diaboli aſtutia fo 237.H.
Dies domini horribilis fo.4.A.
Dies domini quomodo erit ſicut fur fo 8.D.
Differt Deus auxiliū ſuū ad grauiores neceſſitates medicandas fo.214.H.
Differre ſalutare remedium magna eſt cæcitas fo.188.F.
Difficultates in vitijs non videntur ſibi ſentire mali fol.410 A.
Diffidamus nobis & confidamus Deo fo. 5.G.
Diffidere Deo quam ſit abominabile fo.288,D.
Difficiliora quanto magis ſe nobis offerunt tanto magis confidamus in domino. o.214.G.
Dignitates mundanæ periculoſæ & laborioſæ fo.42.D.& fo.205.B.& fo.321.E & fo.322.B.
Dignitates mundanæ quo redigantur fo.54.H.
Dignitates humanæ & dominia quā ſint inſtabilia & caduca fo.76.H.
Dignitates humanas fugiamus folio. 185.G.
Dignitates ſolent fugere viri ſapientes fo.321 F.G.& 323.A.
Dignitates quam auide multi appetant fo.32 .G.& 323.D.
Dignitates ſtulti & ignari ſtatim amplectuntur fo.321.H.
Dignitates benemeritis ſunt dandæ fo.322 C.
Dignitates humanæ quanto cum labore acquiruntur fo.322,F.
Dignitates aliqui nonnunquam obtinent ad eorum condemnationem folio 323.H.
Dignitates ſerui Dei cum timore acceptant fo.323.B.
Dignitates abſq. virtute quantum pleriſq. noceant fo.424.D.
Dignitatibus humanis multi ſuperbiunt fo.114.F.
Dignitatibus humanis qui nimis adhærent periclitantur fo.186.E.
Dignitas in viro indigno monſtruoſa fo.322.D.
Diligētiā incredibilem adhibemus ne tēporalia bona amittamus fo.63.D.
Diligētiam magnam exhibeamus in deſerendo peccato fo.134.A.
Diligenter operarius eſt Chriſtus ſalutem noſtram fo.304.D.
Diligentes ſimus in ſalute noſtra procuranda fo.303.G.

Dili-

Diligit nos Deus maximopere folio. 429. G.
Diſcrimen inter res diuinas & humanas fo.190. F.
Diſcordiæ quantum Deo diſpliceant fo.192. D. E.
Diſcordias ſeminare quam ſit graue ſcelus fo.294. G.
Diſcordias euitemus fo. 319. D. & fo. 321. A.
Diſcrimen inter diuitias corporales et ſpirituales fo.22. D.
Diſcrimen inter animam iuſti & mali fo.425. e.
Diſſenſiones quantum oderit Deus fo. 162. F.
Diſſolutio magna in veſtibus fo.325. E
Diſtantia infinita Dei ad creaturas fo.348. D.
Diſtrahere ſe in vanitates quam ſit noxium fo. 317. F.
Diuites proſpiciant animæ ſaluti fol. 148. H.
Diues inſtar vermiculi bombycis folio 97. E.
Diues quales conditiones ſeruare debeat fo.413. D.
Diuitiæ temporales quo redigantur fo. 24. C.
Diuitiæ a mundanis adorantur fo. 42. H.
Diuitiæ excitant appetitum cupiditatis fo.53. E.
Diuitiæ periculoſæ fo.89. D. & fo.253, F.
Diuitiæ multis pernicioſæ fo. 89. E,
Diuitiæ cum auaritia quantum incommodant fo.90. B.
Diuitiæ facile amittuntur fo.90. H.
Diuitiæ ſunt nobis moleſtæ ſicut ſpinæ fo.96. H.
Diuitiæ laborioſæ fo.97. B.
Diuitiæ veræ quales ſint fo.98. D.
Diuitiæ fallaces ſuffocant triticũ & multum incommodant ſæpe ſuis poſſeſſoribus fol.102. D.
Diuitiæ quibus conſiderationibus contemnuntur fo.187. E.
Diuitiæ ſine Deo nil valent fo. 210. F. & fol.428. E.
Diuitiæ male acquiſitæ quo redigãtur fo.211. C.
Diuitiæ nos inſolentes reddunt folio. 304. H.
Diuitiæ quomodo expendendæ folio. 405. A.
Diuitiæ quaſi veſtes mutuo acceptæ fo. 405. B.
Diuitiæ ſæpe quãtorum ſint cauſa malorum fo.430. A.
Diuites auaros quomodo Deus puniat etiam in vita aliquando fol.88. B.
Diuites auari etiam paucula pauperum bona deuorare nituntur fo.110. E.
Diuites & potentes patrocinium ſuſcipiant pauperum fol.290. D.
Diuites plurimi fiunt a mundo fol. 371. A.
Diuites compatiantur pauperibus fol. 399. B.
Diuites debẽt agnoſcere magnum Dei beneficium erga ipſos fo.402. B.
Diuites bona pauperibus diſtribuant fol.402. C. & 406. D.
Diuites auari crudeles erga pauperes fo.402. D.
Diuites auari in morte quales ſint fo. 405. E.
Diuites mali parui fiunt apud Deum fo.413. C.
Diuitiarum deſiderium inſatiabile fo.96. H.
Diuitiarum abuſus quantum noceat fol.102. F.
Diuitiarum amor nos excæcat folio. 243. F.
Diuitiarum oſtentationem mundani homines faciunt fo.337. A.
Diuitias propter Chriſtum contemnamus fo 90. C.
Diuitias multi in vanitate profundũt fo.90. F & 97. G.
Diuitias amare quæ tam cito pereunt magna cæcitas fo.91. B.
Diuitias ſectari & Deum deſerere extremæ eſt dementiæ fo.91. C.
Diuitias cur det Deus hominibus fol. 98. B.
Diuitias ſectari pernicioſum fo. 102. G.
Diuitias cæleſtes appetamus fo. 110. F.
Diuitias dat Deus vt impartias pauperibus fo.170. G.
Diuitias acquirere laborioſum folio. 144. E.
Diuitias contemnamus fo.402. E
Diuitiis multi implicantur fo.97. C.
Diuitiis multi abutuntur fo.402. C.
Diuitiarum bonus vſus ſalutaris fol. 402. B.
Diuitiarum abuſus quantum noceat fo.405. D.
Doctrina tradenda eſt pro captu audientium fo.381. D.
Doctrinam ſuam confirmauit Chriſtus morte ſua fo.362. G.
Doctrinam ſalutarem accipiamus etiã a vitioſo doctore fo.374. A.
Dolet Deus de perditione noſtra fo8 C
Dolere debemus intimis quidem ſenſibus propter culpas cõmiſſas fo.303. E.
Doli multi ſunt in mundo fo. 259 C.
Domini debent curam gerere familiæ ſuæ fo.145. F.
Domini debent ſuauiter & prudenter imperare fo.153. B.
Domini præcipiendo moderatione vtãtur fo.153. E.
Domini ſint probi, & ſedulo ipſis obedient ſerui fo.153. F.
Domini multi maiorem curam gerunt mulæ quam ſeruorum fo.154. E.
Dominium multos inſolẽtes reddit fo. 142. C. (& 152. E.
Duces quales eſſe debeant fo.151. H.
Duces quomodo ſe erga milites gerere debeant fo.297. E.
Dura corda quomodo mollientur fol. 245. D.
Dura corda quomodo pulſet Deus vt molleſcant fo. 348. F.

Duri ſumus in operibus miſericordiæ exercendis fo.228.G.
Duritia animi cui rei comparetur fo. 45.C. (45.D.
Duritia animi quomodo mollietur fo.
Durities noſtra magna fo.352.A.

E.

Eccleſia ſancta fundatur ſuper quatuor euangelia fo.95.G.
Eccleſia militãs & triũphãs fo.362.E.
Eccleſiaſtici mali quantam in iudicio ignominiam ſuſtinebunt fo.150.A.
Eccleſiaſtici quãd bonũ exhibere debeãt exemplum fo.234.H.& fo.235.C.
Eccleſiaſtici viri exemplũ quantũ poſſit nocere ſi prauum ſit fo. 374.E. G.
Eccleſiaſticis detrahentes quam peßime agant fo.371.D.
Eccleſiaſticos honoremus fo.365.G.
Eccleſiæ immunitates ſeruandæ ſunt fo.249.C.
Ebrietas infame vitium fo.209 D.
Aedificia ſuperba quantum noceant fo.144.G.
Aedificia omnia mundi in die iudicij corruent fo.225. G.
Aedificia & ornamenta ſint moderata fo.325.A.
Aedificiorum ſuperfluitates reprehenduntur fo.324.B
Effectus quos operatur Deus in anima fo.57.A.
Electiones quales eſſe debeãt fo. 38.F.
Electores male eligentes quomodo puniantur fo.375.D.
Elephas verecundus fo.182.A.
Elementorum mira concordia cum tamen ſint contraria fol.83.D.
Eleemoſyna ſit de re iuſta fo.169.F.
Eleemoſyna magis indigentibus detur fo.169.H.
Eleemoſyna ſi fieri poteſt propria fiat manu fo.170.C.
Eleemoſyna præſtantißimum opus fo. 215.G.
Eleemoſynam dãt pauperes interdum libẽtius quam diuites fo.231.F.
Eleemoſyna quãtum poßit apud Deũ fo.233.A.
Eleemoſynas largientibus multa Deus confert beneficia fo.175.H.
Eleemoſynam ex deterioribus facimus fo.176.D.
Eleemoſynam & opera pietatis exerceamus fo.218.D.F.
Eleemoſynas impediunt ſumptus in rebus vanis fo.218.H.
Eleemoſynæ cur tam exiguæ fiant fo. 170.F.
Eleemoſynis redimant diuites peccata ſua fo.397.A.
Emendemus vitam dum licet fo. 7.D,
Emendemus ſtatim deprauatos mores fo.419.B.
Epiſcopis quanta reuerentia debeatur fo 371.C.
Erubeſcamus male agere fo.178.H.
Aetas matura requiritur in prædicatore fo.58.D.
Aeterna recordemur, qui tantam rerum tẽporalium curã gerimus fo.63.E.
Aeterna amemus & temporalia deſpiciamus fo.67.F.
Aeterna pro temporalibus commutare extremæ dementiæ eſt fol.46.F.& fol. 75.B.
Euchariſtia quam reuerenter ſumenda ſit fo.41.D.
Euangelica veritas non indiget humano fuco fo.364.E.
Examen quam diſtrictum erit in iudicio fo.231.C.
Exceſſus in veſtitu fugiamus folio. 409.D
Excuſationes aliquorum ne ignoſcant fo.172.F.
Excuſationes malorum non admittit Deus fo.183.G.& fo 221. D.
Excuſationes non quæramus vt fugiamus a diuino obſequio fo.257.A.
Excuſationes quærunt mali peccatorum ſuorum fo. 261.D.
Exempla mira ſanctorum fo,31.D.
Exemplo prauo non offendamus proximos fo.280. E.
Exemplo ſuo bono ſancti docebant fo. 378.B.
Exemplum bonum vbiq. dandum fo. 376.C.& 377.A.E.
Exemplum malum quantum incommodet fo.272.D.
Exemplum ſumunt prudentes ex alijs fo.298.E.
Exemplum prauum quantum Deo diſpliceat fo.301.A.
Exemplũ ſumamus ex a liis fo. 413.A.
Exploremus noſtra facta potius quam aliena fo.396.B.
Expectat nos Deus ad pœnitentiam fo.186.C.
Exerceamus nos in virtute ſi volumus progreſſus aliquos reportare fo. 72.D.
Exerceamus nos moderate fo.85.A.
Exerceamus nos in operibus miſericordiæ fol219.B.

F.

Faciamus quod in nobis eſt & Deũ habebimus fautorem fo.299.D.
Facile ſtatim dæmoni ſuccumbimus fo.303.G.H.
Fama labore paratur fo,82.C.
Fama vera in quo conſiſtat fo 93.F.
Famuli & domini in quam multis conueniant fo.150,B,
Famuli & domini in quam paucis differant fo.150.C.
Fauet Deus in maioribus periculis fo. 390,H.
Fauore Dei opus habemus fo.424.D.
Fauorem Dei & ſanctorum imploremus.fo.193,E.
Fauores multos nobis dat Deus,ne ſuccumbamus fo.159.G.
Felicitatis magnæ loco ducendũ eſt bonum nanciſci paſtorem fo.37,A.
Ferdinandi regis catholici exemplum fo.186.G.
Feſti dies quomodo celebrandi folio. 295.A.
Feſtis diebus multi plus offendunt quã

aliis diebus fo.295.G.
Feſtis diebus Deus eſt conuiua noſter fo.296.B.
Feſtis diebus in quibus nos exercere debeamus fo.296 B.F.
Feſtis diebus prohibita videntur quæ impediunt deuotionem fo.297.A.
Feſtos dies quomodo celebrare debeamus fo.290.F.
Feſtum dedicationis quomodo inſtitutum & cur fo.296.E.
Fidamus Deo ex toto corde fo.289.E.
Fides cum operibus ſocianda eſt fo. 81.E.& fo.117.H.& 415.B.
Fides debilitari videtur frequẽtia peccatorum fo.118.C.
Fides præſtãtiſſima virtus fo.275. A.
Fides noſtra multis mirabilibus & ſignis confirmatur fo.339.B.
Fidei obtemperent ſenſus & ratio naturalis fo.117.D.
Fidei magnum meritum fo.275. D.
Fidei magna firmitas fo.338.E.
Fidei maximum referimus præmium fo.339.A.
Fidẽ paruipẽdunt hæretici fo.118.D.
Fiducia noſtra qualis eſſe debeat fol. 288.H.
Filii mali contriſtant parentes ſuos fo. 442.A.
Filii a teneris vnguiculis bene inſtituendi fo.442.C.
Filii multi nobilium videntur a barbaris progeniti fo.64.D.
Filii Dei cum ſimus non demittamus nos ad vilia fo.71.E.
Filii ſumus terræ & nepotes ipſius nihil fo.115.A.
Filii parentes bonos imitentur folio. 272.H.
Filii multi parum amant parentes fo.282.E.
Filii a tenella ætate laudabiles ſuggãt mores fo.282.H
Finis præcipuus noſtrorum bonorum operum ſit Deus fo.128.D.
Finem rerum conſideremus,& in mediis non errabimus fo.45.G.
Firmitas non eſt in rebus terrenis fo. 97.A.& 108.F.
Firmitatẽ habeamus in virtute tam in proſperis quam in aduerſis fo.32.C, & A.
Formicæ exemplum dant ciuitatibus fo.320.B.
Fortitudinem & inconſtantiam quomodo pingerent antiqui fo.32.C.
Fragilitas humana quanta ſit fo.129. A.& 134.F.
Fragilitatem noſtram agnoſcamus & non ſuperbiemus fo.113.C.& 223.F.

G.

Gaudia cæleſtia qualia ſint fo.165.D
Gaudia huius vitæ quam ſint vana fo.326.G.
Gaudium ineffabile in cælo fo.164.F & fo,318.B.
Gloria mundi mutabilis fol. 42.G.
Gloriam ſempiternam appetamus fo. 127.D.



Gloria ſempiterna quam ſit iucunda fol.127.D.
Gloria ſuperat opinionem noſtram fo. 191.A.
Gloria ineſtimabilis folio. 323,H.& fo 340.G.
Gloria labore paratur fo.332.C.
Gloria eſt ſtatus omnium bonorum aggregatione perfectus fo.333.B.
Gloriam vt conſequamur obnixe nobis elaborandum eſt fo.59. G.
Gloriam & beatitudinem diligamus vbi eſt pater cæleſtis fo.164.A.
Gloriam cæleſtẽ iam ex hac vita vidẽtur boni incipere deguſtare fo.310.G.
Gloriam quidem deſideramus,at vero nolumus pro ea labores ſuſtinere folio. 323.G.
Gloriam parum ſentimus fo.331 G.
Gloriam ſempiternam deſideremus fol.389.A.
Gloriam falſam anteponimus veræ fol.394.H.
Gloriæ magnitudo ex eo cognoſcitur quod tanto eam pretio nobis Chriſtus comparauerit fo.164.G.
Gloriæ cæleſtis ſuauitas fo.191.E.
Gloriæ excellentia fol.318.F.
Gloriæ gaudia & inferni pœnas meditemur fo.326.H,
Gloriæ ſuauitatem cur multi non ſentiant fo.419.E.
Gloriari de veſtibus & ornatu ridiculum eſt fo.24.A.
Gloriari de generis nobilitate vanum eſt fo. 54.B.& 443.B.
Gloriari de tẽporalibus bonis vanum eſt fo.64.H.
Gloriemur magis de virtute quam de genere fo.64.C.
Generis nobilitas cogere videtur aliquem vt virtutẽ aſſidue colat fo.65.A
Gentilitas cæca vanos habet deos fol. 180 D.
Gentiles aliqui viſi ſunt pro virtute mortem pati fo.31.C.
Gentiles nos præcellere quandoque in virtute videntur fo.142.B.
Gradus quibus mali ad infernum deſcendunt fo.61.A
Gratia Dei plurimum reformat hominem fo.389.B.
Grati ſimus erga Deum fo.104. C. & fo.118.H.& fo.286.C.
Grati ſimus iugiter & ſemper folio. 416.C.
Grati profecto valde eſſe debemus pro tantis diuinitus acceptis beneficiis fo. 421.F.
Gratiſſimus quidem erat Dauid erga beneficos fo.111.G.
Gratitudo ipſa noſtra omnibus vtique ornari debet & prædita eſſe circumſtãtiis fo.119.D.

H.

Helena ruina Troiæ fo.403.D.
Herculem cum hydra pugnare quid ſignificet fo.36.A.
Hæreſes quomodo introduci ſoleant fo. 156.H.

*Hæreſes multæ pullularunt eo quod nō ſequerentur communem ſanctorū patrum doctrinam fo.*364. A.

*Hæreſim multi incurrūt paulatim poſt multa vitia fo.*364.D.

*Hæretici quibus vtātur impoſturis fo.* 259.F.

*Hæretici ſuarum inuentionum tenaces fo.*261.D.

*Hæretici polum fidei amiſerunt folio.* 364.C.

*Hæretici contorquent ſenſum litterarū ſacrarum fo.*364.D.

*Herodis maxima impietas fo.*19.D.

*Hypocritæ quibus comparentur folio.* 126.C.

*Hypocritæ etſi diſsimulare velint, tandem tamen manifeſtantur folio.* 259.B.

*Hypocritæ in quantas deueniant miſerias fo.*368.B.

*Hypocritarum fatuitas & peruerſitas fo.*379.C.

*Hypocritæ duplices fo.*379.D.

*Hypocritæ fallaces folio.*379. H.*& fol.* 380.A.

*Homo quare creatus eſt corruptibilis & infirmus fo.*28.D.

*Homo multis nominibus* Deo *obligatus eſt fo.*68.A.

*Homo non cognoſcit quantæ ſit dignitatis fo.*68.D.

*Homo paruus mundus fo.*79.D.

*Homo quibus rebus comparetur folio.* 136.H.

*Homo ſolus inobediens eſt factori ſuo fo.*263.H.

*Hominē creauit Deus vt vinceret dæmonem fo.*216 D.

*Hominis dignitas maxima fol.* 67. H. *&* 213.H.

*Hominis inſignia qualia ſint fol.* 135. D.

*Homines plurimū debēt* Deo *fo.*214.C

*Hominum vita breuis fo.*5.E.

*Honor eſt præmium virtutis fo.*149.E.

*Honor verus in quibus ſitus ſit fo.*394 H.

*Honorem* Dei *qui ſibi vſurpant quid mereantur fo.*39.F.

*Honorem qui fugit inueniet fo.* 42. B.

*Honorem Deo demus fo.*146.H.

*Honores mundani quam debilia habeant fundamenta fo.*53.B.

*Honores mundani appetitum non ſatiant fo.*53.D.

*Honores mundanos quos Chriſtus deſpexit non appetamus fo.*67.E.

*Honores mundanos contemnamus cū ad mortē properemus fo.*141.G.H.

*Honores mundani multos inſolentes reddunt fo.*142.F.

*Honores mundani cum maxima anxietate ſunt fol* 150.D.

*Honores ſæpe mutant mores fo.* 113. F.

*Honores mundani quam ſint caduci fo.*329.F. (*fo.*395.A.

*Honores mundi contemnunt ſerui Dei*

*Honores mundi caduci fo.*431.D.

*Horribilis veniet ad iudicandum Dominus fo.*227.B.

*Humana capacitas limitata fo.*89.B.

*Humana potentia inſtar tonitrui eſt fo.*42.F.

*Humiles* Deus *extollit fo.*53.G.

*Humiles ſecuri viuunt fo.*113.D.

*Humiles a Deo impetrant quod petūt fo.*156.C.

*Humiles quantum gaudebunt in die iudicij fo.*215.C.

*Humiles nolunt laudari fo.*216.A.

*Humiles cæteros plurimi faciunt fol.* 262.B.

*Humiliant ſe aliqui vt alios fallant fo.*113.H.

*Humiliant ſe magis ſerui* Dei *quo ſublimiores ſunt fo* 385.A.

*Humiliari propter Chriſtū verus chriſtianiſmus eſt fo.*113.H.

*Humiliemus nos ſi tractare commode cum* Deo *res noſtras volumus folio.* 248 D.

*Humiliores ſunt boni fol.*150.H.

*Humilium conditiones fo.*274.E.

*Humilitas cæleſtis animæ medicina fo.*29.G.

*Humilitas maxima ſeruorum* Dei *fo.* 31.D.

*Humilitas commendatur fo.* 41.D. *&* 43.D.

*Humilitas tutiſsimus locus fo.* 42. D.

*Humilitas vera qualis eſſe debeat fo.* 43.H.

*Humilitas quantum poſsit folio.* 57. C.

*Humilitas Chriſti noſtram confundit ſuperbiam fo.*113.F.

*Humilitas cur apparet difficilis folio.* 127.H.

*Humilitas quantum decoret optimates fo.*145.E.

*Humilitas quanta impetret folio.* 152.G.

*Humilitas & manſuetudo quantum placeat* Deo *fo.*223.C.

*Humilitas quid faciat fo.*262.F.

*Humilitas eſt aſcenſus ad honorem fo.*384.H.

*Humilitatem quanti faciat* Deus *fo.* 41.C.

*Humiliando ſe quis magis, etiam magis a Deo exaltatur fo.*44.D.

*Humilitate deſtituti pereunt fo.*44.F

*Humilitatem amemus fo* 127.G.

*Humilitatem & verbo, & exemplo tradidit Chriſtus fo.*127.H.

*Humilitatem ſolis verbis non oſtendamus fo.*141.C.

*Humilitatis magnæ vires folio.* 114. B.

*Humilitas quibus conſiderationibus conſeruatur fo.*114.F.

I.

*Iactant ſe multi de generis nobilitate fo.*442.D.

I*dololatriæ multi modi fo.*210.B

I*eiunia quam rigide olim ſeruarentur fo.*138.D.

I*eiunij excellentia fo.*130.D.*& fo.*132 B.C.*&* 133.A.

Ieiunii fructus folio. 138. F.H. & folio. 202 D.
Ieiunium ſine patientia non videtur prodeſſe fo.126.B.
Ieiuniũ etiam eſt nõ peccare fo.130.F.
Ieiuniũ quare fuerit inſtitutũ.fo.131.D
Ieiunium multi deferunt propter leues cauſas fo.132.H.
Ieiunium verum quale eſſe debeat fo. 137.H.
Ieiunent omnes ſenſus & homo interior fo.137.H.
Immiſericordes exactã reddituri ſunt rationem & ſeueram fo.229.C.
Impatientia noſtra magna eſt fo.224. C.& fo.305.A.
Impii in labirynthum maximum coniecti ſunt fo.39.B.
Inanis gloriæ multi modi fo.129.E.
Incitare ad vindictam potius eſſe videtur infidelium fo.167.C.
Incõmoda multa ſequũtur quod Deũ non habeamus præſentem fo.181.F.
Inconſtantia maxima vacillamus fo. 110.C.
Inconſtantia noſtra magna eſt folio. 203.H.
Inconſtantia interdũ videtur Dei punitio iuſta erga nos fo.309.D.
Inconſtantia rerum mundanarum fo. 443.H.
Inconſtantes quas habeant conditiones fo.32 H.
Inconſtantes ſumus in Dei fiducia fo. 289.F.
Inconſtantes ſumus in bono fo. 307.H. & 308.D.E.
Incõſtãtes quibus cõparẽtur fo. 309.B.
Inconſtãtes ſunt res terrenæ fo444.A.
Incredulos quomodo puniat Deus fol. 415.C.
Inducit Deus ad bona, & diabolus ad mala fo.204.H.
Inferni cruciatus ſatis explicari non poteſt quantus ſit.fo.11.G.
Inferni tormenta horrenda fo.16.G.& 75.D.& 76.E.& 77.C.& 133.G.
Inferni tormenta quomodo cognoſcantur fo.18.A.
Duplex pœna in inferno fo.18.D.
Inferni pœnas timeamus fo. 127.C.& fo.411.H,
Inferni tormenta quare in ſempiternũ durabunt fo.216.H.
Inferni tormenta quanta ſint fol.233. F.G.
Inferni tormenta non alleuabuntur per vſum fo.234.D.
Inferni pœnas & gloriæ gaudia meditemur fo.326.H.
Inferni graues cruciatus fo. 399. H.& 400.D.& 411.D.& 412.D.E.
Inferni timorem multi videntur abieciſſe fo.410.H.
Inferni tormenta grauiſsima fo.59.F.
Infernus paratus erat diabolo folio. 216.C.
Infernum ſaltem timeamus ſi beatitudinem non amamus fo,332.F.
Infirmos, & in carcere poſitos viſitemus fol.297.C,& 298.D.
Infirmos aliqui viſitare ſolent magis ſui commodi cauſa quam infirmorum fol.297.G.H.
Infirmitates via ad mortẽ folio, 144. H.
Infirmitates quanta adferant commoda fol.298.C.
Inferni ignis quomodo plus comburat vnos quam alios.fol.143.G.
Ignominiæ homines perducunt in Dei cognitionem fol.25.G.& fol. 29.C.
Ignominias pati propter Deum glorioſum eſt fol.312.D.
Ignoſcamus proximo ex animo folio. 172.B.& 163.G
Ignoſcet nobis Deus qui præcipit vt ignoſcamus fol.136.D.
Ingrati ſumus erga Deum fol. 68. B. 308.D.& 429.G.
Ingrati non ſimus aduerſus Deum fo. 118.E.
Ingrati quales ſint fol.118.H.
Ingrati non bene compenſant accepta beneficia fol.119.B.
Ingrati quantum Deo diſpliceant fol. 416.F.
Ingrati non ſimus fol.418.D.
Ingratitudo deteſtabile vitium folio. 118.G.& 416.C.& 421.C.
Ingratorum confuſio fol.418.D.
Ingratitudinis exemplũ notabile fol. 30.G.
Iniuriã Deo infert qui tollit ab eo præmia bonorum & ſupplicia malorum fol.16.H.
Iniuriam condonare glorioſum eſt fol. 167.B.
Iniurias condonare antiquiſsimum eſt fol.158.D.
Iniurias ad imitationem Chriſti condonemus fol.162.G.167.H.
Iniurias condonare maximum eſt lucrum fol.168.B.
Iniurias propter Deum condonemus fol.172.D.
Iniurias Dei ſeruis inflictas, ipſe ſibi aſcribit fol.326.G,
Iniurias qui non condonant reprehenduntur fol.376.E.
Iniurias nobis inflictas obliuiſcamur fol.427.F.
Inimici quantum conducant fol. 157. F.
Inimici noſtri quales ſint fol.157.G,
Inimicos amemus fol.157.H.
Inimicum amare conforme eſt legi naturæ fol.158.B.
Inimicorum dilectio eſt inſigne populi Chriſtiani fol.158.C.
Inimicos bonis operibus vincamus fol. 160,C.
Inimicitiam radicitus extirpemus fo. 161,H.
Inimicitia quam cæcos nos reddat fo. 131.H.
Inimicos quomodo curabimus folio. 168,F.
Inimico magnum demonſtremus amorem fol.168.G.

Inimi.

Inimicum amare vtiliſsimum eſt fol. 169.A.
Inobedientibus plagas multas immittit Deus fol.265.D.
Inſignia præclara fol 117.A.
Inſoleſcimus facile in hac vita folio. 340.F.
Inſpirationes diuinas non ſpernamus fol.51.A. & 59.D.& 71.H.424.F.
Inſpirationes diuinas recipiamus fol. 245.A.
Inſpirationes ſanctæ à Deo proueniũt fol.298.F.
Inſpirationes ſanctas mali reſpuunt fol.298.F.
Inſpirationes diuinas cum venerint complectamur, cum ignoremus quãdo reuerſuræ ſint fol.299.A.
Inſpirationibus ſanctis excitat nos Deus a ſomno peccati fol.298.G.
Inſpirationibus diuinis pareamus fo. 298.H.& 299.E.
Inſpirationibus diuinis parent ſerui Dei fol.424.G.H.
Intentio bona requiritur in noſtris operibus fol.92.A.130.D.
Intẽtionẽ in Deum dirigamus fo.125 F.& 130.H & 135.H,160.D.
Intentiones malæ ſunt tanquam ligna in inferno ardentia fol. 216.G.
Intemperantia quantum noceat fol. 193.H.& 195.F.& 209.B. & 208. F. & 404.G.
Intemperantia viget hoc noſtro ſeculo fo.203.A.
Intẽperantia vitiorũ mater fo.203.I
Intemperantes quo redigantur folio. 406.H.
Intercedet nullus pro malis in die iudicij fol 227.C,
Interceſsio ſanctorum neceſſaria fol. 156.E.
Inuentiones multæ Dei vt homines in cælum ducat, dando eis merendi materiam fol.25.G.& 29.E,
Inuentiones quærit Deus vt eum ſerio amemus fol.55.G.
Inuentiones malorum quantum incõmodent fol.157.D.
Inuentiones multas quærit Deus vt a peccato abſtineamus fol. 208.C.
Inuerecundi ne ſimus fol. 178.H.
Inuidia omnes fere inuadit fo.22.F.
Inuidia deteſtabile malum.folio. 131. E.
Inuidia nulla erit in cælo folio. 165. E.
Inuidorum qualitates folio. 36.B.& 74.C.& 131.G.
Inuitat nos Deus ad veniam fol. 133. C.& 432.G.
Inuocemus Deum in noſtris calamitatibus fol.98.G.& 276.H.& 302.H.
Ioannis Baptiſtæ fidelitas folio. 39. D.
Ioannis Baptiſtæ humilitas folio. 43. D,
Ioannes Baptiſta obtinet ſedem quã amiſit Lucifer.fol. 51, C.

Ira ad

Iræ aduerſariorum concedamus folio. 237.E.
Ira etiam breuis quantum nocet fol. 427.F.
Iratos quomodo placabimus folio 292 D.
Iram Dei timeamus quæ nos manet in iudicio fol.265.E.
Iudicij vltimi deſcriptio fol.6.F.
Iudicij vltimi conſiderationes fol.14. D.
Iudicij memoria quam ſit vtilis folio 224.E.
Iudicium extremum horrendum fol. 314.C.
Iudicium generale cur fiat quamuis præceſſerit particulare folio. 7. B.& 149.F.& 229.D.
Iudicij Diem obliuiſci videmur folio. 218.B.
Iudicij diem parum timemus fol.220. F.
Iudicium vltimum non admittit deprecatores fol.7.F.
Iudicium vltimum dicitur dies domini fol.225.D.
Iudicium præcedet ignis horrendus fol.230.A.
In iudicio nulla ſalutis ſpes relinquetur malis fol.7.H.
In iudicio qualis quiſque fuerit manifeſtabitur fol.215.B.
In iudicio mali vehementer coanguſtabuntur fol.9.D.H.
In iudicio locus dabitur pro meritis cuiusque fol.215.D.
In iudicio Deus pro ſuo honore reſpondebit fol.9,G.
In iudicio quam confuſi erunt mali fo.215.E.
In iudicio multa quæ nunc ſunt occulta patebunt fol.10.A.
In iudicio non valebunt preces folio. 216.E.
Iudicij extremi horrorem nullus exprimere valet fol.10.C.& 221,B.
In iudicio terrebuntur omnes fol.217. A.
Iudicij vltimi ſententia irreuocabilis fol.10.F.
In iudicio quid interrogabunt mali bonos fol.10.D.
In iudicium cur veniat dominus cum comitatu ſanctorum fol.14.C.
In iudicio vltimo non erit locus negationi fol 15.B.
In iudicio confidenter boni obuiam chriſto procedent fol 15.D.
In iudicio etiam boni timebunt folio. 15.B.
In iudicio non erit locus miſericordiæ, nec deprecatoribus fol 15.G.
In iudicio varia prodigia fol.16.E.
In iudicio cum maieſtate veniet dominus fol.217.B.& 220.C.
Iudicium non timere magnæ eſt cæcitatis fol.17,C.
Iudicium rigidum eſt futurum,& idcirco pœnitentiam agamus fol.54.D.
Iudicio dat Deus vnicuique quod

ſuum

quod ſuum eſt fol.74.B.
Iudicium vltimum timeamus fol.151 G.& 214.E.
Iudicium Dei obliuiſcimur folio. 304 D.
Iudicia Dei iuſta fol.400.B.
Iudicium vltimum ſemper ante oculos habeamus fol,414.e.f.
Iudicium vltimum terribile foli. 411, E.
Iudices debẽt cæteros metiri æqua omnibus menſura fol.52.B.
Iudices mali vtuntur iniquo pondere & menſura fol.52.C.
Iudices iniqui leges ipſas ad libitum contorquent fol.52.E.
Iudices mali punientur grauiter fol. 222.F.
Iudices quales eſſe debeant foli. 375. H.
Iudicis maieſtas ualde malos terrebit fol 229 G.
Iudex non debet recipere dona & munera fol.52.F.
Iudex rectus à domino præmiabitur fol.52.H.
Iudex qui non audet potentiori reſiſtere deponat officiũ fol.236.B.
Iudicem & principem quomodo pingerent antiqui. fol.52.H.
Iudicant de vita aliena qui ſuam obliuiſcuntur fol.247.A.
Iudicant homines inæqualiter de eodem opere fol.255.C.
Iudicamus facile aliena fol.247.G.& 384.D.
Iudicare temere quam ſit deteſtabile fol.395.E.F.& 408.G.
Iudicemus res in bonam partem potius quam in malam fol,395.G.
Iudicantes alienam vitã ſæpe falluntur fol.248.D.
Iudicabit Deus occaſiones tã boni quã mali ad virtutem fol.229.E.
Iuſtitia & æquitas in omnibus ſeruanda fol.51.H.
Iuſtitia & æquitas ſuſtentant rempu. fol.52 D.G.
Iuſtitia apud Deum contra peccatores clamat fol.357.A.
Iuſtitia Dei in quibus operibus valde reluxerit fol.387,C.

L.

Labyrinthus dedali quid ſignificaret fol.39.A.
Labyrinthus Cretenſis fol.429.D.
Labe carere debet qui alios carpit fo. 237.B.
Labi nos interdum Deus permittit ad maius bonum fol.382.G.
Labimur facile in mala fol.396.G.
Laborare recuſamus in hac vita, & idcirco in alia grauiter patiemur fol. 76.C.
Laborare multo magis pro æternis debemus qui tantum pro tẽporalibus laboramus fol. 343.C.
Labores pro Deo tolerati felices habẽt ſucceſſus fol,18.H.
Laboremus in hac vita,vt in aliare muneremur fol.80.H.



Labores immittit Deus vt emendemur folio.25.B.& foli.145.B.& fo. 153.A.
Labores propter Deum perpeſſi conuertuntur in magnam quietem folio. 30. C.
Labores præcedere debent præmia fol. 35.F.
Labores & calamitates contingũt ſeruis Dei fol.35.D.
Labores pro Chriſto perpeſſi plurimũ conducunt fol.60.B.
Labores noſtros contuetur Deus, vt eoſdem remuneretur fol. 76.A.& 182. G.
Labores Deus mittit pro ratione virium noſtrarum folio.182.G. & folio, 273.E.
Labores a Deo immiſſos hilari vultu excipiamus fol,184.B.
Labores ſuſcipiendi vt poſsimus tandem Deo frui fol.184.F.
Labores noſtros ſentit Chriſtus folio. 220.F.
Labores futuræ vitæ grauiſsimi erunt fol 257.H.
Labores multi ſuccedunt his qui Deo non obediunt fol.270,C.
Labores niſi ipſi experti fuerimus, vix aliorum compatimur fol.298.D.
Labores propter Deum tolerati quam ſint glorioſi.fol.329.B.
Labores optime quidem remuneratur Deus pro ipſius nomine toleratos folio. 329.D.E.
Labores pro Chriſto tolerati optime compenſantur fol 344.G.
Labores grauiores videntur in imaginatione, quam cum reuera acciderint fol.345.A.
Labores propter Deum patienter toleremus fol.392.A.
Labores cur bonis contingant fol.392. D.& 421.B.
Labores ſuaues reddit Deus fol. 392. F.
Labores noſtros Chriſtus nobilitauit. fol,392.F.
Labores bene tolerati quomodo nos in cælum ducant fol.402.C.
Labores patienter ſuſtineamus folio 420.G.
Labori aſsiduo non poſſumus ſemper eſſe intenti fol.85.C.
Lachrymas Deus libenter audit folio 277.C.
Lachrymæ in ſolitudine inueniuntur fol.316.D.
Laqueos multos nobis dæmon intendit fol.204.F.
Laquei cum ſint multi nobis intenti pluribus etiam opus eſt oculis fol. 204 G.
Laudare ſe ipſum turpe eſt fol.43. D.
Laudare aliquem ante os, adulatorũ videtur fol.268.C.
Laudari ab improbis, vituperari videtur potius fol.48.C.
Laudari omnes cupimus fol.129.D.& 337.H.

Laudes

Laudes hominum declinemus fo. 129. D.
Laudes humanæ quam ſint caducæ fo. 206.B.D.
Laudemus Deum in hac vita, ſiquidē etiam in alia id ipſum facturi ſumus fol.143.H.
Laudemus nomen domini cum audimus illud blaſphemari fol,377.D
Laudis humanæ auidi in quantam deueniant dementiam fol.368.B.
Lectio diuinæ legis quātum conducat fol.393.H.
Legi Dei ſeruire magnum eſt patrimonium fol.96.G.
Legem naturalem ſeruemus foli. 320. E.
Legē dei in corde ſcribamus folio.368 G.
Leges volunt mali cum ipſis conformari ſol.52.D.
Leges falſorum deorum quam ſint ſāguinolentæ fol.353.H.
Legibus multi abutuntur fol.219. B.
Legibus diuinis & humanis nos gubernari ſinamus fol.270.A.
Lætitia magna erit illius in morte qui ſe bene præparatū inueniet fol.357.F
Lex Dei quam ſit ſuauis fol.354.A.
Libenter audimus cum quis nobis placentia loquitur fol.38.D.
Liberales ſimus erga pauperes fol.232 B.& 401.E.
Libri peſtilentes comburendi fol.394. A.
Libros bonos ſæpe verſemus fol.317. C,
Licentiam nimiam quærunt mali.fol. 322.B.
Limbus quid ſit fol.398.G.H.
Lingua effrænis quā ſit periculoſa fol. 93.H.
Lingua mala multa generat incommoda fol.358.E.
Lingua multi ſæpe Deum offendunt fol 413.G.
Linguam noſtram dirigat Deus ſolio. 93.G.
Linguam diligenter cuſtodiamus fol. 330.E.
Linguæ bonus vſus vtiliſsimus folio. 94.A.
Linguæ conditiones fol.331.A.
Linguæ frænum adhibeamus fol. 331. B.
Literæ ſine virtute parum videntur prodeſſe fol.210.A.
Lites ſuas apes dirimunt ſi puluere aſpergantur fol.124.D.
Liuore cōmouentur multi fol.43.B.
Loquamur ſemper bona de proximis & pro eis reſpondeamus ſol.23.B.
Loquacitas excitatur in conuiuijs fol. 400.C.
Ludi publici aliquando ſunt pernicioſi fol 300.H.
Lutherus diſſolutus & prophanus, ac peſtilentiſsimus fol. 367 G
Luxuria deteſtabile vitium fo.194. G.

M.

M.

Magiſtros & parentes reuerēter tractemus fo.377.G.
Magnates ſi mali fuerint quam parui fieni fol.222.H.
Male agitur cum viro improbo quod hic non puniatur ſiue peſsimum eſt ſalutis eius indicium fol.26.E.
Maledici ſunt multi & detractores fol.246 H.
Malis quod afflictiones non contingāt in fauſtum fol 71.F.
Malis videtur Deus longe abeſſe ſol. 428.G.
Mali abutuntur Dei patientia fol. 13.G.
Mali in iudicio triſtitia afficiētur fol. 7.A.& 9.A.
Mali ſe ſecuros arbitrantur propter aliqua bona opera fol.13.H.& 14. A.
Mali aliorum explorant defectus, in ſuis interim cæcutientes fol.14.B.
Mali irrident admonitiones Dei & ſeruorum eius fol.50.F.
Mali Dei timorem & apud homines verecundiam amiſerunt fol.50 G,
Mali bonos perſequuntur ſol. 51.B.
Mali amici ſunt diſcordiæ & diſſenſionis ſol.51.B.
Mali ſuorum clara ſtēmata denigrāt fol.64.A.
Mali & peruerſi non merentur appellari homines fol.67.G.
Mali inconſtantes fol.69.A.
Mali non deſperent fol.74 D.
Mali quo tādē redigantur fol. 75. E.
Mali quanto in errore viuant folio. 75.E.
Mali quam ſint cæci fol.76.D.
Mali quomodo in inferno cruciabuntur fol.77.A.
Mali tādem præſtant vt boni meliores fiant fol.115.H.
Mali bonos contemnunt fol.116.D.
Mali bonos perſequendo eos illuſtriores reddunt fol.116.E.
Mali inquieti viuunt folio. 147.C.
Mali ſibi aſcribunt bona quæ habent fol.150.E.
Mali ſibi perſuadent quod à Deo nō videantur fol.182.E.
Mali quam peſsime Deo ſeruiant fo. 197. G.
Mali alios ſuſpicantur malos fol. 198 D.
Mali in ſocietate dæmonum remanebunt fol.416.F.
Mali cur æterna pæna multabuntur fo.222.F.
Mali multis de cauſis ab angelis tradentur in manus dæmonum foli. 231. A.
Mali ſolent culpam ſuam in alios trāſferre fol 236,H.
Mali ex bona doctrina in peius proficiunt fol.261.H.
Mali ſe exagitari patiuntur à dæmone fol.261.H.
Mali qua vtantur aſtutia folio 262. B.

Mali

Mali ſtatim inueniunt opportunitatem ad ſua ſcelera patranda fol. 263. E.
Mali faciem à virtute auertunt fol. 278. G.
Mali adeo cæci ſunt vt miſeriam ſuã non agnoſcant fol 284, B.
Mali in quanta verſentur miſeria fo. 284. B.
Mali in maxima verſantur anguſtia fol. 284. F,
Mali nonnulli iam in hac vita tormẽta incipiunt fol. 284. H.
Mali quam turpiter labantur fol. 285 F.
Mali non ſentiunt quam graue onus ſuſtineant fol. 285. H.
Mali quomodo eſſent tractandi folio. 300, G.
Mali curant prætextu virtutis ſua ſcelera occultare fol. 301. D.
Mali bonos dies appellant quos in vitijs conſumunt fol. 301. F.
Mali valde onerati ſunt, & tamen id non ſentiunt fol. 302. B.
Mali ſe totos vitijs tradunt fol. 302 D.
Mali in bono remiſsi & in malo diligentes ſunt fol. 302. F.
Mali ſe cum Eccleſia conformare nolunt fol. 303. C.
Mali deteriores quotidie ſunt fol. 309 A.
Mali oculos in difficultates conijciũt potius quam in præmia fo. 315. F.
Mali ad dignitates euecti inſoleſcũt fol. 321. D.
Mali in tenebris ambulant folio. 328 D.
Mali Deum perſequuntur fol. 348. A.
Mali audire volunt ſibi placentia fol. 349. E,
Mali quãtopere decipiãtur fol. 388. E.
Malitia nõ poteſt diu celari fol. 40. G
Malitia hominum quo deueniat folio 261, F.
Malorum anguſtiæ in morte folio. 18. H.
Malorum conditiones fol. 300, D,
Malos etiam in hac uita aliquando incipit Deus caſtigare fol. 24. H.
Malum non facere non ſufficit, ſed faciendum eſt etiam bonum folio. 216. D.
Malus vir multis dominis ſubijcitur fol. 26. F.
Malus quantum affligatur cum anima corpori vnietur fol. 220. H.
Malus eas res quibus vtitur contra Deum patitur poſtea in punitionem fol. 236. A.
Malus vt mare feruet fol. 284. F.
Malus omnibus creaturis noxius eſt fol. 301. H.
Manſuetudo maxima Ioannis Baptiſtæ fol. 37. G.
Maria virgo quantum diligeret filium ſuum dominum noſtrum fol. 258. D.
Mariæ humilitas quanta ſit fol. 37. C.
Marſupium auari cui comparetur fo. 429. D.
Martyres quomodo eſſe poſsimus fol. 414. F.
Martyrium duplex fol. 383. H.
Matres ſecum filias ad templa ducant fol. 283. B.
Medici quomodo ſe gerere debeant in viſitandis infirmis fol. 297. F
Medium tenere debent qui alios regũt fol. 51. D.
Mendaces non ſimus fol. 47. G.
Memores ſimus malorum in die bonorum fol. 341. D.
Mercedem non expectet in futura vita qui in hac non laborat fol. 73. G.
Milites circunſpecte viuant fol. 151. H.
Milites quales eſſe debeant fol. 152. C. E.
Militis arma bona conſcientia folio. 152. F.
Minatur Deus his qui miſericordia nõ vtũtur cum pauperibus fol. 229. A.
Mirabilis Deus in creaturis ſuis folio. 79. C.
Miracula vera nõ poſsunt fieri niſi autoritate Dei fol. 293. F.
Miſericordes ſimus fol. 28. F.
Miſericordes Deum habebunt propitium fol. 228. H.
Miſericordes ſi ſimus gaudebit plurimum Deus fol. 232. D,
Miſericordiam à Deo non impetrabit qui immiſericors fuerit erga pauperes fol. 90. E.
Miſericordia magna Dei fol. 133. D.
Miſericordia ad amicos & inimicos porrigitur fol. 163. A.
Miſericordia Dei maxima eſt fol. 221. B.
Miſericordia Dei modo vtamur cum tempus datur fol. 272. G.
Miſericordia Dei quam ampliſsima ſit fol. 291. H.
Miſericordia denegatur crudelibus fo. 399. G.
Miſericordia & iuſtitia in Deo. folio. 417. F.
Miſericordiæ opera faciamus fol. 169. H.
Miſericordiæ opera quomodo ſoleat Deus compenſare fol. 176. B.
Miſericordiæ excellentiæ fol. 229 B.
Miſſas domi celebrare non faciamus niſi propter iuſtam cauſam fol. 141. A.
Miſeriã noſtrã facile cognoſcemus contẽplãtes tãtam Dei maieſtatẽ fo. 342. C
Miſeriam noſtram & culpam agnoſcamus fol. 431. H.
Moderatio adhibenda eſt in impenſis fol. 254. C.
Modeſti ſimus in verbis noſtris folio. 292, C.
Moderate vtendum cibo & veſtitu fol. 341. C.
Monet nos Deus ne ignorantiam poſſimus prætendere fol. 16. C.
Monet nos Deus vt emendemur folio. 221, H,

Monet nos Deus quãuis videat quod propter culpam noſtram non emendabimur fol.351.E.
Monet nos Deus varijs modis, fol.424 D.
Moneamus cum charitate amicos de eorum defectibus fol.295.C
Moneamus alter alterum fol. 304. G.
Monere nos ſolet Deus vt corrigamur fol.12.H.
Morbi & calamitates non ſolum ipſi qui eas patitur ſunt vtiles, ſed multis alijs.fol.298 C.
Mors bonis grata, & malis acerba fol.9 E.
Mors ſolet interdum repentina irrumpere fol.17.H.
Mors ipſa deſtruit potentiam humanã fol.53.D.
Mors omnes exæquat fo.134.E.
Mors quomodo omnes turbet fol. 134. F.
Mors non ſolet acceptare perſonas fol. 134.G.
Mors quam ex leuibus cauſis ſæpe nos inuadat fol.137.A.
Mors multas ſecum adfert anguſtias fol.326.E.
Mors malos imparatos ſæpe apprehendit fol.254.F.
Mors cum imparatos inuenit, quantũ eos conturbet fol.355.C.
Mors repentina auari diuitis fol.409. D.
Mors terribilis malis fol.410.B.
Mors iucunda bonis fol.410.D.
Mors ſæpe nos repente inuadit fol 412 F.
Morti quo plus appropinquamus, eo amplius virtuti incũbamus fol.356.D.
Mortis memoria vtiliſsima fo.46.E.
Mortis conſideratione optime guberna tur vita fol.46.G.
Mortis hora accommodatior ad mere dem quam ad laborem fol,72.H.
Mortis tempore multa veram pæniti tiam impediunt fol.73.A.
Mortis conſideratio plurimum condu cit fol.107.F.
Mortis memoria multas ſecum adfert vtilitates fol.107.F.
Mortis conſideratio quantum conducat fol.108.E.
Mortis memoria quanta pariat commoda fol.114.G.
Mortis conſideratio quam ſit vtiliſ. 126.D.
Mortis hora quid dicat Deus fol. 134 C.
Mortis conſideratio ſalutaris fol. 135, A.
Mortis memoria vtiliſsima fol. 135. B.
Mortis conſideratio quam ſit vtilis fo. 187.B.
Mortis frequens conſideratio multa nobis repellit mala fol. 356. E.
Mortis conſideratione multæ dæmonis fallaciæ reteguntur fol.357.C.
Mortis varij ſucceſſus fol.409.G.
Mor
Mortem, infernum, & gloriã ſæpe mẽte recolere debemus fol.108.B.
Mortem timeamus, & Deum non offendemus fol.179.A.
Mortem conſiderantes fugiemus mundi gaudia fol.326.E.
Mortem ſemper meditari debemus fo, 347.G.
Mortem expectant boni cum hilaritate fol.407.B.
Mortem procul abeſſe nobis perſuadet dæmon fol.414.G.
Mortem nobis ante oculos ſtatuamus fol.416.A.
Mulieres quæ ſenimium ornant, quam pernicioſæ ſint in repub.fo.24.B.
Mulieres multæ inani gloria capiuntur fol.130.E.
Multa inconuenientia ſequerentur ſi diem mortis ſciremus fol.18.F.
Mundanam gloriam deſpicari & contemnere glorioſum fol.43.A.
Mundanæ oſtentationes quanta inuehent damna fol.42.H.
Mundanæ res tanquam ſomnium reputandæ fol.53.C.
Mundanæ deliciæ non dant eam ſatietatem quam promittunt fo.190.H.
Mundanæ gloriæ cupiditas nos in obliuionẽ cæleſtis gloriæ adducit.fo.342.E
Mundanæ res nos conturbant fol. 50, H.
Mundanas pompas contemnamus fo. 341.D.
Mundani honores multos inſolentes reddunt fol. 43, F.
Mundani leuiores ipſa vanitate folio 52.B.
Mundani honores multos perdunt fo. 176.F.
Mundani extra ſe ſunt poſiti fol. 192. C.
Mundani quo redigantur folio. 192. F.
Mundani ipſos vitioſos honorifice appellant fol. 340, H.
Mundani propter mundum magis laborant quam propter Deum fo.354. A.
Mundani ſtatim ex ſua locutione noti fo. 355.G.
Mundani nolunt Deo obedire fol.356. B.
Mundani cæleſtia obliuiſcuntur folio. 365.E.
Mundani plus amant temporalia quã æterna fol.394.F.
Mundanarum rerum conſidera finem & parui eas pendes fol.53.C.
Mundanorum machinas diſturbat Deus fol.362.F.G.
Mundana potentia quo tandem redigatur fol. 124, B.
Mundana pluris facimus quam cæleſtia fol.165.A.
Mundana parui pendemus ſi mortem proſpiciamus fol.186.H.
Mundana non ſatiant fol.190.G.
Mundana ſatietatem non præbent fo. 192.A.
Mundana gloriola in morte euane-

cit fol.337.F.
Mundana hæc & præſertim ſi cum cæleſtibus conferantur, vana ſunt & ridicula fol.339.H. & 340.D.
Mundana ſpernit qui diuina guſtat fol.359.F,
Mundana gloria quam ſit caduca fol. 444.C.
Mundanā gloriam contemnunt ſerui Dei fol 41.G
Mundi gloriam contemnamus folio. 42.G.
Mundi potentia quam cito tranſeat fol.108.G.
Mundi honores contemnamus cum ad mortem properemus fol.141.H.
Mundi leges quam ſint pernicioſæ fol. 158,A.
Mundi leges multi ſequuntur, non ſic leges Dei fol.191.D.
Mundi vanitates optime cognoſcunt & reſpuunt ſerui Dei fol.192.H.
Mūdi delicias cōtēnamus fo. 326.F.
Mundi amatores ad quantam inſaniā deueniant fol.341.B.
Mundo obediunt mali potius quā Deo fol.61.E.
Mundus multa habet præpoſtera fol. 74.B.
Mundo & Deo ſeruire non poſſumus fol.353.C.
Mundus iam ſeneſcit & debilitatur fol.4.H.
Mundus hic eſt quaſi repræſentatio alicuius comœdiæ, fol.20.H.
Mundus inſtar fabulæ fol.134.H.
Mundus paroxiſmos patietur in fine fol.221.A.
Mundus in maligno poſitus eſt folio. 300.F.
Mundus in prælatos & ſubditos diſtribuitur fol.327.G.
Mūdus quam malus ſit remunerator fol,330.B.
Mundus inducit ſuos ad ſectandū pariter mundanos fol.341.A.
Mundus varijs curis ſuos ſolicitat fol. 341.D
Mūdus iniquus retributor fol.359.H.
Mundus perditus fol.377.D.
Mundus neſcit homines pro meritis diſponere fol.410.F.
Mundus neſcit merita cuiuſque metiri fol.442.H,
Mundum & quæ in ipſo ſunt contemnamus fol.67.C.
Mundū & mundana contēnere, magna felicitas fol.67.F.
Mundū deſeramus & Chriſtum ſequamur fol 107.E.
Mūdum ſi ſequamur, ad Chriſtum nō ibimus fol.353.B
Murmuratores etiam ipſi ab alijs taxantur fol.247.B.
Murmurare ſolent multi de bonis fol. 304.G.
Murmurare de viris Eccleſiaſticis & religioſis quam ſit graue folio. 306. G.
Murmurare ſolent etiam interdū per-
ſona
ſonæ ſpirituales fol.331.C.
Murmurare de tertia perſona non licet fol.331.D.
Murmurari ſolet in conuiuijs fol.307 B.
Murmurationes fugiamus fol. 331.B.
Murmurantiū conditiones folio.355.H
Muſica cæleſtis quam ſit ſuauis folio 319.A.
Mutationes variæ in mūdo fol.4.B.
Mutij ſcæuolæ exemplum fol.11.F.
Mutantur ſæpe proſpera in aduerſa f. 46.E.
Mutabilitas huius vitæ fol.78.D.
Mutabilitas humana fol.88.H.
Mutabilitas magna in rebus huius ſeculi fol.91.A.
Mutabilitas rerum mundanarum fo. 444.D.
Mutius ſcæuola fol.133.G.

N.

Narciſsi fabula fol.403.C.
Natura paucis eſt contenta folio.325. B.
Neceſsitatem noſtram nude Deo exponamus fol.149.D.
Negligentes ne ſint boni fol. 74.C.
Negligentes ſumus in rebus ad cultū diuinum ſpectantibus fol.240.D.
Negligentes ſumus in his quæ ad ſalutem noſtram pertinēt fol.300.A. & 302.G.& 332.E & 422.H.
Negligentes ſumus in beatitudine cōparanda fol.317.H.
Negligentiam fugiamus fol.388.B.
Negligentibus audire verbū Dei quid accidet fol.88.E.
Negligentia in virtute mala fol,74. D.
Negligentia & otioſitas deteſtabilis fol.84.A.& 88.G.
Negligentia noſtra magna eſt fol.133 H.
Negligimus quæ futura ſunt fo.127.B
Negligimus emendare vitam folio. 147.B.
Nemini dicitur ſeruire vulgo, qui communitati ſeruit fol.119.C.
Nil nocet probo quod ex obſcura natus ſit ſtirpe fol.64,H.
Nobilitas vera in virtute conſiſtit fo. 64.C.
Nobilitas generis parum prodeſt alicui ſi ipſe ſit vitioſus fol.64.E.
Nobilitant aliqui genus ſuum, aliqui vero obſcurant fol.64.G.
Nobilitas vera talis eſt qualia ſunt opera fol.65,C.
Nobiles & diuites dent eleemoſynas fol.152.H.
Noe inſignis prædicator fol.35.A.
Nomen bonum cōſeruemus fol. 280.G
Nubes aliquando recreant, aliquando terrent fol.219.H.
Nuda ſunt omnia oculis Dei folio.221. D.

O.

Obediamus Deo fol.61.F.
Obediamus Deo abſque vlla contradictione fol.61.H.

Obediamus Deo, & inde multa nobis prouenient bona fol.264.H.
Obediamus Deo celeriter ſicut obedimus regibus temporalibus fol. 265. C.
Obediamus Deo quandoquidem nobis obediunt eius creaturæ fol.265.F.
Obediamus diuinæ voluntati fol.269. G.
Obedientiæ exemplum fol.61.G.
Obedientia donum Dei fo.62.A.
Obdurati animi conditiones fol. 354. D.
Obediunt creaturæ rationis expertes Deo neque ſperant præmiū fol,263.G.
Obiectum præſens nos plurimum mouet fol.123.C,
Obiectum præſens quomodo plus moueat fo.137.D.
Obiectum præſens quantum nos commoueat fol.297.D.
Obliuiſcitur Deus obliuiſcentem ſe fo. 181.E.
Obliuiſcimur facile Dei beneficia fol. 304,C.
Obliuiſcimur æterna pro temporalibus fo.327.A.
Obſequio Dei nos penitus conſecremus fol.270.E.
Obſtinata corda quibus rebus comparentur fol.44.H.
Obſtinata mens quibus aſſimiletur fol.351.D.
Obſtinatio & duritia animi condemnatur fol.60,G.
Obſtinatio deteſtabilis fol.246.B.
Obſtinatione ſua mali excæcantur fo. 101.D.
Obſtinationem ſiue perſeuerantiam in peccato quomodo puniat Deus f. 61.C.
Obſtinati & proterui nolunt pænitentiam agere fol. 44.H.
Obſtinati quo tandem veniant folio. 61.C.
Obſtinati in quanto verſentur periculo.fo.245,F.G.
Obſtinati infelices habent exitus fol. 255.D.
Obſtinati quo redigantur fol. 255.E.
Obſtinati ſunt impij fol.270.H.
Obſtinati morte æterna cruciabuntur fol.349.C.
Obſtinati quo redigantur fol.351.H.
Obſtinatis animis comminatur Deus fol.348.G.
Obſtinatos & proteruos quomodo puniet Deus.fol.45.D.
Obſtinatos quomodo Deus tractet fo. 87.G.
Obſtinatorum figura fol.60.H.
Occurrit Deus in maioribus neceſsitatibus fol.183.C.
Occaſionem captant mali calumniādi fol.306.F,
Occaſionem ad malum præbens quantum offendat fol.331.C.
Occaſiones peruerſas euitemus fol. 55,D.
Occaſiones fugiamus quæ nos a Deo auocant fol.106.C.
Occaſiones quærit Deus præmiandi



ſeruos ſuos fol.174.G.
Occaſiones noxias declinemus folio. 194.D.
Occaſiones oblatæ ſtatim infirmitatē noſtram manifeſtant fol,203.G.
Occaſiones etſi nobis ſe graues offerāt non tamē offēdamus Deū fol.205.B.
Occaſiones malas fugiamus fol. 237. D.
Occaſiones peruerſas pellamus procul fol.238.D.
Occaſiones quæ nocere poſſunt fugiamus fol,248.G.
Occaſiones malas expellamus fol.250 H.
Occaſiones noxias declinemus fo.272. F.& 280.C.& 281.G.
Occaſiones niſi amputauerimus, ad eadem vitia remeabimus fol.281.G.
Occaſiones ſanctas non negligamus fol.299.B.
Occaſiones multas multi ſibi inueniūt eundi ad infernum fol.301.E.
Occaſiones captant mali quo minus virtutē amplectantur.fol.303.C.
Occaſiones peruerſas declinemus folio. 310.E.
Occaſiones diſcordiæ euitandæ fol.336 F.G.H.
Occaſiones noxias declinemus folio. 380.D.
Occaſiones dat Deus tum vt diues eleemoſynā det, tum vt pauper magis mercatur fol.398.B.
Oculi ſint cōpoſiti fol.317.G.
Oculos quidem ad videndū dedit nobis Deus & aures ad audiendum, quibus tamē præpoſtere vtimur f.100.H.
Odio habentes inimicum, nos valde lædimus fol.173.D.
Odit nos dæmon fol.210.B.
Offendere Deum non debemus vnquā fol.388.G.
Offenſas contra Deum quomodo ipſe puniat fol.123.E.
Offenſas non obliuiſcitur Deus quamuis eas diſsimulet fol.227.A.
Offeramus Deo florem ætatis fol.354 B.
Opera ſunt cum fide coniungenda fo. 28.B.
Opera bona neceſſaria ad ſalutē fol. 28.E.
Opera bona faciamus vt de nobis bene teſtentur fol.28.B.
Opera noſtra dirigamus ad finem propter quem conditi ſumus fol.62.H.
Opera bona humilitate conſeruemus folio.71.C.
Opera in gratia facta quanti ſint meriti fol.81.C.
Opera bona occultemus ne ea amittamus fol.128 D.
Opera bona noſtra ſtatim volumus in publicum diuulgare fol.129.B.
Opera noſtra diuulgando temere, eorum fructum perdimus fol.129.C.
Opera bona in Deum dirigamus fol. 129,F.
Opera bona in abſcōdito faciamus fo.

161.D.
Opera noſtra prudenter examinemus fol.201 H.
Opera bona propter Deum faciamus fol 205.E.
Opera bona multi perdunt propter inanem gloriam fol.205.H.
Opera bona in occulto faciamus vt inanem gloriã euitemus fol,206.F.
Opera bona cum deprauata intentione non videntur impetrare apud Deũ fol 275.G.
Opera bona occultemus fol. 337.D. & 338.A.
Opera recta intentione facienda fol. 379.F.
Opera bona abſcondamus fol. 379.G.
Operemur bona quæ aliјs prædicamus fol.377 D.
Operibus docere ſublimius eſt quã verbis fol.20.G.
Opinio hominum varia folio. 239 D.
Orantibus nobis nititur dæmon attentionem noſtrã interturbare fol. 251.D.
Orantes perſeueremus fol.273.F.
Oratio perſeueret fol.104,F.
Oratio eſt neceſſaria & ſanctorum intercesſio fol.144.C.
Oratio noſtra qualis eſſe debeat folio 149 C.
Oratio ſit humilis & diſcreta f.149.D.
Oratio ſit humilis & deuota fol. 156. D.
Oratio ſecurus portus fol.185.G,
Oratio cum attentione fieri debet fol. 200.C.
Oratio fiat cum quiete, attentione & deuotione fol.251.C.
Oratio ſit perſeuerans fol.274.H.
Oratio qualis eſſe debeat fol.276.A.
Oratio quamuis breuis à Deo exauditur fol.286.B.
Oratio multa incognita facit cognita fol.286.F.
Oraſtio iuſti quãtum poſsit fol.287. E.
Oratio qualis eſſe debeat folio. 383, D.
Oratio fiat cum perſeuerantia fol. 25. F.
Oratio qua præparatione facienda fol. 250.H.
Orationem noſtram conatur dæmõ conturbare fol.102.C,
Orationem operibus charitatis aſſociamus fol.297.C.
Orantes nititur dæmon in varia diſtrahere fol.105.B,
Orando quid debeamus à Deo petere fol.105.E.
Orationes bonorum quantum conducant fol.143.H.
Orationes noſtras timet dæmõ f.251,D
Orationes noſtras non debemus negligere, etſi aliј pro nobis orẽt.fol.287.E.
Orationes in vnũ quãtum poſsint fol. 287.G.
Orationes humilium quantum poſsint fol.287.H.
Oratio
Orationis magna vis fo.176.H.
Oremus dominũ confidenter fo.105.G.
Oremus pro perſecutoribus noſtris fol. 184.D.
Oremus cum magna fiducia fo.286.H.
Orphæi ſimilitudo fo.40.A.
Oſtentationis vanæ amici ſumus plerumq. fol.337.C.
Otiari pauperes dum cõmoditas adeſt laborandi turpe eſt fo.80 H.
Otioſitas deteſtabilis fo.72.E.
Otioſitas magna eſt negligere ſalutem noſtram fo.73.C.
Otioſitas & negligentia deteſtabilis fo.84.A.
Otioſi venenum reipub. fo.72.F
Otioſi in multa alia labuntur vitia fo. 72.G.
Otioſi etiam ſibi incommodant maxime fol.317.A.
Otium res pernicioſiſsima ,81.F.
Otium deteſtabile fo.82.B.
Otium quantum incommodet fo.82.C.
Otium pernicioſum fo.85.D.
Otium quantorum ſit fomes malorum fo.137.G.

P.

Pacẽ inter diſcordes cõponamus fol. 294.F.
Pacem diligenter conſeruemus fo.320 D.
Pacem non flocci pendamus, cum ad eam nos inuitet Deus fo.124.H.
Pacem diligit Deus fo.320.E.
Pacem inter proximos componamus ſicut faciebat Moyſes fo 320.F.
Pacem cõponere generoſi eſt & illuſtris viri fo.320.G.
Parati eſſe debemus ad reddendam rationem in iudicio fo.6.H.
Parati ſimus ſemper ad tentationes fo.180.H.
Paratus eſt Deus vt nos ad pœnitentiam recipiat fo.292.F. G.
Paratus ſemper eſt Deus vt nobis ignoſcat fo.309.F.
Parce proximo cum tibi id Deus præcipiat fo.172.A.
Parcere delectabile eſt fo.166.H.
Parcere honorificum fo.172.D.
Parcere omnes poſſunt fo.172.E.
Parcet nobis Deus ſi nos aliis parcamus fo.169.D.
Parentes plus amant liberos quam cõtra fo.71.G.
Parentes iam inde a teneris vnguiculis liberos in virtute erudiant fo. 85.F
Parentes plurimum gaudere debent cum filii religionem ingrediuntur fo. 264.C.
Parentes plus amant filios quam filii parentes fo.282.B.
Parentes ad bona potius cæleſtia filiis comparanda amorem dirigant fo.282 F.
Parentes virtutibus potius quam diuitiis locupletes relinquant filios fo. 282 G.
Parentes debent filios inſtruere in deuotione & templorum frequentatione

fo.283.A.
Parentes ducant pueros ſecum in eccleſiam fo.283.B.
Parentes plurimum merentur in recta filiorum inſtitutione fo 283.C.
Parentes praui nolunt liberos corrigere ne ſibi obiiciant quod ab ipſis hæc dicerint fo.283.F,
Parentes filiorum nimio amore ſæpe excæcantur fo.392. H.
Parentes quomodo liberos inſtruere debeant fo.441.C.
Parentes in filiorum inſtitutionem incumbant fo.441.D.
Parentes virtutis patrimonium filiis relinquant fo.441.E,
Parentes bonũ liberis exhibeant exẽplum fo. 441.H.
Paßio Chriſti cur nobis ſæpe proponatur fo.396.D.
Paßionem Domini ſæpe meditemur fo.386.G.& 387.C.
Paßionis Chriſti beneficium ſingulare fo.255.H.
Paßionis Chriſti conſideratio quam ſit vtilis fo.387E.
Paſtor quantam curam gerere debeat ouium ſuarum fo.37 C.
Paſtorem diligentem eſſe oportet cum oues tantopere periclitentur fol. 328. D.
Pater piißimus eſt Deus fo.133.F.
Patres iuſti & probi etiam fere bonos habere ſolent & educare liberos folio. 34.E.
Parentes bonum liberis exhibeant exẽplum fo.376.H.
Pati omnia etiam durißima debemus propter Deum fo.369.G.
Patientes ſimus in aduerſitatibus tolerandis fo.392.C.
Patientia & tolerantia in laboribus quantum conducant fo.94.D.
Patientia etiam apud gẽtiles plurimi habita eſt fo.94.F.
Patientiam hic exerceamus & teneamus vt tandem Deo fruamur fo.94.G
Patientiam iugiter conſeruemus fol. 94.H.
Patientia commendatur fo.98.D.
Patientia excellens virtus fo.98.H.
Patientia maxime ſplendet in mediis laboribus fo.99.A.
Patientia maxima Chriſti cõdemnat impatientiam noſtram fo.113.G.
Patientia vtilißima fo.126.A.
Patientia egregia virtus fo.172.C.
Patientia plurimum placet Deo folio. 188.H.
Patientia maxima vtitur Deus nobiſcum, ſed ſi eum irritamus furorem effundet fo.189. B.
Patientia noſtra perexigua eſt folio. 223.F.
Patientia ab antiquis etiam philoſophis plurimi habita fol.223.H.
Patientia quibus conſiderationibus cõſeruanda fo.224.A.
Patientia inſigni pollebant ſancti fo. 224.D.
patien-
Patientia pro armis vtamur in iniuriis fo.306.B.
Patientia in laboribus quantum cõducat fo.309.E.
Patientia donum Dei fo.421.A
Patientia magna Dei fo.427.A.
Patientia præclara virtus fo.427.H.
Patientiæ maximæ exemplum dedit nobis Iob fo.29 F.
Patientiæ fructus quanti ſint momenti fo.98.D.
Patientiã Deus quanti faciat fo.94.D
Patientiam habeamus in tribulationibus fo.95.D
Patientiam ſemper conſeruemus etſi nobis aduerſa omnia ſuccedãt fo.98.D.
Patientiam in calamitatibus habeamus fo.178.A.
Patientiam modicam habemus in laboribus fo.182.H.
Patientiam habeamus fo.197.H.
Patientia vtamur in laboribus folio. 292.C.
Patientiam quomodo in aduerſis obtinebimus fo.305.C.D.
Patientiam quomodo conſeruabimus fo.305.F.G & 306.A.
Patientiam habeamus fo.420. D.F.G.
Pauonis proprietas fo.24.D
Pauonis ingenium fo.97.H.
Pauperem debitorem non debemus vrgere fo.209.G.
Pauperes inuitemus fo.170.A.
Pauperes a mundo contemnuntur fo. 218,E.
Pauperes negliguntur fo.218.G.
Pauperes aliqui malunt eſſe manci & paralytici quam ſani fo.292.B.
Pauperes aliqui ſe pluris faciunt quã ſint faciendi fo,304.F.
Pauperes pauci reperiuntur patientes & humiles fo.366.G.
Pauperes ſuis orationibus compenſant eleemoſynas quas accipiunt fo. 366.G.
Pauperes hic contemnuntur a multis diuitibus fo.399.C.
Pauperes non temere iudicemus folio. 400.F.
Pauperes non contemnamus fo.401.F.
Pauperes multi ſuperbi fo.402.E.
Pauperes non obliuiſcamur in conuiuiis fo.404.B.
Pauperes & ſeruos Dei habeamus in conuiuiis fo.404.C.
Pauperes nõ vili pendamus fo.408.E.
Pauperes contumeliis multis afficiunt aliqui fo.408.D.
Pauperes benigne recipiamus fo. 408. D.
Pauperes non contemnamus fo.408.F
Pauperes non negligamuus fo.409.D.
Pauperes vix audent a diuitibus debita repoſcere fo.425.E.
Pauperibus quod datur Chriſtus in ſe recipit fo.215.F.
Pauperibus quod erogamus Deus ſuum agnoſcit fo.218.G.
Pauperibus vix fit iuſtitia fo 219.A.
Pauperibus eleemoſynam benigne faciamus fo.400.F.
Paupe-

*Pauperibus non compati magna crudelitas fo.406.* E.
*Pauperibus non detrahamus fo 408.* F.
*Pauperibus benigniſſimus fo.425.* F
*Pauperum quorundam inuentiones ad eleemoſynā extorquendā fo.171.* D.
*Pauperum neceſſitates videamus vt ita magis ad miſericordiam prouocemur fo.249* H
*Pauperum neceſſitates oculis luſtremus vt ita ipſorum compatiamur fol. 297.* D.
*Paupertas ſpiritus quanta nobis adportet bona fo 90.* D.
*Paupertas Chriſti confundit noſtrum immoderatum deſiderium fo.113.* F.
*Paupertas locus ſecurior opulentia & proſperitate fo.115.* D,
*Paupertatem complectamur fo.409.* B
*Paupertatem Chriſtus amplexus eſt fo 67.* D,
*Paupertatem ſpiritus Chriſtus nobilitauit fo.90.* D.
*Pax quam ſit vtilis fo.223.* H.
*Pax inter coniuges eſt Deo grata folio. 320.* D.
*Pax duplex fo.320.* D.
*Pax mundanorum quam ſit fallax fo. 320.* E.
*Peccata noſtra Dei iram prouocant fo. 5.* G.
*Peccata vitabimus diuino adiutiauxilio fo 79.* F.
*Peccata etiam venialia declinemus ne paulatim ex his ad grauiora labamur fo.257.* F.
*Peccata venialia quomodo dicantur ad mortalia diſponere fo.237.* G.
*Peccata noſtra diſcutiamus & lamentemur fo.266.* D.
*Peccati magna miſeria fo.249.* E.F.
*Peccati fines egrediamur fo.281.* H.
*Peccatis non inſiſtamus fo.291.* D.
*Peccato quomodo reſpondeant æterna pœnæ fo.294.* B.
*Peccator in quanta verſetur miſeria fo.40.* B.
*Peccator qui conuertitur fit cibus Dei fo.95.* G.
*Peccator quomodo dicatur a Deo derelictus fo.304.* A.
*Peccatores ſunt effrontes fo.11.* H.
*Peccatores publici tāquam ſentinæ reipub. exterminandi fo.300.* G.
*Peccatores nolentes ſe emēdare in peccatis ſuis moriuntur fo.348.* B.
*Peccatum quantopere oderit Deus fo. 21.* C
*Peccatum in quantam miſeriam hominem demerſerit fo.68.* G.
*Peccatum ſi cognoſceremus attente, illud velis & remis fugeremus fo.106.* B
*Peccati magna miſeria declaratur in eo quod varia habeat pharmaca ad ſui curationem fo.123.* A.
*Peccatum inueteratum quam ſit pernicioſum fol.137.* E.
*Peccatum lethale quanta impediat bona fo.159.* E.

Pec-



*Peccatum quomodo dicatur infinitum fo.171.* H.
*Peccatum quantum oderit Deus folio. 222.* C.
*Peccatum quantum noceat fo. 222.* G.
*Peccatum deſerere heroicum eſt opus fo.256.* G.
*Peccatum quantam inducat cæcitatem fo.261* G.
*Peccatum inueteratum non ita facile eluitur fo.267.* E.
*Peccatum exuitur fonte pænitentiæ fo. 271.* E.
*Peccatum quantum noceat animæ fol. 272.* H.
*Peccatum quantum homines excæcet fo.279.* F.
*Peccatum perplexum tenet hominem fo.284.* C.
*Peccatum in anima eſt tanquam venenum in corde fo.285.* B.
*Peccatum odio habeamus fo.285.* D.
*Peccatum valde timendū eſt fo.357.* B.
*Peccatum quantum oderit Deus folio. 387.* E.
*Peccatum quam ſit deteſtabile fo.387.* F.
*Peccatum maximum ſecum adfert laborem fo.396.* A.
*Peccatum velis & remis fugiamus fo 419.* C.
*Peccatum quantum nos cæcos efficiat fo 419* H.
*Peccatum ſeruum reddit hominem fo. 430.* B.
*Peccatum nos plurimum a Deo ſeparat fo.430.* C.
*Peccatum in quantas miſerias homines pertrahat fo.430.* D.
*Pecuniarum bonus vſus plurimum prodeſt fo.401* H.
*Pœna damni quanta ſit fo. 223.* C. & *fo.411.* C.
*Pœnitentes quid debeant a Domino poſtulare fo.106.* H.
*Pœnitentia ſummopere neceſſaria fol. 55* H.
*Pœnitentia ad ſalutem neceſſaria fol. 59.* D.
*Pœnitentia eſt pharmacum contra peccati venenum fo.59.* H
*Pœnitentia perſeueret ſemper fo.60.* C.
*Pœnitentia quam ſit ſalutaris folio. 62.* B.
*Pœnitentia neceſſaria ad ſalutem fol. 133.* F.
*Pœnitentia præclariſſimum medicamentum fo.187.* H.
*Pœnitentia nos Deo dedicat & conſecrat fo.266.* B.
*Pœnitentia non debet eſſe indiſcreta fo.266.* F.
*Pœnitentia quam ſit vtilis etiam poſt confeſſionem & abſolutionem ſacramentalem fo.267.* D.
*Pœnitentia ad ſalutem neceſſaria fol. 267.* F.
*Pœnitentia plurimum eſt Deo grata fo.271.* B.
*Pœnitentia plurimum apud Deum impetrat*

impetrat fo.271.C.
Pœnitentia Deum placemus fo.271.F.
Pœnitentia vera quantum impetret apud Deum fo.271.G.
Pœnitentia ne nos terreat cum tā breuis & incerta ſit vita noſtra fol.368. E.
Pœnitentiam non differamus fo.16.F.
Pœnitentiam agamus & ad Deum conuertamur fo.49.H.
Pœnitentiam agamus & vitam emendemus fo.59.F.
Pœnitentiam non procraſtinemus fol. 62.F.& 72.C.
Pœnitentiam differre vſq. ad mortem non eſt ſapientis fo.72.H.
Pœnitentiam de die in diem non differamus fo.85.H.
Pœnitentiam multi fugiunt folio.132. F.G.
Pœnitentia non differenda fol.133.H. & 188.D.
Pœnitentiam noſtram expectat Deus non igitur rebus mundanis nos implicemus fo.189.A.
Pœnitentiam agamus quam omni tēpore admittet Deus fo.189.H.
Pœnitentiam non differamus folio. 256.D.
Pœnitentiam agamus vt Deo placeamus fo256.F.
Pœnitentiam agamus cum tanta nobis diuinitus ſuppeditentur auxilia fo. 265.H.
Pœnitentiam agamus non complacendo carni fo.266.F.
Pœnitentiam non procraſtinemus fol. 266.H.
Pœnitētia quomodo agenda fo 267.C.
Pœnitentia facit interdum vt homines ad vberiorem reſurgant gratiam & maximam fo.271.C.
Pœnitentiam ſedulo agamus propter Deum fo.271.F.
Pœnitentiæ magnæ vires folio, 125.C.
Pœnitentia nos in cælum ducit folio. 186.D.
Pœnitentiæ excellentia fo.188.C.
Pœnitentibus Deus beneficia confert ampliſſima fo.60.D.
Perdere Deum ſumma eſt miſeria fol. 62.C.
Peregrini ſumus in hac vita folio. 62. C.
Peregrinos nos reputemus in hac vita fol 324.D.
Perfectio Chriſtiana commendatur fo.165.G.
Perfectionem iugiter amplectamur fo.166.C.
Perfectior quo quis eſt eo magis ad Deum accedit fo.166.D.
Perfectioni incumbamus fo.256.E.
Perfecti ſimus ſiquidē volumus vt domeſtici noſtri ſint perfecti fo.172 G.
Pericula maxima in mundo fo.67.F.
Pericula vbique imminent fo.200.A.
Pericula magna in hac vita folio.388 A.
Pericula varia in mundo fo.393.F.
Peri

Periculoſa vita humana fo. 391.D.
Periculorum plenus eſt mundus folio. 204.E.
Periculoſum eſt interdum viuere in ciuitatibus fo.176.B.
Perplexus erat dæmon cum Chriſtum tentaret fo.196.F.
Perſecutionem patiuntur boni vt nobis ſint exemplo fo.26.H.
Perſecutiones ſerui Dei in deliciis ducunt fo.25.E.
Perſecutiones vndecunque veniant. ſunt nobis vtiliſſimæ pro Chriſto toleratæ fo.29.H.
Perſecutores nobis conducunt plurimū fo.172.B.
Perſeuerantia donum Dei fo.308.G.
Perſeuerātia in peccato cæli viam impedit fo.347.B.
Perſeuerantiæ exemplum fo 32.G.
Perſeueramus parū in virtute f.307.G
Perſeueremus in bono propoſito folio. 23.E.
Perſeueremus in virtute fol.21 C. & 50.D.& 82.F.
Perſeueremus viriliter ſemper in virtute fo.116.F.
Perſeueremus in oratione etſi multa nobis obiiciantur impedimenta folio. 274.A.
Perſeueremus in rebus ad ſalutem pertinentibus fo.276.C.
Perſeueremus in virtute ſtrenue fol. 277.H.
Perſeueremus ſemper in bono fol. 282. A.
Perſeueremus in bonis operibus folio 291.C.
Perſeueremus conſtanter in virtute fo.304.G.& 415.C.
Perſeueremus in bonis operibus folio. 308.E.& 421.G.
Perſiſtere in peccato periculoſiſſimum fo.300.B.
Perſuadendi modus ſingularis Hieremiæ fo.123.G.
Perturbatores officii diuini puniet Deus atrociter fo.236.H.
Petamus a Domino cum maxima fiducia fo.276.D.
Petentes inſtemus fo274.C.
Petunt multi a Deo quæ ipſis non conueniunt fo.142.F.
Phidias ſtatuarius inſignis fo.83.G.
Phraſes prophetarum fo.1.A.
Pietas maxima Rebeccæ folio.232. D.
Polus arcticus & antarcticus dicuntur ratio naturalis & fides.fo.117.C.
Pontem gregi ſuo fabricauit Chriſtus 228 B.
Poſſibilia nobis fient omnia ſi diuinū imploremus auxilium debite fol. 315. A.
Poſtulemus a ſanctis vt pro nobis orēt fo.288.A.
Potentia & fortitudo humana infirma fo.67.A.
Potentia mundi quam cito tranſeat fo.108.G.
Poten

*Potentia mundana quo tandem redigatur fo.124.B.*
*Potentiam humanam mors ipſa deſtruit fo.53.D.*
*Potentes & diuites patrocinium ſuſcipiant pauperum fo.290.D.*
*Potentiores interdum in maiores miſerias prolabuntur fo.115.C.*
*Potētiores interdum grauiora habent delicta fo.148.H.*
*Potentatus & dominia humana quā ſint caduca fo.66 D.*
*Prædeſtinationis indicium liberalem eſſe erga pauperes fo.218.H.*
*Prædicandi modus ſingularis Iſaiæ fo.123.F.*
*Prædicator ſit modeſtus in reprehendēdo fo.20.A,& 35.F.*
*Prædicator faciat quæ alios docet folio 328.E.*
*Prædicator quid debeat a Domino poſtulare fo.364.H.*
*Prædicator ſe Deo diligenter commendet vt fructum referat fo.365.A.*
*Prædicator faciat quod prædicat folio.366.D.*
*Prædicator præclare operetur fol.378.F.*
*Prædicator bonum det exemplum fol.378.G.*
*Prædicator omnes moneat fo.415.C.*
*Prædicatores veneremur qui ſunt loco Chriſti fo.365.H.*
*Prælati quo zelo duci debeant folio.36.H.*
*Prælati & principes medium tenere debent in regimine fo.51.D.F.*
*Prælati, prædicatores & cæteri moderatores debitam ætatem, experientiam, & ſcientiam habeant fo.58.D.*
*Prælati pro ratione virium ſubditorū mandare debent fo.153.C.*
*Prælati quales eſſe debeant fo.153.E.*
*Prælati multi praui ſimiles ſibi ſubditos quærunt fo.322.A.*
*Prælati optimi deligantur fo.322.E.*
*Prælati & ſubditi quales eſſe debeant fo.327.F.*
*Prælati quomodo præcipere & ſubditi obedire debeant fo.327.G.*
*Prælati & ſacerdotes quales eſſe debeant fo.375.F.*
*Prælati ſibiipſis primum imperent fol.375.G.*
*Prælatus & princeps ſuus eſſe non debet ſed ſubditorum fo.36.H.*
*Prælatus qualis eſſe debeat fo.36.F.*
*Prælatus qualis eſſe debeat erga ſubditos fo.153.H.*
*Prælatus moderate ſe gerat fo.154.E.*
*Prælatus faciat quod aliis præcipit fo.327.A.*
*Prælatus ſeipſum obliuiſcatur vt ouiū reminiſcatur fo.328.B.*
*Prælatus in ſe auſterus, & erga alios benignus ſit fo.367.B.*
*Prælaturas multi deſiderant nonintelligentes quantum habeant onus adnexum fo.370.B.*
*Præmia magna pollicetur Deus his qui pro ipſo labores ſuſtinent fo 25.F.*
*Præmia ampliſſima nobis Deus parata habet fo.175.B.*
*Præmia a ſanctiſſima trinitate ſperamus fo.344 F.*
*Præmio nō defraudatur fiducia noſtra in Deum fo.290.A.*
*Præmio facile incitari ſolemus ad laborem fo.328.G.*
*Præmium non expectet in futura vita qui in hac vita renuit laborare folio.73.G.*
*Præmium operariis datur fo.81.H.*
*Præmium contueamur & difficultates omnes ſuperabimus fo.319.C.*
*Præmeditati ſemper eſſe debemus folio 390.F.*
*Præ negligentia bonarum conſiderationum ſæpe perimus fo.63.H.*
*Præparemus nos ad mortem fo. 63. A. & 228.E.*
*Præſens ſemper eſt Deus tam in proſperis quam in aduerſis fo.27.E.*
*Præſens adeſt Deus omnibus fo.414.H.*
*Præſentia tantum tanquam bruta contuemur fo.127.D.E.*
*Præſūptio humana quibus conſiderationibus deprimenda fo.114.D.*
*Præuideamus ſemper quæ nobis euenire poſſint fo.103.E.*
*Principem & iudicem quomodo depingerent antiqui fo.52.H.*
*Principes, prælati & iudices nō debent eſſe factioſi ſed neutri fo.51,F.*
*Principes memores ſint acceptorum beneficiorum fo.111. G.*
*Principes nullum fere inueniunt qui ipſis vera dicat fo.269 A.*
*Principis iuſtitia & æquitas in reip. gubernatione dignoſcuntur fo.79.D.*
*Principijs malorum obſtemus, ne deinceps incrementum ſuſcipiant fo.280.B.*
*Principijs malorū obſtādū eſt fo.358.G*
*Procraſtinationes ne proponamus apud Deum fo.130.F.*
*Prodigi ſumus in priuatis ædificiis & tamen in templis ædificandis parciſſimi fo.240.G.*
*Proditiones variæ in mundo fo.259.G.*
*Promiſſa diuina ſæpe noſtra culpa amittimus fo.388.E.*
*Promittimus magna & tamen ea facile irritamus fo.308.F.*
*Prophetæ qua vehementia prædicarēt fo.123.D.*
*Proprietas magna cuiuſdam herbæ fo.84.G*
*Proſpectat nos cæleſtis curia cum pugnamus viriliter in certamine ſpirituali fo.207.B.*
*Proſpera cur ſæpe ſuccedant malis fol.392.D.*
*Proſperitas mundana periculoſa folio.114.B.& 383.D.*
*Proſperitates humanæ nos inſolentes reddunt fo.46.D.*
*Proſperitates humanas ſi diligenter exploraremus non tam caro emeremus fo.53.E.*
*Proſperitates humanæ quam ſint mu-*

d

*tabiles fo.108.H.*
*Proſperitates & delectationes mūdanæ nobis cæli viā impediunt fo.131.C.*
*prouidi ſimus in his quæ pertinent ad ſalutem noſtram fo.19.B.*
*Prouidi ſimus inſtar ouis fo.423.E.*
*Prouidentia vtamur circa ea quæ nobis euentura ſunt fo.63.B.*
*Prouidentia magna Dei fo.243.F.*
*Prouidentia Dei admirabilis circa hominem fo.265.G.*
*Prouidentia Dei ineffabilis fo.310.F.*
*Prouidentia & liberalitas magna Dei erga nos fo.418.B.*
*Prouidentia magna Dei fo.422.F.*
*Prouidentiam habere debent patresfamilias fo.423.F.*
*Proximo faciamus quod nobis vellemus fo 176.A.*
*Proximos non contemnamus fo 263.B.*
*Prudentia magna ex præteritis futura coniicere fo.124.A.*
*Puellæ quæ puritati conſeruandæ non incūbūt quomodo punientur fo.303.A.*
*Pueri ſtatim caneſcunt hoc tempore fo.5.B.*
*Pueri a teneris annis bene inſtituantur fo.283.H.*
*Pueros imitamur in puerilibus figmentis luſitantes fo.325.H.*
*Pueros punimus quod ſe nimis puerilibus tradant & tamen nos nil aliud facimus fo.326.A.*
*Puniet Deus eos adminiſtratores qui non puniunt publicos peccatores folio.301.B.*
*Punire ſolet Deus multis modis fo.171 A.*
*Punire interdum iam incipit Deus malos in hac vita fo.294.C.*
*Punit nos Deus interdū intus fo.119.G.*
*Purgatorii pœnas quantum poſſumus declinemus fo.127.D.*
*Puſillanimes ſumus & conquerimur facile in laboribus fo.27.H.*
*Puſillanimes ſumus in reſiſtendo tentationibus fo.206.G.*

*Q.*

*Quadrageſimæ tempus ad diuina præſtanda obſequia accōmodatiſſimū fo.195.H.*
*Quadrageſimale tempus eſt tempus diſciplinæ & moderationis fo.138.H.*
*Quadrageſimale tempus accommodatiſſimum ad pœnitentiam agendam fo.125 D & 137.F.*
*Quæ in hoc mundo videntur maiora ſunt inſtar puncti fo.66.F.*
*Quæ plurimi faciunt homines ea ſæpe Deus parui pendit fo.66 H.*
*Quæramus Deum vbi poſſimus eum inuenire fo.355 F.*
*Quæramus modo Deum dum tempus datur fo.351.A.*

*R.*

*Ratio ipſa imperare debet fo 46.C.*
*Rationem redditur ſimus accuratam de acceptis beneficiis fo.227.F.*
*Rationem ſtrictam Deo reddituri ſumus fo.387.D.*





*Recidimus ſæpe in eadem peccata fol. 308 C.*
*Rrecreationes honeſtæ eſſe debent fol. 112.G.*
*Recreationes paucæ ſufficiunt fol.113. A B.*
*Recreationes aliquæ periculoſæ fo.355. E.*
*Reddamus bonū pro malo fo. 177.A.*
*Reddit Deus cuiq. ſecundum opera ſua fo.81.D & fo.77.F.*
*Regina Sabba quomodo multos ſuperet fo.256 H.*
*Regnum cæli cur comparetur rebus terrenis fo.78.H.*
*Regnum cælorum cur comparetur rebus creatis & temporalibus fo.82.G.*
*Relabimur ſæpe quod non penitus conuertamur & ex toto corde fo.308.H.*
*Religionis ingreſſus opus heroicum fo. 254.D.*
*Relucet Deus in ſuis creaturis fo.79.H*
*Remedium nullum ſupererit malis in iudicio fo.227 E.*
*Remedia ſæpe deus differt ad maius commodum noſtrum fo.273.F.*
*Remedium paratum eſt omnibus ſi velint illud accipere fo.349.A.*
*Remoræ piſcis proprietas fo.33.A.*
*Remuneratur Deus bona fo.400.D.*
*Repēſat Deus cumulatiſſime quod pro ipſo facimus fo.232. G.*
*Reprehenſiones mali nolunt patienter audire fo.425.A.*
*Repræſentemus nobis aliquem virū grauem qui videat quæ facimus folio. 182.B*
*Repræſentet quiſq. eum ſtatum in quo poſitus eſt fo.21.A.*
*Reſplendet diuina ſapientia in creaturis fo.79.B.*
*Reſpondeamus pro honore proximi fo. 25.G.*
*Reſpondet Deus pro ſeruis ſuis fo 23.B.*
*Reſpub. a multis capitibus detrimentū patitur fo.54.E.*
*Reſiſtamus paruis ne in magnis labamur fo.200. B.*
*Reſtituere quiſque debet potius in vita quam poſt mortem quantum poteſt fo.251.G.*
*Retributor optimus Deus fo.174.E.*
*Reuerenter ad ſacram communionem accedamus fo.144 G.*
*Reuertamur ad Dominum neq. diffidamus quamuis peccatis maxime ſimus onerati fo.125 B.*
*Romani cur nō ſcriberent Chriſtū in cathalogo ſuorum Deorum fo.393.A.*
*Romanorum ipſorum egregium quoddam inſigne fo.158. D.*

*S.*

*Sacerdos malus videtur ignominiā inurere dignitati ſuæ fo.365.H.*
*Sacerdotes Dianæ fo.58.G.*
*Sacerdotes ſucceſſores Chriſti quomodo ſint fo.370.F.*
*Sacerdotes legis gratiæ maiori reuerentia colendi quam veteris legis fol. 370.G.*

Sacerdotes parui faciunt perditi homines fo.371.A.
Sacerdotum orationes lõge vtiliſsimæ etſi ſancti non ſint fo.140.C.
Sacerdotum honori maxime conſulendum eſt fo.370.H.
Sacra ſcriptura arma cõtra dæmonem fo.199.B.
Sacramenta non perdunt ſuum valorem propter malos miniſtros fo.140.B.
Sanctorum pulchritudo ineffabilis fol. 333.A.
Salutantes præueniamus inuicem fol. 159,H.
Salutemus proximum fo,376.D,
Saluti noſtræ incumbamus fo.418.H.
Scala qua in cælum ſerui Dei conſcendunt fo.109.D.
Scala per quam mali in infernum deſcendunt fol109.D.
Scientia ſine virtute parum videtur prodeſſe fo.376.B.
Scorpionis proprietas fo.37.D.
Scriptura ſacra ampliſsimus theſaurus fo.99.H.
Secordia noſtra magna fo.391.C.
Secreta non propalanda fo.386.F.
Seculo ſi conformemur a Deo expellemur fo.359.G.
Securi non ſumus in hac uita fo.72.D.
Securitatem non habemus in hac vita fo.108.D.
Securitas non eſt in rebus huius ſeculi fo.45.H.
Securitas non eſt in hac vita fo.185 H & 190.D.
Securitas nuſquam in præſenti vita fo.213.A.
Securitas non eſt in hac vita fo.388.C
Securitas non eſt in hoc fragili mundo fo.395.F.
Securitas non eſt in mundo fo,405.G.
Securitas non eſt in rebus mundanis fo.444.C.
Securitatem ſæpe habemus falſam fo. 12.F.
Securitatem falſam habent mali fol. 19.G.
Securitatem falſam multi habent fo. 212.D.
Securitatem dæmon ſuis pollicetur fo. 212.F.
Securitatem falſam ſibi pollicetur mali fo.388.G.
Securus nullus viuat in hac vita fol. 17 H.
Senectus & ætas decrepita uidetur ũ quodãmodo parum opportuna ad pœnitentiam viriliter inchoandam folio. 86.D.
Senes conſulant ſaluti animæ fol.72. C.
Senes ſint diligentes fo.73.D.
Senes aliqui repueraſcunt fo.73.F.
Senes virtute præ cæteris pollere debent fo.86.E.
Senes quidam quo dementiæ redigantur fo 124 C.
Senes ad brauium ipſum comparandum viriliter contendant folio.356.D.
Senes quales eſſe debeant folio. 420 G.
Senſibus bene vtamur fo,100.H.
Senſibus multi abutuntur fo.101.A.
Senſualitas vitium frequens fo. 280. D.
Sepulchrum ſumus mortuorum corporum fo.123.H.
Serui Dei caute viuunt fo.11.D.
Serui Dei quanta polleant humilitate fo.57.C.
Serui Dei lætãtur quod propter ipſum labores patiantur fo.103.G
Serui ſedulo obtemperent dominis ſuis fo.153.G.
Serui Dei plurimũ apud Deum poſſunt ſuis præclaris operibus folio. 287. G.
Serui Dei oculos non coniiciunt in præmia huius vitæ ſed æternæ folio.305. H.
Serui Dei plurimi faciunt quod propter ipſum patiantur fo.315.H.
Serui Dei ſunt vnum in charitate fo. 319.H.
Seruos Dei nil præter Deum ipſum exatiat fo.318.F.
Seruiamus Deo cuius præmia ſunt certiſsima & ampliſsima fo.80.G.
Seruitus miſerabilis quod ſpiritus ipſe carni ſeruiat fo.132.C.
Signa malorum in iudicio, horribilia indicabunt ſignificata fo.9.C.
Signa propter multas cauſas apparebunt in iudicio fo.225.F.
Silentium plurimum conducit folio. 65.D.
Simulatione multa vtuntur mali fol. 261.C.
Sinus Abrahæ quid ſit fo.398.G H.
Societas mala plurimum nocet folio. 288.C.
Societas etiam bonorum nonnũquam declinanda fo.316.H.
Societatem malam fugiamus & bonã complectamur fo, 288.C.
Societatem malam fugiamus fo. 293. H.
Sodalitates pernicioſas fugiamus fol. 63.G.
Solatia mundi ſpernunt ſerui Dei, & cæleſtia auide deſiderant fo.330.A.
Soliciti valde ſumus circa temporalia non autem ſic circa æterna fo.63.B.
Soliciti admodum ſumus ne bona mũdi amittamus, ſed non ſic de bonis gloriæ ſolicitamur fo.63.C.
Soliciti ſimus de animæ ſalute fo.70.H
Solicitudinem habeamus de animæ incolumitate fo.291.B.
Soliciti ſimus ſemper de ſalute noſtra fo.388.E.
Solicitudo nimia tẽporalium nos valde conturbat fo.70.E.
Solicitudo rerum temporalium impedit ſæpe fructum verbi Dei fo.89.A.
Solicitudo rerum temporalium quantum ſæpe noceat fo.89.F.
Solicitudo Dei maxima circa nos folio. 264.E.

*Solitaria vita non omnibus conuenit fo.*194.G.
*Solitudinem amemus fo.*63.F.
*Solitudinem ſtudioſe complectamur fo* 293.G.
*Solitudinis & ſilētii præclarum exemplum fo.*66.B
*Solitudo innocentiā conſeruat fo* 55.D.
*Solitudo propugnaculū ſilentii fo.*65.D
*Solitudo & ſilentium longe vtiliſsima fo.*56.A.
*Solitudo vtiliſsima eſt fo.*69.B.
*Solitudo quantum conducat vt Deo vacemus fo.*316.B.
*Solitudo multas peccandi occaſiones tollit fo.*316.B.
*Solitudo a magnis philoſophis plurimi habita fo.*316.F.
*Solitudo quantum Dei ſeruis placeat vbi eam ſemel guſtauerunt ſo.* 317.E.
*Spem in Deo collocemus non in rebus mundanis fo.*45.H.
*Speremus in domino fo.*80 B.
*Speremus firmiſsime in Deo fo.* 276.E.
*Speremus in Chriſto & non in rebus mundanis fo.*342.D.
*Spes præmii nos animare debet vt vehemētius in vinea Domini laboremus fo.*80.A.
*Spes præmii nos ad virtutem maxime accendit fo.*318.A.
*Spes præmii nos plurimum mouet fol.* 338.G.
*Spes præmii addit animū ad laborem fo* 339.A.
*Spiritus videtur interdum in nobis nimia meditatione fatigari fo.*112.D.
*Spiritus quod carni ſeruiat extrema miſeria eſt fo.*132.D.
*Statua quam adorari iuſsit* Nabuchodonoſor *tota erat aurea fo.*97.F.
*Statua vxoris* Loth *quare non fuit ex marmore vel ſilice fo.*110.B.
*Statuæ duæ Nabuchodonoſor fo.*97.F.
*Sterilitates & bella noſtris tribuamus peccatis fo.*302.A.
*Studioſi in cœlum & vitioſi in infernū tendunt fo.*109.C.
*Stulti dum vitant vitia in contraria currunt fo.*129.G.
*Stultitia magna noſtra fo.*425.D.
*Subditi obedientes ſint fo.*154.G.
*Subditi & prælati quales eſſe debeant fo.* 327 F.
*Subuenit* Deus *in maioribus neceſsitatibus fo* 292.A.
*Succumbimus facile ſtatim vitiis fol.* 323.E.
*Sumptus nimii interdum pertrahunt multos in manus vſurariorum folio.* 252 C.D.
*Superbi odio ſunt Deo & hominibus fo.*262.G.
*Superbi quo redigantur fo* 268.E.
*Superbi quam ſint cæci fo* 385.A.
*Superbia deteſtabile vitium fo* 44.F.
*Superbiam omnem frænabimus ſi attēte conſideremus Chriſtum crucifixum fo.*128.A.
*Superbiam refrænemus cum Chriſtus ſe tantum humiliauerit fo.*146.D.
*Superbiæ radicem quandam occultam videmur habere fo.*127.G.
*Superbos quomodo humiliet Deus fol.* 1.C.
*Superbos humiliat Deus fo.*53.G.& 57 G.& 149.B.
*Superbos principes punit Deus fo.*151.F
*Superbiunt multi ad dignitates euecti fo.*114.F.
*Supplicia futura conſideremus. proſpiciamuſq. diligentiſsime & accuratiſsime fo* 423 B.

T.

T*alentum quantū valeat fo.*89.G.
T*alpæ ingenium & natura fo.*409.E.
T*antali fabula fo.*98.B.
T*emperantia vtilis fo.*397.D.
T*ēperantia plurimū prodeſt fo.*409.A
T*empla vult Deus in magna haberi veneratione fo.*239.F.
T*empla ſi reuerenter ingrederemur, proſperiores inde exiremus fo.*248 B.
T*empli irreuerentiam maxime ſentit Deus fo.*239.D.
T*empli fabricā qui nolunt iuuare cū poſsint, reprehenduntur fo.*240.D.
T*empli miniſtris faueamus & eos honore proſequamur fo.*240.D.
T*empla negotiationibus prophanare quam ſit turpe fo.*236.D.
T*emplis ſacris nō abutamur fo.* 240 F.
T*emplis violentiam inferentes quomodo puniat Deus fo.*249.D.
T*ēpla ambulationibus prophanare & negotiationibus quā ſit turpe fo.*236.C
T*empla multi diſſolute contaminant fo.*248 G.
T*emplorū fabricā iuuemus fo.*240.B.
T*emplum Dei eſt anima noſtra, non igitur eam inquinemus fo.*244.H.
T*emplum Dei ſtatim frequentemus ſi neceſsitate aliqua vrgemur fo.*249.G.
T*emplum Dei viſitemus fo.*294.A.
T*emporales ſi metuimus pœnas multo magis timeamus æternas fo.* 178.E.F.
T*emporalia æternis qui præponit falſo vtitur pondere fo.*51.H.
T*emporalia deſpiciamus & æterna amemus fo.*67.F.
T*emporalia diligenter ſolicitamus potius quam ſpiritualia fo.*170.D.
T*emporalia bona contemnere debemus fo.*244.A.
*Temporalia nobis cæleſtia impediunt fo.*318.B.
T*emporalia æternis facile præponimus fo.*327 D.
*Temporalia qui ſpernet reportabit æterna fo.*344.C.
*Temporalia hæc parui pendamus fol.* 360.C.
*Temporalibus rebus nimium incumbimus fo.*327.C.
*Temporalium appetitus quomodo ſit frænandus fo.*324.C.
*Tempus cum amiſimus eius vtilitatē ſentimus & cognoſcimus fo.*75.A.
*Temporis commoditatem non amitta*

*mus fo.75.H.*
*Tẽporis commoditate & tanta in nos tranquillitate oblata vtamur fo.84.C*
*Tempus hoc ſibi habent mali.ſed veniet tempus Dei fo.9.H*
*Tempus nobis a Deo conceditur vt in eius vinea laboremus fo.74.G.*
*Tempus pretioſiſsimum fol.75.F.*
*Tempus citiſsime præteruolat fo.75.G.*
*Tẽpus cõmode diſtribuamus fo.84.H.*
*Tempus fruſtra non teramus fo.148. B.& 390.F.*
*Tenebræ interiores & exteriores fol. 143.F.*
*Tentantur aſsidue boni fo.200.H.*
*Tentat nos dæmon vt reflectamus mẽtem circa iniuriam, vt ita ad vindictam incitemur fo.173.H.*
*Tentationibus quod tam facile ſuccũbamus miratur dæmon fo.196.B.*
*Tentat interdum dæmon ſub quadam ſpecie ſanctitatis fo.197.B.*
*Tentat ſæpe dæmon argumentando fo.198.E.*
*Tentat dæmon acerrime eos qui ſibi contradicunt fo.200.G.*
*Tentat nos paſsim dæmon fo 205.A.*
*tentat dæmon interdum ſub quadam virtutis ſpecie fo 208.A.*
*Tentat aliquando dæmon ſub quadã virtutis ſpecie & colore fo 324 F.*
*Tentatio carnis nos valde infeſtat fo. 390.G.*
*Tentando perſeuerat dæmõ fol 196,G.*
*Tentationes variæ inſtante morte fo. 17.D.*
*Tentationes vtiles fo.29.E.*
*Tentationes cuiq. quales ſuggerat dæmon fo.35.H.*
*Tentationes multas & cõtradictiones nobis dæmon repræſentat fo.105.A.*
*Tẽtationes malas ſuperemus fo.117.A*
*Tentationes vincamus fo.161.C.*
*Tentationes importunas vincamus fo.174.B.*
*Tentationes permittit Deus fo.180.F.*
*Tentationibus viriliter reſiſte, ſiquidẽ Deus te ſemper contuetur fo 186.E.*
*Tentationes quomodo ſuperandæ fol 193.F.*
*Tẽtationes vix ſentiũt mali fo.201.D*
*Tentationes ſeruos Dei maxime inuadunt fo.203.D.*
*Tẽtationibus minimis interdũ ſuccũbimus qui maximas ſuperauimus fol 204.B.*
*Tentationes occurrunt cum nobis ſæpe ſecuriores videbamur fo.204.B.*
*Tẽtationes omnes Dei auxilio ſuperabimus fo.207.E.*
*Tentationes diuino fauore vincere debemus fo.213.B.*
*Tentationes Dei auxilio ſuperabimus fo 237.B.* (193.A.
*Tentationibus viriliter reſiſtamus fo.*
*Tentationibus quibus conſiderationibus reſiſtendum fo.196.A.*
*Tẽtationibus impugnantur ſerui Dei fo.201,C.* Dei fo.201.E
*Tentationibus viriliter reſiſtũt ſerui*
*Ten-*
*Tentationibus quamuis multis reſtiterimus, non debemus tamen arma iam abÿcere fol.207.H.*
*Tentationibus etiã leuiſsimis ſæpe ſuccumbimus fol.209.G.*
*Tẽtationibus viriliter reſiſtamus folio. 278.A.*
*Tentationibus facile diuino freti numine reſiſtemus fol.343.B.*
*Tentator aſtutus Dæmon fol.17.E.*
*Tentator aſsiduus dæmon folio.197,D.*
*Tentator limitatam habet poteſtatem fol.206.H.fol.208.C.*
*Tentare Deum non debemus fol.177. C.*
*Tepidi ſumus in virtute folio.300. C.*
*Terrena contemnamus fol.110.E.*
*Terrena ſpernamus ſi cæleſtibus frui volumus fol.328.F.*
*Terrena deſpiciamus cum æterna noſcamus fol.332.F.*
*Terrenis nimium adhæremus fol.429 D.*
*Terrenorum affectus perdere facit appetitum cæleſtium fol.349.E.*
*Terribilis apparebit Chriſtus in iudicio fol.229.H.*
*Terrore opus habemus vt conuertamur fol.219.G.*
*Theſaurizemus in cælo fol.136.A.*
*Timeamus Deum qui tam terribilis veniet in iudicio fol.10.H.*
*Timeamus æterna ſupplicia folio.11.B*
*Timeamus Dei cõminationes fo. 12.G.*
*Timeamus Deum & eius punitiones fol.59.E.*
*Timeamus Deum & eius ſupplicia fo. 151.G.*
*Timeamus Deum ne ipſum offendamus fol.186.H.*
*Timeamus iram Dei fol.224.F.*
*Timeamus horribilem iudicÿ diem fo. 228.A.*
*Timeamus dubiam ſortem noſtram fo. 228.B.*
*Timeamus ſaltem infernum ſi beatitudinem non amamus fol.332.F.*
*Timeamus Deum fol.391.H.*
*Timeamus Dei ſupplicia fol.413.F.*
*Timeamus Deum vt ſecure viuamus fol.416.B.*
*Timebunt valde mali videntes omnes creaturas contra ipſos armatas folio. 221,G.*
*Timidi valde ſumus in virtutis ſtudio & puſillanimes fol.420.A.*
*Timor horribilis in die iudicÿ fol.2.E.*
*Timor Dei quibus cõſiderationibus nutriatur fol.12.A.*
*Timor Dei vtiliſsimus fol.178.C.*
*Timor Dei ſi deeſt cætera corruunt fo. 179.E.*
*Timor Dei quam ſit ſalutaris fol.228 C.*
*Timoratæ conſcientiæ ſunt viri probi fol.285.G.*
*Timore magno concutientur mali non ſolum propter conſpicua ſigna, ſed etiã propter expectationem futurorum fol. 7.H.*

*Tima*

Timorem nobis incutit Deus vt ad ſe redeamus fol.178.D.
Timorem Dei amiſimus fol.179.B.
Timorem nobis incutit Deus vt eius indignationem fugiamus fol.179. B.
Timorem Dei abijcimus fol.221.E.
Timorem Dei mali abiecerunt folio. 354 E.
Timorem Dei non abijciamus fol.413 B.
Tyranni & crudeles quam infelices habebunt exitus fol.31.G.
Tyranni quo tandem deueniant folio. 115.D.
Tyrannos Deus diſsimulat in hac vita & punit in alia fol.31.C.
Tyrannos quomodo puniet Deus folio. 222.E.
Toleranda ſunt multa pro beatitudine obtinenda fol.33.B.
Tolerantia in rebus aduerſis manifeſtatur & arduis fol.99.B.
Tolerantia inſignis virtus folio. 172. C.
Tolerantiam non amittamus fol. 305 E.
Tolerare multa debemus pro ingreſſu in gloriam fol.335.D
Tonitruis nos monet Deus folio, 68. H.
Tormenta omnia huius vitæ vmbræ ſunt futurorum inſtar fol.230.B.
Tradamus nos totos Deo folio. 288. H.
Transfiguratus eſt Chriſtus ad honorem ſuæ Eccleſiæ fol.328.H.
Transfiguratus eſt Chriſtus vt manifeſtaret quod eſſet verus Deus & homo fol.344.A.
Tribulationes læto vultu excipiamus fol.180.C.
Tribulationes vtiles fol.391.G.
Tribulationes nos in cælum ducunt fo. 414D.
Tribulationes ſalutares fol.420.F.
Tribulationum amariſsimum calicẽ ſolet Deus ſeruis ſuis interdum propinare fol.36.G.
Triſtitia duplex fol.128.F.
Triſtitia noſtra qualis eſſe debeat fol. 128.H.
Triumphantes ingrediebantur Romã duces qui vicerant in bello folio. 18. G.
Triumphantes ingrediuntur ſancti in cælum fol.18.G.
Tumultus deuotionem impedit folio. 316.G.
Turpia non committet, ait Plato, qui optime credet Deum præmiatorem & punitorem fol.192.D.

V.

Vana gloria quam ſit importuna fol. 130.G.
Vana gloria deteſtabilis folio. 135. H.
Vanitates mundi ſerui Dei probe cognoſcunt & fugitant fol.192.H.
Venia in morte tantum quæſita quam difficile impetretur fol.62.G
Venialia etiam peccata declinemus, ne ex his ad grauiora ſenſim delabamur fol.237.F.
Veniam imploratibus facile ſolet Deus condonare fol.162.H.
Veniam à domino poſtulemus fol.425 B
Vendere & emere qualia ſint fol. 245. B.C.
Venetorum ducum mos fol.420.H.
Verbi Dei magna eſt virtus fol. 60. G.
Verbi Dei vberrimus fructus folio 89 H.
Verbi Dei quanta ſit vis & efficacia fol.95.E.
Verbi Dei magna ſecuritas fol.99.G.
Verbi Dei mali guſtum non ſentiunt fol.99.H.
Verbi Dei quanta ſit virtus folio. 189. C.
Verbi Dei magna efficacia folio.426. D.
Verborum profluentia inanis non placet Deo fol.286, B.
Verbum Dei quantas habeat vires fol. 50.B.
Verbum Dei quod exiguos referat fructus dolendum eſt, fol.50.C.
Verbum Dei quantam habeat vim fo. 88, B.& 89.G.
Verbum Dei quam reuerenter ſit tractandum fol.95.H.
Verbum Dei negligitur à multis folio. 96.B.
Verbum Dei in corde noſtro diligenter reponamus fol.96.D.
Verbum Dei ad exercitationem conferamus fol.96, E.
Verbum Dei eſt gladius contra dæmonem fol.96.F.
Verbum Dei defenſio noſtra folio .96. G.
Verbum Dei quos in anima producat effectus fol.99 F.
Verbum Dei quam ſit dignum amari fol.99.H.
Verbum Dei omni tempore vtile & neceſſarium fol. 100.D.
Verbum Dei quam ſit vtile folio. 101. G.
Verbum Dei quam varios in cordibus hominum generet effectus fol.235.B.
Verbum Dei attente audiamus folio. 257 B.
Verbum Dei audire plurimum nobis conducit quamuis docti nobis videamur fol.371.H.
Verbum Dei executioni mandemus fol.372.B.
Verbum Dei plurimi faciamus quod e cælo deſcendit. fol.371.D.
Verbum Dei faſtidiunt mali fo.372.E.
Verbum Dei figuratum per manna fo. 372.H.
Verbum Dei executioni mãdemus fol. 373.A.
Verbum Dei audire plurimum confert fol.425.H.
Verbum Dei conatur dæmon interturbare

bare fol.426.B.
Verbum Dei ruminandum & ſæpe mẽte recolendum fol.426.C.
Verbum Dei non reſpuamus folio.426 D.
Verbum Dei executioni mandandum fol.426.F.
Veritas odium parit fol.31.A.
Veritas digna amari fol.49.D.
Veritatem iam non eſt qui velit audire fol.47.B.
Veritatem ſemper dicamus cum prudentia fol.48.G.
Veritatem reſpuentes quomodo puniat Deus fol.386,B.
Veſtitus ſint moderati fol.397.D.
Veſtitus nimius reprehenditur folio.402.H.
Veſtitus nimius indicium videtur ſuperbæ mentis fol.403.H.
Veſtitus nimius quale ſit indicium.fo.405.B.
Viatores nos eſſe conſideremus folio.324.C.
Victus ſit moderatus fol.413.F.
Videri facile quærimus fol.337.B.
Vigilare ſemper debemus cõtra hoſtes fol.391.A.
Vigilemus in cuſtodia animæ folio 84.E.
Vindicare ſe quærentes quam ſint inquieti fol.167.A.
Vindicta quam ſit periculoſa fol. 157.D.
Vindictam non ſumamus fol.421.A.
Virtus virilem poſcit animum folio 30.A.
Virtus in laboribus manifeſtatur folio 35.F.
Virtus magnas habet contradictiones fol.36.B.
Virtus à multis gentilibus amplexata fol.109.G.
Virtus contradictiones patitur folio 115.F.
Virtus exercitata facilior redditur fol.126.A.
Virtus in mundo quantum frigeat fol.130.H.
Virtus contradictiones ſuſtinet folio.185.D.
Virtus difficilis apparet fol.193.D.
Virtute nemini concedamus fol. 291.B
Virtus nos ducit ad perfectionis culmẽ fol,110.A.
Virtutes cælorum quæ ſint folio. 4.A.
Virtutes frigeſcunt in mundo folio. 5.A.
Virtutes cum non corporis oculis cernamus flocci facimus eas fol.55.C.
Virtutes in loco ſublimi ſitæ folio. 109.E,
Virtutes quantam in animo tranquillitatem generent fol.147.H
Virtutes ſi exerceantur faciliores redduntur fol.185.F.
Virtutes ieiunio plantantur fol. 203.B.
Virtutes in tenera iam ætate imbibamus fol.283.H.
Virtuti dediti recipiunt Deum in anima fo.56.F.
Virtus & vitium pugnant fol.360.H.
Virtutum opera exerceamus foli. 377 D.
Viſitant aliqui in carcere poſitos deprauata intentione fol.297.H.
Viſitare ſolent aliqui infirmos magis ſui commodi cauſa quam infirmi folio.297.G.
Viſitare pauperes dedignantur multi fol 297.H.
Viſitemus infirmos & in carcere poſitos fol.297.C.
Viſitemus infirmos fol 298.D.
Vita æterna hic inchoatur per gratiam fol.28.H.
Vita hæc ſimilis eſt pyramidularum ludo varijs cauſis fol. 34.E.
Vita hominis quam ſit caduca fol.67.B.
Vitã accommodemus cæleſti philoſophiæ fol.69.B.
Vita malorum non meretur nomen vitæ fol.75.B.
Vita præſens ad cælum negotiandum conceſſa fol.84.B.
Vita mala laborioſior quam bona fol. 104.A,
Vita noſtra breuis fol.126.G.
vita noſtra inſtar Romani imperij ſemper breuiata fol.126.H.
Vita quomodo extenuetur fol.127. A.
Vitæ quã exigua ſit portio ſi infantiam demas & ſomni tempus ac cibi, folio.127.B.
Vita & euangelium Chriſti debet eſſe regula noſtra fo.151.A.
Vita hominis breuiſſima quamuis multos viuat annos fo.216,D.
Vita noſtra etiam minor puncto eſt ſi ad futuram comparetur fo.217.E.
Vita noſtra quantum diſtet a vita ſanctorum patrum fo.262.D.
Vitã temere non conſumamus fo.85.B.
Vitam quam leues ſæpe cauſæ nobis adimant fo.136.H.
Vitam anteactam defleamus & emẽdemus fo.270.F.G.
Vitæ breuis conſideratio quantum cõducat fo.217.H.
Vitia homines mutant in feras fo 68.B
Vitia homines infeſtare ſolent fo.148.A.
Vitia hic etiam aliquando puniuntur fo.148,C.
Vitia fugiamus fo.266.H.
Vitia dimittamus & Chriſtum inueniemus fo. 278.D.
Vitia non ſinamus creſcere fo.280.B.
Vitia ducunt homines ad infernum fo.399.A.
Vitia ſtatim extirpemus fol. 419.A.E. & 420.B.
Vitia non ſatiant homines fo.430.F.
Vitia indigna homine fo.431.A.
Vitia quo nos redigant fo.431.B.
Vitiis ornatam habent animam mali fo.257.E.

Vitio

*Vitiorum plantator dæmon fol.241.*C.
*Vitioſi in maxima verſantur anguſtia fo.258.*A.
*Vitioſi homines ex repub. expellendi videntur fol.300.*F.
*Vitioſi alienos defectus potius quam ſuos conſiderant fol.395* C,
*Vitioſi quo redigantur fol.430* A.
*Vitioſi obſcurant genus ſuum foli. 443* C.
*Vitioſos Dæmoni placentes negligit ipſe tentare fol.197.*C.
*Vitioſorum quam infelix erit ſucceſſus fol.18.*H.
*Vitioſus eſt ſemper inquietus fol. 285.* C,
*Viuamus circunſpecte fol.58.*D.*& 180* G.188.D.*& 204.*C.D.
*Viuamus circunſpecte cum tam importunum habeamus aduerſarium folio. 303.*D.
*Viuamus præclare ſi bene mori cupimus fol.361.*B.
*Vlciſci ſe quam ſit turpe fol.427.*G.
*Vocat nos Deus multis modis fol.50.*H
*Vocat & allicit nos Deus multipliciter fol.62.D.*
*Vocat nos Deus in omni ætate & tempore ad pœnitentiam fol.74.*E.
*Vocat nos Deus aſsidue fol.81.*B.
*Vocat nos Deus ad ſe amore & timore fol.347.*F.
*Vocat nos Deus varijs modis fol. 425.* E.
*Voluntas propria quam ſit ſæpe noxia fol.263.*E.
*Voluntatem propriam ſectari quam ſit periculoſum fol.264.*D.
*Voluntatem Dei faciamus fo.269.*G.
*Voluntati diuinæ contradicũt mali fo. 263.*H.
*Voluntati Dei obtemperemus fol.174* C.
*Vrbanitas laudabilis fol.144.*H.
*Vſura palliata non poteſt Deo occultari fol.235.*G.
*Vſura quam à paupere exigis à Deo exigis fol.251.*H.
*Vſurarij in quanta viuant miſeria fo. 251.*F.
*Vſurarij conditiones fol.251.*H.
*Vſurarij crudeles fo.252* B.
*Vſurarij opprimunt pauperes fol. 252.* D.
*Vſurarij in quantam miſeriam redigant pauperes fol.252.*F.
*Vſurarium quantum timeat pauper & horreat fol.252.*F.
*Vſus peruerſus & conſuetudo mala quãtũ noceat & incõmodet fol.352.*C.
*Vxores diligant viros ſuos & eis obediant fol.423.* H.

Z.

*Zelus maximus Baptiſtæ fol.21.*C.
*Zizania qui ſeminant quantum incõmodent fo.294.*F.*& 295.*C.
*Zizania ſeminantes funguntur officio dæmonis fol.301.*C,

ELEN

# ELENCHVS VTILISSIMVS, DESERVIENS Dominicis, & feſtiuitatibus præcipuis totius anni: vbi primũ ponuntur Euãgeliorũ loca, quæ explicantur in his duobus tomis: deinde vero annotationes aliquæ circa aliquas clauſulas Euãgelij. Aduertendũ autẽ quod iſtæ annotationes verſãtur circa capita illa quę in ſecũdis, tertijs, & quartis cõcionibus verſantur, ad finem vſque ea perducendo: atque ita amplisſima ad dicendũ ſuppetit materia.

## Dominica infra octauas Natiuitatis domini.

*ERANT Ioſeph & maria mater Ieſu mirantes ſuper his quæ dicebãtur d̃ illo Lu.2 Poſitus eſt hic in ruinã & reſurrectionem multorũ to.1.fol. 36.*G. *& 41.*E. *Anna propheteſſa proceſſerat in diebus multis to.2.fol.124.* D,

*Ecce poſitus eſt hic in ruinam. Nõ erat quidẽ Chriſtus cauſa ruinæ & ſcãdali, ſed mali inde ſcandalũ ſibi ſua peruerſitate ſumebant nolentes in ipſum credere & eius doctrinam amplecti. Sed hoc tẽpore multos vides qui dedita opera occaſionem ſcandali alijs præbent prauo ſuo exemplo. Atque ita tractare poteris quantum noceat prauum exẽplum to.2.fol.206.*B.

*Vixerat cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua. Vitam quæ tam breuis eſt, bene & ſancte traducamus to. 2.fo.245.*D.*& 267.*B.

*Vſq; ad annos octuaginta quatuor, quæ non diſcedebat de templo. Vide quam ſtudioſe tẽpus collocaret hæc ſenex mulier, atq. ita diſſerere poteris quales eſſe debeant ſenes to.2.fol.116.*H.

*Loquebatur de illo omnibus qui expectabãt redemptionem Iſrael. Diſſerere poteris qualia eſſe debeant colloquia noſtra to.1.fol 330.*D.

## Dominica infra octauas Epiphaniæ.

*Cum factus eſſet Ieſus annorum duodecim Lucæ.2.*

*Inuenerũt illum in templo to.1.fo.293* H *pater tuus & ego dolentes quærebamus te to.1.fo.258.D. Neſciebatis quia in his quæ patris mei ſunt oportet me eſſe to.2.fo.95.*B. *Et erat ſubditus illis to.1.fol. 155.* A. *proficiebat ſapiẽtia & ætate to.2.fol.124.* H.

*Aſcendẽtibus parẽtibus eius Hieroſolymã. Dic quomodo parentes ſe gerere debeant erga liberos to.1.fo 437.D.*

*Exiſtimãtes autẽ illũ eſſe in comitatu, exiſtimabat ſpõſa cũ eſſe cũ ſpõſo, & viciſsim ſponſus exiſtimabat eum eſſe cum ſponſa quandoquidem non aſcendebant viriſimul cum mulieribus*

promiſ

*Promiſcue,vt omnis occaſio male ſuſpicandi tolleretur.Sic ergo nos occaſiones omnes offendendi Deum amputemus to.1.fol.279.g & to.2.fol.93.H.*

*Et erat ſubditus illis dic quomodo Chriſtus prælatum bonum & bonum ſubditū repreſentauit to.1.fo.327.F.potes etiam tractare quod filij obediant parentibus to.2.fo.187.D.*

## Dominica 1.poſt octauas Epiphaniæ

*Nuptiæ factæ ſunt in Chana Galilææ Ioan.2.*

*Et deficiente vino.Temperantia vtamur in conuiuijs to.2.fol.297.D.*

*Quodcunque dixerit vobis facite. Obediamus & obtemperemus Deo tomo 1 fol.263.F.*

*Tu autem ſeruaſti bonum vinum vſq. adhuc. Solet Deus eximia gaudia ad finem vſq.vitæ reſeruare ſeruis ſuis videlicet in gloria,ergo mundi gaudia cōtemnamus fol.41.g.to.1.*

## Dominica 2.poſt octauas Epiphaniæ.

*Cum deſcendiſſet Ieſus de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ,& ecce leproſus.Mat.8,*

*Domine ſi vis potes me mundare tom.1.fo.218.E. Ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus to.1.fol.321.D. Multi ab oriente & occidente venient & recumbent cum Abraham tomo.2.folio. 132. A.*

*Secutæ ſunt eum turbæ multæ. Quæ ſequebantur eum etiam propter ſuauitatem doctrinæ.Dic quam ſuaue ſit verbum Dei,quantæque dulcedinis tomo.1.fol.99.F.*

*Vide nemini dixeris,Nō delectabatur arrogantia & ambitione. Dic quam ſint deteſtabiles arrogantes tomo.2.fo.227.F.*

*Acceſſit ad eum Centurio. Hæc quæ ſequuntur in hoc Euangelio,vſq; explicata habes feria 5.poſt Cine tomo.1 fol.152.H.*

## Dominica tertia poſt octauas Epiphaniæ.

*Aſcendente Ieſu in nauiculam ſecuti ſunt eum diſcipuli eius,& ecce motus magnus Matthæi.8. Mar.4. Luc.8.*

*Domine ſalua nos perimus tomo 1.fol.9.c.Ipſe vero dormiebat tomo.1.folio 180.E.*

*Aſcendente Ieſu in nauiculam. Boni quotidie aſcendunt,& mali deſcendūt to.1fol.109.B.*

*Ecce motus magnus factus eſt in mari In mari quidem huius vitæ nunquā deſunt tempeſtates aliquæ & procellæ, atque tentationes to.1.fol.206.G.*

*Ipſe vero dormiebat. Affligi permittit Deus bonos to.1,fol.26.B.& 29 C.*

## Dominica 4.poſt octauas Epiphaniæ.





*Simile factum eſt regnum cælorū homini qui ſeminauit bonū ſemen in agro ſuo Mat.13.*

*Venit inimicus & ſuperſeminauit zizania tom.1.fol.81.H. Sinite vtraque creſcere tom.2.fol.287.H.*

*Cum autem dormirent homines.Negligentia& otioſitas deteſtabilis to.1.fo.84.A.*

*Venit inimicus eius.dæmon excæcat negligentes vt pereant to.2.f.10. B.*

*Superſeminauit zizania. Hæc eſt malorum conditio ſeminare diſcordias inter fratres to. 1 fol.336.F.*

## Dominica in albis

*Cum ſero eſſet die illo vna ſabbathorum Ioan.20.*

*Stetit in medio eorum to.1.fol.52. G*

*Multa quidem & alia ſigna fecit Ieſus quæ non ſunt ſcripta in libro hoc to.1.fol.275.B.*

*Stetit in medio eorum. Dic quomodo principes & prælati debeant in medio verſari,& non potius in vnā partē quā in aliam inclinari.to.2.fo.31.H.*

*Pax vobis.Dic quam vtilis ſit pax & quanti momenti to.1.fo.319.D*

*Quorum remiſeritis peccata. Dic de confeſſione to.2.fo.6.H. & 50.C.*

*Thomas vnus ex duodecim non erat cum eis.Dic de bona ſocietate & virtutis ſtudioſa quantum conferat & conducat, & contra quantum noceat mala ſocietas to.1. fol. 435.H.& to.2.fol.221.C.*

## Dominica ſecunda poſt Paſcha.

*Ego ſum paſtor bonus Ioan.10.*

*Ego ſum paſtor bonus tomo primo fol.37.D.& 327.H.Alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili tomo primo. fol. 274. D. Et cognoſco oues meas tomo.2.fol,319.D.Ego ſum paſtor bonus to.1.fo.153.B.*

*Mercenarius autem.Dic de malis paſtoribus.to.2.fo.316.D.*

*Cognoſcūt me meæ.Dic quales eſſe debeant ſubditi tom.1.fo.154.H.*

*Et alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili & illas oportet me adducere.Dic quomodo cum Deus tantū nos adiuuet,nos vicißim aliquid ex parte noſtra iuuare debeamus,& ſtatim ad Deum reuerti to.2. fol. 96. E.& 254.C.*

## Dominica 3.poſt Paſcha.

*Modicum & iam non videbitis me Ioan.16.*

*Gaudium veſtrum nemo tollet à vobis tom.1.fol.95.D.*

*Modicum & iam.Dic de breuitate vitæ, & quomodo eā bene ac laudabiliter traducere debeamus, ſi ad patrem volumus accedere.to.2, foli. 245.D.& 267,B.*

*Plorabitis et flebitis vos.* Dic quomodo mittat Deus labores et calamitates seruis ſuis.to.1.fol.35.E.et tomo.2.fol.197.H.

*Gaudebit cor veſtrum et gaudium veſtrum nemo tollet a vobis.* Dic quã optimus retributor ſit Deus tom.2.fol.5.h.

## Dominica 4.poſt Paſcha.

*Vado ad eum qui miſit me* Io. 16.

*Si autem abiero mittam eum ad vos* tom.1.fol.384.A.

*Vado ad eum.* Dic de cura quã adhibere debemus vt eamus in cælum to.1.fol.317.H.

*Ego veritatem dico vobis.* Diſſerere poteris quam ſtudioſi eſſe debeamus veritatis inquirẽdæ & ore proferendæ.to.1.fo.48.G.

*Si ego non abiero,paracletus nõ veniet ad vos.* dic quomodo delectationes corporis et laſciuiæ, impedimẽto ſint et obſtaculo,quo minus ſpirituales et cæleſtes accipiamus delectationes to.1.fo.326.C.et to.2.fol.91.C.

## Dominica 5.poſt Paſcha.

*Si quid petieritis patrem in nomine meo,dabit vobis* Ioan.16.

*Si quid petieritis* petere quidem a domino in oratione debemus,ea quæ ſubſtantialia ſunt, & quæ præcipue ad animæ ſalutem pertinent .tomo.1.fol.279.G.

*Petite & accipietis.* Dic quam ſit neceſſaria & vtilis oratio ipſa. tom.1.fo.249.G.

*Ipſe enim pater amat vos.* Dic de eximio illo & ineffabili amore, quo nos Deus ſemper complectitur, & cõplexus eſt tom.1.fol.334.G. & to.2.fol.376,F.

*Quia vos me amaſtis.* Debemus nos viciſsim amare Deum, cum tantopere nos amet & diligat.tom.2.fo.334.A.

## Feria 2.& 3.in Rogationibus,

*Quis veſtrum habebit amicũ.* Lu 11

*Amice commoda mihi tres panes.* to,2.fol.351.D *Quis ex vobis patri petit panem* to.1.fol.250.H .& 3d.D.*Si vos cum ſitis mali.*tomo 1. folio.273.B.

*Quis veſtrum habebit amicum.* Vera amicitia qualis eſſe debeat.to.2.fo.199.B.

*Si perſeuerauerit pulſans.* Dic quantum nobis conducat & quam vtile ſit vt in virtute perſeueremus,& aſſidue inſiſtamus to,1.fol.32.A.& to.2.folio 128.B.

*Quis ex vobis patrem petit panẽ* Ediſſerere poteris de maxima fiducia quam habere debemus in domino,cum nos diligat paterno quodam amore,& ſit noſter parens. Dic etiam

tiam



tiam quantus ſit paternus amor, & quantum parentes liberos ſuos diligere atque amare ſoleant.tomo 1.fo.282.B.

## Feria 4.in Rogationibus, ſiue in vigilia Aſcenſionis.

*Subleuatis Ieſus oculis in cælum dixit: pater venit hora,clarifica filium tuum* Ioan.17.

*Opus conſummaui quod dediſti mihi.*to.1.folio. 32.D.

*Subleuatis Ieſus oculis in cælum.* Dic quantum nobis conducat, quamq.operæ pretium ſit vt oculos noſtros ad cælum dirigamus,potiuſquam ad terrena vilia & caduca, to.1. folio 100.H.

*Sicut dediſti ei poteſtatem omnis carnis.* Dic de iudicio extremo & horribili,& quanta bona & commoda nobis ſuppeditentur & proueniant ex huiuſmodi præclara quidem & ſalutifera conſideratione. to.1. folio. 149.E.

*Ego pro eis rogo:* Dic quantum poſſint & valeant apud Deum orationes piorum & iuſtorum hominum, quantumque ſit vtile nobis vt eorum orationibus nos totos,& vere atque ex animo commendemus folio. 287.D.tom.1.

## Dominica infra octauas Aſcenſionis.

*Cum venerit paracletus* Ioan,15.& 16.

*Venit hora vt omnis qui interficit vos* to.2.fol.200.F.

*Abſque Synagogis facient vos,* Dic de fructu vberrimo & copioſiſsimo quæſtu,quẽ ex ipſis calamitatibus & perſecutionibus metimus,& reportamus.to.2.fol.30.F.

*Venit hora vt omnis qui interficit vos.* Dic quantum Deo diſpliceãt homicidæ viri & crudeles,in proximos ſuos ita debachantes & ſæuientes.tomo.2.fol,259.G.

*Hæc facient vobis quia non nouerunt patrem,neque me.* Dic quod malorum hominum & improborum cõditio ſit & ingenium ,impedire & conturbare virtutum progreſſus & fructus,quos aliqui videbantur reportaturi to.1.fol.115.F.

## Dominica prima poſt Pentecoſten.

*Eſtote miſericordes.* Lucæ6.Mat. 7.

*Menſuram bonam,confertam, & coagitatam.*to.1.folio.77.G.& folio.175.D.

*Eſtote miſericordes.* Dic quam vtile & ſalutare nobis ſit,vt miſericordes ſimus erga proximos noſtros, & benigni ac liberales erga ipſos ſimus to.2.fol,184.D.

*Nolite iudicare.* Dic quam diligenter

 ter

ter & ſedulo euitare debeamus & fugere iudicia temeraria, quandoquidem tam facili negotio poſſumus decipi & falli in alienis defectibus explorandis & temere iudicandis. tomo 2.fol.218.H.

Dimittite,& dimittemini. Dic quomodo debeamus libentiſsime quidem iniurias nobis illatas condonare & dimittere ad imitationem præſertim Chriſti domini, qui etiam pro crucifigentibus ipſum orauit.to.2.fo. 202. D.

Quid autem vides feſtucam in oculo fratris tui? Dic quomodo alienos defectus facile ſtatim explorare & contueri ſoleamus, cum interim ad noſtros explorandos cæcutiamus, & ſimus talpa cæciores.to.1.folio .395. B.& to.2.fol.55.H.

## Dominica 2.poſt Pentecoſten.

Homo quidam fecit cœnam magnam & vocauit multos.Luc.14.

Iuga boum emi quinque tomo. 2. fol.87.D.

Vxorem duxi.tomo ſecundo. folio. 100.D, vocauit multos. vocat nos Deus,& tamen nolumus ad Deum accedere & appropinquare.to.2. fol. 250.G.

Et cœperunt omnes ſimul excuſare Dic quomodo mali & improbi homines ſoleant paſsim excuſationes captare & aucupari, quo minus virtutē ipſam exerceant & profiteantur. to. 2.fol.16.H.

Vxorē duxi. Dic quomodo cōiuges in familia gerere ſe debeant, quamq; pacifice & concorditer viuere. tomo. 2.fol.344.G.

## Dominica 3.poſt.Pentecoſten.

Erant appropinquantes ad Ieſum publicani & peccatores, vt audirent illum, Luc.15.

Gaudium erit coram angelis Dei ſuper vno peccatore pænitentiam agente tomo 1.fol.189.D.& to.2.folio. 95 ,G.

Erant appropinquantes ad Ieſum publicani & peccatores, Dic quod in omni ætate reuerti debemus ad dominum Deum noſtrum, & vere atque ex animo conuerti, ſi vſquā in vita aberrauimus, quamuis publicani & grauiſsimi peccatores fuerimus to.1.fol.85.E.

Et murmurabant phariſæi. Reprehende detractores et maledicos, qui facile ſtatim ſolent deprælaris factis et cum virtute coniunctis murmurare et ſingulorum vitam mordere et lacerare to.1.fol.305.E.

Gaudiū erit in cælo ſuper vno peccatore pænitentiam agente. Dic quā ſit vtilis et laudibilis ipſa pænitētia quantaque lucra et commoda nobis adpor



nobis adportare ſoleat. tomo. 1. folio. 270.D.

## Dominica 4.poſt Pentecoſten.

Cum turba irruerent in Ieſum vt audirent verbū Dei,& ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Genezareth.Luc.5.

Rogauit eum à terra reducere puſillū to.1.fo.154.h. per totam noctem laborantes nil cepimus tomo 1.folio.141. D. & 431.B.& tomo 2.folio 200. H. & 269,C. In verbo tuo laxabo rete. tomo 2.folio.221.C. Exi à me domine, quia homo peccator ſum tomo 1. folio. 370. D.

Cum turbæ irruerent. Ediſſere quam auide, quamque ſitienter & ſtudioſe, audire debeamus verbum Dei,& non oſcitanter & frigide vt multi facere cō ſueuerunt, tomo 2.foli. 111.D. & 330. E.

Laxate retia veſtra in capturam. Dic quomodo concionatores ipſi vigilanter & neruoſe pro ratione ſui muneris incumbere debeant in capturam animarum, vt eas quidem poſſint ad rete domini adducere, doctrina ſana & catholica. tomo ſecundo folio. 108. G.

Exi à me quia homo peccator ſum domine. Dic quantum nobis emolumentum adferat,& pariat lucrum, ipſa cognitio ſui,& propriæ conſcientiæ intuitus.to.2.fo.299.E.

## Dominica 5.poſt.Pentecoſten

Niſi abundauerit iuſtitia veſtra plus quam ſcribarū & phariſæorum, nō intrabitis in regnum cælorum Matth. quinto. Niſi abundauerit tomo 1.folio. 29. A.

Plus quam ſcribarum & phariſæorum Dic quomodo Chriſtiani præ cæteris quidem populis, ad multa obligentur, propter plura beneficia diuinitus à Deo optimo maximo conceſſa, tomo 1. folio. 165.E.

Qui iraſcitur fratri ſuo. Dic quam perniciosa & deteſtabilis ſit ipſa ira, & quomodo eam fugere debeamus folio, 32.H.& 326.H.to.2.

Vade prius reconciliari fratri tuo. Dic quam diligenter & ſtudioſe debeamus ſtatim condonare fratribus noſtris & proximis, à quibus nobis iniuriæ inflictæ fuerunt & contumeliæ. tomo 2. fo. 166. H.

## Dominica 6.poſt Pentecoſten.

Cum turba multa eſſet cum Ieſu nec haberent quod manducarēt Marci.8.Matthæi.15.

Miſereor ſuper turbam, quia ecce iam triduo ſuſtinent me. tomo 1.folio. 276. A.

Miſereor ſuper turbā. Dic quomodo de

beamus condolere pauperibus,& miſerabilibus perſonis, atque his qui in afflictione aliqua quidem verſantur. to. 2. fol. 73. D.

Ecce iam triduo ſuſtinent me. Dic quãta emolumenta & commoda nobis promanent ex ipſa tolerantia et patientia in laboribus et rebus aduerſis tom. 1. fol. 94. D.

Fregit et dabat diſcipulis ſuis, vt apponerent turbæ. Dic quam ſit excellens atque illuſtris ipſa eleemoſyna tomo. 1. fol. 177. F. et 231. E.

Vide præterea plurima accommodata huic euãgelio, to. 2. dominica 4. quadrageſimæ fol. 117. H.

## Dominica 7. poſt Pentecoſten.

Attendite a falſis prophetis. Matth. 7. Lucæ. 6.

Veniunt ad vos in veſtimentis ouiũ to. 2. folio. 280. C. A fructibus eorum cognoſcetis eos tom. 1. folio. 28. C. & folio 380. A.

Omnis arbor quæ non facit fructum bonum. to. 1. fo. 42. D. & 73. E. & to. 2. fol. 215. D.

Attendite a falſis prophetis, Differere quidem poteris de peruerſis & ſimulatis moribus & geſtibus ipſorum hypocritarum. tomo primo folio. 379. B.

Omnis arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur & in ignem mittetur. Dic quam ſedulo & diligenter incumbere debeamus bonis operibus præſtandis, ne arbores ſimus infrugiferæ. tom. 1. fo. 28. B.

Qui facit voluntatem patris mei, intrabit in regnum cælorum. Dic quomodo obnixe conniti debeamus ſemper, vt Dei voluntatem faciamus. tomo ſecũdo fol. 154. D.

## Dominica octaua poſt Pentecoſten.

Homo quidam erat diues qui habebat villicum. Luc. 16.

Quid faciam quia dominus meus aufert a me villicationem? tom. primo fo 28. D. facite vobis amicos de mammona iniquitatis. tomo primo fol. 231. H. & to. 2. fol. 302. A.

Quaſi diſſipaſſet bona illius. Dic quod diſpenſatores quidem ſimus, & non domini bonorum & diuitiarũ quas quidem poſſidemus, & propterea non debemus eas diſſipare & dilapidare, cum ſtrictam quidem rationem earũ reddituri ſimus domino folio. 401. h. tomo. 1.

Redde rationem villicationis tuæ. Differere quidem poteris quam caute & circumſpecte viuere debeamus, atque quotidie perdiligenter conſcientiæ noſtræ ſinus omnes & angulos explorare cum præſertim exactam rationem Deo eorumquæ geſſimus, reddere debeamus tom. 2. fol. 228. D.

Quid faciam quia dominus meus aufert a me villicationem? Dic quo modo conſiderantes & ante oculos nobis conſtituentes mortem ipſam, accuratius multo & præſtantius vitam noſtram diſponamus & ordinemus tom. 2. fol. 374. H.

## Dominica 9. poſt Pentecoſten.

Cum appropinquaret Ieſus Hieruſalem, videns ciuitatem fleuit ſuper illam. Lucæ. 19.

Videns Ieſus ciuitatem. tomo. 1. foli. 46. A & 119. B. & tomo 2. fol. 168. B. & 188. E. & 329. F.

Quia ſi cognouiſſes et tu. Dic quam negligentes & ſecordes ſimus circa ea quæ ad animæ noſtræ ſalutẽ et profectũ pertinent, atque vtilitatem tomo. 2. fo. 90. B. & 95. C.

Ad terram proſternent te. Poteris differere quanti ſit emolumenti & vtilitatis quidem, ipſa mortis aſſidua & crebro repetita conſideratio, & quod ad terram quidem proſtrandi ſimus, & in terram conuertendi. tomo. primo folio 107. D. & folio 186. D. & idem tomo primo folio. 356. C. & tomo. 2. folio. 185. H.

Ingreſſus in templum cæpit eijcere ementes & vendentes in illo. Dic quam ſedulo, & quam aſſidue ac reuerenter frequentare debeamus, & venerari templa. tomo 1. fo. 284. B. &. to. 2. folio. 106. B.

## Dominica 10. poſt Pentecoſten.

Dixit Ieſus ad quoſdam qui in ſe confidebant tanquam iuſti, & aſpernabantur cæteros, duo quidem homines aſcenderũt in templum vt orarẽt, vnus phariſæus & alter publicanus Luc. 18.

Velut etiam hic publicanus. tomo. ſecundo folio. 222. F. ieiuno bis in ſabbatho tomo primo folio. 206. B. et folio 247. H. et tomo 2. folio. 29. G. et folio 215. B. Qui ſe exaltat humiliabitur to. 1. fo. 57. A.

Qui in ſe confidebant. Differere poteris quomodo non debeamus in nobis confidere, neque de nobis ipſis præſumere, ſed potius de diuino auxilio, fauore, & miſericordia erga nos tomo. 1. folio. 288. D.

Gratias tibi ago Deus. Dic quam grati eſſe debeamus erga Deum optimum maximum, pro tot, tantiſque diuinitus a ſua liberaliſsima manu acceptis beneficijs, & ampliſsimis muneribus ac donis. to. 1. folio 418. A.

Non ſum ſicut cæteri hominum. Dic quam turpiſsimũ et ignominioſiſsimum quidem ſit, ſe ipſum laudare, et inaniter atque inſolenter iactare, more phariſæorum, ſicut nunc

*conſtat ex hoc phariſæo, qui turpiſſime ſe iactat & gloriatur, cæteros interim deprimens, atque vituperans tomo. 2, fol. 262. E,*

### Dominica II. poſt Pentecoſten.

*Exiens Ieſus de finibus Tyri, venit per ſidonem ad mare Galilææ. Marci. 7.*

*Apprehendens eum de turba ſeorſum Diſſerere quidem poteris quanta nobis emolumenta quidem & vtilitates ſolitudo ipſa adferre & ad portare ſoleat. ſi quidem videmus Chriſtum dominum noſtrum non hunc in turba reliquiſſe vt eum ſanaret, ſed potius de turba ſeorſum & ſeparatim ipſum apprehendiſſe, vt perfectam & ſuis numeris abſolutam ipſi quidem ſanitatem reſtitueret tomo primo folio. 69. B.*

*Miſit digitos in aures, Vide quomodo vt melius audiret hic ſurdus, ipſi quidem prius Chriſtus dominus aures digitis ſuis occluderet & obturaret, vt inde quidē intelligamus quod ſi cæleſtia arcana audire volumus, prius quidem debeamus aures noſtras occludere & obſerare ne audiant hæc vilia & terrena, ne ve murmurationes & detractiones proximorū, quæ fiunt a maledicis & detractoribus. to. I. fol. 92. H.*

*Loquebatur recte. Dic quomodo ſit compeſcenda & refrænanda lingua noſtra vt recte loquatur tomo. 2. fol. II. F.*

*Bene omnia fecit, & ſurdos fecit audire & mutos quidem loqui. Dic quomodo miracula Chriſti, oſtenderent quidem & declararent eius virtutem ſingularem atque ineffabilem tomo. 2. fol. 123. A.*

### Dominica duodecima poſt Pentecoſten.

*Beati oculi, qui vident quæ vos videtis Lucæ. 10.*

*Quid faciendo, vitam æternam poſſidebo? tomo primo folio 28. E. Homo quidam deſcendebat ab Hieruſalem in Hierico. tomo ſecundo folio. 227. D. In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? tomo primo folio 364. B. Hoc fac, & viues tomo primo fol. 28. H. & 219. B.*

*Tentans illum. Diſſerere quidem poteris quam varij & multiplices in mundo lateant doli, & quam multi nobis paſſim intendantur laquei, qui varijsque fallacijs & machinis ſolent nos hoſtes noſtri inuadere, vt hoc pacto nos decipiant, ac penitus conuincant, & proſtrent. tomo primo fol. 259. B.*

*In lege quid ſcriptum eſt? quomodo legis? Dic quomodo lex domini ſancta, ſit via quædam, nos recta in cælum ipſum dirigens, atq. ferens & perducens: & idcirco toto quidem pectore atq. conatu ipſi incumbere debemus, & eam aſſidue ſequi. to. I. fo. 352. G.*

*Diliges dominum Deum tuum ex toto corde tuo. Diſſerere quidē poteris, quāta ſit præſtantia & excellentia ipſius amoris & charitatis, qua in Deum præſertim, & in proximum deinceps ferimur & inclinamur. fo. 265 G. to. 2.*

### Dominica 13. poſt Pentecoſten.

*Cum iret Ieſus in Hieruſalem, tranſibat per mediam Samariam. Luc. 17.*

*Ieſu præceptor miſerere noſtri. Dic quomodo cum calamitatibus & afflictionibus. vel infirmitatibus afficimur & premimur, debeamus ſtatim ad dominum Deum noſtrum feſtinare & accurrere, vt ita alleuationem & conſolationem maximam in neceſſitatibus noſtris inueniamus. to2. fo. 79. D.*

*Ite, oſtendite vos ſacerdotibus. Diſſerere quidem poteris, quomodo ſtatim poſt quam ſacerdoti peccata noſtra expoſuimus, ſingulare illud abſolutionis beneficium impetramus. to 2. fo. 48. G.*

*Tum præterea diſſerere etiam poteris quanta reuerentia & obſeruantia ſacerdotes ipſos proſequi & colere debeamus. to. I. fo. 370. F.*

*Non eſt inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo niſi hic alienigena? Tractare quidem hoc loco percommode poteris, quātum placeat Deo, vt grati ſimus atq. memores beneficiorum a liberaliſſima Dei manu acceptorum. to. 2. fo. 153. B.*

### Dominica 14. poſt Pentecoſten.

*Nemo poteſt duobus dominis ſeruire Matthæi 6 Luc. 12. & 16.*

*Nemo poteſt duobus dominis ſeruire to. I. fo. 323. F. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ to. I, fo. 97. D. Nonne anima plus eſt quam eſca? to. I. fo. 243. E. Si fœnum quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, Deus ſic veſtit. to. 2. fo. 131. E. & fo. 243. C. & 411 F. Primū quærite regnum Dei. to I. fo. 86. G.*

*Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. Diſſerere hoc loco poteris commode quam fugaces & fallaces ſint diuitiæ & opes mundanæ, quantumq. ſæpiſſime officiant & incommodent poſſeſſoribus ſuis, in quantoſq. labyrinthos, & irremeabiles errores ſæpe ſuos poſſeſſores coniiciant, atq. demergant. to. I. fol. 102. D.*

*Ne ſoliciti ſitis animæ veſtræ quid mā ducabitis. Dic quanta ſolicitudine rerum temporalium afficiantur & miſerabiliter iactentur hoc tempore homines. to. I. fo. 143. G.*

*Et de veſtimento quid ſoliciti eſtis? Dic quantum abhorrere debeamus a prophanis & immoderatis veſtibus, & quam multi ſint hoc ſeculo qui ſe nimis*

mis delicate & curioſe exornent atq. expoliant, plus quam eorũ ſtatum decere videatur. to. 1. fo. 402. G.

### Dominica 15. poſt Pentecoſten.

*Ibat Ieſus in ciuitatem quæ vocatur Naim. Luc. 7.*

*Vide feria quinta poſt quartam dominicam Quadrageſimæ. tom. 2. folio. 177. vbi multa quidẽ inuenies accommodatiſſima, cum idem proponatur Euangelium.*

### Dominica 16. poſt Pentecoſten.

*Cum intraret Ieſus in domum cuiuſdã principis phariſæorũ, ſabbatho manducare panem.* Luc. 14. *Matthæi.* 12.

*Qui ſe exaltat humiliabitur, tom. 2. fo.* 233. H.

*Cum intraret Ieſus. Diſſerere ſane hoc loco peropportune & accommodatiſſime poteris, qualia eſſe debeant conuiuia noſtra, hoc eſt quam moderata & ſobria, ita vt fugiamus immoderatos & intolerabiles ſumptus & compotationes, quibus multi hoc tẽpore indulgere ſolent, & plurimũ debacchari. to. 1. fo,* 404. B. *& to. 2. fo.* 77. H.

*At illi tacuerunt. Vt ſcilicet prauas cogitationes quas mẽte ſua impura verſabãt & ruminabant, melius occultare poſſent & abſcõdere, videlicet quomodo poſſent Chriſtũ dominum calũniari, & apud omnes infamare. Vnde cõmode quidem agere poteris & diſſerere, quantum incommodent cogitationes impuræ atq. peruerſæ, quantaq. ſecum mala adſerãt & importent to. 1. folio.* 357 G. *& to. 2. fo.* 321. D.

*Qui ſe humiliat exaltabitur. Hortare ad humilitatẽ, quæ tam eximia eſt, tamq. præclariſſima virtus, & dehortare ac execrare ipſam ambitionẽ & ſuperbiam, ex qua tam innumerabilia incommoda & damna infligi hominibus ſolent, quæq. mundum ipſum valde conturbat, & totum prope inficit, cum longe lateq. graſſetur. tom. 1. folio* 136. B.

### Dominica 17. poſt Pentecoſten.

*Phariſæi audientes quod Ieſus ſilentium impoſuiſſet Sadducæis. Matthæi 22.*

*Et interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentans eum. Tractare poteris quam longe lateque pateat hominum malitia, cum videas Scribas & Phariſæos ex tantis dolis & fraudibus concretos. Vide to. 2. fo.* 155. D.

*Dicere etiam poteris quantopere abuteretur iſte ſcientia ipſa in ſuam perniciem atque interitum: nos igitur non ſic faciamus, ſed potius litteris & ſcientia bene ac laudabiliter vtamur. to. 2. fo.* 142. C.

*Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & proximum ſicut teipſum. Diſſerere quidem poteris de præſtantia & excellentia ipſius amoris & chari-*



*charitatis, atque inflammare omnes ad tam ſingularis & diuinæ virtutis ſtudium atque complexum. tom. 2. fol.* 265. G.

*Ex toto corde tuo. Dic quomodo ſemper mentem & cogitationem noſtram bene ac laudabiliter occupatam habere debeamus, fugientes inanes & aereas cogitationes, & eas quæ nobis nocituræ ſunt, atq. interitum allaturæ. to. 1. fol.* 91. E. *& to. 2. fo.* 227. B.

### Dominica 18. poſt Pentecoſten.

*Aſcendens Ieſus in nauiculam trãſfretauit, & venit in ciuitatem ſuam. Matthæi 9.*

*Offerebant ei paralyticum iacentem in lecto. Vide quomodo hic paralyticus hominum fauoribus ac remediis deſtitutus accedat ad Chriſtum Dominum, ſanitatis & incolumitatis beneficium humiliter petiturus. Vbi tractare quidẽ poteris quomodo dominus nobis liberaliſſime ſubueniat, cum nos anguſtiarum ac laborum mole ſentimus oppreſſos, tum etiam quomodo egregie iuuet, vt labores patientiſſime feramus ac ſuſtineamus. to. 1. fo.* 314. F.

*Videns fidẽ illorum. Dic de excellentia & præſtantia ipſius fidei, quantũq. apud Dominum impetrare valeat & acquirere. to. 1. fo.* 117. B.

*Videntes autem turbæ timuerũt, et glorificauerunt Deum. Vide qualem pepererit effectum timor Dei, videlicet laudem ipſius, vt inde doceas populum Deum timere. to. 2. fo.* 192. B.

### Dominica 19. poſt Pentecoſten.

*Simile eſt regnũ cælorum homini regi qui fecit nuptias filio ſuo. Matt. 22.*

*Quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? to. 2 fo.* 388. A. *Ligatis manibus & pedibus, mittite eum in tenebras exteriores. to 1. fo.* 77. D.

*Qui fecit nuptias filio ſuo. Diſſerere quidẽ poteris appoſitiſſime, quanta ſit excellentia beatitudo ipſa atque gloria, ac quantopere niti debeamus, et vigilantiſſime elaborare, vt diuino quidem muniti atque adiuti auxilio, valeamus tales nuptias digne intrare. tomo. 1. folio.* 164. A. *& tomo. 2 folio.* 346. D.

*Miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos. Dic quomodo Deus optimus maximus nos vocet & inuitet ſuis ſanctis ac diuinis inſpirationibus, atque aſſidue inſtet, & pulſet penetralia cordis noſtri. ac propterea quidem inſpirationes diuinas auide & ſitienter, atque ex animo complecti debemus, ac eas executioni quidem mandare. tomo. 1 folio.* 298. F.

*Illi autẽ neglexerunt et abierunt, alius in villã ſuam, alius vero ad negotiationẽ ſuam. Tracta quomodo ſolicitudo ipſa ac nimia cura et ſtudiũ rerum tẽporalium, nobis cæleſtem viam impediant, efficiantq. vt maximopere*

retar

retardemur ab eo curſu quem cœperamus eundi in patriam & celeſtem beatitudinem.to.1.fo.110.D.

## Dominica 20.poſt Pentecoſten.

Erat quidam regulus Ioan.3.

Cuius filius infirmabatur.Dic quomodo infirmitates & labores ipſi, nobis a Deo mittantur,& ad profectum quidē noſtrum,& commodum ſingulare to.1. fo.144.H.

Deſcende priuſquam moriatur. Vide quam arroganter, & quanto cum ſupercilio poſtularet iſte vt Chriſtus apud ipſum diuerteret:ac propterea tractare apposite poteris cum hic eſſet in huiuſmodi dignitate cōſtitutus, quam ſint periculoſæ, & variis expoſitæ caſibus atq. ærumnis,dignitates ipſæ in viris arrogātibus & ingentis ſupercilii. to.1.fo.321.B.

Credidit ipſe, & domus eius tota. Vide quomodo ſtatim crediderit ipſe regulus ita etiam pariter crediderit tota eius domus & familia, atq. idcirco populū docere & inſtruere poteris quantum conducat, quantūq.emolumentum,& quā magnū pariat bonum exemplū, & præſertim eius qui præeſt alicui domui & communitati to.1.fo.376.C,& to.2.fo,229.G.

## Dominica 21.poſt Pentecoſten.

Simile eſt regnum cælorum homini regi,qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis.Matthæi.18.

Debebat decem millia talenta to.1.fo. 99.D.& .fo. 172 F. & fo.38.A.to.2.& fo.113.D.

Sic pater meus cæleſtis faciet vobis, niſi remiſeritis vnuſquiſq. fratri ſuo.to. 2.fo.167.F.

Qui voluit rationem ponere cum ſeruis ſuis.Diſſerere poteris quomodo teneamur omnes diſtrictam Deo rationē reddere omnium quæ geſsimus in corpore noſtro,vt ita pro meritis recipiamus mercedē a Domino ſiue repulſam qui reddet vnicuiq. iuxta opera ſua. to.1.fo.77.E.

Patientiam habe in me. Dic de patientiæ præſtantiſsimæ virtutis fructibus, quam multi ſint,quantiq commodi & emolumenti,vt hoc pacto ſtudeant omnes pro virili vt patientiam poſsideāt, & ea ſuffulti acerba quæq. & amariſſima fufferant atq.ſuſtineant. to.1 fo. 98.D.

Miſertus autem dominus ſerui illius. Dic quam clementes & miſericordes eſſe debeamus exemplo domini qui tā benigne & pertiberaliter ſerui huius miſeretur.to.2.fo.184.D.

Tenens ſuffocabat eum, dicens, redde quod debes.Dic contra eos qui crudelitatem exercent, & ſæpenumero immanibus etiam feris ſunt longe ſæuiores, quantæ ſcilicet culpæ affines ſint, & in quam graui verſentur crimine, & ſcelere, vt hoc pacto miteſcant, &

ferino



ferino animo depoſito & exuto, benigni ſint,affabiles, ac manſueti, ne aliter ab omnibus contemnantur et ludibrio habeantur.ſicut fere fieri videmus vt tales homines odio habeātur ab omnibus, & vix reperiatur quidem qui libenter eorum ſocietati ſe immiſceat atque coniungat. to.2.fo.244.B.et 252.B.

## Dominica 22.poſt Pentecoſten.

Abeuntes Phariſæi conſilium inierunt vt caperent Ieſum in ſermone. Mat.22.Luc.20.

Conſilium inierunt.Dic quomodo corda deprauata generare ſoleant peſsimas & impuras cogitationes, quibus miſere quidem conturbantur nec plane inueniunt ſedata conſilia atq. pacifica,& tranquilla.to. 2. fol. 325.C.

Magiſter ſcimus quia verax es,et viam Dei in veritate doces.Diſſerere hoc loco opportune poteris, quam ſit execrabile vitium adulatio ipſa, & quantopere eam fugere ociſsime debeamus,non autem eam amplecti ſicut multi hoc tempore faciunt, qui ad aurium potius voluptatem, quā ad rei veritatem loquuntur to.1,fol. 267.G.

Viam Dei in veritate doces. Dic quomodo hoc pacto ſe gerere debeant ipſi concionatores, videlicet docendo viam Dei in veritate:ſed tamen his calamitoſiſsimis temporibus ſunt plerique qui non ſatis ſuo muneri reſpōdeant, neque attēte conſiderent quæ ſui ſunt muneris et officii.to. 1.fo.33 C.

## Dominica 23.poſt Pentecoſten.

Loquente Ieſu ad turbas,ecce princeps vnus acceſsit, & adorabat eum dicēs, Domine filia mea modo defuncta eſt.Mat.9.Mar.5.Luc.8.

Si tetigero fimbriam veſtimenti eius.to.2.fo.277.A.et fo,287.E.

Quis me tetigit?to.1.fo.277.A.

Ecce princeps vnus acceſsit, & adorabat eum.Vide quomodo per viā laborum & calamitatum duxerit Deus hunc principem vt ad ſe accederet,et ipſum adoraret: ac propterea diſſerere poteris quomodo calamitates ac afflictiones nobis immittere ſoleat Deus,vt hoc quidem pacto ad ipſum conuertamur, & ad meliorem nos recipiamus frugem, qui hactenus in ſordibus & vitiis volutati ſumus.to.1.,o 276.H.

Et ſurgens Ieſus ſequebatur eum. Vide quomodo Chriſtus hunc humiliter ac perbenigne ſequeretur, & eius petitioni condeſcenderet: ac propterea quidem perquam commode diſſerere poteris quam præclara ſit humilitatis virtus,& quomodo ei incum-

bere

*bere debeamus, vt hoc pacto arrogãtiam omnem & ſuperbiam a nobis quam longiſsime propellamus. to. 2. fo.342.c.*

*Non eſt mortua puella, ſed dormit. Dic quomodo mors bonorum potius videtur appellandus ſomnus, quam mors atq. interitus, et idcirco differere etiam poteris quantũ diſtẽt & quã longiſsimo interuallo & intercapedine ſeparẽtur et diſtinguantur, mors bonorũ et interitus malorũ ac impiorũ hominũ. to.1. fo. 409.G.*

## Dominica 24. poſt Pentecoſten.

*Cum videritis abominationem deſolationis, quæ dicta eſt a Daniele propheta ſtantẽ in loco ſancto. Mat. 24. Mar. 13. Luc. 21.*

*Sicut fulgur exit ab oriente, & paret vſq. in occidentem. to.1. fo. 76 G.*

*Cũ videritis abominationẽ. Dic quomodo prima pars euangelij tractet de grauiſsimis illis calamitatibus et afflictionibus quæ ſuperuẽturæ ſunt tẽpore ipſius nequiſsimi Antichriſti, ac propterea ſi voles differere poteris quomodo calamitates ipſæ, labores et afflictiones, nos in timore domini Dei noſtri contineant & nobis quaſi frænum quoddam iniiciant, ne in mundi delicias nos præcipitemus, tum etiam quam præclare nos inſtruant & erudiant, vt caute quidem & circumſpecte nos geramus in noſtris actionibus & operibus. to.1, fo.151.B.*

*Niſi abbreuiati fuiſſent dies illi nõ fieret ſalua omnis caro. Differere hoc loco poteris, quomodo ſit nobis optimus adiutor Deus in opportunitatibus, et quomodo nobis ſubueniat ac ſuccurrat cũ nobis vtile & cõmodũ fore conſpexerit. to.2. fo.129.F.*

*Sol obſcurabitur, & luna non dabit lumen ſuum. Dicere quidem poteris appoſitiſsime, quam ſit formidabile & horribile iudicium extremũ, quamq. eius conſideratio debeat homines compeſcere & frænare, ne in vitia turpiſsime labantur. tom.1. fo. 220.D. et fo.229.D.*

## Sequuntur feſta mobilia.

## In die Aſcenſionis Domini.

*Recumbentibus vndecim diſcipulis, apparuit illis Ieſus. Marci.16. & Lucæ.24.*

*Illi autem profecti prædicauerunt vbiq. domino cooperante. to.2. folio 242.H.*

*Exprobrauit incredulitatẽ illorũ & duritiam cordis. Vide quã patientiſsime ſuſtinuerint humiles diſcipuli huiuſmodi reprehẽſionẽ, & correctionẽ domini. Sed tamẽ hoc tẽpore pauciſsimos admodũ reperias qui patienti aure correctiones ipſas audire velint, et eiſdẽ parere. to 2. fo.45.G.*

*Et duritiam cordis. Differere quã commode poteris, quã ſit noxia, perniciosiſsima, et lethalis, duritia ipſa & cordis obſtinatio, quæ in pleriſq. improbis viris cõſpicitur. to.2. fo,248.B.*

*Euntes in mundũ vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Dic quomodo prædicatores quidẽ ipſi & euangelizantes Dei verbum, ſint nuntij & miniſtri dei, qui per mundum longe, lateq. diſcurrentes, annũtiant ipſi homini doctrinã cæleſtem & ſalutarem to.1, fo.425.H.*

## In die ſanctiſsimo Pentecoſtes.

*Si quis diligit me, ſermonem meũ ſeruabit. Ioan.14.*

*Ad eum veniemus, & mãſionem apud eum faciemus. tomo. 2. folio. 115.G. Pacem meam do vobis. tom.1. fo.320.D*

*Qui nõ diligit me, ſermonem meũ non ſeruat. Opportune quidem hoc loco & tempeſtiue differere poteris & tractare, quales eſſe debeant auditores verbi Dei, & quibus conditionibus præditi eſſe debeant, vt fructuoſe poſsint Dei verbum audire, et ex eo vtilitatem maximam reportare, & ampliſsimos progreſſus. to.1. fo.371.H & to.2. fo.282.H.*

*Ille vos docebit omnia, & ſuggeret uobis omnia. Dic quam varijs & mirificis modis nos ſoleat Deus in anima ipſa interius inſtruere & erudire, ſuggerẽdo ea quæ ad animæ noſtræ ſalutem, incolumitatẽ & profectum pertinent & ſpectant. to.2. fo.216.D.*

*Non quomodo mundus dat, ego do vobis. Differere recte poteris, quam ſit impoſtor mundus, & quãtis dolis fraudibus, fallaciis, & impoſturis abundet, vt hoc quidẽ pacto in ſuos laqueos poſsit pellicere varios & attrahere, nec facili quidẽ negotio poſsint et valeãt ſe a tãtis nodis & laqueis enodare & extricare. to.1: fo.192.B.*

*Non turbetur cor veſtrum, neque formidet. Dic quam firmiter & conſtanter, atq. intrepide debeamus virtuti ipſi incumbere & inſudare, adeo vt nullis titillationibus & laſciuiis mundanis, nullaq. dæmonis arte atq. fallacia commoueamur vnquam et deturbemur a virtutis curſu & complexu, ſed firmiſsime perpetuo ipſi adhæreamus, & nos totos ei tradamus & mancipemus. to.1. fo.32.A.*

## Feria 2. poſt. Pentecoſten.

*Sic Deus dilexit mũdum vt filium ſuũ vnigenitum daret. Ioann. 3. cap.*

*Sic Deus dilexit mundum.. to.1. fo. 369.A, & to.2. fol.234.C.*

*Vt omnis qui credit in eum non pereat. Differere poteris quã multi ſint qui videantur iam penitus metum*

omnem

*omnem & formidinem a ſe quam lõgiſſime propuliſſe & abieciſſe, pœnarum & tormẽtorum tartareorum ac inferni, cum tamen tã duratura ſint, et in ſempiternum protendenda tum etiam longe grauiſſima ſint & atrociſſima, & quæ obnixe velis et remis adhibitis fugere debeamus.* to. 1. fo 410 H.

*Sed habeat vitam æternam.* Dicere quidem poteris, quam auide & ſitienter gloriam ipſam & beatitudinem ſempiternam deſiderare & appetere debeamus, quantaque ſit eius pulchritudo, decor, & excellentia, adeo vt facile ſi vel modicum tãtum eius ſuauitas & dulcedo etiam cogitatione attenta hic delibetur, omnes poſt ſe trahat, & currere faciat in odorem vnguentorum ſuorum to. 1. folio 331. E.

*Non enim miſit Deus filium ſuum in mundum, vt iudicet mundum.*

Tractare quidem accurate poteris, quã facile ſtatim ſoleamus nos alienam vitam, & facta explorare, ac temeraria iudicia proferre: & etiam quanta ſint reprehenſione digna talia iudicia temeraria, & quam diligentiſſime ea fugere ac vitare debeamus, ſi modo animæ noſtræ saluti cõſultum cupimus. to. 2. fo. 22 D.

*Qui male agit, odit lucem, & nõ venit ad lucem, vt non arguantur opera eius.* Accommodatiſſime profecto, & peropportune hoc loco differere et tractare poteris quã ſit frugiferum & vtile, ſalutaria monita et correctiones audire, atq. ipſis quidẽ parere ac obtẽperare, ſicut ſerui Dei factitare conſueuerunt: at vero impÿ homines & improbi, ſalutares correctiones, reſpuunt ac fugitant, neq. ipſas etiam auditu ſolo dignas eſſe iudicant, ſed potius pro ſuo arbitratu faciuntq. & viuunt, obſurdeſcentes cum quis vtiliter ipſos monet & ſalubriter quidem exhortatur to. 1. fo. 30. F. et to. 2. fo. 324. C.

## In feſto ſanctiſsimæ Trinitatis.

*Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra Mat. 28.*

*Docete omnes gentes.* tom. 1. folio. 162. G.

*Data eſt mihi omnis poteſtas.* Hic dicere poteris quod quãuis Chriſtus dominus omnem haberet poteſtatẽ nihilominus tamen cum in corpore mortali viueret, noluit ad prædicandum accedere niſi trigeſimum attigiſſet annum: vt inde intelligãt qui concionandi munere fungi volunt, quod debitam ætatem etiam præter cætera requiſita habere debeant, ne fortaſſe propter iuuenilem nimis ætatem, perexiguos aut fere nullos reme terent & reportarent fructus. tom. 1. fo. 58. D.





*Docete omnes gentes.* Differere quidem hoc loco appoſitiſſime poteris, quanta eſſet, quamq. ineffabilis charitas & amor Chriſti domini, qui quãuis multas excepiſſet iniurias, cõtumelias, & oprobria, nõ ſolum a Iudæis, ſed etiam a gẽtilibus, nihilominus tamẽ tãquam horũ omnium oblitus, intendit commodũ & vtilitatẽ totius mũdi, præcipiendo apoſtolis vt doceãt vniuerſum mũdũ, et catholica doctrina informẽt ac erudiãt: poteris etiam differere quãta ſit præſtantia & excellentia ipſius charitatis & pietatis. to. 2. fo. 80. D

*Ecce ego vobiſcũ ſum vſq. ad cõſũmationẽ ſeculi,* Tractare poteris quomodo Deus nobiſcũ etiã aſſidue verſetur et habitet ſuis diuinis inſpirationibus, tũ etiã illuminãdo nos & erudiẽdo per ſuos nuntios & angelos, qui nobiſcũ etiã verſatur & cõmorãtur. to. 2. f. 220. B Tũ etiã differere poteris quod cũ ante Dei quidem præſẽtiã poſiti ſimus, & nihil poſſit eius cõſpectũ ſubterfugere, cũ omnia nuda ſint & aperta oculis eius, debemus propterea diligẽter & accurate præcauere ne turpe aliquid, et tãtæ maieſtatis oculis indignum admittamus, ſed reuerẽter & decẽter ante eius cõſpectũ verſemur, ne aliter tãtã offendentes maieſtatẽ & grauia quidem perpetrãtes ſcelera ac peccata, a Deo noſtro excluderemur propter turpitudinem & fœditatẽ noſtrã grauiſſimã & peſtilentem. to. 1. fo. 181. D.

## In feſto ſanctiſsimi corporis Chriſti,

*Caro mea vere eſt cibus. Ioan. 6. c.*

*Hic panis qui de cælo deſcẽdit.* to. 1. fo. 77. B & 362. H. *Qui mãducat hũc panẽ, viuet in æternũ* to. 2. fo. 328. G.

*Qui manducat meam carnẽ et bibit meum ſanguinem.* Appoſitiſſime quidem & conuenienter hoc in loco tractare, & fuſiſſime differere poteris & valebis, quanta cum reuerentia, deuotione, & præparatione animi, ſit accedendum ad ſacroſanctum & tremendum Euchariſtiæ ſacramentum ſi fructus aliquos, & eos quidẽ longe vberrimos & copioſiſſimos, inde percipere & referre exoptamus, aliter enim proculdubio ſi indigne accederemus, iudicium mãducaremus, & grauiſſimum incurreremus ſcelus. to. 2. fo 131. E.

*Qui mãducat me & ipſe viuet propter me.* Dicere hoc loco poteris, quãta animi puritate & humilitate accedere debeamus ad ſacroſanctã Euchariſtiã ſumẽdam ſi cupimus huiuſcemodi ſuauiſſimos fructus decerpere et delibare, qui nobis in hoc ſancto euangelio a Chriſto domino proponũtur. to. 2. fo. 382. E.

*Qui mãducat hũc panẽ viuet in æternũ.* Dicere hoc loco poteris, quam exiguos fructus propter culpã noſtrã

referamus ex ſacroſancto Euchariſtiæ ſacramento: ſiquidem tepide, & frigide ſolemus accedere ad ſumptionem huius ſacramēti, nec volumus nos vt oportet præparare et diſponere ad tam diuinum ſacramentum ſumendū & recipiendū. to. 2. fo. 328. B.

### Sequuntur feſta immobilia.

### In die Circunciſionis domini.

Poſtquā conſummati ſunt dies octo vt circūcideretur puer. Luc. 2.

Vt circūcideretur puer. Voluit quidem Chriſtus dominus circūcidi, ad inſtructionē & exemplū noſtrum nēpe vt intelligamus quod debeamus vitia noſtra amputare & diligenter circūcidere, præſertimque carnis vitia quæ nos plurimū quidē infeſtant & maximā nobis exhibent & infligunt moleſtiam, & quæ nobis quodā modo domeſtica eſſe vidētur. poteris etiam diſſerere quā grauiter & enormiter Deū offendāt illi qui luxuria & laſciuia difluunt ſeq́ carnis vitijs coinquinare conſueuerunt, ac propterea neceſſarium quidē eſſe vt circuncidant huiuſmodi vitia & ſcelera, ſi Deo placere et ante oculos eius digne apparere deſiderant. to. 2. fo. 99. D.

Vt circūcideretur puer. Poteris inſuper hoc loco tractare de lucta & pugna grauiſſima quæ inter carnē et ſpiritū cernitur, & quantū caro ipſa ſpiritui aduerſetur, contradicat & repugnet, ita vt paribus inter ſe ſtudijs, pariq́ appetentia non conſonent & cōueniant. to. 1. fo. 131. D

Vt circumcideretur puer. Diſſerere itē poteris quomodo vanos & ſuperfluos ſumptus & ornatus circumcidere & amputare debeamus, ne quid in nobis ſuperuacaneū & ſuperfluū reperiatur: Dic præterea quāta ſint reprehēſione dignæ ſuperfluitates quas faciunt pleriq́ homines tum in veſtitu, tum in ædificijs, & alijs huiuſcemodi domus & familiæ ſuæ ornamētis & apparatu, to. 1. fo. 324. B.

### In Epiphania Domini.

Cum natus eſſet Ieſus in Bethleem Iudæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Hieroſolymam. Mat. 2.

Turbatus eſt rex Herodes, & omnis Hieroſolyma cum illo. to. 1. fo. 10. A Sciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur. to. 2. fo. 143. B. Cum inueneritis renūciate mihi. to. 2 fo. 271. H Magi vidētes ſtellā gauiſi ſunt gaudio magno valde. to. 2 fo. 279. G.

Obtulerūt ei munera. to. 2. fo. 143. B

Turbatus eſt rex Herodes, Diſſerere quidem hoc loco accōmodatiſſime quibis, quomodo etiam principibus, regibus, & magnatibus, euenire interdū ſoleant variæ conturbationes ita vt hinc inde iactatus eorum animus, dum in dubio quidem eſt, facili ſane negotio paulo etiam momēto huc, illuc impellatur, & modo in his curis & ſolicitudinibus anxie verſetur, modo vero in alias ſubinde & identidē deſcendat cogitationes grauiſſimas, ac propterea etiam tractare quidē conuenientiſſime poteris et valebis quam ſint mutabiles & ad quamuis fere aurā flexibiles humanæ dignitates, & ſeculares, ſiue infimæ etiam ſint, ſiue maximæ, quā caducaq. ſæpenumero ſint dominia ipſa atq. imperia to. 1. fo. 66. D.

Et omnis Hieroſolyma cū illo. Poteris hic dicere quomodo vniuerſa Hieroſolyma & cūctus populus, vt popularem aurā ſibi cōciliaret Herodis, et eius familiaritatē aucuparetur & venaretur, ſe turbatos etiam oſtenderēt, ac plurimū ea de re gauderēt, et ſibi placerēt, Vnde etiam dicere poteris de adulatoribus, quomodo adulationibus ſuis, & ficto ac ſimulato vultu & geſtu, multos decipiant, ac fallant. to. 2. fo. 279. D.

Sciſcitabatur ab eis vbi Chriſtus naſceretur. Sic igitur hoc loco diſſerere poteris quomodo non ficte et ſimulate ſicut Herodes, ſed potius vere et ex animo cum probis & pijs viris cōſultare debeamus de his quæ ad animæ noſtræ ſalutem pertinent, vt hoc quidem pacto minus decipiamur & fallamur quin potius rectam quādam viuendi normā diſcamus, quæ maximum ſit emolumentum animæ noſtræ allatura. to. 2. fo. 310. A.

### In feſto ſanctæ Eulaliæ Brcinonenſis virginis & martyris.

Simile eſt regnum cælorum theſauro abſcondito in agro. Mat. 13.

Simile eſt regnū cælorū theſauro. to 1. fo. 95. C. et to. 2. fo. 278. G. vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum. to. 2. fo. 99. E. Exibūt angeli & ſeparabūt malos de medio iuſtorum. to. 1. fo. 16. C. & 230. G. & 234. B. & to 2 fo. 222. C. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. to 2. fo. 314. D.

Theſauro abſcōdito in agro. Dic quomodo veri theſauri in cælo inueniantur, ſed tamē auari homines in hac vita eos inueniunt. Vnde etiam dicere poteris quales ſint auarorū diuitū mores. to 1. fo. 405. D. et quā ſit deteſtabilis auaritia. to 1. fo. 210. D. et 252. H.

Præ gaudio illius vadit & vendit vniuerſa quæ habet. Dic quomodo hoc tēpore in rebus potius temporalibus ſolicitudo expendatur, & ideo tractare poteris quātū noceat cupiditas rerum tēporalium. to. 1. fo. 428. C & to. 2 fo. 314. H,

Homini negotiatori. Dic quomodo non perinde diligentes in bono atque in malo ſumus. to. 2. fo. 308. G. Item dic quod nō debemus eſſe negligentes in negotijs animæ cū dæmō ipſe excæcet negligētes vt pereāt. to. 2 fo. 10. B. diſſerere etiam poteris quā ſit pernicioſa ipſa otioſitas. to. 1. fo. 80 F. et 84. A. et to. 2. fo. 113. H.

## In feſto Purificationis beatiſſimæ Mariæ virginis.

*Poſtquã impleti ſunt dies purgationis Mariæ ſecundum legem Moyſi. Lu.2.c.*

*Par turturũ, aut duos pullos columbarũ.to,2.fo. 350.*D.

*Nunc dimittis ſeruum tuum domine.to.1.fo.410.*D.

*Ecce homo erat in Hieruſalẽ. Vide quã ſingularis mẽtio fiat de homine hoc qui erat in Hieruſalẽ, et quomodo nominatim dicatur quod homo erat in Hieruſalẽ, vt inde intelligas mirã paucitatẽ & penuriam talium hominũ, & quã ſit rara auis in terris. Vnde merito diſſerere propterea poteris, quomodo mali & deprauati homines ac vitiorũ ſentinæ, vix videantur hominis nomen promereri, cum præſtãtium & laudabilium hominum ſtudioſa opera & cum virtute coniũcta nõ faciant, ſed potius vitioſa & ignominioſa to.1.fo,67.*G.

*Venit in ſpiritu in tẽplum,* Dic *quã ſedulus fuerit obſeruator hic ſanctus ſenex, inſpirationum ſanctarũ, quæ ipſi a domino proponebãtur, cũ venerit in ſpiritu in templũ, ac propterea nos tã venerabilis ſenis propoſito nobis præclariſſimo & lucidiſſimo exẽplo, inſpirationibus diuinis acquieſcamus & pareamus, nequaquam ipſis contradicentes atq. reluctantes. to.1.fo.424.*D.*et to.2.fo.190,*H.

*Nunc dimittis ſeruum tuum domine ſecundum verbum tuum in pace.* Dic *quam vehementer deſideraret ſanctus ſenex Simeõ, ex hac mortali vita concedere & ſemigrare, cum ſibi videretur in ergaſtulo corporis poſitus. tanquã obſcuriſſimo quodã carcere concluſus & compeditus, & præſertim poſtquam cæleſtes & diuinas delicias cœperat deguſtare & delibare, quæ quidem efficiebant planiſſime atq. præſtabant: vt ſibi vileſcerent hæc terrena, atque deſiperent, & acerbiſſima atque inſipida iudicarentur. Vnde etiam merito profecto tractare poteris quam ſit nobis vtile & commodum, vt cæleſtia guſtemus & delibemus, vt hoc quidem pacto tandem aliquando terrena et caduca faſtidiamus: & contemnamus penitus.to.2.fo.84.*G.

## In feſto ſancti Thomæ de Aquino doctoris Eccleſiæ.

*Vos eſtis ſal terræ. Mat.5. Vide in feſto beatiſſimi patriarchæ & patris noſtri ſancti Dominici.*

## In feſto Annunciationis beatiſſimæ virginis Mariæ.

*Miſſus eſt Angelus Gabriel a Deo in ciuitatem Galileæ, cui nomen Nazaret, ad virginem deſponſatam viro cui nomen erat Ioſeph.* Lucæ,1.

*Dabit illi Dominus Deus ſedem*



*Dauid patris eius, & regnabit in domo* Iacob *in æternum.to.* 1.*fo.*289 C.

*Et ingreſſus Angelus ad eam.* Dic *quomodo inuenerit eam non in feneſtra, ſed in penetralibus domus poſitam, cum debuerit ad eam ingredi vt ipſam alloqueretur, ibi enim in ſolitudine poſita & a conſortio & turba ſemota orationi vacabat, & colloquijs diuinis, atque rebus cæleſtibus ac diuinis meditationibus intendebat. Vnde propterea tractare etiã appoſitiſſime quibis, quantum conferat atque conducat ſolitudo ipſa, & ſeceſſus a turba, vt hoc quidem pacto longe commodius poſſimus orationi intendere, & rebus diuinis, ac cæleſtibus meditationibus occupari.to.1.fo.* 316.B.

*Cogitabat qualis eſſet iſta ſalutatio.* Dic *quomodo nos prius diligentiſſime & ſolertiſſime cogitare debeamus ac meditari finem ipſarum rerum ne erremus et hallucinemur in ipſis medijs proſequendis et ſeligendis: atq. hoc quidẽ pacto diſcernemus commode cogitationes noſtras, neque ipſæ nos conturbabunt & protrudent in mala multa, ſicut in pleriſque præcipitibus & inconſideratis hominibus fieri paſſim videmus, & reipſa experimur.to.1.fo* 45.G.

*Ecce ancilla* Domini, *fiat mihi ſecundum verbum tuum. Appoſitiſſime profecto hoc loco, & commodiſſime docere poteris, quanti ſint fructus & vtilitates ipſius humilitatis quantaque bona & emolumenta ex ipſa nobis proueniant, atque promanent, vt hoc quidem pacto obuijs vt aiunt vlnis, eam complectamur & amplexemur.tom.1.folio.113.*B.*Tum etiam contra tractare poteris quanta incommoda & detrimenta nobis ex ipſa ambitione atq. ſuperbia proueniant & quam graue ſit ipſorum ſuperborum ac arrogantium hominum ſcelus, vt hoc quidem pacto ambitionem ipſam deteſtemur & ſuperbiam execremur ac toto conatu fugiamus, humilitatem vero ſtudioſe complectamur, & eam pro viribus retinere ac cõſeruare procuremus et connitamur.to.1.fo,136.*B.

## In feſto ſancti Franciſci de Paula ducis inclyti fratrum minimorum.

*Nolite timere puſillus grex, quia complacuit patri ueſtro dare vobis regnum.* Luc,12.

*Facite vobis ſacculos qui non veteraſcunt.to.2.fo.302.*A.

*Nolite timere.* Tractare *quidem poteris, quomodo boni cum* Deum *habeant ſibi propitiũ, & ipſos iuuãtem, nequaquam timeant malos, quum ipſi ſatis mali ſua conſcientia ſint iã perterriti & conturbati, & non diſtent procul ab inferni ſempiternis pœnis, quæ ipſos manent, in perpetuũ*

*quidem duraturæ, & a quibus ſe extricare nulla vnquam ratione et pacto poterunt ac valebunt. tom.2.fol. 263.F.*

*Puſillus grex. Dic quomodo delectetur Deus puſillis et humilibus viris, quātūq. placeat Deo ipſa humilitas quæ nō inflatur, nec ſe extollit, ſed potius deijcit ac demititt propter Deū Sed tamē iam propemodum nunc in mundo videtur huiuſmodi virtus extincta, ac prope delcta, cū regnet ābitio et ſuperbia, ac lōge lateq graſſetur, & imperiū ſuū protēdat, & fines producat Merito propterea atq. optimo iure tractare poteris & diſſerere quāta ſit ambitio ipſa hominum hoc præſertim tēpore, & quibus etiā rebus talis ambitio conferri valeat & comparari to.1.ſo.53.A.*

*Vendite quæ poßidetis, & date eleemoſynā. Dic quomodo hæc doctrina potißimū dirigi videatur ad eos qui non ſolū præcepta, ſed etiam ſalutaria cōſilia euāgelica obſeruare volūt & ad perfectionis culmē paulatim conſcēdere & peruenire optāt. Quod inſtitutū ſi libuerit paulo fuſius proſequi ac protēdere. vide to 2.ſo. 125.H,*

*Date eleemoſynam. Hoc quidē loco conuenientißime tractare & fuſe diſſerere poteris quam ſit pretioſa ipſa eleemoſyna, quantaque apud altißimum impetrare valeat et adipiſci. to.2, fo.26.B.*

## In feſto natiuitatis ſancti Ioannis Baptiſtæ.

*Elizabeth impletum eſt tempus pariendi. Luc.1.*

*Peperit filium. Dic quantopere triſtarentur ſanctißimi coniuges Ioachim & Anna cum viderent ſe iam morti appropinquare, nec tamen habere ſucceſſores liberos, quibus poßēt bona ſua et locupletißimas opes relinquere. Vnde merito atque optimo iure tractare appoſitißime poteris, quomodo ſubuenit nobis Deus optimus maximus in grauioribus periculis & neceßitatibus. to.1.fol.314.F.*

*Quia nemo eſt in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Dic quomodo quāplurimi reperiātur, qui facile ſtatim glorientur de generis ſui nobilitate clariſq. ſtēmatis, & quidē multo magis quā quod ſint ſerui Dei. Vnde cōuenienter diſſerere poteris, quā ſit turpißimum et ignominioſißimū, de genere potius atq. proſapia gloriari, quam de virtutibus & laudabilibus animæ ipſius ornamentis. to.1. fo.64.H. & fo.442.D.*

*Benedictus dominus Deus Iſrael. Dic quā gratū ſe exhibeat, & vere quidē oſtēdat, ipſe ſenex Zacharias, ante dominū, pro acceptis beneficijs, & ſibi diuinitus collatis et cōceßis. Itaq. cōmode hoc loco tractare poteris, quāta gratitudine præditi & exornati eſſe debeamus. to.2.fo.83.E.*

In



## In feſto ſanctorum apoſtolorum Petri & Pauli.

*Venit Ieſus in partes Cæſareæ Philippi. Mat.16. Mar.8. & Luc.9.*

*Quem dicunt homines eſſe filium hominis? to.1.fo.247.E & 295. B. & 311.D. & .333.H. Vos autē quem me eſſe dicitis? to.1.fo 344.A.*

*Ego dico quia tu es Petrus. tom. 1.fo.174.D. Et portæ inferi non præualebunt aduerſus eam. tom.1.folio. 356.H.*

*Vos autē quem me eſſe dicitis? Dic quomodo Chriſtus dominus altiorē quandā & ſubtiliorem cognitionem ſui expectaret ex ipſis diſcipulis, quā in popularibus requireret. Vnde poteris etiam copioſe proſequi, quomodo Eccleſiaſtici viri debeant magis virtuti incumbere. to.2.fo.139.B.*

*Et tibi dabo claues regni cælorum Hoc quidem loco appoſitißime quidem & conuenientißime tractare & fuſißime poteris & valebis, quāta ſit quamque maxima ſacerdotis ipſius dignitas. Qua de re & inſtituto lege, to.2.fo.47.E.*

*Et quodcunq. ligaueris. Dic quam egregie quidem & perliberaliter cōpenſet Chriſtus confeßionem quam Petrus fecerat de ipſo, vt inde intelligamus ſane apertißime, quam ſit liberalißimus retributor & remunerator Deus optimus maximus. to.2.fol. 5.H.*

## In feſto viſitationis beatiſsimæ virginis Mariæ.

*Exurgens Maria abijt in montana cum feſtinatione. Luc.1.*

*Vnde hoc mihi vt veniat mater Domini mei ad me? to.1.fo.370.D.*

*Exultauit in gaudio infans in vtero meo. to.2.fo.278.G. Magnificat anima mea Dominum. to.2.fo. 126.B.*

*Abijt in montana. Dic quomodo tota Mariæ vita fuit aſcēſus quidā de virtute in virtutē, donec vidit tādem Deum deorū in Sion. Vnde apte quidem diſſerere poteris, vt nos pariter exēplo virginis proficiamus ſemper de virtute in virtutem, donec tādem ad perfectionis montem conſcēdamus & perueniamus. to.2.fo. 124. D. & 312.D.*

*Cum feſtinatione. Dic quomodo quæ ad Dei cultum et obſequium ſpectant, non quidē frigide & ſomnolenter, ſed excitatißime ac diligētißime præſtanda ſunt & efficienda. Ac propterea ſane debemus omnem tarditatem, & tepiditatem quam longißime ab ipſo animo noſtro expellere atque propellere. to.2.fo. 275. H Nam certe ſecordia noſtra, ſomnolentia, et tarditas grauißima & maxima eſt circa ea exercenda quæ ad virtutem ipſam pertinent & ſpectant. to. 1.fo. 302.F.*

*Et viſitauit Elizabet. Dic quomodo piißima virgo & miſericors cha-*

ritate quadam incenſa & inflammata, viſitauit ipſam Elizabeth cognatam ſuam: ac propterea nos tãto virginis, tamq. ſingulari propoſito exemplo, debemus viſitare miſerabiles perſonas, & in carcere poſitas, vel in firmitate aliqua detentas, vel alia calamitate oppreſſas to1. fol. 297. E.

In feſto beatę Mariæ Magdalenæ.

*Rogabat Ieſum quidam phariſæus Lucæ 7. cap.*

*Lachrymis cæpit rigare pedes eius to. 1. fo. 174. D.*

Duo debitores erant. tomo 1. folio 14. B.

*Vide præterea fuſiſſime & copioſiſſime explicatum hoc euangelium & conuerſionem ipſius Magdalenæ feria 5. poſt dominicam in paſſione. tom. 2. fo. 285. C*

In feſto beati Iacobi Apoſtoli.

*Acceſſit ad Ieſum mater filiorũ zebedæi. Matthæi. 10.*

*Vide hoc euangeliũ prolixe et uberrime quidem explicatum & declaratum feria 4. poſt ſecundam dominicam Quadrageſimæ, to. 1. fo. 381. D.*

In feſto ſanctiſsimi Patriarchæ Dominici patris noſtri.

*Vos eſtis ſal terræ. Mat. cap. 5. Mar. 9. Luc. 14.*

*Vos eſtis lux mundi,* Tom. 2. fo. 139 C. & 264. E.

*Sic luceat lux veſtra coram hominibus tom. 1. fol. 128. E & fol. 376. H, & fol. 377. C. & tomo. 2. folio. 132. E.*

*Vos eſtis ſal terræ. Hoc ſane loco fuſiſſima & prolixa oratione diſſerere poteris & explicare qualis eſſe debeat prælatus, & quas conditiones habere debeat & poſſidere. tomo. 1. fol. 36. F. & tomo 2. folio 130. E.*

*Sic luceat lux veſtra coram hominibus, vt videant opera veſtra bona Diſſerere quidem poteris copioſe quã ardenter & obnixe virtutem quidẽ ipſam ſequi atque complecti debeamus. tomo. 2. fol. 212. C. Tum præterea quam maxima ſit atq. intolerabilis pigritia noſtra & ſecordia in virtutis curſu ſtrenue & iugiter proſequendo to. 1. fol. 302. E.*

*vt videant opera veſtra bona. Dic quomodo concionatores ipſi facere debeant, & executione quidem diligentiſſima præſtare, ea bona & ſtudioſa opera quæ prædicant alijs facienda tomo. 1. fol. 378. B.*

In feſto transfigurationis Domini.

*Aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobũ & Ioannem fratrem eius, & duxit illos in montem excelſum ſeorſum, & transfiguratus eſt ante eos. Mat. 17. Mar. 9. Luc. 9.*

*Bonum eſt nos hic eſſe tomo 1. fol. 312. f. & 326. H*

*Ceciderunt in faciem ſuam & timuerunt*

ELENCHVS IN EVANGELIA.

*muerũt valde to. 1. atque fol. 10. B. Vide præterea huius euangelij fuſiſſimam & copioſiſſimam explicationẽ & declarationem ſabbatho poſt 1. Dominicam Quadrageſimæ, & dominica 2. Quadrageſimæ tomo 1. folio. 309. H.*

In feſto ſancti Laurentii Martyris.

*Niſi granum frumenti cadẽs in terram mortuum fuerit, ipſum ſolũ manet Ioan. 12.*

*Si autem mortuum fuerit, multũ fructum adfert. Diſſerere quidẽ hoc in loco fuſiſſime poteris, quam ampliſſima reportemus præmia, & quã vberrimos metamus fructus, ex laboribus ipſis et calamitatibus, quas propter amorem Chriſti patientiſſime quidem ſuſtinemus et toleramus. to. 1. fol. 391. E.*

*Qui amat animam ſuã perdet eã dicere poteris accõmodatiſſime, quo tandem reducantur et redigãtur delicia ipſæ mundane et delicioſi homines, qui vitam ducunt delicatam, neque manum admouere volunt alicui laborioſæ rei, ſed eam potius retrahunt. to. 1. fol. 406. F.*

*Me ſequatur. Dic quam ſit ſalutare vt Deum ſequnamur. Tom. 1. folio. 217. D.*

*Honorificabit eum pater meus. diſſerere hoc loco poteris quam ſit liberaliſſimus remunerator Deus, laborum pro ipſius nomine perpeſſorum et toleratorum tom 1. folio. 329. C.*

In feſto Aſſumptionis beatiſſimę virginis.

*Intrauit Ieſus in quoddam caſtellum. Luc. 10.*

*Sedens ſecus pedes domini, audiebat verbum illius. Diſſerere poteris fuſa quadam oratione, quanta cum auiditate debeant auditores Dei verbum audire. tomo 2. fol. 106. A. Tum præterea quod animæ ſaluti diligenter incumbamus. tomo. 1. fol. 422. G. et to 2. fol. 294. F.*

*Item tractare poteris, quod mali nõ audiant quidem libenter verbũ Dei. tom. 2. fol. 321. A.*

*Martha autem ſatagebat circa frequens miniſterium. Diſſerere hoc loco poteris, quam diligentes eſſe debeamus, et ſeduli in diuinis obſequijs, et quam frigidi ſint multi, et in hyeme verſentur. to. 2. fol. 275. F.*

*Turbaris erga plurima. Dic quomodo hæc ſancta mulier tota occuparetur in varijs obſequijs Deo præſtandis, at vero multos uideas hoc tempore qui ſe rebus inutilibus et friuolis applicant, neque ad ædificationem animæ pertinentibus. Vnde appoſite quidem dicere poteris quantum incõmodent et obſint uanæ curioſitates. to. 1. fol. 434. G.*

In feſto beati Auguſt. Eccleſię doctoris.

*Vos*

*Vos eſtis ſal terræ. Vide in feſto beati Dominici.*

## In feſto Natiuitatis beatiſſimæ virginis

*Liber generationis Ieſu Chriſti Matthæi* 1.

*Liber generationis* Ieſu Chriſti. *diſſerere poteris quā apertū ſit ex obitu horū qui recēſentur in hoc catalogo, certam nos manere mortē ipſā, cū nobis in* 42. *generationibus tot viros, fæminasq. propoſitas videamus, qui omnes mortui fuerūt. Appoſite igitur tractare poteris, quod mors nemini quidē parcat.tom* 2.*fol*.182.B.

*Poteris præterea diſſerere, quā ſint caduca mūdana, cū tot videamus reges, principes et monarchas ſuū obijſſe diē, et aliquos ex his fortaſſe cū ſūmo dedecore et ignominia to*.2.*fo*.341. B *dic etiam quam ſit vtile vt mūdi gloriam contemnamus to*.1.*ſol*.41.G.

*Inſuper etiā dicere poteris quomodo ex alienis periculis exēplū ſumere debeamus, cū videamus neminē ex tā multis euaſiſſe mortē.to*.1.*ſol*. 412. H.

## In feſto exaltationis ſanctę Crucis.

*Nūc iudicium eſt mūdi. Ioan*. 12. *cap*. *Ego ſi exaltatus fuero à terra omnia traham ad me ipſum tom*.1.*fol*. 362. G.*&* *fol*.369.D.

*Dicere poteris quanta ſit reuerentia digna Crux Chriſti domini. tomo*. 1. *fol*.362.G.

*Ego ſi exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipſum. Tractare quidem hoc loco cōmode poteris quāta ſit Dei prouidentia circa nos. tom*. 1.*fol*.421 E.

*Hoc autē dicebat ſignificās qua morte eſſet moriturus. Tractare quidē poteris curtā ſæpiſsimæ mors ipſa et paſſio Chriſti nobis ad memoriā reducatur.to*.1.*fol*.111.E.*Tū etiam quantum conferat & conducat ipſius aſsidua meditatio to*.1.*fo*.386.G.

*Nos audiuimus ex lege, quia Chriſtus manet in æternū &c. dic quomodo malitia horū phariſæorū animos excæcaret, tū etiam quātopere tales ſint reprehendendi.to*.2.*fol*.329.C.

## In feſto beati Matthæi apoſtoli & Euangeliſtæ.

*Cum tranſiret Ieſus, vidit hominē ſedentem in Teloneo Matthæum nomine Mat* 9, *Mar*.2.*Luc*.5.

*Sedentem in Teloneo. Dic quam deteſtabile vitiū ſit vſura, quæ interdū exercetur ab his qui ſedent in Teloneo to*.1,*fol*.251.E.*dic etiā quomodo iſti tales auaritia laborēt.t*.2.*f*.141,B. *Surgens ſecutus eſt eū. Dic quomodo ſurgere debeamus à vitijs, & ad dominū cōuerti, & pænitentiā vere atq. ex animo agere tom*.1.*fol*.49. H.

*Quare cum publicanis & peccatoribus. Dic quanta & quam acri reprehenſione digni ſint detractores ipſi & murmuratores to*.1.*fo*.306.E.

In



## In feſto ſancti Michaelis archangeli.

*Acceſſerunt diſcipuli ad Ieſum, dicētes, quis putas maior eſt in regno cælorum? Mat*.18.*Mar*.9.Luc.9.*atque* 17.*capite*.

*Niſi quis humiliauerit ſe ſicut paruulus iſte.tomo*.1.*folio*.313.H.*&* *tom*. 2.*fol*.335.B.*Expedit ei vt ſuſpendatur mola aſinaria.to*.2.*folio*. 206. D. *Si oculus tuus ſcandalizat te.tomo*. 2.*fol*.94.F. *Angeli eorum ſēper vidēt faciem patris mei qui in cælis eſt.to*. 1.*fo*.213.H.

*Dicere etiam hoc loco appoſitiſsime poteris, quomodo fuerint angeli ipſi ad noſtrum miniſterium a Deo optimo maximo creati.tomo* 1.*folio*. 213 C.

*Et efficiamini ſicut paruuli. Dic de humilitate, quam mirifice nobis ſub his uerbis commendetur to*. 1.*fol*. 43, D.*&* 155.G.

*Videte ne contemnatis. Dic quomodo etiam pauperes contemnere nō debemus tom*.1.*fo*.408. A.

## In feſto beati Hieronymi Eccleſiæ doctoris.

*Vos eſtis ſal terræ Mat*.5.*Vide in feſto beati Dominici.*

## In feſto beati Franciſci confeſſoris, & ducis inclyti fratrum *Minorum*.

*Confiteor tibi pater, domine cœli & terræ. Matt*.11.*Luc*.10.

*Abſcondiſti hæc a ſapientibus & prudentibus & reuelaſti ea paruulis. tom*.1.*fol* 44.g.*&* 385.H.*&* *tom* . 2. *fol*.152.F *Sic placitū fuit ante te to*. 2.*fol*.296.C *venite ad me omnes qui laboratis.tom*.1.*fo*.61.E.*&* *fol*.109.D. *&* 277.C.*&* 287.C *&* 367.H.*&* 432 E.*Et to*.2.*fol*.251.A.*&*.301.H.*&* 340 F.*Diſcite à me quia mitis ſum, & humilis corde to*.1.*fol*.43.H.*&* 114.A *&* 428 A,*et to*.2.*fol*,257.D.*et* 334. D. *et* 361.C.*iugum meum ſuaue eſt.tom*. 1. *fol* 396.A.*et to*.2.*fol.præterea* 212. G.

*Confiteor tibi pater. Idem eſt ac ſi diceret, gratias ago. Vbi diſſerere poteris quam grati eſſe debeamus Deo et hominibus.tom*.1.*fol*.118.F.

*Reuelaſti ea paruulis, Quaſi dicat non ambitioſis. Vnde tractare poteris quam ſit ambitio ipſa deteſtabilis et execrabilis tom*.1.*fol*.114 E.*et* 129. A *et* 145.E.*et* 205.D.*et* 380.B *atq. etiā* 392.H.

*Diſcite a me quia mitis ſum et humilis corde*. Tractare *præterea hoc quidem loco poteris, quāti ſit momēti manſuetudo ipſa et patientia.tom*. 2.*fol*.15.E.

## In feſto omnium ſanctorum.

*Videns Ieſus turbas aſcendit in mōtem. Mat*.5.

*Beati pauperes ſpiritu. Tom*.1.*fo*.25 F.&

F.et 97.C.et 356.A.et to.2 fol. 93. C. Beati qui lugēt tom.2.fol 180.H. bea ti qui eſuriunt et ſitiunt iuſtitiam to. I fol.366.D. Beati miſericordes to. I. fol.232.H. Beati qui perſecutionem pa tiuntur propter iuſtitiam to.I.fol.29. H. Beati eſtis cum maledixerint vo bis homines, tomo 2.fol,152.F.

Beati pauperes ſpiritu. Tractare pote ris quomodo debeamus paupertatem ſtudioſe complecti.tomo. ſecundo. fol. 92.G.

Beati mites. Dic de patientia & mã ſuetudine quanti ſint momenti tom. 2.folio. 15.E.

Gaudete & exultate, quoniam mer ces veſtra copioſa eſt in cælis. Hoc lo co ſi voles, diſſerere poteris, quantope re ſpes ipſius præmij nos ad laborem inuitet.to.2.fol.122.A.

## In commemoratione omnium fi delium defunctorum.

Amen, amen dico vobis, quia ve nit hora, & nunc eſt, quando mortui audient vocem filij Dei. Ioan.5. cap.

Venit hora, & nunc eſt.tom.2. folio. 83.D.

Quando mortui. Tractare poteris de conſideratione mortis quantum cõ ducat.tom. I.fol.91.E. Item quam ſit laudabile mortuos ſepelire.to.2.folio. 183.D.

Audient vocem filij Dei, & qui au dierint viuent. Hoc loco tractare etiã poteris de vltimo iudicio, & dicere quale & quam horribile futurum ſit tom.I,fol.224.H.

Qui vero mala egerunt, in reſur rectionem iudicij. Quaſi dicat, condē nabuntur. Poteris igitur tractare de atrocibus ſiue maximis inferni pænis tomo.I.fol.233.C.& tomo 2.fol.137. H,& 146.C.

## In feſto dedicationis Ec cleſiæ.

Ingreſſus Ieſus perambulabat Hie rico, & ecce vir nomine zachæus. Lu. 19.

Zachæe feſtinans deſcende. tomo 2. fol.41.F.

Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus to.2.fol.51.B. venit e nim filius hominis quærere, & ſaluũ facere quod perierat. to,2 fol.373.G.

Poteris quidem hoc die accommo datiſsime diſſerere & tractare, quã magnifice & ſumptuoſe templũ Dei extrui & ornari debeat.tom.I.folio. 239.F.

Templa præterea & dies feſti, quã ta in veneratione habenda, tomo.2. fol,139.H.

Murmurabant dicētes quod ad ho minem peccatorem diuertiſſet. Tra ctare poteris de conditione malorum quam peſsima ſit, & quod mali tales exiſtimant reliquos, quales ipſi ſunt. to.2.fol.57.B.

Ecce



Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus. Tractare poteris ſi vo les, quomodo Zachæus prænimia cupi ditate rerum temporalium, plurima hinc inde corraſiſſet & conuaſaſſet fortaſſe, quæ reſtituere deberet. Vnde etiam commodatiſsime quidem & appoſitiſsime diſſerere poteris, quam multi ſint qui cupiditate nimia rerũ temporalium, & bonorum terreno rum excæcentur, & propemodum e tiam dementen tur. tomo primo. folio 240.H.

## In feſto beatæ Catherinę virginis & martyris.

Simile eſt regnum cælorum decem virginibus. Mat.25.

Domine, domine aperi nobis. tom. primo folio.16.B.& 73.B.& tomo 2. folio 168.F.& 247 H.& 267. C.

Amen dico vobis, neſcio vos. to. pri mo fol.190.A.

Simile eſt regnum cælorum. Tra ctare quidem hoc loco fuſe, & per quam opportune poteris, cur regnum cælorum rebus creatis & temporali bus ac terrenis conferatur & compa retur. Qua de re conſule tom. I. folio. 78,G & fol.82.G,

Vigilate itaque quia neſcitis diem neque horam. Diſſerere hoc loco pote ris, quam caute & circunſpecte viuē dum nobis ſit in hoc ſeculo. tom.I.fo. 390.F.

Neſcitis diem neque horam. Tra ctare poteris quam incerta ſit hæc mortalis vita noſtra & caduca, quã que minimam ſecuritatē habeamus tomo primo folio 203.C.& 387.H. Tũ præterea tomo ſecundo folio.293.D.

## In feſto ſancti Andræę Apo ſtoli.

Ambulans Ieſus iuxta mare Ga lilææ, vidit duos fratres. Matthæi 4. Marci I. Lucæ.5.& Ioannis primo ca pite.

Relictis retibus ſecuti ſunt eum.to. I.fol.382.H,

Faciam vos fieri piſcatores hominũ Tractare hoc loco aptiſsime poteris, quã liberaliſsimus et ampliſsimus qui dem remunerator & retributor ſit Deus tom.I.fol.174.C,

Relictis retibus & patre ſecuti ſũt eum. Diſſerere commodiſsime hoc lo co poteris & valebis, quanta ſit vis & efficacia verbi Dei, quantaſque ha beat uires & robur.tomo primo folio. 95,E.& to.2.fol.118.F.

Secuti ſunt eum. Tractare poteris quantum nos impediant & retardēt ſecularia ipſa negotia, quo minus ſpi ritualia ſequamur, & diligentiſsime atque accuratiſsime quidem comple ctamur. Tomo ſecundo fol.136.F. & 143.G.

## In feſto conceptionis beatiſsimę virginis Mariæ.

Liber

*Liber generationis. Mat.1.Hoc Euã gelium fuſiſſime quidem explicatum inuenies in feſto Natiuitatis virginis Mariæ.*

## In feſto ſancti Thomæ Apoſtoli.

*Thomas vnus ex duodecim qui dicitur didimus. Ioannis. 20. capite* Hoc *Euangelium habes dominica in Albis.*

## In feſto Natiuitatis domini noſtri Ieſu Chriſti.

*In principio erat verbum. Ioannis.*1.

*Omnia per ipſum facta ſunt. tom. primo folio.* 313.F. *Quotquot autem receperunt eum, dedit illis poteſtatẽ filios Dei fieri.tomo* 1.*folio.*64.*B.et folio.*162.D.*et folio* 258.H.*verbum caro factum eſt tomo*2. *folio* 165.F.

Gloriam *quaſi vnigeniti à patre plenum gratiæ et veritatis. tomo primo ſolio* 338.D.

*Verbum caro factum eſt, Tractare hoc loco et diſſerere accommodatiſſime quidem et fuſiſſime poteris, quã tum et quam maximum fuerit hoc Dei beneficium erga nos, quod ſcilicet pro nobis homo factus ſit, vt inde intelligamus quanta ſit ſecordia. et negligentia noſtra circa ſalutem animæ. propterquam Deus in aſſumpta carne tanta pati voluit et ſuſtinere tormenta. tomo ſecundo folio* 97.H. T*um præterea dicere poteris quod ſi tantum Deus in honorem et vtilitatem noſtram quidem fecit, non debemus nos eſſe ingratі, ſed potius Dei honorem ſemper quærere. tomo ſecundo folio.*157.H.

*Inſuper tractare poteris quod inter duo quidem animalia Chriſtus dominus noſter naſci voluit, vt intelligant qui cæteris præſunt, quomodo medium in ſuo regimine et gubernatione tenere debeant. tomo primo. folio.* 51.D. *Tum præterea vt intelligamus quam ſit vitioſa ipſa perſonarũ acceptio tomo. ſecundo folio.*31.H.

*Rurſus etiam dicere poteris quod pauper quidem atque humilis naſcatur, vt nos doceat et erudiat quantopere ſuperbiam ipſam et ambitionem deteſtari et auerſari debeamus. tom. primo. fol.* 145.*B.et folio.*262.C.

## In feſto ſancti Stephani protomartyris.

*Ecce ego mitto ad vos prophetas, et ſapientes, et ſcribas.* Matthæi 23. *Lucæ,*13.

*Ego mitto ad vos prophetas. tomo.*2 *fol.*305.E,

*Vt veniat ſuper vos omnis ſanguis qui effuſus eſt. tomo* 2.*foli.*392.G. *quẽ admodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas. tomo ſecundo folio* 10.H

*Ex illis occidetis et crucifigetis. Tractare poteris cõtra crudeles et homicidas, quantum ſcilicet Deo diſpliceãt tom.*2.*fol.*259.G.

*A ſanguine Abel iuſti, vſque ad ſanguinem Zachariæ filij Barachiæ. Dic quomodo minetur ipſis quod grauiſſime punientur, cum imitati fuerint crudelitatem & ſæuitiam maiorum ſuorum, cum enim ſatis ipſis compertum eſſet quomodo punita eſſent crudelia facta maiorum ſuorum, non tamen propterea deſtiterunt ab imitatione eorum, ſed prauum quidem ipſorum exemplum conſectati ſunt. Quapropter tractare poteris contra illos qui prauum & peſtilentiſſimum dant etiam exemplum tomo ſecundo folio.*298,E.

*Quemadmodum gallina congregat pullos ſuos ſub alas. Dicere poteris quod Chriſtus dominus ſe quidem huic aui compararet, propterea quod eſt tã ſolicita & pia erga pullos ſuos: vt inde intelligamus quidem apertiſſime quam certe ſit miſericors & piiſſimus pater Deus. tomo* 2. *folio.*112. D.

Et *noluiſti. Tractare quidem hoc loco per quam opportune & commode poteris, contra ipſos obſtinatos, & proternos qui nolunt pænitentiam agere peccatorum ſuorum tom.*1.*folio* 44.H *Tum etiam docere poteris in quanta verſentur et poſiti ſint miſeria. tomo.* 1.*fol.*245.D.

## In feſto ſancti Ioannis Apoſtoli & Euangeliſtæ.

*Dixit Ieſus Petro, ſequere me. Ioannis* 21.

*Vidit illum diſcipulum, quem diligebat Ieſus. Dic quã dilectus eſſet Deo glorioſus Euangeliſta Ioannes qui pure & caſte adoleſcentiam ſuam traduxerat, et virtutis quidem ſtudioſiſſimus erat. Vnde tractare cõmode poteris quantum conducat vt adoleſcentes diligentiſſime Deo ſeruiant tomo.* 1.*fol.*413.G.

*Domine hic autem quid? Tractare poteris quomodo cum probis et ſtudioſis viris conſultare debeamus to.* 1 *fo.*385.G.

*Dic præterea quomodo* Petrus *ex maximo amore quo* Ioannẽ *diligebat percontabatur, hic autem quid? Sic igitur nos debemus nos inuicẽ diligere et amare. to.*2.*fol.*175.D.

*Diſſerere etiã poteris quomodo* Io*annes ab omnibus certatim amaretur propter ſuã eximiã virtutẽ, et amabiles animi mores. Sic ergo nos igitur nitamur vt animã noſtrã virtutibus et præclaris atq. illuſtribus quidẽ moribus diligentiſſime et præclariſſime inſtrua*

ELENCHVS IN EVANGELIA

*inſtruamus & decoremus.tom.2.fol-278.B.*

## In feſto ſanctorum Innocentium martyrum.

*Angelus domini apparuit in ſomnis Ioſeph,dicens.Surge,& accipe puerum & matrem eius,& fuge in Aegyptum Mat.2.*

*Fuge in Aegyptum. Tractare ſane hoc loco tempeſtiue & opportune poteris, quod ſæpe quidem permittat Deus bonos & iuſtos viros, afflictiones aliquas,labores & calamitates pati,& id quidem ad maius eorũ cõmodum & vtilitatem,tom.primo folio.26.*B.*& folio 35.*B.*& tomo ſecundo.folio.205.*B.

*Dicere præterea opportune quidem hoc loco poteris,quod ſi tam illuſtres perſonas videlicet Chriſtum, matrẽ eius ſanctiſsimam,& ſanctum* Ioſeph *tum etiam glorioſos Martyres* Innocentes *videmus calamitatibus & afflictionibus affici & tentari: apertiſſime ſane colligere nos poſſe,quam ſit peſsimum,pernicioſumque indicium, eorũ improborum & peſsimorum hominum qui tentationes nullas vnquam,& dæmonis machinas,atq. impugnationes experiuntur. tomo, primo folio.211,H.*

*Futurum eſt enim,vt* Herodes *quærat puerum ad perdendum eum. Tractare quidem poteris quomodo hic impius vir ſenſim et paulatim ſuis ſceleribus,ad hanc tantam crudelitatem deuenerit.Vnde etiam dic quantopere mala conſcientia aliquem torqueat tom,*1.*fol* 146.F.*Tum etiam quod conſcientiam noſtram diligenter expurgemus to.2.fol.*281.F.

*Qui ſurgens accepit puerum & matrẽ eius nocte,& ſeceſsit in* Aegyptum Dic *quam patienter hanc calamitatem ſuſtinuerint:ac propterea tractare poteris quam ſit vtile vt calamitates patienter ſuſtineamus. tomo primo fol,22*3.*C.et* 305.A C.*et* 420.*et to* 2 *fo*.161.D.

*Fuge in Aegyptum. Dic quomodo occaſiones malorum fugere debeabus et declinare.tom primo fo.* 237E.

*Hæc habui quæ in hoc longe vtiliſſimo Elencho conſcriberem,et quaſi digitos in fontes intendens, commõſtrarem. Quod ſi alia Euangelia per annum tibi occurrerint. præter illa quæ attigimus,poteris etiam,ſi indices diligenter ſcrutabere, illa diligentiſsime prædicare.*